FLOSCULI, SIVE NOTABILIA PRACTICA EX VTROQUE IURE, PROBATISQUE...

Girolamo Nicoli, Serafino : da#Gesù Maria

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
15 I
13
M

Ex Bibliotheca
PP. Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-17. a. 29

FLOSCVLI

SIVE

NOTABILIA, &c.

FLOSCVLI,
SIVE
NOTABILIA PRACTICA

Ex vtroque Iure, Probatiſq; Auctoribus, ac Theologiæ præſertim fontibus libata ad Iuridicam praxim in vnum Collecta, & methodo alphabetica ſtudioſorum commoditati diſpoſita.

A FRATRE

HIERONYMO NICOLIO ROMANO

ORD. EREMITARVM S. AVGVSTINI, CONGREG. DE OBSERV. Lombardiæ Sac. Theologiæ Lectore, ac in Romana Curia pro eadem Congregatione Procuratore Generali meritiſſimo.

Opus certè elaboratum. Cunctis in vtroq; Foro maximè interno verſatis apprimè vtile vel neceſſarium. Hac ſecunda editione recognitum, & à mendis expurgatum; plurimiſq; eiuſdem Auctoris locupletatum additionibus, diuerſo ſigno notatis iterum in lucem prodit, cum ſyllabo materiarum veluti Argumenta in fronte diſpoſita.



ROMAE,
Sumptibus IOSEPHI CORVI, Anno M.DC.LXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

REVERENDISSIMO PATRI

F. HYACINTHO LIBELLO

S. PALATII APOSTOLICI MAGISTRO.

IOSEPH CORVVS FÆLICITATEM.

LIBRVM euulgo,optimæ ſanæ mercis,atq; ab argumento ipſo,authoriſq; diligentia,ac eruditione plurima publicæ commoditati perutilem: vt autem ex ingenio Inſtitutoq; boni negotiatoris facerem, mecũ ipſe attentè in primis,ac ſedulò perputaui cuinam illum Patroni nomine potuiſſem inſcribere, ad maiorem huic operi tum authoritatem, tum mihi benignitatẽ conciliandam. Nequè verò diù mé deliberatio tenuit,aut multiplex cogitatio animum in diuerſa diſtraxit. Gemmeum namquè tuum nomen cognomini etiam concinnè erudito præpoſitum (Reuerendiſſime Pater Hyacinthe Libelle) menti meæ ſimul occurrit, ſimul de tuo mihi adſciſcendo patrocinio perſuaſit. Nequè verò inditum tibi nomen in te paſſus es audiri vnquam otioſum, aut vanum. Scientiam enim vberem pretioſis ornatam moribus,vel ab ipſa adoleſcentia prætuliſti. Illud certè immortali dignum memoria ex æqualium tuorum animis non effluxit; cum Tu ſextum decimum agens ætatis annũ,nec dum à Tyronibus in ſuſcepta à te religioſa vita dimiſſus,Romæ Philoſophicas Theſes tanta, tàmq; communi cum ingenij tui approbatione publicè propugnaſti, tantoſq; deindè in re literaria progreſſus feciſti,vt non niſi vigeſimò quinto ætatis anno, magiſtrali laurea ſis honeſtatus, exemplo raro, & laudatiſſimò nulli ab hinc niſi vni D. Aquinati ſcentiarum lumini in illa iuuenili ætate conceſſa, quemadmodũ officia in Eccleſia recitari ſolita teſtantur. Ampliora dicam de ſplendore Familiæ Tuæ, cuius geſta inſignia, & prolixas ſtemmatũ ſeries oſtentant atria

Pin-

Principum tibi ſanguinis nexu coniunctorum. Sed hæc externa ſunt, Virtus virtus ipſa, quæ ſola veri boni nomine dignanda eſt, ſola ſi ſummo iure agimus in laude ponenda, Virtus inquam tua ſingularis perſpecta Romæ, cuius gymnaſia docuiſti, & ornaſti, cuius Prouinciam de tua Dominicana Familia bis, ſumma gubernandi prudentia luculentèr illuſtraſti. Studiorũ Præfecturã in almo Collegio de Propaganda Fide ſumma cum laude geſſiſti; S. Indicis Congregationi per X. annos à ſecretis præclara fidelitatis, & ſapientiæ portenta exhibuiſti, & nunc Congregationum S. Officij, Rituum, Indicis, Indulgentiarum, Sacrarum Reliquiarum arduis, & ſummis rebus ſapientiſſimè conſules. Examini Synodali Praticorum per vniuerſum Orbẽ, & quod plus eſt Examini Epiſcoporum, in quo doctrina, rerum vſus, & prudentia ſummoperè eſt neceſſaria ſingulari exiſtimatione interes. At enim tot eruditis laboribus, quaſi anguſtus tibi eſſet Orbis, tuus ordo in totum planè terrarum Orbẽ longè, latèq; diffuſus, in ampliorem adhuc promotus es campum, in quem explicatiùs ipſa ſe ſe lux tua tanta diffunderet. Euectus nimirùm es ad Sacri Apoſtolici Palatij magiſterium; in quo ſapientiæ tuæ fulgore ijs Tu Solis inſtar præſis, qui ſuis quos emittunt ſcientiæ libris euulgatæ ſplendoribus terrarum Orbem vniuerſum illuminant. Vt tanta virtus tua in arduis S. R. E. negotijs explorata, ſancto, ſapientiq; Iudicio Summorum Pontificum Alexandri VII. Clementis IX. & qui hodie Chriſtianæ Reip. commodo feliciter viuit Clementis X. fuerit, & ſit ſummoperè commendata. Dum igitur patrocinium mihi, Te pro tua humanitate annuente, tantum, ac tàm auſpicatum adſciſco, non dubito quin iudicaturi ſint omnes, fuiſſe à me probè, probatèq; huius operis commendationi conſultum. Tua enim humanitas, quæ acceſſum ad te facilem præbet, promiſit in poſterum tuæ beneuolentiæ patrocinium mihi, rebuſquè meis ſemper affuturum.

IOSEPH CORVVS BIBLIOPOLA VRBIS.

LECTORI BENEVOLO.

NVNQVAM à bona ſpe recedendum (Humaniſſime Lector) veterum ſapientum vndiq; vulgatum eſt axioma. Catenam eſſe, qua totum vincitur genus humanum bonam ſpem, futuriq; boni expectationem, dixit Charidemus: vnde quidquid laborioſum aſſumitur, quidue illuſtre ſuſcipitur, bona ſpe, vti glorioſum amplectitur, & aſſequitur. Meritò ergò illius met gratitudinis ſpe, qua TRACTATVS DE ÆTATE DIDACI NARBONAE, BLASII ROBLES DE REPRÆSENTATIONE, FRANCISCI CARPII DE EXECVTORIBVS TESTAMENTARIIS, ALPHONSI DE GVZMAN DE EVICTIONIBVS, meis laboribus, meiſq; ſumptibus in lucem editos hilari fronte accepiſti: non ingrato nunc quoque animo FR. HIERONYMI NICOLII FLOSCVLOS, quos tibi libente corde offero ne ſumere dedignari debeas. Placeat tibi (Humaniſſime Lector) hoc tempore florum munus, ex eoq; vberrimos certiſsimè ſpera fructus; ſimul & immortales. Fruere, & Vale.

Frater Bartholomæus à Carignano, Congregationis Obſeruantiæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Vicarius Gen.

CVm præſens opus inſcriptum, *Iuris vtriuſque Theorica praxis, vna cum Floſculis, ſiue Notabilibus* à Reuer. P. Hieronymo Nicolio Romano præfatæ Congregationis Profeſſo, Sacræ Theologiæ Lectore, & ad præſens Eccleſiæ noſtræ Sanctæ Mariæ de Populo Vrbis Parocho compoſitum, duo itidem Sacræ Theologiæ Lectores, aliarumque diſciplinarum cultores, ex eadem Congregatione iuſſu noſtro viderint, ac edi poſſe probauerint: Ideo pro eo, quod ad nos ſpectat, licentiam, & facultatem, vt typis mandetur, libenter concedimus, & impartimur. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Populo hac die ſecunda Decembris 1655.

Fr. Bartholomæus à Carignano Vicarius Generalis Ind.

Loco ✝ Sigilli.

Fr. Franciſcus Maria Luranus de Cremona Secretarius.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiepiſc. Vrb. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apoſt. Magiſt.

FLO-

FLOSCVLI, SIVE NOTABILIA, &c.

Vide *Contributio, Electio, Emphyteuſis, Fabrica, Præcedentia.*

1 *Electio.* Poſtulari poteſt is, qui profeſſus non eſt, dummodo talis Poſtulatio ac ex aliqua cauſa rationabili fiat. *c. Cum ad Monaſterium* 13. *De elect.*

Non autem eligi. *cap. Cum cauſam 27. eod. Concordat. cap. Cum ad noſtram 37. c. Officij tui 38. c. Cum in Magiſtrum 49. De elect.*

2 In Congregatione, quæ paucas habet Abbatias, non debent plures fratres germani eſſe Abbates in eodem tempore. 1626. Ciſtercienſi di Lombardia. 28. Auguſti.

3 *Benedictionem* Abbas ab Epiſcopo recipere debet, non autem ab alijs Abbatibus ſemel benedictis. *Sacra Rituum Congregatio in vna Cameracen. 6. Decemb.* 1631.

4 Abbas ſemel benedictus cum vſu bireti, ſi transferatur ad aliam Abbatiam cum vſu Mitræ, non indiget alia benedictione, ſed poteſt per ſeipſum Mitram capere. *Eadem in vna [illegible] Februarij* 1606.

Immo quando Abbas, vel alia Dignitas obtinuit, ſemel ſibi tradi ſolemniter Mitram, Baculum, & alia Pontificalia, non eſt neceſſe, quod talis ſolemnis traditio renouetur amplius in ſucceſſoribus. *Ex eadem Rituum Sacra Epiſc. & Regul. Congregat.* 1620. *Lubiana 26. Maij* 99.

Si Abbas non ſuſcipiat benedictionē, non ideo deſinit eſſe Abbas, nec priuatur ſeu ſuſpenditur à iuriſdictione ſeu gubernio, nec incurrit aliquam aliam pœnam, niſi quia non poteſt exercere ea Pontificalia, quæ Abbates benedicti exercere conſueuerunt. *C. C. Poſnanien. 13. Aprilis* 1641.

5 Abbates, & alij Superiores Regularium non poſſunt benedicere paramēta Eccleſiarum ſibi non ſubditarum, abrogata contraria conſuetudine. *Rit. 18. Auguſti* 1626.

Niſi ſuper hoc obtineant ab Apoſtolica Sede ſpeciale priuilegium: tunc enim etiam Calices, aras & campanas benedicere poſſunt, & alia conſecrare, in quibus interuenit vnctio. 10. *Nouemb.* 1614. *Ead. Naldus verb. Abbas* 4.

Huiuſmodi tamen priuilegia non cenſentur communicata Superioribus aliarum Religionum, vbi non militat eadem ratio. *Diana 3. tract. 5. reſol.* 15.

6 Abbates pro conſecratione Monialium non ingrediantur clauſuram. 1579. *Colonia 14. Martij* 25. 1651. *Pauia 28. Iulij* 20. *ad V.*

7 *Priuilegia.* Abbas in materia pœnali non venit ſub nomine Monachorū, niſi forte in materia ſpectante ad ſalutē animarum, vel communi, & proportionata tàm Abbatibus, quàm Monachis. *Bonac. tom. 1. de clauſura quæſt. 4. par. 6. n. 9. Reg. 1.*

8 Abbas habens proprium, ac ſeparatum territorium, & iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem, vt ſunt in Regno Abbates Caſſinenſis, & Sacri Monaſterij Cauenſis, eſt exemptus à iugo Regulæ, ac ſtatutorum Regulari[illegible] officio durante ([illegible] votis exceptis) ideoque non ligatur cenſuris contra Religioſos impoſitis. *Bonacina de clauſura, q. 2. par. 2. num. 27. tom. 1.*

Et poteſt approbare Confeſſarios etiā pro ſæcularibus, tam ſubditis, quam cōfluentibus, ſicut cæteri locorum Ordinarij. 1581. *Caua. 26. Aprilis* 66.

Et aduocare Epiſcopum ſibi beneuiſū ad exercendum in ſuo territorio Pontificalia erga ſuos ſubditos. 1603. Nullius Pinarolo. 4. *Iunij* 55. Nullius *Mercatello 4. Septemb.* 97.

Et concedere dimiſſorias ad ordines. 1601. *Napoli 16. Iulij* 176.

9 Abbas habens priuilegium, vt ea omnia, quæ ſpectant ad Epiſcopum, poſſit exercere; non poteſt tamen chriſma conficere, nec ſacros Ordines conferre, cum ea, quæ ſunt Ordinis, requirant ſpeciale mandatum. *Sacra Concilij Congreg. teſte Sellio in ſelect. Barboſa de can. c. 18. n. 18.*

10 Abbates celebrantes in Pontificalibus, debent habere ſedem in Plano Presbyterij abſque vllo gradu, vel ſuppedaneo ſuggeſtu, vel Baldachino, ſed tantum aliquo poſtergali ex ſerico leui; cum ſolis Diacono, & Subdiacono paratis, & alio

Aſſiſtente cum pluuiali, cum ſolis ſex candelabris, & parua Menſa, ac bireto nigro. *Decretum de verbo ad verbum retuli in explicatione Canonica lib. 5. tit. 33. De priuileg. num. 16.*

Vbi ſubdidi, quod Abbates Caſinenſes, & Oliuetani ex priuilegio Vrbani Octaui *conſt. 97. & 101.* ter in tribus anni feſtiuitatibus, ſine tamen auro & pompa, poſſunt vti Baldachino, & aſſiſtẽtia vnius presbyteri, ac duorum Monachorum vltra Diaconum, & Subdiaconum, & aliorum Monachorum paratorum ad ſummum ſex.

11 Abbates, & alij vſum Pontificalium habentes, tunc ſolum de Altari paramenta accipere poſſunt, cum in Pontificalibus celebrant: alias in Sacriſtia parari debent ſicut alij, vel, vbi ſacriſtia deſit, in cornu Euangelij: Epiſcopi verò ſemper accipiunt paramenta de medio Altari, ſiue ſolemniter, ſiue priuatim celebrent. *Ex decreto Sacræ Rituũ Congregat. appoſito, in princip. Miſſalis noui Vrbani Octaui, Gauant. par. 1. tit. 2. num. 2. in princip. Par. Pontificali.*

Decretum circa vſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum.

Sacrorum Rituum Congregatio tollendis ac elimnandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt, abuſantibus, ſedulo intenta, poſt Epiſcoporum Cæremoniale euulgatum (quo quicquid ad ipſos in ſacris Cæremonijs pertinet, abunde præſcripſit) idem quo ad inferiores Prælatos, qui Pontificalium vſu fruuntur, curare neceſſarium exiſtimauit, vt exceſſus aboleantur, vniformiſque inducatur ſacrorum Ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo priuilegia ipſi perperam interpretãtes obtendenteſque, parum obſequi ſtudent decretis pluries ab eadem S. C. hac in remet euulgatis, aut ipſa ignorare prætexunt. Quamobrẽ omnia ſimul, vt vnico conſpiciantur obtutu, cogere, perque capita digerere, cõſtituit, quo facilius obſeruentur.

I. Super Altari, in quo ſacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam apponant candelabrum.

II. Cathedram ſeu ſedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſijs ne detineant, ſed tribus ipſis diebus, quibus ex antiquis decretis tantummodo Pontificaliter celebrare eſt iis permiſſum, mobili ſede ſeu Cathedra vtantur, quam nihilominus ſimplici ſericeo panno coloris feſtiuitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio ſiue Baſilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere ſupra ſedem poterunt, non precioſum aut aureum, ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuperimponitur, materia & opere inferius. Ad ipſam autem per duos tantum gradus in Presbyterij ſuperficie ſtratos aſcendatur.

IV. Non Abacum alium præter paruam menſam, & in cornu Epiſtolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum, Nauicula, & reliqua ad celebrationem neceſſaria collocentur. Prope vero Menſam eamdem parieti hærens Baculus Paſtoralis aptetur.

V. Dies vero, in quibus ipſis ſolemniter operari conceditur, ſint de præcepto feſtiui, vel alij, in quibus ipſis Pontificaliter celebrare feſtiuitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab huiuſmodi Pontificalium vſu in Officijs, & Miſſis Defunctorum quocumque die etiam feſtiuo, & de præcepto.

VI. Ad Eccleſiam accedentes, licet Pontificaliter Diuina peracturi, ijſdemque abſolutis ab Altari receſſuri, à ſuis Canonicis vel Monachis (vt mos eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant.

VII. Præter duos ſacrificij Miniſtros, Diaconum nempe Euangelij, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo alij tantum Diaconi cum Dalmaticis, & vnicus Presbyter cum Pluuiali eis aſſiſtant. Duo inſuper Cappellani, qui de Mitra & Baculo, ac totidem Accolythi pro candelabris inſeruiant. Præterea ſex alij Canonici vel Monachi, duo ſcilicet Pluuialibus, duo Planetis, totidemque tunicellis induti, Diuinis huiuſmodi intereſſe valeãt: qui tamen nõ in ſedibus ſeu ſtallis choralibus, ſed in ſcannis abſque poſtergalibus, panno viridi laneo coopertis, ſitu congruo accommodatis, moxque illinc remouendis, conſideant.

VIII. Mitram precioſam, niſi illis expreſſe à ſancta Sede indultam, non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum Paſtoralem albo velo aperto deferant: ab iiſque, & alijs Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra Eccleſias ſibi ſubiectas prorſus abſtineant, & neque in proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſijs per vias extra ambitum vel Parochiam ducantur, inſignijs prædictis vtantur, vel penes ſe præferri faciant.

Re-

IX. Regulares Rocchettum non deferant, niſi ex tali ordine fuerint, cui indumentum huiuſmodi competat.

X. Inuitati ad Eccleſiam exemptam nec in illa Pontificalibus vti valeant; nec ij, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti in proprijs Eccleſijs vti poſſunt priuilegio perpetuis Abbatibus, vel alias benedictis indulto.

XI. Sacras veſtes ex altari non ſumant, niſi Pontificaliter Diuinis vacaturi.

XII. Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant abſque expreſſo S. Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Miſſis tantum Pontificalibus, necnon in Veſperis & Matutinis Pontificaliter item celebratis licere ſibi tantum meminerint. Priuatum vero Populis, quamuis pleno iure ſubiectis, niſi expreſſe ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Eccleſiam incedentes, benedicere non præſumant.

XIV. Præſente Epiſcopo, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu, etiam Pontificaliter celebrantes, à benedictionibus ceſſent.

XV. Si Epiſcopus aderit, ipſius Sedes à cornu Euangelij vno ſaltē gradu eminentior Abbatiali eſt erigenda: hæcque altero gradu humilios vt dictum eſt, in cornu Epiſtolæ collocetur. A latere Epiſcopi Canonici Cathedralis, prope Abbatem Canonici vel Monachi Monaſterij, & Abbatialis Eccleſiæ conſideant. Confeſſionem cum celebrāte Epiſcopus faciat, iſque thus Thuribulo imponat, Euangeliorum textum oſculetur, & populū ſolemniter (quamuis Abbas ipſe Pontificaliter celebret) benedicat. Epiſcopus præterea trino ductus, & immediate Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (niſi celebret) pariter duplici, ac ſubinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Eccleſiæ vnico tantū ductu thurificentur.

XVI. Abſtineant tamen Epiſcopi, vbi conſuetudo contraria non viget, à frequenti huiuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas in ſimilibus actibus, vt liberius Abbates valeant ſuis vti priuilegijs.

XVII. In ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, necnō in veſtitionibus Monialium, & emiſſione profeſſionis eorumdem etiam pleno iure ſibi ſubiectarum, in benedictionibus ſacræ ſuppellectilis, cæteriſque actibus (Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnijs ter tantum in anno vt præfertur, exceptis) neque in Eccleſijs, Oratorijs, alijſque locis tam publicis quā priuatis, quantumuis exemptis, eiſdemque Abbatibus pleno Iure ſubiectis, Mitram, Baculum, & quæuis alia Pontificalia inſignia, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione, adhibeant.

XVIII. Eccleſiaſticam ſuppellectilem pro ſeruitio dumtaxat ſuarum Eccleſiarum vel Monaſteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontificalia extra loca ipſis Abbatibus ſubiecta, vel pro ſeruitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum, exercere non valeant, puta Campanarū benedictiones, Calicum & ſimilium, in quibus ſacra adhibetur vnctio, necnon Minorum ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum ſubditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non præſumant, ſed Epiſcopis, quibus ius huiuſmodi priuatiuè competit, omnino dimittant.

XXI. In Miſſis priuatis, quo ad indumenta, cæremonias, Miniſtros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem, à ſimplici Sacerdote non diſcrepent: ac proinde ſacras veſtes induat in Sacriſtia, neque vtatur cruce pectorali, vnico ſint contenti Miniſtro, aquam cum pelui & vrceolo argenteis ſibi miniſtrari non ſinant, decaſque tantum candelas ſuper Altari adhibeant.

His autem relatis, & in Congregatione ſacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentiſſimum, & Reuerendiſs. D. Card. Brancatium accuratè perlectis, maturè diſcuſſis, Sanctitas Sua ea approbauit, & pro omnimoda eorumdē obſeruatione mandauit typis imprimi, ad valuas affigi & publicari, vt elapſo termino ſex menſium à die publicationis eorumdem, omnes & ſingulos vſu Pontificalium gaudentes tum ſæculares, tum Regulares quantumuis exemptos, & ſpeciali expreſſione indigentes, afficiant & arctent, ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exhibita, vel perſonaliter præſentata, intimata ſeu notificata fuiſſent. Indulſitque præterea locorum Ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apoſtolicæ poſſint, immo debeant, præfatos etiam per cenſuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus & Prælatis proprium habere poſſint territorium, Iuraque Epiſcopalia, nulliſque

ſubdantur Epiſcopis, qui eos coërcere, ſi exceſſerint, valeant: eo caſu à Sedis Apoſtolicæ Nuncijs, ſi aderint, ſin minus ab Archiepiſcopis, in quorum Prouincijs, vel ab Epiſcopis Romam tantum Pontifici ſubiectis, intra vel quorum dioeceſis limites Eccleſiæ vel Monaſteria ſita fuerint, tamquam à ſancta Sede delegatis, ad huiuſmodi Decretorum obſeruationem prædicti omnino cogantur. Die 27. Septembris 1659.

I. Epiſcopus Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco † Sigilli.

Franciſcus Maria Phœbaus S.R.C. Secret.

12 Abbates non poſſunt cõferre primam tonſuram, & ordines minores ſæcularibus quibuſcunque, neque Regularibus non ſibi ſubditis, ſi ipſi Abbates conſiſtant intra fines alicuius dioeceſis: ſi ſecus faciant, ordinatio eſt irrita etiam quo ad ſubſtantiam, non obſtante quod Ordinati haberẽt dimiſſorias Ordinariorum ſuorum, vel Superiorum Regulariũ reſpectiue. *Ex decreto Sacræ Congreg. Concilij 23. Nouembris 1641. per me relato in explicatione Canonica lib. 1. tit. 14. De ætate, & qualitate.*

13 Abbas Commendatarius non vtitur habitu, & inſignibus Epiſcopalibus. 1593. *Meſſina 27. Octobris 236. Reg. 11.*

14 Præter ſumptuum exorbitantiam, videtur etiam inconueniens, vt quilibet Abbas, dum vadit de vno Monaſterio ad aliud, etiam occaſione viſitationis, lectica vehatur. 1642. *Oliuetani 11. Septemb. 330*

ABBATISSA.

A*Cceſſus, Clauſura, Conuerſa, Dignitas, Dos, Educandæ, Eleemoſyna, Energumena, Habitus, Illegitima, Magiſtra, Monaſterium, Monialis, Profeſſio, Reformatio, Soror, Vicaria, Vidua.*

1 *Qualitas.* Viduæ, vel illegitimæ non poſſunt eſſe Abbatiſſæ abſque diſpẽſatione Papæ, vel ſacræ Congregationis, *vt decreuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regulariũ in vna Caſſanen. 29. Ianuarij 1585. & Concilij 27. April. 1630. Quicquid dicat Diana 3. tr. 2. reſol. 99. & 101.*

Sed de hac materia Abbatiſſarum, & Monialium latè congeſſi decreta in meo Compendio Monialium v. Abbatiſſa, & aliqua etiam *infra num. 4. & ſeqq.*

2 *Priuileg.* Abbatiſſa in odioſis non comprehenditur ſub nomine Moniauũ: vnde quidam probabiliter tenent, Religioſos vel alios accedentes ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum Abbatiſſa, non incurrere cenſuras ſeu poenas impoſitas iis, qui Moniales alloquuntur ſine licentia. *Lezana verbo Moniales. num. 22. verb. Acceſſus* 12.

Sed quidam negant hoc procedere in materia ſpectante ad ſalutem Animarũ, vel communi & proportionata, tam Monialibus, quam Abbatiſſis. *Bonac. tom. 1. de clauſura quæſt. 4. pun. 6. num. 9.* vt ſupra Abbas 7.

3 *Auctoritas.* Abbatiſſam non poſſe quicquam ſub cenſuris præcipere, certũ: non poſſe vero neque in virtute ſanctæ obedientiæ, quod non habeat iuriſdictionem ſpiritualem in Moniales, ſed tãtum domeſticam, probabile ſecundum *Dian. 5. tr. 9. reſ. 16. Bonac. tom. 1. de cenſur. diſp. 1. quæſt. 1. par. 2. num. 4.*

4 *Electio* Abbatiſſæ diuerſi Ordinis nulla eſt. 1606. *Meſſina 1. Mar. 21.* Similiter ſi facta fuit ſine conſenſu Ordinarij 1600. *Bari 3. Maij 36.*

Etiam in Monaſterijs Regularium gubernio ſubiectis, poſtquam Epiſcopus declarauit, ſe velle vti facultate ſibi in hac parte tributa. Sacra Concilij Congregatio ad *Conſt. 18. Greg. XV. Inſcrutabili.*

5 Epiſcopus in electione Abbatiſſæ debet tenere Aſſiſtentes duos Sacerdotes, moribus, & ætate graues, qui teſtimonium reddere poſſint illius actionis. 1578. *Auerſa 17. Iunij 93.*

Et ad id Notarium publicum adhibere. 1609. *Lecce 27. Maij. 34.*

5 Non prohibetur à iure communi, quin ſoror poſſit ſuccedere ſorori in officio Abbatiſſatus. 1619. *Lisbona 19. Aprilis 131. 1642. Meſſina 17. Ian. 23.*

Sed ſi alicubi haberetur ſtatutum in contrarium, eſſet laudabile, & obſeruandum. 1640. *Porto 23. Nouembris 39. 1652. Meſſina 26. April. 31. Catania 3. Octob. 17.*

Et 7. Nouemb. 1601. à car. 101. conceſſum fuit à Sac. Congreg. Archiepiſcopo Meſſanenſi, prohibere, ne ſoror, etiã patruelis, ſeu ſecundi gradus, vulgò *Cugina*, poſſet ſuccedere ſorori, niſi poſt exactum triennium à die, quo Abbatiſſatus officium alterius ſororis expirauit.

7 Non debet eligi ſoror illius, quæ malè adminiſtrauit, licet defunctæ. 1601. *Meſſina 20. Aug. 86.*

8 Monialis, quæ publicè poenitentiata fuit, eligi non poteſt in Abbatiſſã, vel principalem Monaſterij Superiorisſã, licet ex gratia poenæ remiſſionem obtinuiſ-

nuiſſet, niſi pœnitentia fuiſſet tantum ſalutaris. 1603. *Vicenza* 3. *Octob.*74. 1636. *Genoua* 14. *Martij* 104.

9 *Tempus.* Abbatiſſæ in Italia non poſſunt eſſe perpetuæ, ſed triennales dūtaxat. *Greg. XIII. Conſt.* 80. *Expoſcit.*

Nec Epiſcopus poteſt eis prorogationem aliquam concedere etiam ſub nomine Vicariæ, vel Præſidentis, vel alio. *Sac. Congreg. Epiſc. Andrien.* 20. *Febr.* 1615.

Nec exacto triennio, poſſunt Moniales eandem eligere, niſi poſt integrum vacationis triennium. *Chieti* 20. *Martij* 1601. *Auila* 27. *Nouembris* 1601.

ABIGEVS.

1 Dicitur qui decem Oues, vel quatuor Porcos, vel vnum equum, aut bouem abigit. *l. fin. ff. nouo. de abig.*

Si tamen quis ſæpius quam ſemel furetur, ſufficit ad pœnam abigeatus vnū quodcumque Animal abigere. *d. l. fin. Gomez, tom.* 3. *c.* 5. *num.* 13.

2 Abigei cum duriſſimè puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſimè, non vbique, ſed vbi frequentius eſt id genus maleficij: alioquin, & in opus nonnunquam temporarium dantur. *l.* 1. *ff. nouo. eod.*

ABORTVS.

Homicidium, Irregularitas, Medicus.

1 *Cauſa* abortus multæ ſunt, & ſigna ſimiliter. Puta mammillæ graciles; nimia extenuatio; Habere lac, vel menſtrua tēpore grauidationis; opprimi premitibus, vel fluxu corporis, vel magna febre, abſque cauſa manifeſta, vel ſi ſit inflammatus vterus. *Criuellat. de cura infirm. tr.* 3. *cap.* 8.

Præterea ſolent abortiri fœminæ, niſi earum appetitui ſuccurratur, *vt benè docet Lopes Inſtr. tr.* 2. *cap.* 108. *de ieiunio.* Vnde comedentes rarò quid modicum carbonum, ſalis, cineris, terræ, &c. poſſunt abſolui, licet non promittant firmiter abſtinere: ſecus ſi in magna quantitate. *Io. Sanch. diſp.* 2. *num.* 15.

2 Abortum fœtus animati cauſantes, incurrunt excommunicationem Epiſcopo reſeruatam, à qua tamen abſoluere poſſunt, qui à caſu abortus abſoluendi facultatem habent, abſque alia ſpecialiori licentia. *Gregor. XIV.* conſt. 8. *Sedes Apoſtolica. Pauon. deff.* 5227. §. 10. *num.* 7.

3 Abortum inanimati fœtus, vel ſterilitatem, ex graui cauſa procurare, quidam licere aiunt quinam, negant. *Diana* 5. *tract.* 14. *reſol.* 90. & 6. *tract.* 8. *reſol.* 37.

Animati verò nunquam, neque ad vitam matris infirmæ tuendam, neque ad infamiam, vel ſcandalum vitandum, quia non ſunt facienda, mala, vt eueniant bona. Suadere tamen licet paratæ ſe occidere ad infamiam vitandam, quia tunc ſuadetur minus malum, quod habet rationem boni in comparatione maioris mali reſpectu ſuadentis, in cuius poteſtate non eſt vtrumque malum euitare; nō autem reſpectu procurantis, qui poteſt, & debet vtrumque vitare. Et ſi non poſſit in altero; non tamen debet ipſe peccare, vt alius minus, vel nullatenus peccet. *Vide ſummam Diana verbo Abortus.*

ABSENS.

Abſolutio. Epiſcopus. Excommunicatio. Hebdomadarius. Homicidium. Parochus. Patronus. Studium. Suſpenſio.

1 *Contra* contumacem nōn comparentem in termino, ferri poteſt ſententia die ſequenti tantum: dummodo altera pars inſtet, lis ante eius abſentiam conteſtata fuerit, & appareat ex actis, quod ſit condemnandus, *vt dixi in Can. lib.* 2. *tit.* 28. *De appell. num.* 30.

Et tali non datur appellatio, *vt infra V. Appellatio* 5.

2 Abeſſe Reipublicæ cauſa non dicitur, qui domum redire potuit, finito negotio, niſi aliqua neceſſitate fuerit impeditus in redeundo. Statuentur autem viginti milliaria diurna. *l. ſi cui* 38. §. *Tamdiu. ff. v. Ex quib. cauſ. Maior.*

Vnde pro eo tempore non habent diſtributiones. 1601. *Città di Caſtello* 29. *Maij* 141.

3 *Abſens* ſtudiorum, vel alia iuſta cauſa, ſi curam Animarum, vel iuriſdictionis exercitium habet, vel beneficium cū aliquo onere, quod per alium adimpleri poſſit, tenetur alium in ſui locum ſubſtituere, quia par nō eſt, vt beneficij fructibus cum aliorum damno perfruatur.

Si verò Beneficium, vel Canonicatum habeat, cui nec Animarum cura, nec aliqua iuriſdictio, vel onus præter obligationem Chori, ſit annexum, non tenetur relinquere Vicarium: Tum quia id nullo iure colligitur: tum quia non poſſet huiuſmodi Vicariū ſine Summi Pontificis licentia ſubſtituere. *Bonac. de horis Canonicis diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 9. *n.* 11.

Nec Epiſcopus poteſt hodie concedere Parocho licentiam ſe abſentandi ſtudio-

diorum cauſa. *Ex Sac. Congreg. infra V. Parochus 33.*

Pro tempore abſentiæ permiſſo ſufficit licentia petita licet non obtenta C.C. Mediolanen. 18. Nou. 1617.

Eadem in vna Fanen. 21. Iun. 1631. cenſuit, Canonicos, qui per totum anni ſpatium non interfuerunt, vacatione trium menſium non gaudere.

Quod decretum non eſt abſonum ab eo, quod antea decreuerat Sac. Epiſcop. Congr. 1602. Sutri 15. Sept. 112. Canonicum poſt ſex abſentiæ menſes redeuntem, & poſtea ſtatim iterum diſcedentem, admitti non debere ad aliquam excuſationem allegandam.

ABSOLVTIO.

C*Aſus reſeruatus, Concurſus, Confeſſarius, Confeſſio, Diſpenſatio, Epiſcopus, Euchariſtia, Examen, Hæreſis, Irregularitas, Iubilaum, Regularis, Sacerdos, Suſpenſio, Vſura.*

1 *Qual.* Triplex eſt: Prima per diſpẽſationem, ſecunda per ſententiam, crimine non probato: Tertia per pœnitẽtiam. *gloſ. cap. De his. 8. de accuſat.*

2 Abſolutio dari poteſt ſub conditione. *Si es diſpoſitus,* vel *ſi es capax,* vel *ſi fortè peccata habes,* vel *ſi non es abſolutus.*

I. Cum quis dubitat an Pœnitẽs habeat vſum rationis.

II. Cum dubitatur, an ſufficientem materiam expreſſerit, puta peccatum veniale, licet alias confeſſum cum ſufficiẽti dolore.

III. Cum inuenit morientem, qui ſigna contritionis nulla dedit, ſicut feciſſe dicitur Clemens VIII. quando vidit quẽdam de altiſſimo loco cadentem.

IV. Poterit Confeſſarius abſolutionis verba proferre ſine intentione circa indiſpoſitum, ſi alia via comminatum malum euitare non poteſt. Et eadem ratione ſub conditione, ſi de hoc dubitet. *ſed hic caſus coincidit cum ſecundo.*

V. In ſolatium ſcrupuloſi anxie petentis abſolutionem, cũ tamen indiſpoſitus ſit, vel ſi de hoc dubitet, vt ſupra. *Victorell. ad Tolet. lib. 1. Bonac. de Sacram. diſp. 5. quæſt. 4. par. 3. n. 1. Sancius diſp. 35. num. 6. Diana 3. tract. 6. reſol. 83.*

VI. Quando dubitat Confeſſarius, an protulerit formam abſolutionis, eam repetere poterit ſub conditione etiam mẽte retenta, *ſi non te abſolui. Bonac. loco cit.*

3 Quæſitum à me fuit, an coniunctio *Deinde*, quæ habetur in forma inter abſolutionem cenſurarum, & peccatorum, ſit pronuncianda, necne: Cauſa dubitandi oritur ex eo, quod in Rituali rubro caractere ſcribi ſolet.

Poſt maturam tamen conſideratione͂, licet nullum auctorem inuenerim de hoc tractantem, reſpondi, æquum eſſe pronunciari. Tum quia ita fit communiter per omnes. Tum etiam quia videtur incongruum, illas duas abſolutiones ſicciter abſque vllo coniunctionis lepore proferre, qua de cauſa, etiam in forma conſecrationis, videtur addi coniunctio *Enim.*

Nec obſtat, quod rubro charactere notetur in Rituali. Id enim non ideo fieri cenſendũ eſt, vt Sacerdos illam reticeat: ſed potius, vt per illam diuerſi coloris interpoſitionem moneatur, ſequentia pertinere ad ſubſtantiam formæ, quo ad illa, vt decet, proferenda, reddatur attentior. Sicut etiam verba Conſecrationis eadem ex cauſa, tam in Miſſali, quam in Tabella ſecretarum, rubro, vel diuerſo charactere ſolent exarari.

4 Aſſerentes eſſe licitum abſoluere à peccatis abſentem incurrunt ipſo facto excommunicationem Papæ reſeruatam ex decreto Clementis VIII. quod explicat Suar. tr. 4. diſp. 9. ſect. 3. & Bonac. de Sacram. tr. 1. diſp. 5. quæſt. 4. par. 5. referentes etiam decreti tenorem, vt ſequitur. *S. D. N. &c. re maturè, ac diligenter conſiderata, hanc propoſitionem, ſcilicet licere per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam, damnauit, ac prohibuit, præcepitque, ne deinceps iſta propoſitio publicis, priuatiſue lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, neque vnquã tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea, etiam diſputatiuè tractauerit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſſit præterquam in mortis articulo, ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. Maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis, ſubiaceat. Quinctilianus Adrianus Not. publ. Romæ die 19. Iulij 1602. vel 20. Iulij vt in Bull. ſub n. 87.*

Super quo præcipuè notandum, quod hæc prohibitio intelligenda eſt diſiunctiuè, tam de confeſſione, quam de abſolutione, vt idem Põtifex poſtea declarauit.

Ab-

5 Abſolutio ad cautelam, quando & quomodo præſtanda, *cap. fin. de ſent. excommunic. Plenè Sayr. lib.2. cap.17.*

6 *Reſeruat.* Abſolui non poſſunt ab Epiſcopo excommunicatione Papali ligati, qui licet habeant impedimentum, ne Sedem Apoſtolicam adire poſſint, tamen adire poſſunt Legatum de latere, vel alium ad id facultatem habentem *c. Ea noſcitur* 13. *de ſent. excomm. Nau. cap.* 27. *num.*86.

Idem dicendum eſt, quando mittere poſſunt litteras, vel Nuncium pro abſolutione impetranda: quia eo caſu ceſſat ratio neceſſitatis, ob quam ab Epiſcopo poſſint abſolui *cap. Mulieres* 6. *de ſententia excommunicationis. Bonacina de contr. diſp.*1. *quæſt.*3. *pun.*3. *num.*4. *tom.*2.

Et hæc opinio non ſolùm eſt tutior, ſed etiam probabilior, licet Nauarrus fortè propter inaduertentiam illius textus, contrarium teneat, nempe quod non teneantur mittere pro abſolutione, quia ius ad id eos non obligat, ſed tantum vult, vt ſi poſſint vadant.

Sufficit autem tantum impedimentũ, quantum eſt neceſſarium à diſceſſu ad appulſum. *Nauar. loco cit. Vide etiam Dian.* 5. *tract.* 6. *reſol.*9.

7 Qui habet priuilegium à Sede Apoſtolica abſoluendi à caſibus, & cenſuris reſeruatis, non poſſunt, etiam virtute huiuſmodi priuilegiorum, abſoluere extra Vrbem in Italia.

I. A caſibus Epiſcopo reſeruatis.

II. A caſibus Bullæ Coenæ.

III. A percuſſione Clericorum.

IV. A violatione clauſuræ Monialiũ ad malum finem.

V. Ab excommunicatione Gregorij XIV. ob violationem eccleſiaſticæ immunitatis.

VI. Ab excommunicatione duelli in caſibus contentis in Concilio Tridentino, & conſt. Gregorij XIII. *Ad tollendam.*

VIII. Ab excommunicatione cõtracta ob confidentiam beneficialem. *Sacra Epiſcoporum Congregatio, cuius decreta retuli per extenſum in meo compendio Epiſcoporum verbo Caſi riſeruati, & etiam quo ad partem ſubſtantialem in Epitome. Vide Bonac. tom.*1. *de cenſur. diſp.*1. *quæſt.*3. *par.*2. *n.*4. *v. Addit.*

An autem Epiſcopus poſſit abſoluere. Multi aiunt, eo quod decreta edita ſunt contra ſimplices confeſſarios, & potius ad corroborandam, quam ad infringendam auctoritatem Epiſcoporum. *Intellige de ijs cenſuris, quæ non ſunt alias reſeruatæ.*

Multi vero negant; eo quod generaliſſime loquantur: quod probauit ſæpius eadem S. C. *Intellige ſimiliter extra Vrbem in Italia, etiam quo ad caſus alias non reſeruatos extra ſupradicta decreta.*

Præterea excommunicatio cõtra violatores Eccleſiaſticæ immunitatis etiam olim erat reſeruata, etiam in Vrbe & extra Italiam per extr.3. Pauli II. *Etſi Dominici,* & per extr.5. Sixti IV. *Etſi Dominici.* De poenit. & remiſſ. & per communem obſeruantiam. v. excomm. 17.

Quando vero, & quas cenſuras incurrant Confeſſarij, qui ab huiuſmodi præſumunt abſoluere, dicetur *infra v. Confeſſarius num.*20.

8 Abſolutiones, diſpenſationes, & commutationes, per Sedem Apoſtolicã, vel Sacram Poenitentiariam, pro foro externo Ordinarijs, pro interno vero tantum, ſolis Confeſſarijs ab Ordinario approbatis, qui Magiſtri ſint in Theologia, vel in ſacris ſaltem Canonibus Doctores, expediendæ committi ſolent.

Religioſi tamẽ Societatis Ieſu, ab Ord. ad audiendas Confeſſiones approbati, & per ſuos Superiores, etiam locales, ad hoc ſpecialiter deputati, licet Magiſterij vel Doctoratus gradu non ſint inſigniti, huiuſmodi poſſunt expedire ex priuilegio Gregorij XIII. *Conſt.*75. *Exponi nobis.*

Et quia talis priuilegii communicatio non eſt ibi expreſſe prohibita, extẽdi poterit, ſaltem ad eos Religioſos, apud quos vigent ſtudia Sacræ Theologiæ, præſertim moralis, ſeu Sacrorum Canonum: quia in eis militat eadem ratio. *Dian.*

9 Dum quis in Sacra Poenitentiaria abſoluitur ab excommunicatione ob clerici percuſſionem contracta, ſeruari ſolent infraſcripta.

I. Abſoluendus debet eſſe præſens, aut abſentiæ cauſam afferre.

II. Vt ſatisfactionem præmittat, vel amicabiliter componat cum parte læſa: aut ſi ſatisfactionem præſtare nequeat, præſtet ſaltem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam cautionem, vel ſi neque id poſſit, ſaltem iuratoriam.

III. Si denunciatus eſt excommunicatus ab Ordinario, promittere debet ſe pariturum illius ſententiæ latæ, vel ferendæ: alioquin reincidat.

IV. Si delictum publicum ſit, non ſe gerat in actibus publicis tanquam abſolutum: nam abſolutio Sacræ Poenitentiariæ concedi non ſolet pro foro externo, ſed pro foro conſcientiæ tantum.

V. Si excommunicationem contraxit ob homicidium, admoneri debet, tàm ipſum,

ipſum, quàm eius filios inhabiles eſſe ad beneficia: ac feudo, vel iurepatronatu, ſi quod, vel quem obtinebant ab Eccleſia, in qua Clericus occiſus titulum habeat, priuatos, *cap. in quibuſdam, 12. de pœnis.*

VI. Si delictum eſt occultum, extorqueri debet iuramentum, vt ſi detegatur, conferat ſe ad quinque Eccleſias diſcalceatus, & nudus, exceptis foemoralibus; ſimulque virgam præ manibus, & corrigiam ad collum habens, ſuum publicè fateatur peccatum, ac denique ante fores dictarum Eccleſiarum verbera ſibi per Pſalmum *Miſerere*, curet infligi: alioquin relabatur in excommunicationem. *Filliuc. tract. 15. cap. 1. quæſt. 10. n. 45. Quem refert Bonac. tom. 1. de cenſur. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 5. num. 25.*

10 Solicitatus, vel ſolicitata ad turpia in confeſſione abſolui non poteſt, niſi confeſſarium ſolitantem denunciet, vt latius dixi *tit. de pœnit. & remiſſ. n. 9.*

11 Abſolutio ab excommunicatione dari debet ſatisfacta parte, vel quando delinquens fuit ſufficienter punitus etiã à Iudice ſæculari 1602. Triuento 17. April. 41. 1653. Beneuento 27. Martij 35.

12 Abſolutio excõmunicationis fulminatæ pro delicto non valde graui, priuatim dari debet. 1654. Seſſa 20. Nouembris 216.

ABVSVS. *Præſcriptio. Proceſſio.*

1 A*Buſiones* Clauſtri, quibus tota Religionis machina corrumpitur, ſunt duodecim. I. Prælatus negligens. II. Diſcipulus inobediens. III. Iuuenis otioſus. IV. Senex obſtinatus. V. Monachus Curialis. VI. Vel cauſidicus. VII. Habitus pretioſus. VIII. Cibus exquiſitus. IX. Rumor in clauſtro. X. Lis in Capitulo. XI. Diſſolutio in Choro. XII. Irreuerentia circa Altare.

2 Abuſiones quoque ſæculariũ ſunt duodecim. I. Sapiens ſine operibus. II. Senex ſine Religione. III. Adoleſcẽs ſine obedientia. IV. Diues ſine eleemoſyna. V. Foemina ſine pudicitia. VI. Dominus ſine virtute. VII. Frater contentioſus. VIII. Pauper ſuperbus. IX. Rex iniquus. X. Epiſcopus negligens. XI. Plebs ſine diſciplina. XII. Populus ſine lege. *Hugo, quem refert Gloſſa Clem. Ne in agro. verbo Curias Principum. De ſtatu Monachorum.*

ACCEPTATIO. V. Conſenſus.

ACCESSVS AD MONASTERIA MONIALIVM.

Caſus. Clauſura. Conſanguineus. Hebræus. Hieroſolymitani. Monaſterium. Monialis. Notarius. Regularis.

1 P*Rohibitio.* Regulares alloqui non poſſunt Moniales, etiam eorum curæ ſubiectas, exceptis Superiore, Viſitatore, & Confeſſario, ſub poenis priuationis officiorum, vociſque actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto, &c. *Ex decreto* 1590. *quod retuli in Compendio Monialiũ v. Parlare n. 1. & ſeqq. & in Epitome v. Acceſſus, & compendioſè in Canon. lib. 3. tit. 1. n. 16. & infra verbo Regularis num. 52.*

Et inſuper ſub poena peccati mortalis. 1606. Regolari 1. Iulij 54. 1621. Napoli 20. Mar. 41.

Quod debet ab omnibus, & in quacunque Mũdi parte vniuerſaliter obſeruari. 1597. Auignone 15. Ianuarij 4.

2 Confeſſarij, & Superiores, ſiue Viſitatores, ſi alloquantur Moniales, extra præciſam officij ſui neceſſitatem, incidũt in poenas ſupradictas, ſi ſunt Regulares. 1576. Rimini 21. Ianuarij 240. 1618. Genoua 4. Maij 32. verbo Confeſſarius.

Et Vicarius, fratrum, quomodocunque alloquatur, niſi abſente Priore, &c. 1617. Ripa 1. Septemb. 230.

Et quicunque Regulares, licet cum licentia, ſed ſine aſſiſtentia confeſſoris, etiam quia nolit aſſiſtere, aut voce tam ſubmiſſa, vt confeſſarius, & Auſcultatrices aſſiſtentes intelligere nequeant quid dicatur. 1627. Cappuccini. 27. Aug. 404.

Licet non alloquantur ad malum finem. 1624. Piacenza 26. Ianuarij 278.

Nec poſſunt rehabilitari per ſuos Superiores. 1604. Venetia, Nocera 14. Decemb. 86.

3 Ordinationes Epiſcopi circa acceſſum ad alloquendas Moniales ſeruari debent à Canonicis licet exemptis. 1618. Lucca 19. Ianuarij 22.

4 Commendator Abbatiæ Regularis, ſi ſit Presbyter, vel Clericus ſæcularis, non comprehenditur in decreto. 1624. Regolari 12. Ianuarij 9.

5 Epiſcopus poteſt punire quoſcunque, qui vadant ad alloquendas Moniales ſuæ Ciuitatis, vel dioeceſis, licet ſint exteri, vel exempti: quia dum accedunt ſine licentia, delinquunt in ſuo Territorio. 1618. Trani 13. Iulij 238. Greg. XV. conſt. 18. *Inſcrutabili.* vide verbo *Nazareth.*

Et contra Regulares declarare poenas incurſas ex acceſſu, 1647. 8. Nouemb. 12.

6 Poena tamen diuturni carceris, ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto, & ſcutorum ducentorum pro prima vice acceſſus ad crates, fuit iudicata nimis rigida, 1607. Ferrara 18. §. 4.

Sicut etiam poenas excommunicationis latæ ſententiæ: comminatoria verò tolerari poteſt, *cap. Monaſteria* 8. *De vita, & honeſtate Clericorum* 1597. Gubbio 25. Iunij 52. 17. Septemb. 73. 1605. Hieroſolimitani 28. Februarij 15. 1607. Lamacen. 28. Martij 21. 1614. Perugia 17. Ianuarij 6. 1617. Ripatranſona 1. Septemb. 220 1628. Regolari di Malta 14. Aprilis 127.

Item rigidior, vt qualibet prima, & tertia Dominica cuiuslibet menſis communicare debeat inter Miſſarum ſolemnia, 1632. Monopoli 26. Nouembris 221.

7 *Licentias* alloquendi Moniales coniunctas in primo vel ſecũdo gradu, quater in anno, pro die, & hora certa, Ordinarij Regularibus concedere poſſunt, & tenentur, dum nihil obſtat: non tamen in Aduentu, Quadrageſima, Feſtis, feria ſexta, Sabbato, & Vigilijs. Quæ ſubſcribi debẽt etiam à Superiore Regulari pro Monialibus ſub Regularium gubernio exiſtentibus, item regiſtrari & confeſſario conſignari, qui aſſiſtat cum Aſcultatricibus, 12. *Kal. Decembris* 1623. 1648. 6. *Nouembris* 56. 1649. *Forli* 23. *Iul.* 55.

Alias Regularis incurrit, licet confeſſarius nolit aſſiſtere; vel ita ſubmiſſa voce loquatur, vt Confeſſarius, & Aſcultatrices non intelligant, 1627. Cappuccini 27. Aug. 404.

8 Ordinarius dare poteſt ſupradictã licentiam, licet Regularis patiatur defectum Natalium, 1632. S. Domenico 30. Iul. 99.

9 Nulla Monialis venire poſſit ad loquendum cum Perſona, quæ licentiam obtinuit, niſi quæ nominatur in ipſa; & collocutionibus aſſiſtat altera ex Aſcultatricibus, quæ claues cratis collocutorij accipiat à Superiorisſa: quas nunquam tradet, niſi viſa, & recognita licentia, 1593. Como 16. Mar. 1 9. §. 3.

10 Licentia Moniales alloquendi dari non poteſt ab Archipresbytero, licet ſe prætendat Superiorem Monaſterij, 1621. Aquila 11. Maij 76.

Nec à Vicario Foraneo. *V. Clauſura*.

11 Dum adeſt cauſa proportionata, poteſt ab Ordinario concedi licentia Sæcularibus alloquendi Moniales, etiam Aduentus, & Quadrageſimæ tempore, 1624. Palermo 5. Martij 61.

12 Abbatiſſæ debet concedi licentia libere alloquẽdi quoſcumque opus fuerit, 1595. Gubbio, 15. Martij 15.

13 Epiſcopus non poteſt cogere Moniales ad conſanguineos alloquendos, 1648. Nullius Carpi 17. Iulij 41.

ACCIDENS. *Regula* 89.

QVod in vno eſt accidens, in alio nõ poteſt eſſe ſubſtantia. Vnde calor non eſt forma ſubſtantialis ignis: quia in alijs, puta in Aqua, eſt Accidens. *Ariſt.* 1. *Phyſicor. text.* 27. *&* 3. *tom.* 2. *S. Thom.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 6. *ad* 1.

ACCVSATIO. *Adulterium*.

ACTIO *Auctor. Cauſa criminalis. Ceſſio. Creditor. Debitor. Exceptio. Mora. Mutuum. Præſcriptio.*

Vbi donatur, vel creditur actio, non eſt neceſſarius conſenſus Debitoris, contra quem actio creditur vel donatur. *l.* 2. *C. de Donat.* Prout hæc, & alia De Actionibus plenè dixi in proprio titulo in Ciuilibus.

ACTOR. *Agere. Reus.*

IMpetrans per reſcriptum Papæ, cauſam alicui committi, *Appellatione remota*, ſi poſtea reconueniatur à Reo, non poterit appellare: Modus enim procedendi, *Appellatione remota*, datus in cauſa conuentionis, intelligitur tacitè repetitus in cauſa reconuentionis: quia Actoris, & Rei eadem eſt conditio. *cap. fin. De mutuis petit.*

2 Actor, qui plenè probauit, non eſt compellendus iurare, *cap.* 2. *de probat.*

3 Actor debet ſequi forum Rei. *cap. Experientiæ cum ſeqq. cap. ſi quis cum clerico,* 11. *quæſt.* 1.

Amplia, etiam ſi Actor ſit Clericus. Nec etiam vbi Tribunalia ſunt communia, poteſt Epiſcopus prohibere Clericis, ne laicos citent in foro Sæculari, dum cauſa eſt profana, 1594. Recanati 10. Ianuarij 21. 556. 1601. Nullius Peſcia 2. Maij 123.

Limita tamen primo, quia fabrica Eccleſiæ, ſi vult, poteſt trahere Reum ad forum Eccleſiaſticum, *Barboſa alleg.* 82. *num.* 37.

Limita 2. in multis Hoſpitalibus, & locis pijs, quæ priuilegium habent trahendi Reos ante proprium Iudicem.

Limita 3. in actibus voluntarijs, & extraiu-

traiudicialibus. *Rota quam refert Diana in fine quintæ partis, vt dixi in Canonicis, lib. 2. tit. 2. num. 1.*

Limita 1. quia Clerici poſſunt de ſuis malefactoribus proponere querelam etiã coram Iudice Eccleſiaſtico, *cap. Cum ſit generale* 8. *De foro compet.*

4 Si Actor intentauit primo petitorium, & ſuccubuit, non habet poſtea regreſſum ad poſſeſſorium; quia obſtabit ei exceptio rei iudicatæ: ſi vero intentauit prius poſſeſſorium, & ſuccubuit, poteſt poſtea petitorium intentare. *Oinot. de interdictis in princip. num.* 14.

5 Actore non probante, Reus abſoluitur, *cap. fin. iuncta gloſ. in verb. Probatione defecerit.* §. *Sane De except. l. Qui accuſare, C. de eden.* §. *& verius, cum gloſ. fin. inſtit. de legatis.* Hæc tamen Regula limitatur in multis caſibus.

I. Propter præſumptionem transfertur probatio in Reum.

II. Cum Actor intentionem ſuam fundauit de iure communi.

III. Cum Reus ſponte ſibi aſſumit onus probandi.

IV. In communibus iudicijs vtriuſque probationes audiuntur.

V. Cum vterque contendit ſe poſſidere, vtriuſque probatio auditur.

VI. In crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur.

VII. In crimine læſæ Maieſtatis, in Sacramentis deſertis, in proditione Patriæ, & in crimine peculatus, vtriuſque probationes audiuntur, *gloſ. in cap. fin.* 6. *quæſt.* 5. Vt latius dixi *in tit. de action. n.* 32.

6 Econtra ſi Actor probauit actionẽ, Reus autem opponat exceptionem, quã non probet, condemnari debet, ac ſi nihil oppoſuiſſet. *Rota apud Cenc. Addit. deciſ.* 64. *num.* 6.

ACTA. ACTVS. AGERE.

Cauſa. Falſum. Iudex. Regula.

Sibi imputare debet, qui non petiit Actorum copiam, quam Iudex mãdauit dari. *Rota recentior. apud Farin. to. 2. deciſ.* 47. *num.* 2.

2 Actus internus, in quantum coniungitur cum externo, cadit ſub poteſtatem Eccleſiæ: licet ſit ſecus, ſi cum externo non coniungatur. Vnde poſſunt excommunicari, qui non recitant officium cum attentione, qui non confitentur cum dolore, qui ex cõtemptu omittunt ieiunare, &c. patet ex eo, quod excommunicantur Monachi, qui animo nocendi ſuis Superioribus vel Monaſterijs, vadunt ad Curias Principum, &c. *Bonac. de Cenſur. diſp. 1. quæſt 1. pun. 3. n. 4.* Quidam tamen hoc intelligunt, dummodo in ipſa actione prauitas animi ſufficienter manifeſtetur exterius. *Diana* 5. *tract.* 6. *reſol.* 48.

3 Agere, & facere differunt: Nam *Facere* eſt actus tranſiens in externã materiam; ſicut ædificare, ſecare, & huiuſmodi: *Agere* vero eſt actus permanens in ipſo Agente; vt videre, velle, & huiuſmodi. *S. Thom. 1. 2. quæſt.* 57. *art.* 4. *in corp. vide infra v. Ars.*

4 Agere regulariter nemo compellitur; nec quis inuitus cogitur defendere. *l. Inuitus, ff. nouo. de reg. iuris.*

Fallit in 18. vel 19. caſibus notatis *per gloſ. in cap. 1. §. ſolet. ℣. Aeſtimamus.* Ad illum textum. *De reſt. ſpoliator. in 6.*

ADAM. *Littera.*

1 Adam, & Iſaac non leguntur ſacrificium obtuliſſe; non quia reuera non obtulerint, ſed quia non de omnibus iuſtorum ſacrificijs mentio fit in ſcriptura, niſi de illis, circa quæ aliquid ſpeciale accidit. Poteſt autem eſſe ratio, quare Adam non legatur obtuliſſe ſacrificium: ne quia in ipſo notatur origo peccati, ſimul etiam in eo ſanctificationis origo ſignificaretur.

Iſaac vero ſignificauit Chriſtum; in quantum ipſe oblatus eſt in ſacrificium; vnde non oportebat, quod, ſignificaret etiam quaſi ſacrificium offerentem. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 85. *art.* 1. *ad* 2. *Vide quæ dixi. Geneſ.* 4. 3. 1.

2 Adam maximum, qui ſepultus eſt in Hebron, non fuiſſe primum hominẽ, probabilius cenſui *in Collect. ad Ioſ.* 14. 15.

Cetera videre potes in Indice mearum Collectanearum verbo *Adam.*

ADIVNCTI. EPISCOPVS. ADMINISTRATOR.

Ciuitas. Hoſpitale. Miniſter. Monitorium. Regularis.

1 Contra Adminiſtratorem nõ datur manutentio, ſed ſola actio ad reddendam rationem. Et in ſpecie, quod quis cogi non poſſit ad exercendã pro alio apothecam *Othob. d.* 59. *n.* 7. *c.* 3. 36.

2 Qui adminiſtrant periculo aliorũ, non tenentur præſtare cautionem. C.C. Peruſin. 13. Maij 1623. ſed iuramentum ſic, ſi exigatur. 22. Apr. 1624. c. 2. 12.

ADOPTIO.

DE *Chriſto,* etiam in quantum homine, dici non poteſt: quia filiatio propriè reſpicit perſonam, & non conuenit naturæ. In Chriſto autem non eſt alia perſona vel hypoſtaſis,quam increata. Ergo Chriſto conuenit eſſe filium per naturam. Sed adoptio eſt participata ſimilitudo filiationis naturalis: nec recipitur dici aliquid participatiue,quod per ſe dicitur. Ideo Chriſtus, qui eſt filius Dei naturalis: nullo modo dici poteſt filius adoptiuus. *D.Thom.3. quæſt.23. art.4. & in 3.diſt.11. art.3.* Vbi refert S.Ambroſium in Epiſtolam ad Roman.1. ſuper illud. *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute.* dicentem. *Volui,& reuolui ſcripturas: & Chriſtum nunquam adoptiuum filiũ inueni.*

De adoptionibus plenè dixi lib. 1. Ciuilium in ſuo titulo.

ADORATIO.

Euchariſtia. Honor. Nouitas.

1 EST *actus* honorandi alterum, ſe illi tamquam Superiori, & excellentiori ſubmittendo. *Clau. Reg. lib.4. cap.3. num.3.*

2 Adoratio Crucis Chriſti fit duplici ratione.

I. In quantum repræſentat nobis figuram Chriſti extenſi in ea. Et ſic veneramur eam, non ſolum in propria materia, ſed etiam in qualibet alia, puta lapidis vel ligni, auri vel argenti, & eadem veneratione, qua veneramur Chriſtum, ſcilicet adoratione latriæ: quia ſecundũ Philoſophum lib. de memoria, & reminiſcentia cap. 2. circa medium; *Idem eſt motus in Imaginem,& in rem,cuius eſt Imago.* Et propter hoc etiam Crucem alloquimur, & deprecamur, quaſi ipſum Crucifixum.

II. In quantũ eſt ſanctificata per contactum Corporis Chriſti, & eius ſanguine perfuſa. Et ſecundum hanc quoque rationem adoratur eadem adoratione latriæ,ſed in propria tantum materia: ſicut adoramus clauos, lanceam, ſepulchrum, &c. Sed horum Imaginem non adoramus: quia iſta veneramur ſolum ratione contactus, non autem repræſentationis; ideoque non adorantur in alia materia. *D. Thom.3. quæſt.25. art.3. & 4.*

Reliqua pete ex locis indicatis in Collectanearum Indice verbo *Crux*.

ADRIANVS IMP. *Mors.* 5.

ADVLTERIVM.

Circumſtantia. Coniux. Conuertitæ. Degradatio.

1 DE *Adulterio*, & Adulteris, item partum ſupponentibus. *Nauar. cap.16. num.43. ſeqq. & c. Officij 4. de pœnit. & remiſſ.*

Nec Adultera,vel ſupponens partum, tenentur ſe prodere; ſed aliter damnum, ſi poſſunt, compenſare. *Diana 3. tract. 5. reſol.30. in fin.*

2 Adulterante vxore, Vir lucratur dotem, & Mulier, adulterante Viro, donationem propter nuptias,in duobus caſibus.

I. Cum ſeparatio fit auctoritate Iudicis Eccleſiaſtici.

II. Cum Adulterium eſt publicum propter exceptionem, *cap. Plerumque, de donat. inter vir. & vxor.*

Quod Ampliatur primo, vt Maritus lucretur dotem in dictis caſibus, non ſolum ſi Mulier cum viro alieno adulteretur, ſed etiam ſi cum eo in balneum ingrediatur. *l. vlt. C. de repud. gloſ. cap. Non oportet. 81. diſt.*

Ampliatur ſecũdo, vt infra poſt quartam limitationem, *verſ. Secus.*

Hæc tamen Regula limitatur primo, quãdo vir quoque fuit adulteratus:quia tunc Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, *cap.Intelleximus. De Adulter.*

Limitatur ſecundo, quãdo Mulier habet filios; quia tunc filij dotem habebũt quo ad proprietatem. *Ang. Dos. 15.*

Limitatur tertio, quando is, qui dotem dedit, pactus eſt eam ſibi reddi. *Ang. ibid. num.19.*

Limitatur quarto, quando ipſe Maritus accuſat criminaliter vxorem de adulterio: quia tunc pars dotis tranſit ad liberos; pars vero ad Monaſterium deuoluitur, in quod Mulier poſt verberationẽ detruditur. *cap.Gaudemus,de diuortijs.Auth. ſed hodie, C. de Adulter.*

Intellige tamen de Monaſterijs Mulierum Pœnitentium, vulgo Conuertitarum, ſeu etiam de Conſeruatorijs, & pijs locis pro huiuſmodi erectis, vt quæ Romæ dicuntur *Caſa Pia, e le Mal maritate*; non autem de Monaſterijs ſanctimonialium Virginum, in quæ neque honeſtæ viduæ ingredi ad permanendum permittuntur, niſi cum licentia Sedis Apoſtolicæ, vel Sacræ Congregationis, & magna cautela.

Secus eſt, ſi accuſantur ab alio, quam à Marito, ſeu ſi Maritus non criminaliter, ſed ciuiliter tantum accuſet ad diuortium: tunc enim lucrabitur dotem. *Oinot. de Nupt. par.4. num.26. & ſeqq.*

3 Non poteſt aliquis poſt quinquennium amplius accuſari de adulterio, vel ſtupro, vel lenocinio, vel alio capite pertinente ad legem Iuliam de adulteriis. *l. Adulter. 5. iuncta gloſſa verbo Adulterium, C. de Adulter. l. Mariti 39. §. quinquennium, ff. num. eod.*

ADVOCATVS.

Clericus. Doctor. Irregularitas. Lector. Poſtulare.

1 PEccat non ſubueniendo Pauperi in extrema, vel graui neceſſitate ſui patrocinij conſtituto. *argum. cap. 21. Paſce 86. diſt Pauon. prop. 1890.*

Quod ampliatur procedere, licet ex tali defenſione non pendeat vita pauperis, aut ſuorum, ſed tantum notabilium bonorum iniuſtam iacturam facturus putetur, niſi per talem Aduocatum defendatur. Is enim tunc tenebitur tali pauperi patrocinari: quia vbi agitur de damno Proximi vitando, tenemur opitulari, licet in extrema neceſſitate non ſit. Vnde qui reperit errantem Bouem, aut Aſinũ proximi, etiam inimici, vel ſub onere iacentem, tenetur reducere, vel ſubleuare, ſi poteſt, nec alium putat veriſimiliter opitulaturum. *Exod. 23. 4. Deut. 12. Nauar. cap. 24. num. 22.*

At cum agitur de lucro captando, non tenemur ſub mortali proximo ſubuenire extra caſum extremæ neceſſitatis; vnde nec Aduocatus in tali caſu tenebitur patrocinari: non enim Aduocatus magis tenetur eleemoſynam facere de ſua facultate, quam Diues de ſuis bonis. Et iura magis fauent tractantibus de damno vitando, quam de lucro captando. *l. 2. §. ſi nauis, ff. v. Ad l. Rhod. de iactu. l. fin. C. de Codicill. S. Thom. 2. 2. quaeſt. 71. art. 1. in corpore, Nau. cap. 25. num. 20.*

In ſtatu tamen Eccleſiaſtico tenentur Aduocati gratis pauperibus patrocinari. *Paulus V. conſt. 71* quæ incipit *Vniuerſi*.

2 Non licet Aduocato conuenire de quota parte litis, puta de dimidia, tertia, quarta, decima, vel vndecima, ne anſam accipiat per fas, & nefas vincendi. *l. Sumptus, 13. ff. v. de pactis. l. litem 15. C. de Procurat. Paulus V. d. conſt. 71.*

Item ſi paciſcatur, vt tantum ſibi ſoluatur victa lite: alioquin ſæpè fieret fraus legi. *gloſ. d. l. ſumptus. Vinc. de Franchis deciſ. 265. Barboſa alleg. 79. num. 28.*

Liceret tamen paciſci de moderato ſtipendio pro ſuo labore, ſiue vincat, ſiue non, immo & de aliquo moderato palmario ſibi dando, ſi vicerit; dummodo non ſit tale, vel tantum, quod faciat præſumi fraudem. *Alex. in l. 1. ff. n. de var. & extraord. cognit. Salic. in d. l. litem.*

3 Aduocatus, pendente lite, prohibetur contrahere cum clientulo. *Oinot. de action. §. Quadrupl. num. 50.*

Sicuti & Medicus cum infirmo, & Iudex cum ſubiectis: de quibus dixi latius in tit. de action. num. 264. §. 4.

4 Aduocatus pro modico aduocans contemptibilis habetur, *Barb. alleg. 79 n. 30*

AEGYPTVS. verbo *Præfectus.*
AER. *Aqua.*

AErem effectum meliorem ex deſiccatione paludum probare volentes, deponere debent, quod durantibus paludibus, homines infirmabantur, non conſeneſcebant, habebant malum colorem, diſcedebant ab eo loco, nec alij veniebãt eo ad habitandum, & ſimilia: & quod facta deſiccatione, prædicta ceſſauerunt, *Rota recentior. apud Farin. tom. 1. par. 1. deciſ. 7 n. 4.*

AETAS.

Canonicus. Delegatus. Habitus. Officialis. Penſio. Profeſſio.

1 AEtatis annus quartusdecimus in beneficio ſimplici ſufficit, ſit incoeptus, *Sac. Congreg. 16. Maij 1596. Rota apud Farin. par. 4 deciſ. 155. Barboſa alleg. 76. Diana 3. tract. 6. reſol 64.*

Immo ſi in fundatione talis beneficij ſit cautum, quod ante annum decimumquartum etiam incoeptum poſſit obtineri, non cenſetur huic diſpoſitioni per Concilium derogatum, *vt dixi in tit. de ſent. excomm. num. 107.*

Item diſpenſatus, vt ante 14. annum poſſit beneficium ſimplex obtinere, cenſetur ad ſimilia habilitatus: vnde poteſt, illo dimiſſo, aliud ab Epiſcopo recipere. *Barboſa alleg. 45. num. 34.*

Ad dignitates tamen ſine cura Animarum annus 22. debet eſſe completus, nec Epiſcopus diſpenſare poteſt, *Sac. Concilij Congreg. 20. Sept. 1631. vt latius dixi in tit. de ætate, & qual. num. 4.*

2 Aetas 21. annorum incoeptorũ requiritur in Canonicis Cathedralis, quãuis in ea non fuiſſet facta diſtributio ſacrorum

crorum Ordinum: vt ſcilicet Canonicus ad ſubdiaconatum infra annum valeat promoueri, *Sacra Congreg. in vna Venafren. 13. Martij* 1603.

Sicut & in Canonicis Collegiatarum, etiam inſignium, vt ex eadem dixi in dicto tit. de ætate, & qualitate num. 7.

3 Aetas pubertatis in maſculo eſt 14. annor. in fœmina 12. præterquam in alimentis. Nam ſi alicui Puero relinquantur alimenta vſque ad pubertatem, intelligitur in maſculo vſque ad decimum octauum annum, in foemina vſque ad decimumquartum, *l. Aula* 14. *ff. inf. de aliment. & cib. legat. Bonac. tom. 2. diſput. 3. q. 17. pun. n. 4.*

4 Puer in ciuilibus dicitur proximus pubertati, quando habet decem annos cum dimidio, puella verò quando habet nouem annos cum dimidio: at in criminalibus vtrique dicuntur pubertati proximi, quando à pubertate non abſunt amplius quam ſex menſes, *Iaſ. in l. Properandum, C. de iudic. num.* 2.

5 Aetas in contrahente præſumitur maior: vnde veniens contra contractum prætextu minoris ætatis, eam concludēter probare debet, *Rota recentior. Farinac. deciſ.* 525.

Quomodo verò concludenter probetur ætas, dixi libro primo Ciuiliū tit. 4. De ingenuis, num. 6. Epor. 9.

Contrahentes, ſiue alias diſpenſationē obtinentes, debent habere ætatem de tempore datæ, nec ſufficit, ſi poſtea haberent executionis tempore. *Iannen. lib. 76. 224. c. ſi eo tempore, 9. De reſcript. in 6.*

AGNVS DEI.

A*Gnos* Dei per Papam benedictos, aliquo colore pingentes, aut miniantes, vel vendentes, etiam ratione ſolius materiæ, vel laboris, ſunt ipſo facto excommunicati. Gregor. XIII. conſtit. 2. *Omni certo ſtudio*, cuius fragmentum huc ſpectans retuli in tit. De ſententia excōmunicationis, num. 200. §. 1.

Allegatio. Bona. Donatio. Dos. Legatum. Metus. Miniſter. Neceſſitas. Subſtitutio.

1 A*Lienatione* alicui prohibita, non intelliguntur modica, & ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, qualia ſunt, quæ per triennium corrumpuntur, *l. lex quæ tutores* 22. *in fin. C. De adminiſtratione tutorum, gloſ. vlt. cap. 1. De cler. ægrotant. Bonac. de var. tr. diſp. 2. q. 1. par. 2. n. 2.*

Vnde bona Eccleſiæ modici valoris poſſunt nunc ſicut antea ſine aſſenſu Apoſtolico alienari. Fuit enim deciſum, neque per extr. Ambitioſæ, neque per Concilium, aut aliam Conſtitutionem Pontificiam derogatum eſſe cap. Terrulas 12. quæſt. 2. Sac. Congreg. 12. Ianuarij 1596. *Farinac. par. 4. deciſ.* 149. 1613. *Meſſina 29. Nouembris* 102.

Dicuntur autem modici valoris, quæ non æſtimantur vltra viginti ſolidos ſecundum gloſ. in dicto cap. Terrulas.

Vel vigintiquinque, vt Sacra Congregatio 1613. Meſſina 29. Nouemb. 102. aſſeruit declaraſſe Paulum V.

Alij dicunt, id arbitrio Ordinarij relinquendum, conſiderata qualitate Eccleſiæ, alijſque circumſtantijs. Notum eſt enim, quod cauſa de Porcello inter Ruſticos dicitur magna, quæ inter nobiles, vel diuites reputatur modica, vel nulla, *Genuen. cap. 60. num. 3.*

Qui notat ibidem, quod Terrula, quæ alienatur ſine aſſenſu, debet eſſe inutilis, vel quia longe poſita, vel alia de cauſa. Ideo qui terrulam alienaret, quæ pro modulo ſuo non eſſet inutilis, incurreret in poenas extr. Ambitioſæ, niſi vtilitas eſſet valde modica; quia parum pro nihilo reputatur. *Vide infra verb. Pecunia, & quæ breuiter dixi lib. 2 Imperialium inſtitutionum tit. 1. à num. 20. De alienatione bonorum Eccleſ.*

2 Bona ſtabilia Status Eccleſiaſtici nō poſſunt in forenſes alienari ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. *Sixt. V. conſtit. 3. Clem. Octauus conſt.* 78. Vide quæ dixi in Collect. leuit. 25. 13.

3 Nudum præceptum, ſeu prohibitio alienandi, ſine cauſa factum, alienationem non impedit, *l. Pater filium.* 38. §. *Iulius, ff. i. de leg. 3.*

4 Alienationes inter viuos, ſi factæ fuerint in fraudem, ipſo iure valent; à creditoribus tamen per Paulianam reuocari poſſunt, adhibita diſtinctione, quod in titulis onerofis requiritur fraus vtriuſque, tàm alienantis, quàm accipientis; in lucratiuis verò ſolius alienantis ſufficit. *Oinot. de action. §. Si quis in fraudem, num.* 55. *&* 56.

5 Alienans rem aliquam hæreditariā, à teſtatore prohibitam alienari, ſub poena priuationis hæreditatis, amittit ſolam hæreditatis partem quoad rem ſic alienatam: Sic etiam alienans partem rei emphyteoticæ, non cadit à tota emphyteuſi, niſi alienaſſet tanquam directus Dominus, non facta mentione, quod res erat emphy-

emphyteotica. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 219.

6 Prohibita per teſtatorem nihilominus alienari poſſunt pro ſolutione æris alieni hæreditarii, & pro reſtauratione corporis hæreditatis, & quando ex tali alienatione fideicõmiſſum fit pinguius. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 299.

7 Per clauſulam prohibitionis alienationis, etiam latè ſumpto vocabulo, hypotheca quoque prohibita cenſetur. *gloſ. in l. finali verb. vel hypothecam, C. de rebus alienis non alien. Rota apud Coccin. deciſ.* 50. *num.* 6.

8 Prohibitio alienationis bonorum litigioſorum non eſt generalis, aut perpetua, ſed ſolum à iure inducta ad certum effectũ, vt occurratur occultis fraudibus, aut machinationibus colligantium. *l. Cenſemus, C. de litig.*

Vnde non habet locum, quando alienatio eſt generalis, ſaltem quando donans non habet alia bona præter litigioſa: quia nemo præſumitur tam fatuus, vt ad nocendum alteri donare velit omnia bona ſua. *Rota* 8. *Iunij* 1637. *coram Verospio deciſ.* 228.

9 Alienare quãdo, & quomodo poſſint Regulares. Vide lib. 2. Ciuilium, tit. 1. num. 20. ſub Ampl. 6.

ALIMENTA.

Actus. Excommunicatio. Nouitius. Pater. Teſtis. Tranſactio. Virgo. Vxor.

1 *Legata* alicui, quoad cum aliquo moraretur, durat etiam mortuo eo, cum quo debet morari: nec eo viuo, quolibet momento cum illo morari tenetur. Immo ſi aliqua iuſta cauſa cum illo morari non poſſit, non ideo euaneſcit legatum. Vt ſi legata ſint alimenta vxori, donec manſerit in domo ipſius Teſtatoris: & illa cum hæredibus viri morari non poſſit abſque ſiniſtra ſuſpicione, vt quia eſſet iuuenis, & valde pulchra. *l. Caio* 12. §. *Imperator, ff. i. de alim. & cib. leg. vbi Bart. l. ſi quis ita* 8. *ff. i. de condit. & demonſtr.*

Item legatum filiæ relictum, ſi nupſerit alicui, vel ex certo perſonarum genere, non amittitur, ſi perſona deſignata recuſet illam ducere: ſi vero filia nubere nolit, legatum deficit. *Rota recent. apud Farin. par.* 1. *tom.* 1. *d.* 80. *num.* 2.

2 Alimenta debita iure actionis debentur, etiam quod quis habeat aliunde: ſecus ſi officio Iudicis. *Bart in l libertis quos* 18. *ff. i. de alim. & cib. legat. Vinc. de Franch. deciſ.* 211. *num.* 3. *& dixi de act. num.* 6. *Vide quæ dixi* 4. 6. 115. §. 5.

Et quando alimenta debentur alicui officio Iudicis, & ſic de iure naturali, alimentandus non poteſt iis renunciare. *Rota apud Farinac. recent. par.* 1. *num.* 1. *deciſ.* 31. *num.* 2.

Si vero debentur ex actione, licet eorum ius formale cedi non poſſit; illorum tamen annua commoditas, & perceptio poteſt obligari, & cadit ſub generali bonorum hypotheca. *Rota deciſ.* 252. *n.* 3.

3 Alimenta præſtita conſanguineo, vel affini pauperi, cenſentur donata: alias in dubio præſtita animo repetendi, vel compenſandi. *Rota apud Cenc. poſt addit. deciſ.* 114. *num.* 6.

4 Qui præſtitit alimẽta in principio, & fine temporis, cenſetur etiam præſtitiſſe medio tempore, ſi alimẽtandus medio tempore tacuit. *Rota deciſ.* 116. *&* 117.

5 Alimenta, ſeu fructus dotis non reſtitutæ, debentur viduæ per hæredes de iure communi, aliquibus concurrentibus.

I. Quod diligentiam adhibuerit pro rehabenda dote.

II. Quod aliunde non habeat, vnde viuere poſſit. *Rota apud Galleſ. deciſ.* 78. *n.* 8.

III. Quod non ſit data dilatio. *Rota num* 11.

Et iſti fructus poſsũt taxari. *Rota dec.* 85

6 Cauſa alimentorum, præſertim à Sac. Congreg. decretorum, non admittit appellationem. 1646. 25. Maij 13. 14. 21. Septembris 22. 5. Octobris 72.

7 Alimenta licet taxata, ex cauſa tamen ſunt augenda: puta quia alimentando ſunt nati filij; vel quia ſunt aucta pretia ciborum, ſeu veſtiarij, aut calceari j, ſeu quarumcumque aliarum rerum, ſine quibus non poteſt hominum vita ſuſtentari. *Rota apud Galleſ. deciſ.* 31. *per tot.*

8 *Regularibus* ad triremes damnatis, poſtquam ducti erunt ad carceres, à Camera Apoſtolica debentur alimenta. 1593. Napoli 18. Octobris 263.

Aliis Carceratis ab eorum Religione vel Conuentibus. 1649. Later. 26. Febr. 3. 1654. *Domenicani* 7. *Aug.* 71.

Expulſis, ſi Monaſterium poſſidet eorum bona, aliquid annuum, vel menſtruum, ad proportionem ratæ fructuũ. 1641. Somaſchi, 6. Decembr. 353.

9 *Moniali* debentur à Monaſterio dotem poſſidente, licet in alio depoſitatæ. 1643. 10. Mar. 20.

Vel propter delictum tranſportatæ. 1645. 10. Nouembris 46. 1647. 11. Ian. 48. 10. Maij 3.

Sed

Sed nō alio voluntariè tranſlatæ. 1640 Napoli 3. Aug. 266.

10 *Nouitiarum, vel Educandarum, &c.* taxata non ſunt à S. C. ſed taxari debent pro quolibet Monaſterio in ea quantitate, vt inde non ſentiat detrimentum. 1602. Tortona 10. Iun. 45.

Vnde tempore penuriæ debent ſolui ſaltem ſcuta quinque in ſingulos menſes. 1593. Ferrara, 1. Decembris 351.

11 Si Nouitia egrediatur, reſtituatur ei reſiduum alimentorum anticipate ſolutorum, 1618. Nocera, 12. Ian. 11.

ALLEGATIO.

1 ITa concepta: *Hoc dicit quædam lex, vel Canon,* valet, licet non ſpecificetur vbi. *gloſ. cap. vt Euidenter* 82. *verſ. quodam loco* 1. *quæſt.* 1. *Arg. cap. Cum Beatus* 8. *XLV. diſt.*

Sola tamen narratiua non probat: vnde requiritur, quod ponatur tenor relati de verbo ad verbum, ad euitandum faſtidium vlterioris probationis, *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. infra verbo fides num.* 13. *remiſſiue.*

2 Allegans propriam turpitudinem non debet audiri, niſi fiat propter aliquā cauſam neceſſariam ad Animæ ſalutem, vel nomine Eccleſiæ. Vnde rem Eccleſiæ male alienatam ipſe quoque Prælatus, vel Beneficiatus, aut Rector, qui alienauit, etiam contra proprium iuramentum, repetere poteſt; quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis: & cum ſit contrarium alteri iuramento emiſſo in capienda poſſeſſione Beneficij, de bonis eius non alienandis, & alienatis pro poſſe recuperandis, nullum eſt. *Vide Dianam* 3. *tract.* 2. *reſol.* 87.

ALTARE.

Epiſcopus. Exemptio. Indulgentia. Miſſa. Oratorium. Regularis.

ERectio. Altare in Eccleſia conſecrata non poteſt erigi ſine licētia Epiſcopi. *cap. Quamuis Chorepiſcopis,* 4. *diſt.* 68. *cap. Nullus Presbyter* 25. *de conſecr. diſt.* 1.

Et eorum, qui ſuper eo poſſunt habere intereſſe. 1602. 18. Iun. 59.

Idem dicendum de Eccleſia benedicta propter eamdem rationem: nam ita eſt ſub Epiſcopi iuriſdictione Eccleſia ſolūmodo benedicta, ſicut ſolemniter conſecrata.

2 Altare maius regulariter habet eūdem titulum cum Eccleſia. *Rota recentior. apud Farinac. par.* 1. *deciſ.* 313.

3 De Aræ Athenienſium inſcriptione *Ignoto Deo* Act. 17.

Huius inſcriptionis Oecumenius duas refert cauſas. Vna eſt, quod cum Athenienſes auxilium à Lacedemonijs per Nuncios contra Perſas petijſſent, ſpectrū Panis iuxta Parthenios Nuncijs apparuit, accuſans Athenienſes, quod alios Deos, ſe neglecto, colerent; ſeque pro ſua erga eos beneuolentia futurū auxilio promiſit. Cum itaque potiti fuiſſent victoria, Deo Pani templum excitarunt: & timentes ne idem in aliud tempus, ſi quēquam ignotum Deum prætermiſiſſent, incideret, eam Aram extruxerunt, & inſcripſerunt. *Ignoto Deo,* quaſi dicerent. Si quis adhuc eſt Deus nobis ignotus, eum inuocamus, vt nobis propitius eſſe dignetur.

Quod ſi verum eſt, intelligere debemus, Diabolum, Idololatriæ multiplicandæ cupidiſſimū, Nuncijs illis apparuiſſe.

Altera cauſa talis eſt. Graſſabatur quōdam apud Athenienſes ſæuiſſima peſtis: cumque Deorum omnium ſingularium auxilium imploraſſent, nihilque ſenſiſſent adiumenti; coacto Concilio, coniecerunt, alium fortaſſis eſſe Deum incognitum, ab ipſis ſine honore relictum: vnde nouam Aram extruxerunt, eamque *Ignoto Deo* inſcripſerunt: quo facto, peſtis illico ceſſauit *Sixt. Bibliotheca Sancta lib.* 1. *verbo Aræ Athenienſium inſcriptio.*

Aliam huius inſcriptionis cauſam ex Areſio tradidi in Collectaneis ad Act. 17. 23. Nempe quòd Gentiles nomina tutelarium Deorum efferri non patiebantur in vulgus, quod timerent, ne primos clientes deſerentes ad alios tuendos trāſmigrarent.

Verum S. Antoninus tradit, hanc Arā erectam fuiſſe, poſtquam S. Dionyſius Areopagita Heliopoli redijt Athenas, narrauitque mirabilem Solis ecclipſim, quæ acciderat feria 6. in plenilunio menſis Martij, quando Chriſtus Dominus in Cruce confixus, & exaltatus fuit, occaſione verborum eiuſdem Dionyſij. *Aut Deus naturæ patitur, aut tota Mundi machina diſſoluetur.* Vnde Athenienſes patienti naturæ Deo ſibi ignoto compatientes, Aram extruxerunt huiuſmodi cum inſcription: *Igoto Deo.*

4 *Priuilegiata* pro defunctis Altaria non communicantur per aggregationes Confraternitatum, & participationes Indulgentiarum 1597. *Ciuita Caſtellana* 13. *Maij* 37. *Diana* 6. *tract.* 7. *reſol.* 39.

Nec

Nec indultum ſuffragatur, niſi in eis celebrentur Miſſæ de Requiem, licet hoc forte in Indulto non exprimeretur. *Sac. Rit. Congregatio in vna Piſtorien.* 1. *Iunij, & in alia Toletana* 13. *Iulij* 1601.

Miſſa tamen de Requiem neque in tali Altari celebrari poteſt in feſto duplici, quod ſit de præcepto. *Ex eadem Diana* 4. *tract.* 4. *reſol* 233.

5 *Portatile* Altare ligneum cum Ara lapidea permitti debet, non obſtante cõſtitutione Synodali. *Sac. Rituum Congregatio in vna Caietana* 10. *Nou.* 1612.

Dummodo Ara ſeu Petra conſecrata non ſit lata minus vno palmo, 1580. Iſernia 29. Decemb. 22.

Et habeat ſolitum repoſitorium Reliquiarum, 159¼. Carmelitani 20. Septemb. 305. §. 6. 1595. *Spagna* 1. *Mar.* 7. *Ex V. Concil Carthagin. can.* 14. *c. Placuit* 26. *De conſ. diſt.* 1.

S. D. N. iuſſit, vt Epiſcopi Auguſtani Oratoris, petentis Reliquias Sanctorum, ad conſecranda tria millia Altarium ab Hæreticis deſtructorum, petitioni, modo, quo fieri poterit, ſatisfiat, etiam cũ Reliquiis innominatis, impoſitis eis nominibus Sanctorum, de quibus magis Populus eſt inſtructus. *P. F.* 2. *Aprilis* 1640.

6 Altare portatile tunc enormiter frangi, vel diminui dicitur, vt conſecrationem amittat, quando frangitur, vel loco mouetur repoſitorium Reliquiarũ. *Sacra Rituum Congregatio in vna Nullius die* 5. *Martij* 1633.

Et quando in reſiduo non poteſt hoſtia, & pes Calicis commode contineri pro maiori parte, licet reliquiæ in eo nõ ſint motæ, *cap* 1. *&* 3. *de conſecr. Eccleſ. vel Altar. Silueſtr. v. Altare nu.* 6. *Bonac. de Sacram. diſp.* 4. *quæſt. vlt. pun.* 9. *n.* 15. Vbi dicit, amittere conſecrationem, etiã quando omnia cornua, quæ inunguntur, ſunt fracta.

Et ideo quando reſiduum commodè capere poteſt Hoſtiam, & Calicem ſaltẽ pro maiori parte, & reliquiæ in eo ſunt immotæ, nec fracta omnia cornua; poteſt colla, vel gypſo iungi cum reliqua parte lapidis fracti, & ſic iunctum ad miſſam deſeruire; ſicut iungimus cingulum fractum, quando reſiduum ſufficiebat ad cingendum.

Notat tamen *Diana* 2. *tr.* 14. *reſol.* 57. ℣. *Nota tertio, &* 5. *tr.* 13. *reſol.* 92. quod cingulum fractum iterum iungi poteſt ad celebrandum, ſine noua benedictione, licet neutra pars ſufficeret ad cingendũ: quod tamen Gauantus nõ admittit.

7 *Demolitio, vel translatio*: Altaria, ſub quorum bradellis cadauera, ſunt ſepulta, licet propterea conſecrationẽ non amittant; debent tamen interdici, donec cadauera in alium deferantur locũ, *cap.* 15. *Præcipiendum,* 13. *quæſt.* 2. *Sacra Congregatio Archiepiſcopo Tranen.* 10. *Nouembris* 1599. *fol.* 131. *vt dixi in can. lib.* 3. *tit.* 40. *De conſecr. Eccleſ. num.* 1.

8 Altaria demolienda nõ debent eſſe iuriſpatronatus, neque habere onera Miſſarum, 1602. Auerſa, 12. Mar. fol. 29.

9 Altaria in loco incommodo, vel indecenti, puta ad columnas, ſita, profanari debent, & demoliri, vel interdici, eorumque onera per Ordinarium transferri ad alia eiuſdem Eccleſiæ iam erecta, vel quam primum erigenda, præſertim maius, 1595. Napoli 18. Septembris 118.

Non obſtante contradictione Confratrum, 1604. Carmelitani 5. Apr. 28. 1630. S. Agoſtino di Monteſiaſcone, 15. Ian.

10 Altaria inornata, & indotata poſſunt à Regularibus concedi alijs patronis, qui eis prouideant, ſi proprij poſt tertiam monitionem cum aliquo interuallo, vel termino non adeo coarctato ab Ordinario faciendam, id præſtare negligant, vel recuſent, 1601. Modena, 2. Maij 58. Domenicani 3. Iulij 73. 1602. Conuentuali 9. Ian. 2. 15. Ian. 3. 1604. Modena, 16. Febr. 17. 1603. 10. Iun. 45. Crema, 28. Ian. 6. 1618. Celeſtini 9. Octob. 339.

ALTERNATIVA.

Beneficium 16. §. 15. *Electio. Epiſcopus Prædicator.*

1 IN *Alternatiuis*, quando vna pars eſt licita, altera illicita, vel alias inutilis, aut impoſſibilis, non vitiatur obligato in totum; ſed reſoluitur in promiſſionem ſimplicem, licitam, & vtilem. *l. Si duo Rei, & ibi DD. ff nouo de verbor. oblig. Rota apud Cencium deciſ.* 317. *num.* 3.

2 Negatur regulariter Alternatiua electionum, quando partialitates nõ ſunt numeroſæ, 1634. Can. Reg. di S. Giacomo 9. Iun. 244. 245.

Die 29. Martij 1636. f. m. Vrb. VIII. confirmauit decretum Capituli Generalis Congr. Somaſchæ, quod poſtquam Prępoſitus Generalis dictæ Congregationis ſui triennij tempus expleuerit, ſucceſſor immediatè eligi non poſſit ex eadem Natione, ſeu Statu. *Refert Fagnan. c. Cum dilectus. De conſuet. n.* 9. *ad finem.*

3 Alternatiua electionis concionatoris inter Vniuerſitatem, & Regulares, cũ

pacto,

pacto, vt eligatur ſemper ex eorum Religione, 1646. Agoſt. 22. Iun. 1.

AMBITIO. *Vanagloria* 2.

Commendati ad inſtantiam alterius extra Religionem nõ incurrunt poenas contra ambientes, 1602. Lateranenſi 18. Iun. 36; 38.

ANATHEMA. *Excommunicatio*.

Videtur proferendum penultima correpta: eſt enim *anathema* proparoxitona vox. *Vide notata ad cap.*15. *Si quis diſcernit*. 28. *diſt*. Gauantus tamen dicit, ſolere communiter pronunciari penultima longa.

2 De Anathema obliuionis dixi breuiter in Collect. ad Iudith. 16. 23.

3 De Anathema vero Maran Atha, ideſt vſque ad Aduentum Domini, nempe poenitentiam, in Collect. ad 1. Corinth. 16. 22.

4 Cur Excõmunicatio dicatur Anathema, breuiter ſimul, & luculenter more ſuo Sayrus lib.1. de Cenſuris cap.3. n.6

ANCILLA.

Clauſura. *Conuerſa*. *Precarium*.

1 *Quæ à Domino* ſolicitatur ad turpia, non ſolum fugere, ſed & officium Iudicis implorare poteſt, quo cogatur Dominus ad vendendam illam; ſicut poſſet etiam propter crudelem corporis cruciatum, *l. ſi lenones, C. de Epiſcopali aud. l. fin. C. de ſpectac. lib.*10. Quibus tamen conformius videtur dicere, quod per ſententiam Epiſcopi ſiue Iudicis libertatem conſequi debeat.

Si vero proſtituat eam, vel ex turpi quæſtu corporis eius lucrari velit, ipſo iure libera manet, *vt probat Sanchez lib.*1. *conſil. moral. cap.*1. *dub.*9.

Eadem, immo maior ratio eſt de puero ſeruo, *vt dixi in tit. De his, qui ſunt ſui, num.*8.

2 Seruientes Mulieres ſæculares intra Monaſteria concedi non poſſunt ab Ordinario: immo ſedes etiam Apoſtolica regulariter hanc licentiam denegat, 1588. Napoli 12. Aug. 73. 1601. Parma 22. Ian. 34. Spalatro 29. Ian. 37. Napoli 16. Iul. 76. 1602. 22. Ian. 5. 1604. Palermo 27. Iul. 22. Vagliadolid 8. Nouembre 71. 1605. Compoſtellana 5. Septembris 63. 1611. Matera 2. Mar. 24.

Sed extra teneri debent in domibus contiguis, vel minus remotis; vnde, occurrente neceſſitate, campana vocentur, 1592. Gerace 2. Mar. 42. Et quæ ſunt intus, vel ad habitum admitti debent, vel dimitti 1594. Nouara 3. Ian. 10. 1603 Theano 23. Octob. 82. Trani 83. 1604. Trani 4. Maij 36.

Et quouſque habent intus Ancillas ſęculares, non datur licentia veſtiendi conuerſas, 1602. Città di Caſtello 29. April. 33. 13. Maij 36. 27. Maij 41.

3 Ancillæ, ſedis etiam Apoſtolicæ auctoritate receptæ, dimittuntur, niſi eis à conſanguineis Monialium, quibus famulantur, victus, & veſtitus expẽſæ ſubminiſtrẽtur, 1619. Oſſeruanti 27. Apr. 146.

4 Ancilla recepta pro ſeruitio Monialis particularis, eo durante, cogi non debet ad inſeruiendum communitati, 1597. Napoli 15. Ian. 6.

Quæ ſi derelinquit heram ad inſeruiẽdum alijs, dimittitur, niſi ſit profeſſa, 1646. 9. Nouemb. 25.

5 Ancillæ huiuſmodi mitti non poſſunt extra clauſuram, 1602. Fiorenza 17. Apr. 22.

Neque de vno Monaſterio ad aliud, 1602. Sorrento 17. Aprilis 22.

Niſi S. C. concederet licentiam de cõſenſu Monialium vtriuſque Monaſterij, transferendi aliquam Ancillam de vno Monaſterio ad aliud: ſed non conceditur licentia eundi, & redeundi, 1600. Capua 5. Decembr. 11.

Nec ſemel egreſſæ poſſunt iterum reingredi, 1628. Lima 28. Iulij 242. 1646. Beneuento 17. Aug. 2.

6 Ancilla concedi ſolet Moniali ſeni, & infirmæ, ſi non ei poſſit applicari vna ex Ancillis communibus, 1601. Burgos 2. Ian. 24. 1604. Alatri 22. Mar. 26. 1647. Napoli 22. Febr. 10.

Audita tamen prius informatione Ordinarij, præſertim in Italia, 1621. Napoli 20. Mar. 41.

7 Ancillæ huiuſmodi non ſolum nequeunt, recipi, ſed nec in locum deficiẽtium ſubrogari, abſque Sedis Apoſtolicæ, vel S. C. licentia ſpeciali 1613. Liſbona 30. April. 52. 1645. Napoli 22. Septemb. 49. 6. Octob. 76. 1646. Napoli 13. Iul. 30.

ANIMA. *Iapones*.

1 *Animas*, licet ab omni culpæ ac poenæ reatu ſolutas ſiue purgatas, non ſtatim in cælum aſcendere, ſed in quibuſdam receptaculis vſque ad diẽ iudicij detineri, hæreticum eſt aſſerere. *Eugenius IV. conſt.*17. *Benedictus XII. conſt.*4.

2 Animæ Purgatorij, licet ſint Superiores nobis propter impeccabilitatẽ,

ſunt tamen inferiores quantum ad pœnas: & ſecundum hoc non ſunt in ſtatu orandi, ſed magis vt oretur pro eis, *Sanctus Thom.2.2: quæſt.83. art.11. ad 3.& in 4. diſt.15. quæſt.4. art.5.*

Licet contraria opinio Richardi *in 4. diſt. 45. art. vlt. quæſt. 2. &* 3. non ſit improbabilis. *Vide Ellium pag.7. num.1.*

Opinionem tamen S. Thomæ magis Eccleſiæ probari ſcribit Gauantus in Rubricas Miſſalis *par.1. tit.7. n.6.* Ideo enim arbitratur prohibuiſſe Eccleſiam: ne in Miſſis Defunctorum fiat commemoratio viuorum, licet oratio ſit communis pro Viuis, & Defunctis.

Sed qui tenent opinionem Richardi, reſpondere poſſunt, id fieri, vt toti ſimus ad iuuandas illas Animas, quæ tantum indigent: nam *pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.*

3 Opinionem Soti, & aliorum, quod Animæ non detineantur in Purgatorio vltra decem, vel viginti annos, quidam Prædicator Minorita docens, à S. Inquiſitionis Senatu compulſus eſt retractare, quod retrahat fideles ab operibus ſatisfactorijs, & ſuffragijs pro defunctis offerendis. Vnde probabiliter *Naldus v. Anima num.2.* Opinionem hanc periculoſam vocat, & erroneam. Henriquez vero ex Surio notat, quod quidam Innocentius Papa detinendus eſt in Purgatorio vſque ad diem Iudicij. *Diana 4. tr.8. reſol.101.*

ANIMAL. *Abigeus.*

1 OCcidens animalia domeſtica, quæ in ſuo prædio damnum inferunt, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem: quia non eſt ei ius id faciẽdi, ſed ſolum expellendi, & poſtea contra eorum Dominum competentibus actionibus ad damnorum refectionem agendi. *l. Quintus Mutius 39. Alias eſt l. Quamuis 40. §. Pomponius, ff. v. ad l.Aquil.*

Quod tamen limitatur primo, quando expellere non ſufficit: tunc enim Animalia capere, & includere poſſumus; non quaſi animo illa Domino cælandi, ſed donec de damno eorum Dominus monitus ſatisfaciat. Immo & occidere, quãdo aliter graue damnum proprium euitare non poſſumus; cum poſſimus homines, quod longe maius eſt. *Nau. c.15. num.2. Bonac. de Contr. diſp.1. quæſt.3. pun.7. n.24. & diſp.2. quæſt. vlt. ſect.1. pun.10. n.1.*

Limitatur ſecundò quando Conſuetudo, ſtatutum, vel priuilegium contra diſponeret ſeu concederet. *Nau. cap.17. num. 120.*

2 Si Animal ferum, puta Auis, vel Apes, in laqueum cadat, & alius, qui laqueum non parauit, eximat: quidam putant eſſe eius, qui laqueum parauit: quia fera beſtia tunc dicitur capta, quando naturalem libertatem amiſit. *Ita Bonac. de reſtit.diſp.1.quæſt.3. pun.7. n.10.& 11*

Alij legitima ratione ſubnixi, eximentis eſſe putant, licet alius laqueum pararit: quod enim in nullius bonis eſt, id occupanti conceditur. *l. In laqueum, 55. ff. n. de acquir. rer. Domini vbi de hoc expreſsè Oinot. de interdictis, §. Poſſidere n. 99. Ex §. Illud quæſitum inſt. de rer. diuiſ.*

Quod tamen limita non procedere, quando Statutum, vel conſuetudo contraria faueret ei, qui laqueum parauerat, *Nau. cap.17. num. 176.*

ANNA.

MAter Genitricis Dei Mariæ vnum tantum Maritum habuit, S. Ioachim. De qua hæc Baron. Apparat. Annal. cap. 30. *Vni virum vero fuiſſe Annam, nec poſt ſuſceptam in ſenectute filiam alios nouiſſe partus, tam veteres, quam recentiores Orthodoxi Patres ſunt profeſſi.* Quod quidem adeo mihi ſemper arriſit, vt quorumdam recentiorum opinionem, dicentium, poſt Ioachim habuiſſe duos alios viros, Iacobum, & Cleopham, & duas alias filias quibus propter primam Mariæ nomen indidit, nunquam probabilẽ cenſuerim.

I. Quia nedum Anna ſterilis peperit, ſed & valde ſenex. 1. Quia S. Ioann. Damaſcenus Orat.2. de Natiuitate B.Mariæ prope finem aſſerit, Saram, quæ nonagenaria concepit Iſaac, fuiſſe figuram Annæ, quæ in ſenectute concepit Virginẽ. *Exultet,* inquit, *Sara, ſenili gaudio geſtiens, meumque ab ſterilitate conceptum præfigurans.* Quæ legit Eccleſia in feſto S. Annæ. 2. Quia ſterilitas nõ potuiſſet, nec Ioachim, vt pote vir nobilis, Dauidicæ ſtirpis, à Sacerdote fuiſſet ignominiosè repulſus à templo propter ſterilitatem, niſi & diu fuiſſet cum vxore, & ipſa iam vetula nõ amplius apta pariendo: & communiter dicitur, quod viginti annis vixerant ſimul. 3. Quia ſi, vt Ioannis partus eſſet miraculoſus, & priuilegiatus, de ſterili, & effœta iam vetula naſci debuit: multo magis miraculoſum eſſe decuit Virginis Partum; & ita nedum de ſterili naſci, ſed & de manifeſtè impotente propter ſenectutem.

II. Quia nõ viuebat Anna anno Virginis quintodecimo: quia ſic nominaretur ab Euangeliſta in Incarnatione, vel viſi-

viſitatione Eliſabethæ, vel natiuitate, vel præſentatione in Templo, & à DD. in deſponſatione. Quin probabilius videtur, quod à multi aſſeritur, Ioachimum, & Annam anno Virginis vndecimo ex hac vita migraſſe, & ideo Sacerdotes, vt Virgo deſponſaretur, curam egiſſe: maximè cum ipſa Virgo de Tribu Iuda Sacerdotali iuncta deſcenderet, vt dixi in Collect. ad Luc. cap.37. Sed nec ſi ſtatim poſt Virginis conceptum fuiſſet mortuus Ioachim, veriſimile eſt, voluiſſe Vitricũ tantæ filiæ ſuper inducere.

III. Quia contrariæ opinionis auctores nullo alio fundamento niti videntur, niſi quia prædictæ duæ Mariæ dicuntur in Euangelio Sorores B.Virginis. Sed hoc eſt fundamentum deuento; cum ab Hebræis propinquos omnes fratres, & propinquas Sorores, appellari conſueuiſſe, ex tota ſacra pagina clarius appareat, quã vt probatione indigeat. Præterea nullus ignorat, quam ſæpe in nouo teſtamento Iacobus minor vocetur frater Domini: & tamen propterea nemo Catholicus eũ autumauit cõceptum de Spiritu Sancto, vel natum de Maria Virgine.

IV. Adde, quod & ſi Anna Vidua fuiſſet iuuencula, debebat tamen tanta contenta filia, inſigne præferre vidualis Caſtimoniæ, ſicut filia prætulit Virginalis, exemplumque præbere Viduis nouæ legis iam appropinquantis, melius eſſe, ſi ſic permaneant, vt poſtea verbo docuit Apoſtolus.

ANNIVERSARIVM. *Miſſa.*

1 *ANniuerſaria* peragenda in Eccleſiis Monialiũ transferuntur ad Eccleſias Regularium de conſenſu Ordinarij, 1601. Milano 19. Iun. 71.

2 Non debent Regulares impedire, ne Clerici pro implemento legatorum celebrent anniuerſarium in eorumdem Regularium Eccleſia: quia hoc non poteſt eis vllum afferre præiudicium, 1630. Can. Reg. Later. di Lucca, 21. Iun.

ANNVLVS. *Doctor. Donatio.*

DE Annulo ab Epiſcopo intra Miſſæ celebrationem in digito annulari dextræ manus, extra vero in Indice eiuſdem dextræ, deferendo, *Vide Carem. lib.* 1. *cap.* 7. *& Gauant. in Manuali ver. Annulus.* Communiter etiam extra Miſſam defertur in digito annulari dextræ manus.

ANTICHRISTVS.

ANtichriſti plura nomina Patres excogitarunt, conficientia numerum ex litteris conflatum ſexcentorum ſexaginta ſex: quod inſinuauit Ioannes in Apocalypſi cap. 15. Græca ſunt omnia: *Antemos,* ideſt contrarius. *arnoyme*, ideſt nego. *teitan*, ideſt Gigas. *lampetis*, ideſt Illuſtris. *lateinos*, ideſt latinus. præter vnum latinum Diclux. *De quibus vide*, quæ diligenter notaui in Collect. ad Apocal. 13. 16.

ANTIPHONA.

CVm præ intonantur Antiphonæ, omnes ab vtroque Chori latere ſurgere debent, non obſtante contraria conſuetudine. Sac. Rit. Congregatio in vna Peruſina 23. Martij 1602.

APOCHA. *Inſtrumentum. Scriptura.*

TRibus Teſtibus ſubſcripta probat, quia cenſetur tamquam ſcriptura publica. Debent tamen teſtes eſſe ſuperſtites, vel eorum ſubſcriptiones per alios Teſtes recognoſci, *cap. ſcripta,* 2. *De fide Inſtrum. l. Scripturas* 11. *C. qui pot. in pign. hab. Vinc. de Franch. deciſ.* 95. *num.* 4. Vnde gloſſa fin. d. l. ponit hoc diſtychon.

Cautio priuata iam trino teſte notata
Hoc ius eſt nacta, quod cautio publicè facta.

Sed Apocha à Partibus ſubſcripta obligat ipſas ad omnia in ea contenta, licet non habeat ſubſcriptionem Teſtiũ, quæ contra ſubſcribentem, & hæredem non requiritur. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 328. Vide quæ dixi in rubr. inſtit. num. 4. & 10. & lib. 3. tit. 14. num. 85. & ſeqq.

APOSTATA. *Hæreſis.*

1 *APoſtatæ* à Religione, ſaltem ante pœnitentiam, ſunt irregulares, *cap. fin.* 50. *diſt.* Quem textum Vrb. VIII. extendit ad ritè ac ſer. ſer. expulſos, donec redeant, *vt dixi in tit. de Temp. Ordination. num.* 14. *& in Comp. Reg. v. Apoſtata.*

2 Apoſtatæ à Religione debent recipi, ſalua Regulari diſciplina, dum pœnitentes redeunt, non obſtantibus conſtitutionibus prohibentibus recipi eos, qui ter apoſtatarunt, 1603. Certoſini 15. Decembre 96.

APPELLATIO.

Actor. Arbitrium. Archiepiſcopus. Auditor. Legatum. Metropolitanus. Nuncius. Ordo. Punctator. Simonia. Vicarius. Viſitatio. Et quæ latius dixi in explicatione Canonica lib. 2. *tit.* 28. *De Appell.*

1 *APpellatio,* & ſupplicatio differunt. Supplicari namque poteſt, quã-

tumcumque remota ſit Appellatio, *l. ſi quis aduerſus* 5. *C. de precib. Imper. offer.*

2 Appellatione interpoſita, nihil eſt innouandum: ſed pendente ſupplicatione, poſt decem dies ſententia executioni mandabitur, præſtita cautione, quod omnia reſtituat, ſi ſententia retractata fuerit. *Auth. Quæ ſupplicatio, C. de prec. Imp. off.*

3 Appellari poteſt tantum intra decem dies: ſed ſupplicari poteſt vſque ad biennium, quando ſupplicatio non Iudici, ſed Principi porrigitur. *l. Vnica, C. de ſent. Præf. Prætor.*

Si vero ſupplicatio porrigatur Iudici, non poteſt porrigi poſt decē dies, *d. Auth. Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.*

4 Appellans poſtquā quis eſt denunciatus excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, adhuc eſt vitandus, donec abſoluatur, *Arg. cap. Ad hæc* 37. Vbi diffinitur hoc expreſsè de interdicto, *De Appell.* Quæ tamen Regula fallit.

I. Si appellauit à cenſura lata ſub cōditione ante conditionis euentum: ſeu in diem ante diem cedentem: tunc enim nec cenſuram incurrit, nec vitandus eſt, *cap. Præterea* 40. *De Appell.*

II. Si appellauit à declaratione, *Nau. cap.* 23. *n.* 104. *ad fin. Emanuel Sa, V. Excōmunicatio* 3. *Bonac. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 2. *num.* 2. *&* 6. *Diana* 5. *tr.* 9. *reſol.* 30.

5 Appellans ſi Iudicis copiam habere non poſſit, debet ſuam appellationem interponere coram alijs honeſtis viris, vel coram Notario, & de ſua diligentia proteſtari, *l. cum quidam,* 7. *ff. n. de Appell. l.* 2. *C. de his, qui per metum Iud. non appell. Oinot. de action.* §. *Rurſus num.* 69.

6 Appellationis beneficium cōfeſſis in criminali denegatur, *Pius V. conſt.* 24. *Cum ſicut,* 1566.

7 Contumax, qui citatus ad audiendam ſententiam, venire contempſit, ab ea lata non poteſt appellare, *cap. fin.* §. *ſunt etiam quorum,* 2. *quæſt.* 6. V. Abſens *n.* 1.

8 Tertia vice ab eadem diffinitiua appellare non licet, *cap. Tua nobis* 65. *de appell.*

Immo contra Fabricam S. Petri, & Hoſpitale Mendicantium Vrbis, & in foro Capitolino, nec ſecunda vice licet appellare: ſed duæ ſententiæ conformes tranſeunt in rem iudicatam iuxta Conſtitut. Sixti V. Clem. VIII. Pauli V. & Statuta Vrbis.

9 Appellatio ſemper cēſetur permiſſa, niſi expreſsè probetur prohibita, *l. Et in maioribus* 20. *C. de Appell. l. Si is quem,* 4. *C. de liber. cauſa. l.* 2. §. *Si is, ff. n. Quando appell. ſit.*

10 Appellatio prohibetur in cauſa decimarū, *cap. Tua nobis* 25. *in fin. de decim.*

11 A conſtitutione nouæ Parochialis facta per Epiſcopum non poteſt appellari, licet in viſitatione facta non fuerit, *cap. Ad audientiam. De Eccleſ. ædific.* Quicquid dicat Barboſa 3. alleg. 68. n. 3.

12 Appellatio à ſententia in iudicio poſſeſſorio, nec admittitur, nec vllius eſt momenti, ſi interponatur, ſtando in iure Ciuili: ſecus de iure Canonico de quo neque in momentanea poſſeſſione denegatur appellatio, *Arg. cap. Ex conquæſtione* 10. *de reſtit. ſpol. Oinot. de interd. in princ. n.* 18

Hodie tamen in quibuſcumque cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, non licet appellare, nec de facto interpoſitas appellationes recipere, niſi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non poſſit: puta ſi contineat factum, quod infectum fieri non poteſt, *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 10. *& cap.* 20. *Reg.* 57. *Cancell. Lancellott. de attentat.* 2. *par. cap.* 12. *lim.* 1. *num.* 95.

13 Appellatio vnius prodeſt alijs eadem ſententia condemnatis, ſi communi iure iuuentur, & idem ſit negotium, ac eadem cauſa defenſionis, *cap. penult. de appellat.*

Et ideo ſi Iudex mittet vnum creditorem in poſſeſſionem bonorum, cenſebitur etiam alios miſiſſe pro rata. *l. Cum vnus* 12. *ff. n. de bon. auth. Iud. poſſid.*

14 Appellans, tam iudicialiter, quam extraiudicialiter, tenetur, legitimo impedimento ceſſante, appellationem ſuam proſequi intra 20. dies, vel &c. & finire intra annum à die interpoſitæ appellationis, vel, ſi appelletur à futuro grauamine, à die grauaminis ſecuti: alioquin efficitur appellatio deſerta. *Clem.* 3. *De appell.*

Non tamen currit hoc tempus, nec aliud à Iudice aſſignatum ad appellationem proſequendam, vel finiendam, vbi de Partium conſenſu per compromiſsū vel alias, prorogatum fuit: niſi Iudex cernens ex dilatione periculum imminere, præciperet, non obſtante prorogatione, in cauſa procedi, *Clem. Quamdiu* 4. *De appellat.*

15 Iudex Appellationis procedere poteſt, altera parte abſente, citata tamen, *gloſ. in cap. Eccleſia S. Mariæ. v. Non Conſenti. De conſtit.*

16 Quando Curia Metropolitana mul-

multum diſtat, præſertim ſi in alio Regno, debet deputari Iudex appellationũ pro locis alterius dominij, 1594. Pampalona 25. Maggio 142.

37. Exemptis vero, ſi petant, præſertim ſi diſtent ab Vrbe, deputatur aliquis ex viciniotibus Epiſcopis, 1590. Troia 27. Mar. 79. ad 10. 1602. Nullius Tramutola 17. Sept. 101.

AQVA.

1 *N*Aturaliter vndique deberet eſſe circa terrã, ſicut Aer vndique circa aquam, & terram: ſed propter neceſſitatem finis, vt ſcilicet Animalia, & Plantæ eſſent ſuper terrã, oportuit, quod terræ aliqua pars eſſet ab aquis diſcooperta. Quod quidem aliqui Philoſophi tribuebant actioni ſolis, per eleuationem vaporum deſiccantis terram: ſed rectius ſacra Scriptura tribuit poteſtati Diuinæ Gen. 1. *Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum, & appareat arida.* Iob. 38. *Circumdedi mare terminis meis.* Ierem. 5. *Me ergo non timebitis, dicit Dominus, qui poſui arenam terminum mari?*

2 Aqua vel oleum benedictum, ſi deficere videantur, & alia aqua, vel oleum benedictum haberi non poſſit, modico oleo non benedicto ſuper infuſo, reparari poteſt: & ita de aqua, quia poteſt reparari ſuper infuſa modica aqua in minori quantitate: & tota fiet benedicta. cap. 3. *De conſ. Eccleſ. vel Alt.*

Id autem poterit fieri, non ſolum ſemel, ſed etiam quotieſcumque videbitur deficere: modo quod additur, ſemper ſit in minori quantitate: & totum fiet conſecratum. *Silueſt. v. Aqua num. 3.*

Si autem id quod additur, ſit æqualis, vel maioris quantitatis, amittitur benedictio, ſi totum addatur vna vice: quia non jam perſeuerat hoc oleum cõſecratum idem numero, ſeu idem in indiuiduo, ſed ſolum idem in ſpecie. Oleum autem non benedicitur in genere ſiue in ſpecie logica, ſed in indiuiduo ſeu ſpecie iuridica: vnde benedictio perſeuerare non poteſt, deſtructo ſuo indiuiduo; quia accidentia non tranſeunt de ſubiecto in ſubiectum. Cum autem duo liquores eiuſdem ſpeciei inuicem æqualiter commiſcentur, generatur ex eis tertium corpus mixtum, nec amplius perſeuerant in indiuiduo. *S. Thom. 3. q. 77. art. 8. in corp.*

Et hoc à fortiori, ſi non benedictum eſſet maioris quantitatis, quia tunc non diceretur commiſceri benedicto, ſed potius benedictum commiſceri non benedicto. Id quod à contrario ſenſu ducto argum. *ex d. cap. 3. Quod in dubijs. De conſecr. Eccleſ. vel Alt.* Papa negat fieri poſſe. Vnde ſic diſponit etiam Rituale Romanum Rubr. de Sacramento Baptiſmi, & extr. vnct. Et idem omnino de benedictione Aquæ, vel aliorum liquorum inuicem miſcibilium. Nec audiendus videtur Sà, qui hoc non putat eſſe neceſſarium. Et licet tales liquores propriè, & phyſicè inuicem non miſcerentur, ſed potius aggregarentur; nihilominus tamen à ſupradicta ſententia non recedimus, quia moraliter dicuntur commiſceri: & in Sacramentis ac Sacramentalibus, alijſque Spiritualibus, non inſpiciuntur ſubtilitates phyſicæ, ſed potius moralitas, & communis hominum vſus. *Vt late probat Areſ. in ſuo paruo tract. de trãſmutatione Aquæ.*

ARA. V. Altare.

ARBITRIVM.

Compromiſſum. Matrimonium.

1 *A*Rbitria in quibuſdam conueniũt cum iudicijs, in quibuſdam differunt. Conueniunt I. Quia per vtrumque interrumpitur præſcriptio, *l. vlt. §. fin. C. de recept. arb.*

II. Quantum ad iuramentum calumniæ, *l. 1. & 2. §. Et quia, C. de iur. calumniæ.*

III. Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, ita vt in eis ordo iudiciarius ſeruari debeat, *vt dixi in tit. de action. n. 28.*

IV. In Mulierem non poteſt compromitti, niſi alias de iure, vel de conſuetudine iuriſdictionẽ habeat, *cap. 4. de Arb.*

Arbitratrix tamen eſſe poteſt, *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 204.*

V. Eccleſia exempta non poteſt in præiudicium exemptionis compromittere, *cap. cum tempore 5. eod.*

VI. Qui per Arbitrium tenetur aliquid facere cum aliorum Conſilio; eorum Cõſilium requirere quidem debet, ſed ſequi non compellitur, niſi aliud in arbitrio caueatur expreſsè, *cap. cum olim 7. eodem.*

VII. De rebus ſpiritualibus in laicũ compromitti non poteſt, *cap. contigit 8. eodem.*

VIII. Si tres Arbitri cõdemnant ſinguli in diuerſis ſummis, puta vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque; tenet condemnatio de ſumma minori; quia in illa omnes concordes exiſtunt; cum plus ſemper in ſe contineat, quod eſt minus, *cap. 1. eod. lib. 6.*

Tem-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

IX. Tempus quatuor menſium ad ſoluendum, quod in actionibus perſonalibus conceditur condemnatis à Iudice, conceditur etiam condemnatis ab Arbitro. *DD. in l.2. & 3. C. de vſur. rei iud.*

2 Differunt autem à iudicijs arbitria. I. Quia Iudicium redditur in inuitum, compromiſſum vero regulariter in volentem.

II. Arbiter iudicare non valet, niſi ſuper quibus in eo eſt compromiſſum, vel ſuper eis cohærentibus, ſine quibus cauſa cōmode expediri non poteſt. Vnde poteſt diem ſtatuere ſolutioni faciendæ, *cap. cum dilectus 6. de Arb. l. Quid tamen 21. §. 1. & l. Celſus 23. ff. v. de recept. arb.* Nec reconuentionem admittere, *d. cap. cum dilectus.*

III. Poteſt recognoſcere non principaliter, ſed incidenter, de cauſa reſtitutionis in integrum, quæ incidit in negotio, ſuper quo compromiſſum eſt, *cap. Cauſa reſtitutionis 9. De in integr. reſtit.*

IV. Si Partes faciunt pactum de non recedendo ab arbitrio, nihilominus recedere poſſunt, *l. penult. C. eod.*

Secus ſi circa Iudicia, *l. vlt. §. fin. C. de tempor.*

V. Arbitri ſunt aſſumendi in diſpari numero, vt eis diſcordantibus, maioris partis ſententiæ ſtetur, *cap. 1. eod.*

VI. Compromiſſum non tranſit in hæredes, vel ſucceſſores Arbitri, niſi de hoc expreſsè cautum fuerit: Iudicia vero tranſeunt in ſucceſſorem, *cap. fin. eod.*

VII. Si ex tribus Arbitris vnus procedere nolit, procedunt alij ſed in Iudicijs ſecus, niſi hoc conceſſum fuerit ſub clauſula, *Quod ſi non omnes, &c. cap. fin. eodem in 6.*

VIII. Arbiter non poteſt punire cōtumaciam litigatoris, niſi expreſsè in compromiſſo de hoc actum ſit, *l.2. §. vlt. ff. v. de iudic. l. Non ex omnibus, 39. ff. v. de recept. arb.*

IX. Nec teſtes cogere poteſt, niſi in caſu *cap. ſuſpicionis 39. De off. Deleg.* quando ſunt arbitri Iuris electi ad cognoſcendum de ſuſpicione Ordinarij, quia tunc habent iuriſdictionem. *Textus & gloſ. in d. cap. cum dilectus 6. De Arb.*

X. Arbiter pronunciare non poteſt, niſi vtraque parte præſente: niſi de hoc litigatores conuenerint, *l. Diem, 27. §. Si quis litigatorum, ff. v. de recept. arb.*

XI. Non poteſt citare partes, niſi ad locum, in quo factum eſt compromiſſum, *l. Quandiu 21. §. Si arbiter, ff. v. eod.*

XII. Arbiter arbitrium delegare non poteſt, *l. Non diſtinguemus 32. §. Quæſitum, ff. v. eod.*

XIII. Satiſdatio coram Arbitro non præſtatur; quia ſufficit poenæ promiſſio. *§. Ad exhibendas, in fine. Auth. De litigioſis.*

XIV. In Arbitrio non poteſt mora purgari, vbi dies præfixus eſt ab homine: in Iudicijs vero ſic. *l. Celſus 23. ff. v. de recept. arb. l. Et ſi poſt tres 8. ff. v. ſi quis caut.*

XV. Arbitri ſententia non infamat; quia non poteſt cognoſcere de crimine, quod infamet. *l. Quid ergo 13. §. Ex compromiſſo, ff. v. de his qui not. inf. l. Non diſtinguemus 32. §. Iulianus, ff. v. de recept. arb.*

XVI. In Arbitrio ſiue compromiſſo prohibetur interuenire iuramentū. *Auth. Decernit. C. de recept. arb.*

Ex quo tamen ſi interuenit, ſeruandū eſt, *cap. 2. de Arb.*

XVII. A ſententia Arbitri non appellatur, niſi ſint Arbitri Iuris, qui ſunt electi ex neceſſitate. *l. 1. C. de recept. arb. l. vlt. C. de iudic.*

Supplicari tamen poteſt: & ſi nequiter arbitratum eſt, per ſuperiorem reuocabitur, *cap. 2. de Arb. gloſ. cap. A Iudicibus v. Ordinarij in fin. 2. quæſt. 6.*

Sicut etiam arbitrium illorum, qui eliguntur ſub poena, licet ſummo iure teneat, *l. Diem 27. §. ſtari, ff. v. eod. cap. 2. eod.*

Nec poenam impoſitam incurrit ille, qui non vult ſtare iniquo arbitrio, *l. Non diſtinguemus 32. §. Cum quidam, ff. v. eod.*

Vide latius in explic. Can. lib. 1. tit. 43.

3 Arbitrium boni viri dicitur, quod in rebus ſuis quis, faceret, vel quod rationabiliter vellet ſibi fieri. *Dec. Reg. In perſonam, §. Generaliter, verſ. vltimo notandum, ff. n. de reg. iur.*

ARCHIDIACONVS.

Archipresbyter. Canonicus. Coadiutor. Dignitas. Metropolitanus. Officium.

1 EST *de iure* prima Dignitas poſt Epiſcopum, cui miniſtrat: & ideo ratione adminiſtrationis præfertur Archipresbytero: ſicut Cardinales, etiam ſi ſint tantum Presbyteri vel Diaconi, præferuntur Epiſcopis propter Dignitatem, qua miniſtrant ſummo Pontifici: *de quo infra v. Cardinalis.*

In celebratione tamen Diuinorū Archipresbyter pręfertur Archidiacono, niſi Archidiaconus quoque Sacerdos eſſet: quia tunc, non quidem ex obligatione, ſed ex ſua voluntate, & deuotione, veniret præferendus. *Sacra Rit. Congregatio in vna Rhegien. 9. Decembris 1600. quam retuli in Can. lib. 1. tit. 23. De off. Archid. nu. 2. ex*

Barboſa de Can. cap.5. num.42.& 44. vbi refert ad verbum etiam deciſionem Rotæ valde magiſtralem in vna Viterbien. celebrat. Miſſar. 11. Decembris 1609.

2 Archidiaconus aſſiſtens Epiſcopo ſolemniter celebranti, tam in Eccleſia Cathedrali, quam in alia, intelligitur in Choro præſens. *Sacra Congregatio in vna Camerinen. 15. Martij* 1608. *Barboſa ibid. num.51.* Cætera vide ibi.

3 Quod Archidiaconus Cathedralis tamquam prima Dignitas poſt Pontificalem, dum eſt in Choro, recognoſci debeat tamquam ſuperior, & maior. 1617. Teramo 18. Apr. 73. 74.

Et ad ipſum ſpectent nutus ac Verſiculi Superioris. *Ibidem*.

Et officio finito, dare ſignum egreſſus e Choro. *Ibidem*.

Et licentiam exeundi ante finitũ, 1647. Piacenza 27. Septembris 5.

Modo non egrediantur niſi bini reuerentiam exhibentes Archidiacono, & notam facientes cauſam Punctatori, vt diſcuti poſſit in pleno Capitulo, 1617. Teram. 18. Apr. 73. 74.

4 Seruetur ſolitũ in Miſſis, quæ cantari ſolent ab Archidiacono diebus ſolemnibus, ſicut etiam in conficienda Tabella Canonicorum, Presbyterorum, & Clericorum, qui deſeruire debent Officijs, & Miſſis ſolemnibus. *Ibidem*.

5 Archidiaconus, qui nullam animatum curam, vel aliam iuriſdictionem habet, cogi non poteſt ad ſuſcipiendum gradum Doctoratus, vt ſæpius declaraſſe S. Congreg. Concilij refert S. C. Epiſc. 1653. Torcello 8. Aug. 141. num. 24. & ego dixi latius in d. tit. de off. Archid. num. 4. *Gauani. in eod. verb.*

ARCHIEPISCOPVS.

Metropolitanus. Pallium.

1 NOn *habet* facultatem concedendi ſtatuta totam Prouinciam obligantia: eſt enim minor, & inferior toto Cõcilio Prouinciali, cuius decretis obligatur etiam ex vi coactiua; licet in eo primam Sedem teneat, nec poſſit à Synodo Prouinciali puniri ſecundum *Bonac. tit.2. de legib. diſp.1. quæſt.2. pun.3. n.4.*

2 Non poteſt concedere aliquam exemptionem in prima inſtantia ſubditis ſuffraganeorum, 1609. Monreale 2. Decemb. 125. Siracuſa 126.

3 Neque præcipere poteſt ſuffraganeo, vt expediat aliquam cauſam intra certum terminum, puta triginta dierum, 1612. Muro 13. Apr. 40.

4 Non poteſt exequi ſententias ciuiles, nec exigere poenas criminales delictorum ex eo, quod ipſe confirmauit ſententiam ſuffraganei, 1618. Squillace 6. Mar. 34.

5 Archiepiſcopus titularis non poteſt ante ſe Crucem portari facere, maximè ſi eſt ſuffraganeus alterius, niſi haberet de hoc ſpeciale priuilegium à Sede Apoſtolica, 1595. Policaſtro 22. Decembris 108.

Nec Nazarenus extra Eccleſiam S. Bartholomæi Terræ Baruli, 1641. 13. Septẽbris 269. 270.

Nec vllus Archiepiſcopus in aliena dioeceſi poteſt deferre Mozzettam, vel ante ſe deferri facere crucem, vel benedicere, niſi ſit intra limites ſuæ Prouinciæ, licet ab illo Epiſcopo fuiſſet electus tamquam vicinior pro Synodo Prouinciali. C. C. lib.87. ad 102. cap. 5. 33. 19. niſi tamen habeat de hoc ſpeciale priuilegium, ſicut non obſtante decreto ſupradicto habere, & eſſe in quaſi poſſeſſione Archiepiſcopum Nazarenũ reſoluit. *Rota coram Veroſpio* 28. *Iunij* 1647.

6 Archiepiſcopus non poteſt contra ſuffraganeos Commiſſarium expedire ſine licentia Sacræ Congregationis 1629. Vmbriatico 25. Maij 67.

Nec Suffraganeum ab Ordinum collatione ſuſpendere. *Pro Maſſalubren. contra Surrentinum.*

7 Mandata Archiepiſcopi in cauſis Appellationum exequi poſſunt in dioeceſi ſuffraganea ſine alia licentia Epiſcopi ſuffraganei, per ſubditos ipſius Archiepiſcopi; licet non poſſit in dioeceſibus ſuffraganeorum ad hoc tenere Miniſtros deputatos, cum exemptione à iuriſdictione ſuffraganei, niſi aliter ſe haberet conſuetudo, *cap. Romana. De off. Ord. in 6.* 1603. Volturara 13. Maij 54.

ARCHIPRESBYTER.

Archidiaconus. Prior.

POteſt capere informationes pro matrimonijs contrahendis, ſed extraiudicialiter; & iurgia amicabiliter componere, in obedientes autem Epiſcopo deferre; ſed non eos ipſe punire: quia non habet iuriſdictionem fori cõtentioſi, niſi in aliquo caſu ab Epiſcopo delegatam. *Rota in vna Materanen. Officij Archipresbyteratus* 11. *Decembris* 1598. *coram Litta, quam retuli in Can. lib.1. tit.24.*

ARCHIVIVM: Scriptura.

ARchiuijs generalibus Status Eccleſiaſtici ſcripturas omnes deferri mandauit

dauit intra quindecim dies Sixtus V. Cōſtit. 73. *Solicitudo* ſub poena nullitatis ipſo facto. Vnde poſtea nullam executionem habent, niſi ablata, vulgo Saldata nullitate à Cardinali Camerario; quæ non aufertur, niſi refectis expenſis à parte aduerſa factis pro monitorio obtinendo. *Vide ecu latius dixi in Rubr. inſtit. Imper. n.* 12

ARGVMENTVM.

1 A *Contrario ſenſu* firmiſſimū eſt iure Conſultis, *l.* 1. *ff. v. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. cap. cum Apoſtolica* 7. *& ibi gloſ. ver. intelligi. De his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. cap.*

Saltem ad probandum illud, cuius cōtrarium non eſt expreſſum in iure, *cap. A nobis* 28. *de ſent. excomm. gloſ. magna cap. Significaſti* 18. *circa med. De foro compet.*

Dummodo ex eo nō ſequatur abſurditas: tunc enim tale argumentum ceſſat. *l. Conuenticulam* 15. *iuncta gloſſa, C. de Epiſcopis, & Cler. l* 2. *C. de condit. inſer. Rota recentior apud Farin. par.* 1. *deciſ.* 491. *n.* 9.

Quo caſu nō fit relatio ad omnia præcedentia, præſertim in ſtatutis. *Rota deciſ.* 674. *num.* 2.

Nam in Statutis non valet argumentum à contrario ſenſu, quando Statutū derogat iuri communi: ſecus ſi non derogat, ſed reſeruat. *Rota apud Coccinum deciſ.* 111. *num.* 16.

2 Argumentum à malorum dictis, in Scriptura præſertim, vel alijs authenticis locis recitatis, ſumere licet, *cap. Accuſatores* 8. *iuncta gloſſa,* 3. *quæſt.* 5. *Arg. cap. penult.* 21. *diſt. cap.* 12. *Quæſt* 13. *quæſt.* 2. *c.* 13. *Si quid veri* 37 *diſt. omnia cum ſuis gloſſis.*

ARIANI. Hæreſis.
ARISTOTELES.
Dæmon. Sodomia.
ARMA. *Fides. Inſignia. Priuatio. Theſaurus.*

1 A *Rmorum* appellatione generica non tantum gladij; ſed fuſtes, lapides, & quicquid nocere poteſt, intelligitur, *l. Armatos* 9. *ff. n Ad l. Iul. de vi publ. Oinot. de publ. iud. §. Item lex Iulia de vi. n.* 1.

2 Arma prohibita portans, vltra poenam ſtatuti, debet arma perdere: nam portans Arma præſumitur habere malū animum. *Poſt Bald. Oinot. de action. §. ex maleficijs num.* 11. *&* 15. *Et ego ibidem n.* 202.

Clericis tamē per Miniſtros laicos auferri non poſſunt; niſi in caſu ne patrent aliquod delictum, animo tamen ea reddendi poſtea, vel ipſis Clericis, vel eorū ſuperioribus. *Diana* 5. *tr.* 1. *reſol.* 4.

3 An autem Arma prohibita portās peccet mortaliter? Affirmatiuè reſpondent Lorca, Sanchez, & alij cōmuniter.

Negatiuè vero *Nauar. cap.* 23. *num.* 55. *& ſeqq. Reginald. in praxi to.* 1. *lib.* 15. *cap.* 6. *ſect.* 5. *n.* 50. quorum etiam opinio probabilis eſt: quia probabiliter ſuſtineri poteſt, legem poenalem non obligare in conſcientia. Dummodo quis tanta cautela illa portet, vt non ſe conijciat in probabile periculum poenæ mortis, vel alterius grauis incommodi. *Philiarcus tit.* 1. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *dicto* 4. *Diana de legib. reſol.* 18. *V. lex.*

Vnde in prohibitione venationis, vel delationis Armorum, etiam prohibitorum, facta quibuſcumque, etiam Clericis, non debet apponi poena excommunicationis ipſo facto incurrendæ, nec priuatio priuilegij Clericalis, ſed aliæ poenæ Sacrorum Canonum, 1601. 2. Apr. 119. num. 4. 1602. Lecce 18. Iun. 59. 1603. Squillace 15. Iul. 79. 1604. Lecce 5. Apr. 45.

4 Stante Statuto, quod qui inuentus fuerit arma portare, teneatur ſoluere poenam aliquam taxatam; dici non poteſt inuentus ille, qui à familia Iudicis fuit tantum viſus arma portare, niſi etiā captus ſeu deprehenſus fuerit: Inuenire enim eſt apprehendere, *l. Si Barſatorā* 13. *& ibi Bart. num.* 3. *C. de fideiuſſor. Oinot. de interd. §. Poſſidere num.* 100. *& in ſimili dicemus infra v. Theſaurus.*

Niſi recuſauerit à Satellitibus diſcuti, *vt dixi in tit. de rer. diuiſ. num.* 57.

5 Archibuſettos duobus palmis breuiores, quos vulgo *Piſtolas* appellant, ſeu quoduis aliud armorum genus, tribus palmis breuiorum, deferentes, ſiue etiā domi tenentes, licet per breuiſſimum tempus, etiam de cuiuſcumque Gubernatoris ſeu Legati de latere licentia, in Statu Eccleſiaſtico incurrunt in crimen, & poenas rebellionis ac læſæ Maieſtatis: & Officiales, exceptis legatis, talem licentiam concedentes, ſunt ipſo facto excōmunicati, & à Diuinis ſuſpenſi. Pius IV. Conſt. 49. *Cum vices.* & Pius V. Conſt. 145. *Cum vices. Vide quæ dixi in Cæn. lib.* 5. *tit.* 39. *De ſent. excom. num.* 196. §. 3.

6 Cultros acutos, quomodolibet paruos, Neapolitani deferre non poſſunt: *Pragm.* 18. *De Armis.*

7 Arma per Principes Sæculares prohibita, teneri non poſſunt neque in Cōuentibus Eccleſiaſticorum, tam ſæcularium, quam Regularium, 1603. Genoua 4. Mar. 24.

ARO-

AROMATARIVS. *Feſtum.*

1 A*Romatarij* non poſſunt contrahere Societatem cum Phyſicis, & Chirurgis. *Greg. XIII. conſt.* 29. §. 13. *vt retuli in tit. de Societate, num:*1.

2 Priuilegium habent prioritatis cõtra quoſcũque Priuilegiatos. *Clem. VIII. Conſt.*47. *De quo latius dixi lib.* 2. *Inſtit. Ciuil. tit.*19. *hæred. qual. num.*17.

3 Clerici non poſſunt exercere officium Aromatarij, neque in Hoſpitalibus, ſine licentia Papæ, vel Sacræ Congregationis 1591. Palermo 23. Apr. 265.

4 Regulares item non poſſunt Aromatariam tenere: niſi pro ſe ipſis: quo caſu viſitari non poteſt à Protomedico, 1602. Napoli 9. Ian. 1.

Sicut nec quamlibet aliam artem ſiue apothecam, niſi pro ſe ipſis. *Viſitatio Apoſtolica Vrbis* 29. *Aug.* 1637.

5 Permitti poteſt Regularibus, & Monialibus, præſertim pauperibus, vendere medicinalia ſuæ Aromatariæ, renouandi gratia, maximè pretijs moderatis, 1602. Napoli 26. Maij 18. 1647. Dom. 11. Octob. 5.

Nam ſupradictum decretum Viſitationis Apoſtolicæ, 29. Aug. 1637. non habet locum extra Vrbem, 1646. Napoli 6. Octobris 57.

Et idem dicendum de alijs locis pijs, 1655. Milano 30. Apr. 50.

6 Ex creditis Aromatariæ taxantur, ſeu deducuntur viginti pro quolibet cẽtenario, 1653. Rimini 25. Apr. 145.

7 Ad maiorem commoditatem, & minorem ſumptum, decocta, infuſiones, & ſimilia, fiant intra clauſtra ſiue clauſuram. *Ibidem.*

ARS ARTIFEX.

Actus 2. *Arma* 4. *Damnatus in hoc Mundo.*

1 Q*Vid contineant* ſeptem artes liberales explicatur hiſce ſeptem verſibus, quos refert Hoſtien. in ſumma tit. de Magiſtris, §. quam ſententiam, & Ambroſius de Vignate queſt. 6. De heret.

Gramatica. *Quicquid agunt artes, ego ſemper prædico partes.*

Dialectica. *Me ſine Doctores fruſtra coluere ſorores.*

Rhetorica. *Eſt mihi dicendi ratio cum flore loquendi.*

Muſica. *Inuenere locum per me modulamina vocum.*

Geometria. *Rerum menſuras, & earum ſigno figuras.*

Aritmetica. *Explico per numerum, quid ſit proportio rerum.*

Aſtrologia. *Aſtra viaſque poli vendico mihi ſoli.*

2 Artis perfectio cõſiſtit in iudicando, non autem in præcipiendo: & ideo reputatur melior Artifex, qui volẽs peccat in arte, quaſi habens rectum iudiciũ, quam qui peccat nolens, quod eſſe videtur ex defectu iudicij. Sed in Prudentia eſt è conuerſo, vt dicitur in 6. Ethicorum. Imprudentior eſt enim, qui volens peccat, quaſi deficiens in principali actu prudentiæ, qui eſt præcipere. quam qui peccat nolens. *S. Thom.* 2.2. *quæſt.*47. *art.*8. *in Corp.*

3 Artifices peccant mortaliter, ſi ea faciant, quibus homines non niſi cum peccato vti poſſunt, puta ſi quis fabricaretur idola: ſecus ſi ea faciant, quibus homines, & bene, & male vti poſſunt, vt gladios, archibuſios, ſagittas, & ſimilia. *S. Thom.* 2.2. *quæſt.*169. *art.*2. *ad* 4.

Et qui tale aliquid facit, vendit, vel dat, quo ſcit alterum abuſurum, vt qui vendit Agnum Iudæo, quem in Plenilunio Martij vult comedere, vel dat gladium irato, quo vult inimicum occidere; non peccat, ſi faciat id, non ad conſentiendum peccato alterius, ſed ad euitandum magnum incommodum proprium, quod alias pateretur. Ceſſante vero talis incommodi periculo, peccat: quia tenemur ex caritate impedire peccatum proximi, quando ſine noſtro graui incommodo poſſumus.

Quia tamen facit actionem indifferentem, qua alter ad peccandum abutitur, puta fores aperit concubinæ ad Dominum ingreſſuræ, lectũ ſternit in eo peccare volentibus, cibum miniſtrat volenti frangere ieiunium, &c. non ſolum excuſatur à peccato, quando id facit ex iuſta, & rationabili cauſa; ſed etiam quando ſi hoc ipſe non faceret, nihilominus faceret alius. Ratio eſt, quia ſolum ab ea actione abſtinere tenetur, vt impediat peccatum Proximi. Sed tunc peccatum impedire non poteſt. Ergo non tenetur abſtinere, vt dixi etiam Geneſ. 2. 18. 4. *Vide latius Bonac. de legib. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *pun.* 2. §. *vnic. num.* 17. & 18. *Dianam* 5. *tract.*7. *reſol.*36. & *ſeqq.*

Inſuper Bonac. *tit.*2. *de contr. diſp.*3. *quæſt.* 2. *pun.*2. *num.*13. excuſat etiam eum, qui ex graui cauſa vendit Idolum Gentili, qui eo creditur abuſurus: quia idolum non eſt de ſe neceſſario determinatum ad malum, cum etiam adhiberi poſſit ad

delectationem, vel ad ornatum domus. Quæ ratio etiam in fabricante locum habet.

Sed ego contrarium arbitror multo probabilius propter pleroſque Martyres, qui quoslibet potius ſubire cruciatus, quam idola fabricari maluerunt: & eſt commune Doctorum. † Vnde ſic reſp. S. C. de Epiſc. ſ. 7. Decembris *1626.* ad c. de tribus dubijs Iaponiæ. *

ASCENSIO ELIAE LIBER:
V. Elias.

ASSASSINVS.

Beneficium. Degradatio. Homicidium.

1 P*Ropriè* dicitur, qui accepta vel promiſſa pecunia, mandatum dedit, vel acceptauit ad occidendum, etiam effectu non ſecuto, *Farin. conſ.99.*

Impropriè vero, qui ad ſfrixandum, verberandum, ſeu vulnerandum: vnde hic non priuatur immunitate, ille vero ſic. *Iurba conſil.* 100. *n.*13. *Bonac. de legib. diſp.*3. *quæſt.*7. *pun.*6. §.5. *n.*7.

2 An autem dicatur propriè Aſſaſſinus Teſtis, vel Iudex, qui falſum teſtimonium, vel iniuſtam ſententiam tulit pecunia corruptus, propter quod Innocens fuit morte punitus: quidam aiunt; quia reuera mandatum accipit ad occidendũ. *Diana* 1. *tr.*1. *reſol.*19. & 4. *tr.*1. *reſol.* 104.

Bonacina vero cum alijs negat: quia *in cap. unicò de homicidio in* 6. hic caſus nõ videtur exprimi.

Replicari tamen poſſet ſatis exprimi, dum exprimitur mandatum.

3 Aſſaſſinij crimen declarari debet à Iudice Eccleſiaſtico, *Clem. VIII. Conſtit.* 37. §.3. *Diana* 1. *tr.*2. *reſol.*51.

ASSECVRATIO.

N*Auis*, facta de tempore, quo alter ex contrahentibus ſciebat, vel ſcire poterat naufragium nauis, de ſtylo Mercatorum non obligat aſſecurantem: nam quando dolus verſatur circa cauſam finalem, contractus nullus eſt. *Rota in vna Anconitana aſſecurationis nauis Lunæ* 4. *Maij* 1602. *coram Ludouiſio.*

Vide quæ dixi de Aſſecuratione lib.3. Inſtitutionum Ciuilium tit. 21. num.19. Vbi ex Bonac. quod ad Aſſecurationem requiruntur tria. 1. Iuſtum pretium. 2. Quod Aſſecurator ſciat, vel admoneatur de veris periculis. 3. Quod res aſſecurata reuera exiſtat in periculo.

ASSENSVS REGIVS.
Bona. Epiſcopus.

ASSIGNATIO. Actio.

ASSISTENS.

Archidiaconus. Auguſtiniani. Decimæ. Epiſcopus. Generalis.

† Cũ Epiſcopo placuerit cantare Miſſam, vel alias ſolemnes functiones peragere extra ſuam Cathedralem, non poteſt cogere Capitulum ad aſſiſtendum, 1612. *Nardo* 25. *Septemb.*89. *Per fontioni fatte nella Chieſa de' Carmelitani.*

Sacra vero Concilij Congreg.22. Martij 1588. declarauit, teneri Capitulũ dare Aſſiſtentes Epiſcopo ſolemniter etiam extra Cathedralem celebrante Miſſas vel Veſperas vel ordinationes, etiamſi male faceret contra Tridentini præceptum illis diebus Cathedralem deſerendo.

Super quo tamen notandum primo, quod hæc duo decreta non ſunt contraria: quia Congreg. Concilij loquitur de duobus vel tribus Aſſiſtentibus, Congregatio vero Epiſcoporũ de toto Capitulo.

Notandum ſecundo, decretum etiam Sacræ Congreg. Concilij, quod Capitulum debeat dare aſſiſtentes Epiſcopo ſolemniter celebranti extra Cathedralem, intelligi modo celebret in Ciuitate vel Suburbijs: ſecus ſi in aliquo diœceſis loco. Præterea etiam in Ciuitate vel Suburbijs Epiſcopum debere rationem habere, tum diſtantiæ, tum decentiæ loci, vt eadem declarauerat 15. Martij 1584.

Notandum tertio, quod eadem in vna Ianuen. 5. decreuit, debere Epiſcopum vltra diſtributionem amiſſionem, conſtituere in Canonicos ipſi ſolemniter celebranti aſſiſtere recuſantes, pœnam aliquam pecuniariam, vel ſuſpenſionis ad tempus, vt eius metu muneri ſuo ſatiſfacere compellantur.

Notandum quarto, quod dignior ex Canonicis, vel Dignitatibus in Ordine Presbyterali conſtitutus, aſſiſtit paratus Epiſcopo celebranti Veſperas, vel Miſſam ſolemniter. Epiſcopo vero non celebrãti, ſed præſenti cum Pluuiali, & Mitra, non ille primus, ſed alter immediatè ei proximus aſſiſtet ſine pluuiali, prout & duo Canonici Diaconi aſſiſtentes. Cum vero Epiſcopus non eſt in duobus pluuiali, & Mitra, nulla fit ei aſſiſtentia, nec à Diaconis, nec à Presbytero Canonicis vel Dignitatibus, ſed ſeruiunt ei Cappellani. Ex S.C.C. *

ASTROLOGVS. Reſtitutio.

ATTENTIO. Intentio.

AVARITIA.

E*St vitium* inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ: & habet ſeptem

ptem filias, quæ ſunt.

I. *Duritia cordis,* quæ eſt vitium à cõpaſſione Pauperum auertens.

II. *Inquietudo mentis*, vitium, ab ordinata quiete animum auertens.

III. *Violentia,* ad vim inferendam animum inclinans.

IV. *Fallacia*, inclinans ad decipiendum verbis.

V. Et ſi iuratis, *Periurium*.

VI. *Fraus* ad decipiendum factis quo ad res.

VII. *Proditio* vero quoad Perſonas. *Nau. cap.22. num.69. & 75.*

AVDITOR.

Auxilium. Debitor. Epiſcopus. Iudex. Punctator.

1 AVditores Cameræ fructus, & diſtributiones in abſentia conſequũtur ex priuilegio Clementis Septimi. *Barboſa alleg. 53. num. 155.*

2 Auditor Cameræ, & quiuis alius Iudex Romanæ Curiæ, non poteſt hodie cognoſcere de cauſis externis in prima inſtantia, nec monitoria concedere ad extrahendas Partes à ſuis domicilijs. *Barboſ. alleg. 81. num. 3.*

Neque de conſenſu Ordinarij. Tum propter præiudicium Iurium Metropolitani: tum ne ſubditi vexentur inuiti, 1613. Lecce 30. Iul. 65. 13. Aug. 72.

Et ſi concedat, debet illa reuocare abſque citatione Partis, tamquam conceſſa de facto, 1622. Terracina 2. Septemb. 104.

Fallit tamen I. quando quis vellet impedire, ne quis per Breue Apoſtolicum Beneficij poſſeſſionem acciperet: quia tunc Auditor Cameræ eſt Iudex competens etiam in prima inſtantia. *Barboſa ex S. C. num. 12.*

Etiam in cauſis Beneficiorum reſeruatorum, *num. 17.*

Fallit II. In cauſis Camerali obligatione vallatis. *Idem num. 11.* Infra v. Obligatio.

3 Auditor Cameræ inhibere nõ poteſt Epiſcopo, ne procedat contra Curatum non reſidentem, neque Ordinario præcipere, vt admittat reſignationẽ, 1613 Aiqui 16. Iul. 64. 1645. 7. Decembr. 26.

4 Nec abſoluere iuſte excommunicatum ab Ordinario, puta quia non paruit præcepto Paſchali, neque cum præfixione termini ad parendum, 1652. Bouino 7. Iun. 5.

† Super qua materia dubitatum fuit primo an in Tribunali A. C. & in alijs Tribunalibus Curiæ Romanæ, poſſint concedi Inhibitiones, ſeu Monitoria cum abſolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, excommunicatis per Epiſcopos vel alios Ordinarios, ex cauſa violatæ Iuriſdictionis Immunitatis, vel libertatis Eccleſiaſticæ appellantibus, vel alias recurrentibus ad ſupradicta Tribunalia?

Secundò. An in cauſis, quæ agitantur in ſupradictis Tribunalibus Curiæ Romanæ, poſſit recurſus haberi ad S.C. ſuper immunitate, & controuerſijs iuriſdictionalibus ſuper reſolutione vel declaratione, an ſit, vel non ſit commiſſa violatio Iuriſdictionis Immunitatis vel libertatis Eccleſiaſticæ, & an ſit locus reintegrationi huiuſmodi violationis, & interim debeant dicta Tribunalia ſuperſedere vſque ad reſolutionem, ſeu declarationem eiuſdem S. C. illamque ſequi, & exequi?

Die 4. & 11. Auguſti 1626. Dubijs ſupradictis cum interuentu omnium Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium, & Reuerendiſſimorum Prælatorum deputatorum, mature diſcuſſis, ac rationibus hinc inde deductis diligenter ponderatis, vnanimi conſenſu omnes cenſuerunt. Quo ad primum, Tribunal A.C. necnon alia Tribunalia ſupradicta non poſſe huiuſmodi abſolutiones concedere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam.

Quo vero ad ſecundum, licere Partibus ad dictam Congreg. vt ſupra recurrere, & interim ſupradicta Tribunalia expectare debere reſolutionem ſeu declarationem, & illam omnino ſequi, & exequi.

Sanctiſſimus approbauit 5. Sept. 1626.

Et in Congregatione habita 27. Auguſti 1650. nemine diſſentiente, reſolutum fuit, A.C. debere decreta vt ſupra edita omnino obſeruare, ac præcipere, vt à ſuis Miniſtris, & Officialibus exactè obſeruentur.

Super vero huiuſmodi appellationibus, & inhibitionibus dictum fuit, in Tribunali A.C. poſſe quidem concedere Monitoria & Inhibitiones ijs, qui ab Epiſcopis vel ab alijs Ordinarijs declarati fuerint excommunicati ob violatam iuriſdictionem, libertatem, vel immunitatem Eccleſiaſticam, & ad Sedem Apoſtolicam appellarũt, cum ab huiuſmodi declaratione, niſi exceſſus ſit notorius, detur appellatio ad vtrumque effectum, & A.C. ſit Iudex ordinarius quarumcumque Appellationum, quæ à ſententijs per Ordinarios latis, etiam extra Statum Eccleſiaſticum, ad eamdem Sedem interponun-

nuntur; ſed non poſſe eos abſoluere, etiam cum reincidentia vel ad cautelam, obſtante decreto hac de re edito, & à f.m. Vrbano VIII. confirmato, quod S.C. ſeruati mandauit. *Refert Fagnan. c. Per tuas. De ſent. excomm. num.33. & 47.* *

5 Auditor Cameræ eſt Iudex competens cauſarum quorumcumque Prælatorum Officialium Romanæ Curiæ, Oratorum, Curialium, Notariorum Cameræ, & familiarium eorumdem; Campſorum, & Mercatorum, ac penſionum, quamuis ſolutio alibi facienda eſſet. Eſt inſuper executor omnium litterarum Apoſtolicarum: vbi quidem nullus alius eſt deputatus executor, ſolus ac priuatiue; vbi vero deputati ſunt alij, cumulatiue. Remiſſorias, & compulſorias dat, Monitoria ad partes decernit, Cenſuras promulgat, ac ſolus cognoſcit de cauſis, & litibus ortis vigore obligationis Cameralis, & poteſt in partibus citare in prima inſtantia, non obſtante decreto Concilij ſeſſ.24. cap. 20. Pius IV. Conſt. 33. *Ad Eximiæ.* Paulus V. Conſt.28. *Eximia.* Sac. Epiſcoporum Congregatio in vna Piſtorien. 18. Apr.1595.

In Beneficialibus tamen Auditor Cameræ nullam iuriſdictionem habet. *Rota in vna Nullius Beneficij 28. Maij* 1603. *coram Ludouiſ.*

Niſi propter executionem litterarum Apoſtolicarum, vt ſupra. *Tiber. pract. iudic. lib.2. cap.12. num.2.*

6 Citationes, Monitoria, Mandata, & quæcumque aliæ expeditiones, ab A. C. conceſſæ: ſiue in Romana Curia, ſiue extra eam exequenda ſint, licet ante illorum executionem Auditorem ipſum, in ampliſſimum Cardinalium Collegiũ aſſumi, vel naturæ debitum perſoluere contingat; nouus Auditor intimare, & exequi poteſt abſque noua citatione. *Tiber. pract. iudic. lib.1. cap.46.*

7 Ordinarius quoque tenetur exequi Citationes, & Monitoria A.C. 1594. Piſtoia 18. Apr. 113. 1602. Feltre 6. Auguſti 86.

8 Auditor Cameræ inhibere nõ poteſt Metropolitano, ne ſe ingerat in cauſis ſuffraganei, vel ſubditorum eiuſdem, tam motis, quam mouendis. 1655. Reggio 17. Septembr. 248.

AVGVSTINIANI.

Conuerſus. Regularis. Tranſitus.

1 IN *Conſultatione* habẽda bis in hebdomada per Generalem, & duos illi Aſſiſtentes, vna cum Procuratore generali, quando Generalis in Vrbe commoratur, in euentu quo Aſſiſtentes ſint concordes, & in voto contrario Generali, ſuſpenditur executio voti Generalis, & cognitio deuoluitur ad Sacram Congregationem Regularium, 1628. 14. Aprilis 131.

2 Ijdem non poſſunt commendare aliquem Fratrem Vocalibus, & Officialibus Prouinciæ pro aſſequendo aliquo Officio, niſi de voto eiuſdem Congregationis ſub poena excommunicationis ipſo facto incurrenda, ſuſpenſionis ab Officio, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ: quas poenas incurrit Generalis, etiam quando ſine licentia Papæ conſtituit Officiales abſolutos ſiue titulares. *Ibidem.*

3 Vicarius Generalis Auguſtinianorum Congregat. Lombardiæ, durat per biennium, & vacat per triennium, 1619. 26. Octobris 353.

4 Diffinitor in eadem Congregatione, qui prius Vicariatus Generalis officio functus fuerit, præfertur ceteris, licet profeſſione antiquioribus, & deputatur Præſes Capituli Generalis, 1652. 19. Ianuarij.

5 Capitulum d. Congregationis eſt, & vocari debet Generale. Greg.XV. conſtit. *Oneroſa* edita 21. Ianuarij 1623.

6 Inhibendum Fratribus Ord. S. Auguſtini, ſeu alterius, ne geſtent habitum in materia, & forma ſimilẽ habitui Fratrum Reformatorum ſeu Diſcalceatorũ eiuſdem Ordinis, 1637. 23. Ianuarij.

7 Adrianenſes geſtare poſſunt Cappam nigram ſtrictam, cum manicis ſtrictis, & Caputio rotundo breuique, de panno charbaſcio, necnon pallium breue pectori colligatum, Sandaliaque cum pedibus nudatis, & barbam prolixam, 1638. 17. Decembr. 490.

8 Sacra Rituum Congregatio, &c. Citatis, & auditis partibus cenſuit, Imagines S. Auguſtini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum eiuſdem Ordinis S. Auguſtini, impreſſas ſeu depictas à Fratribus Diſcalceatis eiuſdẽ Ordinis, cum habitu, quo ipſi Diſcalceati vtuntur, ſuſpendendas, & abolendas eſſe, &c. 19. Decembris 637.

Sanctiſſimus confirmauit 23. Ianuarij 1638. incipit. *Exponi nobis.*

AVIS. Animal 3.

AVXILIVM. *Gratia Diuina.*

1 PRo *ſubuentione* Parentum, & ſtrictorum conſanguineorum concedi-

ceditur applicare, vel etiam quærere eleemoſynas, etiam Miſſarum, 1595. Mercede 10. Decemb. 12. 1633. S. Baſilio di Spagna, 11. Nouembr. 377. 1638. Min. Oſs. Rif. 17. Septembris 340. 1597. Breſcia 25. Iunij 69.

Etiam Cappellaniæ, 1592. Squillace, 24. Martij 124.

Etiam ſuſpat. recipiendi, 1625. Santiſſima Trinità 18. Ianuarij 12.

Et curam Animarum, etiam extra Clauſtra, exercendi, 1649. Serui 19. Nouembr. 3.

Et aſſignatur Conuentus Patriæ, vel alius, vbi Parentes degunt, 1646. Carm. 15. Iun. 1. &c.

2 Superiores curam habere debent Parentum eius Religioſi, qui pro adimplendo quarto voto accedit ad Indias, 1649. Benedittini di Portogallo, 29. Ian. 12

3 Decreta commendatitia, ad hunc effectum à S.C. concedi ſolita, non deſinunt eſſe Superioribus arbitraria ex eo, quod A. C. ſuper iis Monitorium expediuit, 1649. 3. Decembr. 8.

B

BACVLVS.

1 Baculi Paſtoralis ſignificatio his verſibus continetur.

In Baculi forma Præſul datur hæc ibi norma.

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Attrahe peccantes, rege iuſtos, punge vagantes.

Attrahe, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

Gloſſa vt infra num. 2.

De vſu Baculi Paſtoralis, vide Cærem. Epiſcop. lib. 1. cap. 17.

2 Romanus Pontifex non vtitur Baculo.

I. Propter hiſtoriam: quia S. Petrus Baculum à ſe remouit, & ſuo Diſcipulo dedit, vt eius tactu reſuſcitaret Collegā mortuum, quem cum eo direxerat in Germaniam. Et ille poſtea Diſcipulus, qui Baculum receperat à Petro, factus eſt Epiſcopus Treuerenſis: vnde in dioeceſi Treuerenſi Romanus Pōtifex vtitur Baculo.

II. Propter myſticam rationem: quia baculus habet in ſummitate quamdam recuruationem, quaſi ad trahendum, quod non eſt neceſſarium Romano Pōtifici: quia cum Eccleſia non poſſit eſſe nulla, non poteſt ab illo finaliter diuertere.

III. In ſignum, quod Romanus Pontifex non habet coarctatam poteſtatem: id quod curuatio Baculi ſignificat.

IV. Quia per Baculum ſignificatur coerctio: & ideo alij Pontifices recipiūt à ſuis Superioribus Baculos, quia poteſtatem ab homine recipiunt. Romanus vero Pontifex non vtitur Baculo; quia poteſtatem recipit à ſolo Deo. *gloſ. cap. vnic. §. Vngitur, verſ. Propter hiſtoriam Circa fin. de Sacra vnct. S. Thom. ſuppl. quæſt. 40. art. 7. ad 8.*

BALDACHINVM. *Abbas.*

1 IN *Eccleſia* nullus, neque Dominus loci, præterquam Epiſcopus, poteſt erigere: & Epiſcopus omnibus Sacrorum Canonum remedijs huiuſmodi baldachinum omnino remoueri facere debet. *Sacra Epiſcop. Congregatio in vna Boianen. 12. Ian.* 1618.

Etiam ſi Epiſcopus eſſet abſens, 1594. Milano 2. Aug. 216.

2 Epiſcopus erigere poteſt baldachinum, etiam in Eccleſijs Regularium, quando ibi de iure, vel conſuetudine functionem aliquam Pōtificalem etiam cum ſola cappa facere debet, 10 *Iun.* 1603 *fol.* 43. Decretum integrum retuli in Can. lib. 3. tit. 31. De Regular. num. 44.

BALNEVM. *Clauſura.*

1 ORdinario, qui prius prohibeat Regularibus, ne accedant ad balnea: poſtea eos, ſi ibi nudi inueniantur, carcerari mandet 1603. S. Agoſtino, 4. Aug. 60.

2 Monialibus Italiæ regulariter negatur licentia eundi ad balnea, 1581. Piſa 20. Ian. 86.

BANNITVS. *Furtum.*

1 BAnniti, qui per litteras, vel Nuncium comminantur hæredibus occiſorum, vel offenſis, aut conſanguineis eorum, vt ab eis pacem extorqueāt, & qui tales litteras, vel ambaſciatas deferunt, crimen læſæ Maieſtatis, ac rebellionis incurrunt. Innocentius Octauus, conſt. 14. *Licet ea.*

2 Bannitorum, & Sicariorum receptatores, non excuſantur prætextu conſanguinitatis, & non doloſæ receptationis Sixt. V. conſt. 6. *Hoc noſtri.*

Et Regulares incurrunt poenas priuationis officiorū, vocisque actiuæ, & paſſiuæ, 1603. Bertinoro, 27. Octobr. 81.

3 Banniti, & alij facinoroſi non poſſunt in Eccleſijs, tam ſæcularium, quam Regu-

Regularium, vltra triduum permanere. *Ex decreto Sacræ Congr.* 1627. *Vt dixi lib.*1. *inſt.Imper.tit.*8. *De his,qui ſunt ſui n.*36. §.12

4 Bannitorum, & facinoroſorũ gratiatorũ conſanguinei in proximiori gradu, coguntur cauere de ſe repræſentando pro ipſis. *Clem. VIII. conſt.*15.

5 Barones,& vniuerſitates Status Eccleſiaſtici, non cuſtodientes vias, & territoria à Bannitis, tenentur reſarcire dãna ſpoliatis. Pius V. conſt.10. *Ex ſuperna*. Sixtus V. conſt.6. *Hoc noſtri*.

BAPTISMVS.

Circumciſio. Dimiſſoriæ. Hæreſis. Mors. Pœnitentia. Vſura.

1 F*orma*. Baptiſmus collatus in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis non expreſſis perſonis, vel in nomine Chriſti tantum, non eſt validus; vt hodie docẽt communiter Doctores: licet affirmatiuam quoque probabilem cenſeat Bellarminus. *De quo latè dixi in Collect.ad Matth.* 28. 19. 17. *& ſeqq.*

At Baptiſmus collatus ſub hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritua ſancta*, valet. cap. Retulerunt,86. de conſecr. diſt.4.

Et eadem ratione ordinatus ſub hac forma: *Accipe poteſtatem, Offerri Sacrificiũ, &c.* pro *Offerre*. Arg. ex ijs, quæ tradit Bonac. de Sacram. diſp.1. quæſt.2. pun.1. num.20. *Vide infra verbo Ordo num.*1.

Item baptizatus Italice ſub hac forma: *Io ti battezzo col nome del Padre,del Figliuolo, e dello Spirito ſanto.* eſt proculdubio valide baptizatus, nec eſt iterum, neque ſub conditione, rebaptizandus.

I. Quia particula *in* poteſt omitti abſque eo, quod Sacramentum inualidum efficiatur: immo nec baptizans reus fiat mortalis culpæ, propter leuitatem materiæ. Ergo multo magis mutari in particulam *cum*; quia nõ mutatur ſenſus formæ. *Bonac. de Sacram. diſp.* 2. *quæſt.*2. *pun.* 4. *num.*16.

II. Quia controuerſia tantum eſt, an valide baptizet, qui ter repetit nomen hoc modo: *Io ti battezo col nome del Padre, e col nome del Figliuolo, e col nome dello Spirito ſanto.* quo caſu Bonac.l.cit.num.5. negat baptiſmum eſſe validum; quia nõ exprimitur vnitas Diuinæ eſſentiæ, & idem eſt, ac ſi diceretur, *In nominibus*. Diana vero 2. tr. 17. reſol. 15. affirmat, quod ter repetere idem nomen non officiat vnitati. Ergo quando ſemel tantum dicitur, nullum remanet dubium de validitate Baptiſmi.

† Remanet dubiũ de baptiſmo collato ſub debita forma, prolata tamen ab eo, qui non fundit aquam ſuper quo die 30. Auguſti 1636. fuit Congreg. in Palatio Eminentiſſimi D. Card. S. Sixti, cui interfuerunt cũ Eminentia Sua RR. PP. Horatius Iuſtinianus, Abbas Hilarion, P. Niger. P. Lucas Vadingus. P.Sanctorius Melphien Ord. Min. Strict. Obſ. & P. Thomas de Afflictis Theatinus.

Propoſito ergo dubio de Baptiſmo Georgianorum, qui fieri ſolet à duobus Miniſtris, vno aquam infundente,& alio formam pronunciante: quatuor ex Patribus fuerunt concordes, vel baptiſmũ illum eſſe nullum iuxta ſententiam Diui Thomæ, Scoti, S. Bonauenturæ, & aliorum Theologorum, quæ eſt communis; vel ſaltem dubium: & propterea Georgianos omnes eo ritu baptizatos, eſſe iuxta Eccleſiæ Catholicæ praxim ſub cõditione rebaptizandos.

Alij vero duo Patres, ſcilicet P.Niger, & P. Sanctorius, cenſuerunt prædictum Baptiſmum eſſe validum iuxta ſententiã Caietani, Marſilij & Paludani, licet hic poſtea ſubiunxerit, tutiorem eſſe communem opinionem contrariam.

Primi quatuor Patres, vltra rationes, quas D. Thomas, & alij Theologi adducunt, pro eorũ ſententia conſiderarunt.

I. Non conuenire in re tam graui recedere à communi opinione.

II. Cum agatur de ſalute Animæ,tutiorem opinionem eſſe ſequendam.

III. Cum ritus Eccleſiæ tam Latinæ quam Græcæ in baptizando ſit antiquiſſimus, & per tot ſæcula continuo obſeruatus, exiſtimandum eſſe illum ab Apoſtolis originem traxiſſe: & conſequenter hunc ritum Georgianum eſſe nouitatẽ, fortaſſe à Neſtorianis introductam, qui vt Georgianos ſua hæreſi de duabus in Chriſto Perſonis inficerent, introduxerunt in Baptiſmo duos Miniſtros,vt duas eſſe Perſonas in Chriſto facilius perſuadere poſſent.

Confirmatur hoc, quia Cardinalis de Vitriaco, qui ante 400. annos vixit,& de omnibus Orientalium Aſiæ Populorum ritibus ſcripſit, de ritu huiuſmodi nullam facit, dum de Georgianis agit, mentionem.

IV. Quod tres Doctores allegati in contrarium ſententiam ſuam reſtringunt ad caſum neceſſitatis,qui longe diuerſus eſt à noſtro: & Suarez de eodem caſu neceſſitatis loquens *par.*3. *tr.*2. *ſect.*3. *diſp.* 23. §.*Ad vltimam confirmationem*,dicit,melius

lius eſſe baptiſma hoc dubium quam nullum; data tamen opportunitate, ſub conditione reiterandum eſſe.

V. Denique adduxerunt Cardinalem prædictum de Vitriaco, qui in hiſtoria Occidentali cap. de Baptiſmo ponens huiuſmodi caſum, tenet rebaptizandos eſſe ſub conditione, qui præfato ritu baptizati fuerunt.

Reliqui vero duo Patres vltra rationes, quas præfati tres Doctores ſuſtinentes Baptiſmi huiuſmodi validitatem adducunt, conſiderarunt.

I. Etiam in adminiſtratione Sacramētorum probabilem opinionem, relicta probabiliori, amplecti poſſe.

II. In dubio Iuris non eſſe reiterandum Baptiſmum, ſed declarandum ipsū dubium, an ſcilicet validus ſit, an vero inualidus Baptiſmus.

III. Poſſe quidem, ſi ageretur de aliquibus Perſonis eo ritu baptizatis, opinionem Cardinalis Vitriaci practicari: ſed cum agatur de integro Populo, immo de numeroſa natione, eſſe omnino per Sedem Apoſtolicam dubium ipſum declarandum.

IV. Denique Baptiſmi huius validitas probari poteſt per Regulam, *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur*. Quæ regula videtur habere locum etiam in Baptiſmo. Nam cū Io. 3. 22. dicat Chriſtum baptizaſſe. *Poſt hæc venit Ieſus & Diſcipuli eius in Terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis & baptizabat.* & c. 4. v. 2. Chriſtum non baptizaſſe. Salmeron loca illa, quæ contraria videntur, concilians, dicit, Chriſtum reuera per ſeipſum non baptizaſſe, ſed per Diſcipulos ſuos. Sed & ipſe Euangeliſta clare loquitur. *Vt ergo cognouit Ieſus, quia audierūt Phariſæi, quod Ieſus plures Diſcipulos facit & baptizat, quā Ioannes, quamquam Ieſus non baptizaret, ſed Diſcipuli eius &c.*

Ad hæc tamen primi quatuor Patres reſpondebant.

1 Opinionem Caietani, & aliorum ſupra allegatorum non eſſe probabilem contra communem tot tantorumque Doctorum. &

2 Caietanum eiuſque Aſſeclas in caſu extremæ neceſſitate loqui, qui non eſt caſus noſter, vt ex dubio propoſito manifeſtum eſt, & cōſequenter pro opinione contra S. Thomam, & communem nullum reperiri Theologum, qui eam in noſtro caſu ſequatur.

3 Et denique cum Eccleſia in hac materia Baptiſmi non poſſit ſupplere, non conuenit periculo ſalutis æternæ tot homines exponere.

4 Etiam in dubio Iuris Eccleſiam obſeruare praxim rebaptizandi ſub conditione, vt patet ex Rituali Romano dū agit de infanti in digito baptizato.

5 Præterea non videtur Eccleſia Catholica habere fundamentum certum, quo poſſit huiuſmodi dubium reſoluere: nec enim omnia dubia ſemper reſoluit, vt patet in articulo de conceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & in articulo de auxilijs toties tempore Clementis Octaui exagitato.

6 Non eſſe faciendam differentiam in procuranda ſalute proximi, ſiue agatur de paucis, ſiue de multis. Immo quia de Populo, & integra natione agitur, ſatagendum eſſe, vt in ſecuriori ſtatu ſalutis omnes ponantur.

7 Præterea cum non Populus aut Natio Georgianorum, ſed ſolum Miſſionarij petant dubij reſolutionem, non debemus illam conturbare cum declaratione huius dubij: ſed ſufficit Miſſionarios ipſos inſtruere de ſententia, quæ hic creditur eſſe verior.

8 Regulam in contrarium allegatam non eſſe attendendam contra antiquam praxim & ritum Eccleſiæ Catholicæ, & contra Concilij Florentini declarationē in inſtructione ad Armenos, ſecundum quam vnitas Miniſtri in baptiſmo requiritur, ſicut etiā forma ipſa Baptiſmi manifeſtè indicat.

9 Nec reſponſio Salmeron conuīncit, poſſe per duos Miniſtros adminiſtrari Baptiſmum: cum Chriſtus Dominus cōcurrat vt cauſa principalis ad baptiſmū, & ſemper poſſit dici, *Hic eſt qui baptizat*, vt S. Auguſtinus aſſerit: quod affirmari non poteſt de alijs Miniſtris.

Præterea non eſt ſimile: quia non aſſerit Euangeliſta, quod Chriſtus proferret formam, & diſcipuli funderent aquam, qui eſt caſus noſter; ſed diſcipuli faciebant vtrumque quiſque in ſuo baptiſmo, ſic iubente ſeu mandante Chriſto Domino. Sed hoc modo etiam hodie certum eſt vnum idemque baptiſmum à pluribus Miniſtris adminiſtrari poſſit, quorum vnus ſit phyſicus, qui ſimul & phyſicè abluat & formam proferat; alter moralis, qui mandet ſiue concedat alteri, vt pro ſe baptizet.

Denique notandum, quod Baptiſmus collatus ſub conditione, *ſi morieris*; vbi ſic baptizatus ſuperuixerit, ſub conditione reiterandus. Ita ſenſit S. C. de P. F. 1638.

1638. vt in eius Actis ad 52. num. 34. *

2 Qui mutat formam ordinariam baptiſmi, grauiter puniri debet, licet mutatio eſſet accidentalis tantum, 1587. Piacenza 30. Iun. 152.

3 *Miniſter, &c.* Adultus non baptizatus, in neceſſitate poſitus, ſi non inueniat, qui eum velit abſque pretio baptizare, debet potius ſine baptiſmo decedere: ſuppleretur enim ex baptiſmo Flaminis, quod ei ex Sacramento deeſſet. *Sanctus Thom. 2.2. quæſt.* 100. *art.* 2. *ad* 1.

Quod tamen in ſimilibus caſibus poſſit dari pecunia, non pro Sacramenti pretio, ſed pro redemptione vexationis, dixi lib. 4. Ciuilium, tit. 18. num. 26.

4 Curatus nihil petere debet pro adminiſtratione Baptiſmi, nec antea inueſtigare, quid ſibi donare velint. *cap.* 101. Quicquid, 1. quæſt. 1. 1582. Tropea 5. Iunij 77.

5 Curatus Regularis debet iuxta ſolitum ad aſſiſtendum in Matrice benedictioni fontis accedere, indeque aquam accipere, proiecta in Sacrarium ea, quam ipſe contra ſolitum benedixerat, 1625. Rimini 6. Septembris 215.

6 *Effectus*. Baptizans filium alicuius, etiam in abſentia Clerici, etiam in extrema neceſſitate, contrahit impedimentũ dirimens. Si tamen Matrimonium eſſet iam contractum; petitionem debiti non impedit, *cap. Ad limina* 30. *quæſt.* 1. *Nau. cap.* 16. *num.* 34. Et hanc opinionem probauit S. C. C. 26. Septembris 1623.

7 Baptizatus in ægritudine, qui antea nolebat baptizari contrahit irregularitatem, ab Epiſcopo tamen diſpenſabilem, vt latius dixi in Can. lib. 5. tit. 12. De homicid. num. 6. §. 12.

8 Baptizati Sclaui, ſi ad Conſeruatores Almæ Vrbis pro libertate cõfugiant, libertatem conſequuntur, & Ciues Romani, ſcilicet homines liberi, efficiuntur. *Pius V. conſt.* 17. Dignum & rationi congruum.

9 *Locus*. Papa conceſſit quibuſdam Principibus, vt ad Patrini munus præſtandum inuitati, baptiſmum ab iiſdem Miniſtris in Oratorio ſui Palatij adminiſtrare facere poſſint, 1605. Modena 23. Maij 27.

† Petente Epiſcopo Sedunenſi declarari ſibi licere in Eccleſia ſub Parochia Leucenſi conſtituta, duodecim milliaribus diſtante, cõſtituere fontem baptiſmalem non obſtante c. 54. Plures, 16. q. 1.

Sacra Congregatio Concilij 17. Aug. 1626. reſpondit, Epiſcopum non poſſe conſtituere fontem baptiſmalem in dicta Eccleſia: ſed illam, concurrente neceſſitate ſeu incommodo propter diſtantiam Parochialis in nouam Parochiam conſtitui poſſe ad præſcriptum c. 4. ſeſſ. 21. de reform. Coſ. Card. de Torres.

Qua in Parochiam erecta, concedi ſolet in ea erecta fontis baptiſmalis ob diſtantiam alterius, etiam inuitis Parochis, 1648. Vrbaniæ 19. Iun. 4.

Nota tamen, quod per *d. c.* 4. *ſeſſ.* 21. *Conc. Trid.* non poteſt Epiſcopus erigere fontem baptiſmalem in Parochia filiali, ac propterea partem redditũum Matricis diſmembrare, nouæque Baptiſmali applicare. C.C. Vrbinaten. 11. Iunij 1624. *

BARBA.

Barbam aut comam nutrire non debent Clerici. *cap. Clericus* 5. *De vita, & honeſt. Clericorum*.

Immo, ſi volunt, poſſunt radere totam: nec id eis Epiſcopus prohibere poteſt 1580. Matera 3. Maij 93.

De quo latè vide Sixtum Senen. in Bibliotheca Sancta lib. 5. annot. 244.

BARICELLVS.

1 Epiſcopi, cum ſit de eius familia armata gaudet priuilegio fori. *Sacra Congregatio Epiſcop. in vna Sorana* 25. *Aprilis* 1614. De hac materia plenè dixi in explic. 15. excom. Bullæ Coenæ in Canonicis inſtitutionibus.

2 Baricellus Epiſcopi debet ſtare ſindicatui in eius tribunali: vnde in principio Officij de hoc cauere tenetur, 1615 Città di Caſtello, 14. Apr. 39.

Sicut etiam Satellites, & alij executores, 1651. Foligno 1. Septemb. 35. Aſsiſi 1. Decembr. 6.

3 Baricellus ſatisfactus de competenti mercede pro captura Perſonæ, vel pignorum, cogi debet ad reſtitutionem omnium rerum, & pecuniarum, quas Reus probauerit, ſibi fuiſſe ablatas, 1615. Soana 11. Septembr. 89.

Et executionis mercedem ſemel tantum habere poteſt: quare prima vice capere debet pignus debito æquiualens, 1615. Città di Caſtello 14. Apr. 39.

BARO. *Bannitus. Canonica Portio.*

1 Et *Dominus* dicitur ille, qui Ciuilem habet iuriſdictionem, licet non habeat iuriſdictionem Criminalem. Nam iuriſdictio criminalis, nec circa petitionem ſubuentionis ſiue Adiutorij, nec

nec circa aſſecurationem per Vaſſallos faciendam, quicquam operatur. *Vinc. de Franc. deciſ.* 131. *num.* 3. & 4.

Et an Officialis Criminalis poſsit punire Ciuilem? Reſp. quod ſic in Regno, ſi exceſſus ſint extra officium: alias ſola Magna Curia. *Franc. deciſ.* 147.

Nam circa officium par in parem non habet imperium: *licet* ſit deciſum, Iudicem criminalem eſſe digniorem, & præcedere ac interuenire authoritatemque præſtare debere in parlamentis faciendis. *Franc. d.* 338.

Et quod Capitaneus iuriſdictionis criminalis, aſsiſtere poteſt in Concilio Vniuerſitatis à latere dextero Capitanei iuriſdictionis Ciuilis, *d.* 388.

Verumtamen ſcias, quod licet Criminalis Baro ſit dignior; verus tamen Dominus Terræ,& Territorij eſt Baro Ciuilis: Criminalis vero dicitur habere iuriſdictionem, quæ videtur cohærere officio circa criminum cognitionem. *Frecç. de ſubfeud. auth.* 4.

Vnde Baro criminalis non iurat fidelitatem, nec aſſecuratur à Vaſſallis; nec ei debentur adiutoria, cum non ſit vere Dominus: nec poterit ibidem facere depingi ſua Arma; cum Baro Ciuilis ſit Dominus. Criminalis enim dicitur dominus in potentia tantum, ſi crimina fiant, & non alias *Frecc. auth.* 2. *num.* 20.

Item non poteſt peti demanium per Vaſſallos, quando venditur iuriſdictio criminalis. *Franc. deciſ.* 17. *num.* 14. *Capiblanc. in pragm.* 8. *par.* 1. *num.* 269.

2 Baro ciuilis petere poteſt adiutoriũ à Vaſſallis, non ſolum pro filia maritanda, ſed etiam monachanda, ſecuta tamen profeſſione. *Vinc. de Franc. deciſ.* 42.

3 Baro non poteſt creare officiales Clericos, vel alios Regi non ſubditos. *Pragm.* 1. *de Eccleſiaſt. perſonis. Franc. deciſ.* 479.

Fallit in Baronia Eccleſiæ,quando cõſueta fuit creare officiales Eccleſiaſticos. *Sac. Congregatio Epiſcop.* 1607. *S.Marco* 23. *Aprilis* 28.

4 Barones non poſſunt iuriſdictionẽ exercere per ſeipſos. *Vinc.de Franc.dec.* 511

BASILIDES. v. Hæreſis.

BELLVM. *Seruus.*

1 *Bellum* quidem aut prælium ſuſcipiendum Auguſtus omnino fore negabat, niſi cum maior emolumenti ſpes, quam damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda nõ minimo ſectantes diſcrimine ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus, cuius abrupti dãnum nulla captura penſari poſſet: *Suet. cap.* 5. *Vide Dian.* 6. *tr.* 4. *reſol.* 7.

2 Belli tempore templis, & rebus ſacris nulla iniuria debet inferri,Iure Gentium ſuadente. Vnde legati Athenienſium apud T. Liuium lib. 31. in Concilio Aetolorum queruntur de Philippo Macedonum Rege ſub his verbis: *Neque id ſe queri, quod hoſtilia ab hoſte paſſi forent. Eſſe enim quidem belli Iura, quæ, vt facere, ita pati, ſit fas. Sata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumque agi, miſera magis, quam indigna, patienti eſſe. Verum enimuero id ſe queri,quod is,qui Romanos alienigenas,& Barbaros vocet, adeo omnia ſimul Diuina humanaque Iura polluerit,vt priore populatione eum infernis Dijs, ſecunda cum ſuperis, bellum nefarium geſſerit. Omnia Sepulcra monumentaque diruta eſſe in finibus ſuis, omnium nudatos manes, nullius oſſa tegi. Delubra ſibi fuiſſe,quæ quondam pagatim habitãtes, in paruis illis Caſtellis vicisque conſecrata, nec in vnam Vrbem quidem contributi Maiores ſui deſerta reliquerint. Circa ea omnia templa Philippum infeſtos circumtuliſſe ignes, ſemiuſta, & truncata ſimulacra Deum inter proſtratos iacere poſtes templorum.*

De Iure vero Canonico hoc,& aliquid amplius exigitur, vt ex cap. fin. de tregua, & pace, *Innouamus*, inquit, *vt Presbyteri, Monachi, Conuerſi, Peregrini, Mercatores, Ruſtici, euntes & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & Animalia quibus arant, & ſemina portant ad argum, congrua ſecuritate lætentur.*

De Holoferne quidẽ legitur Iudith 2. 17. *Et poſt hæc deſcendit in campos Damaſci in diebus meſſis, & ſuccendit omnia Sata, omneſque arbores,& vineas fecit incidi.* Sed nullibi, quod Templa violauerit.

Verum hodie tempore belli non ſolũ Ciuilia, & Canonica iura, ſed etiam naturalia, & Gentium, ab ipſis quoque fidelibus lædi videmus.

3 In Bello non ſubordinata imperia valde damnoſa. *Liu. lib.* 4 *an.* 328. Tres, delectu habito, profecti ſunt Veios, documentoque fuere, complurium imperium bello inutile eſſe.

Vnde Romani tempore belli Dictatorem ad ſex menſes cum ſumma poteſtate,ac ingenti fere ſemper Reipublicæ bono, creare conſueuerunt.

4 Tempore belli quid conſiderandũ ſit in caſtrametando, præſertim in locis iniquis,optimè deſcribit T.Liuius lib. 35. *Erat autem Philopœmen*, inquit, *præcipuè in ducendo agmine, locisque capiendis, ſolertiæ at-*

que vſus; nec belli tantum temporibus, ſed etiã in pace, ad id animum maximè exercuerat. Vbi iter quopiam faceret, & ad difficilem tranſitu ſaltum veniſſet, contemplatus ab omni parte loci naturam, cum ſolus iret, ſecum ipſe agitabat animo; cum comites haberet, ab ijs quærebat; ſi Hoſtis ab eo loco apparuiſſet? Quid ſi à fronte? Quid ſi à latere hoc aut illo? Quid ſi à tergo adoriretur, capiendum conſilij foret? Poſſe inſtructos recta acie, poſſe inconditum agmen, & tantummodo aptum viæ, occurrere. Quem locum ipſe capturus eſſet, cogitando aut quærendo, exequebatur: aut quot Armatis, aut quo genere armorum, (plurimum enim intereſſe) vſurus. Quo impedimenta, quo ſarcinas, quo turbam inermem reijceret: quanto ea, aut quali præſidio cuſtodiret; & vtrum pergere qua cœpiſſet ire via; an eam, qua veniſſet, repetere, melius eſſet. Caſtris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci; qua opportuna aquatio, qua pabuli, lignorumque copia eſſet; qua poſtero die caſtra mouenti tutum maximè iter, quæ forma Agminis foret. His curis cogitationibuſque ita ab ineunte ætate animum agitauerat; vt nulla ei noua in tali re. cogitatio eſſet, &c.

† 5 Contra hoſtes licet vti inſidijs, exceptis ijs, ad quas cauendas nulla prudentia datur, puta veneno inficere puteos aquas, glandes, &c. *Herman. Melu. Theol. Mor. l.3. tr.4. c.1. art.3. §.2.* *

BENEDICTIO.

Abbas. Altare. Calix. Campana. Collegiata. Confraternitas. Conuentus. Epiſcopus. Oleum. Parochus. Paſcha.

1 IN *Eccleſijs* Regularium, in quibus exerceri conſueuit cura Animarum, benedicere Cineres, illoſque fidelibus diſtribuere, pertinet ad Regulares, non ad Parochum, 1615. Fermo 3. Iul. 83. §. 1.

2 In benedictione fontis, quæ fit in Sabbato Sancto, ſeruetur cõſuetudo §. 3.

3 Confraternitates S. Monicæ non poſſunt per ſuos Cappellanos benedicere corrigias eiuſdem S. Monicæ, & paniculos S. Nicolai; ſed talis benedictio ſpectat ad Superiores eiuſdem Ordinis, licet id fieret deuotionis tantum, non etiam Indulgentiæ lucrandæ cauſa, 1622. Agoſt. 30. Decembr. 233. 1627. 16. Iulij 328.

S. BENEDICTVS.

Caro. Officium.

1 R*Egula* S. Benedicti, quæ ſecundum S. Gregorium 3. Dial. eſt diſcretione præcipua, ſermone luculenta, obligat vt præceptum in ijs, quæ ſe habent vt finis Regulæ, vt ſunt vota eſſentialia; & in ijs, quæ neceſſaria ſunt ad illum finem, vt ſubſtantialia Religionis, delatio habitus in publico, & ſimilia. Aliæ vero exteriores obſeruantiæ, puta ſilentij, abſtinentiæ Regularis, &c. non obligant ad mortale. *S. Thom. 2.2. quæſt. 186. art.9. Silu. v. Religio num.10.*

2 Prohibitio Monialibus mutãdi Ritum officij S. Benedicti, vel alium antiquum, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, 1614. Suizzeri, 14. Mar. 29.

3 Stante conſuetudine, tolerari poſſe videtur, quod Moniales Ordinis S. Benedicti carnibus aliquando veſcantur, 1614 Giouenazzo 26. Septemb. 125.

Item tolerari, vel diſſimulari debet, vbi Moniales S. Benedicti ab immemorabili tempore conſueuerunt comedere carnes diebus communiter conceſſis, vti lineis induſijs, nec dormire veſtitæ, vt earum Regulæ puritas requireret, 1581. Cortona 21. Febr. 44. 1583. Vicenza, 29. Mar. 78.

Nec prædictæ Moniales peccant vtendo induſijs ac linteis lineis contra Regulam, ſi adeſt vſus antiquus, præſertim immemorabilis, 1602. Padoua 3. Decembris 82.

Nec recitando de ſero Matutinũ, 1603 Torcell. 17. Febr. 8. 22. Apr. 32.

4 Monachi S. Benedicti tenentur cõfiteri, & communicare ſemel in menſe. *Clem. Ne in agro. De ſtatu Mon.*

Quod præceptum *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 10.* extendi in conſtitutionibus ad omnes Moniales cuiuſcumque Ordinis, per modum tamen admonitionis, iubet.

Quidam tamen dicunt, hoc præceptũ eſſe contrario vſu abrogatum; quidam non obligare, niſi ſub veniali: quidam vero non obligare eos, qui conſcientiam peccati mortalis non habent. *Diana 5. tract. 13. reſol. 35.*

5 Monachi S. Benedicti ſunt exempti à iuriſdictione quorumlibet legatorum ac Nunciorum, & Sedi Apoſtolicæ, immediatè ſubiecti per priuilegium Eugenij IV. & aliorum Pontificum. *Rota apud Coccin. decis. 83. num. 1.*

BENEFICIVM ECCLESIASTICVM.

Abſens. Aetas. Bulla. Canonicus. Clericus. Coadiutor. Collatio. Conuiuium. Dignitas. Doctor. Donatio. Eccleſia. Epiſcopus. Excommunicatio. Exemptio. Exilium. Filius. Fructus. Graduati. Græci. Heres. Homicidium. Hora. Impedimentum. Irregularitas. Legatum. Legatus. Melioratio. Minor. Miſſa. Mors. Obedientia. Oeconomus. Officium. Ordo. Pater.

Patronus. Penſio. Præbenda. Priuatio. Regularis. Reſcriptum. Seminarium. Simonia. Spolium. Suſpenſio. Tutor. Vſusfructus. Et quæ dixi in explicatione Canonica lib.3. tit.5. De Præbendis.

QVid. 1 *Beneficiorum* appellatione non veniunt manualia. Gonzalez ad *reg.8. Cancell. gloſ.5. §.6. num.21. Flamin. de confidentia quæſt. 18. à num. 6. Moneta de diſtrib. par.1. quæſt.2. num.12.*

(Quod tamen datur in titulum vti vacans, non dicitur manuale. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.48. num.6.*)

Neque etiā Vicaria temporalis ad nutum amouibilis; neque Præſtimonia, aut Præſtimoniales portiones, quæ in ſola temporalitate conſiſtunt, aut quæ non dantur in titulum perpetuum, neque habent annexum aliquod obſequium ſpirituale. *Barboſa de appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignificatione. Appell.32. num. 4. & 6.*

Neque Canonicatus, & Præbendæ in odioſis, niſi alias prouiſio fruſtraretur: vt quia in Eccleſia, in qua mandatur de beneficio prouideri, non eſſent, niſi Canonicatus, & Præbendæ. *Barboſa. De poteſtate Epiſcopi par.1. cap.12. num.26. & 27.*

2 Beneficium quodlibet præſumitur ſimplex, niſi contrarium probetur: ideoque de conſuetudine reſidentiam non requirit. *Rota in vna Nullius Beneficij Veneris, 28. Maij 1604. coram Ludouiſio.*

Vnde narratiua, quod Beneficium ſit ſimplex, non indiget iuſtificatione, eo quia de iure præſumitur. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.108. num.13.*

3 *Collatio.* Beneficia non vacantia nemini concedi, vel promitti poſſunt. *cap. Deteſtandæ. De conceſs. præben. in 6.*

Vacantia vero debent intra ſex menſes à die habitæ notitiæ, vel quo potuit haberi, computandos, perſonis idoneis conferri: alioquin ius Capituli deuoluitur ad Epiſcopum, & è conuerſo, & omnibus negligentibus, ad proximum Superiorem. *cap.2. De conceſs. præben. cap.3. De ſupplen. neglig. Prælat.*

Sacra tamen Epiſcoporum Congregatio reſcripſit Archiepiſcopo Creten. deuolutionem propter negligentiam Ordinarij fieri hodie ad Sedem Apoſtolicam, non amplius ad Metropolitanum, *2. Maij* 1601: forte propter conſt.33. Pij V. quæ incipit: *In conferendis.*

Excipienda ſunt beneficia vacantia per reſignationem, quæ debent expediri, vt dixi *in Can. lib.3. tit.5. De Præben. num.43. §.36.*

4 Epiſcopus habet ſex menſes ad cōferendum beneficia, etiam curata: niſi ad alios ſpectet collatio; quia tunc non habet, niſi quatuor menſes ad faciendum concurſum. *Barboſa alleg.58. n.3.*

Et ſi ſunt reſignata, dic vt in Can. *lib.3. tit.5. De Præben. num.43. §.36.*

5 Epiſcopus confert beneficia ſpectātia ad collationem Regularium, vt ſupra num.3. negligentium, auctoritate ſua, niſi ſint exempti; alioquin vt Delegatus Sedis Apoſtolicæ, ſæcularia ſæcularibus, & Regularia Regularibus. *Clem. De ſuppl. neglig. Prælatorum.*

6 Beneficiorum collatio eſt iuriſdictionis voluntariæ: ideoque quantum eſt ex ſe, poteſt extra territorium exerceri, niſi aliud impediat, *vt notatur in cap.1. de inſtit. lib.6.*

7 Beneficium ingredientis religionē, intra probationis annum, niſi de Beneficiati conſenſu, non eſt alicui conferendum, *cap. Beneficium 4. De Regul. in 6.*

An autem interim Nouitius lucretur fructus, *dixi in Can. l. cit. n.4.*

8 Beneficij collatio facta à Papa non valet, niſi de eius vero valore mentio habeatur iuxta conſt. Pij V. *Rodriq.2.par. cap.21. num.6.* Vbi ait, renunciationes Beneficiariorum in fauorem Penſionariorum iuxta quod conuenerunt factas valere; quia ipſi conſentiunt in ſuum præiudicium.

In Beneficijs tamen curatis debent remanere centum pro Rectore: alioquin Bullæ cenſentur ſubreptitiæ. Niſi quando renuncianti aſſignarentur 36. ducati annui alimentorum nomine: hæc enim ſumma ſolebat aſſignari, licet non remanerent centum pro Rectore. Sed hæc praxis fuit ſublata ab Innoc. X. fel. rec.

9 Beneficij Collatio facta à Sede Apoſtolica, vel legato eius, non valet, niſi de beneficio, quantumuis modico, quod impetrans prius obtinebat, mentio habeatur. Niſi motu proprio (quod tamen non præſumitur, niſi exprimatur) fuerit collatum beneficium, *cap. cum teneamur 6. de præben. cap. Si motu 23. ead. in 6. Clem. Et ſi Apoſtolicæ, & ibi gloſ. verbo facta. De offic. Ord.*

10 Beneficium vel Ordo conferri nō poteſt Inquiſito, vel infamato, antequā ſe purgauerit. *cap. Tantis 81. diſt. cap. Omnipotens 4. de accuſ. infra verbo Clericus n.39*

11 Beneficium ſcienter cōferens inhabili, cenſetur cum eo diſpenſare ſi poteſt. *Vide Bonac. tom.2. de legib. diſp.1. quæſt. 2. pun.3. num.18.*

Quidam hoc concedunt de Papa, non autem de Epiſcopo, *Innoc. in cap. Diuerſis fallacijs* 5. *De Cler. coniug. & in cap. Veniens. De filijs Presbyt. Nau. c.25. n.74.*

Papa tamen per reg. 52. Cancell. non vult. alicui tacitam diſpenſationem ſuffragari, ſed expreſsè peti, & ſuper ea ſpeciales litteras expediri.

12 Epiſcopus non poteſt Eccleſiaſtico beneficio indignum iudicare eum, quem ad Ordines admiſit. *cap. Accepimus,* 13. *De ætate, & qualit.*

Intelligẽdo de Beneficio ſimplici, & niſi Clericus poſt ordinationem ſit moribus lapſus.

13 Beneficij collatio, facta publico Aleatori eſt inualida. *Arg. cap. Inter dilectos,* 11. *De exceſſ. Prælator. Rota in vna Pãpilonenſi coram Aldobrandino deciſ.* 526. *Riccius reſol.* 119. *num.*1.

Ratio eſt, quia publicus Aleator eſt infamis; & infamis eſt irregularis. Beneficij vero collatio facta irregulari, nulla eſt. *gloſ. cap. penult. verbo Ad aleas. De vita, & honeſt. Cleric. Bonac. de cenſur. diſp.7. quæſt.3. pun.1. num.*11.

14 An ſi Defunctus ſtatuit, Beneficium eſſe Sacerdotale, poſſit Ordinarius ex iuſta cauſa pro vna vice alterare legẽ defuncti, ac in eo non Sacerdotem inſtituere, tam affirmatiua, quam negatiua probabilis: *vt latius dixi in d. tit. de præben. num.*35.

15 Ordinarius pro collatione beneficiorum, tam in vim litterarum Apoſtolicarum, quam auctoritate ordinaria in ſuis menſibus facta, nihil recipere poteſt pro ſe vel Vicario. Notarius autem pro carta, Scriptura, ſigillo, & quolibet alio iure, quod ad eum ſpectaret, non amplius quam vnum ducatum de camera, ſecundum quod reſoluit Sacra Concilij Congregatio 1577. Piacenza 25. Ian. 20. 3. Septembr. 8. 1594. Recanati 10. Ian. 20. §. 4.

Et pro decretis prouiſionum in forma *Dignum*, à Notarijs poteſt exigi merces congrua, ab alijs minimè, niſi modicum quid, ratione ſigilli iuxta Prouinciæ conſuetudinẽ, 1591. Auerſa 22. Ian. 214. §. 3.

16 *Reſeruata* Beneficia multa ſunt, quæ cum vacant, non poſſunt niſi per Sedem Apoſtolicam conferri.

I. Beneficia vacantia in Curia, ſeu apud Sedem Apoſtolicam, *cap.2. De præben. in ſexto.*

Non ſolùm per obitum, ſed etiam per reſignationem, & etiam in locis vicinis ad duas diætas. *Barboſa alleg.57. n.21. & 22*

Beneficia tamen eorum, qui Curiam non ſequuntur, nec Curiales exiſtunt, licet in Vrbe degant ratione domicilij, vel originis, non dicuntur in Curia vacare, num.31.

II. Beneficia vacantia, Sede Epiſcopali vacante, reſeruauit Pius V. conſt.55. *Sanctiſſimus.*

Apoſtolica verò Sede vacante, parochiales Eccleſiæ poſſunt conferri per Ordinarios, licet vacauerint ante mortem Pontificis, ſi non diſpoſuit de eis, *cap. ſi Apoſtolica* 35. *de præben. lib.6.*

Si tamen Ordinarij, Sede vacante non conferant, non poſſunt eas amplius conferre: quia nouus Pontifex in craſtinum aſſumptionis ſuæ illas de nouo reſeruat in Regulis Cancellariæ.

III. Beneficia vacantia propter crimẽ hæreſis. *Pius V. conſt.29. & 36.*

IV. Beneficia Germaniæ in menſibus Ianuarij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris. *Barboſ. alleg.54.*

V. Beneficia vacantia propter delictum offendentis eos, qui litigant in Romana Curia, vel eorum Iudices, Aduocatos, & Procuratores. Alex. VI. conſtit. 11. *In eminenti.*

VI. Beneficia illorum, qui pro alijs examini ſe ſupponunt.

VII. Beneficia eorum, qui annuas penſiones offerunt pro cõſequendis beneficijs.

VIII. Beneficia eorum, qui impetrãt beneficia pro alijs intentione ſimoniaca, vt ab illis aliquid recipiant.

IX. Beneficia eorum, qui impetrant beneficia etiam pro ſe ipſis, cum animo poſtea illa reſignandi. Paulus IV. *vt dixi de Præben. num.7. §. 8.*

X. Beneficia eorum, qui habitum clericalem intra Ciuitates, & oppida non deferunt. *ex Sixt. V. dixi in* §. 9.

XI. Beneficium obtinens, ſi aliud incompatibile habeat, intra duos menſes à die habitæ poſſeſſionis ſecundi, vel quo potuit haberi, primo cedere tenetur in manibus Romani Pontificis, alias vtrumque vacat, & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatur. *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. Barboſa alleg.77.*

Circa quod nota primo, quod licet Epiſcopus non poſſit conferre aliud beneficium habenti vnum, vel plura ſufficientia, poteſt tamen habenti ſufficientes penſiones: & in iudicanda Beneficij ſufficientia nõ debet haberi ratio bonorum patrimonialium. *Barboſa alleg.* 62. *num.6. 7. & 11.*

Nota ſecundo, quod Epiſcopus diſpẽſat,

ſat, vt quis habeat plura beneficia difformia ſub eodem tecto, ſi vnum non ſufficiat; non tamen nec conformia, nec alias. *Idem à num.12. vſque ad 19.*

Nam plura beneficia conformia ſub eodem tecto ſunt incompatibilia, & etiã difformia, vltra duo. *Garz.11. cap.15.* §.3.

Si tamen ſit Eccleſiæ conſuetudo, vel Statutum, vel Epiſcopus expreſsè diſpẽſet, poteſt quis obtinere duo beneficia conformia ſub eodem tecto, ſi alterum non ſufficiat. Ad tria vero ſub eodem tecto, quantumuis difformia, vel inſufficientia, Epiſcopus diſpenſare non poteſt. *Sac. Congreg. 2. Nou.* 1607.

✝ Sed prædicta non videntur ex omni parte ſubſiſtere poſſe. Nam ſacra Cõgregatio Concilij, cum fuiſſet ab ea quæſitum, an ſi quis tres Cappellanias ſub eodem tecto vniformes per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit incidat in priuationem omnium ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione? In vna Caurien. reſpondit, incidere.

Immo ſi quis habeat vnum beneficiũ ſimplex ſufficiens, & adipiſcatur pacificam poſſeſſionem alterius ſimplicis ſufficientis, primum vacat ipſo Iure. ex ead.

Eadem vero eſt ratio de pluritate beneficiorum liberorũ ac Iuriſpatronatus. Et ſi quis retinet plura ſufficientia, vel alias incompatibilia beneficia, in foro conſcientiæ eſt priuatus ipſo iure, licet in foro exteriori requiratur declaratoria. Ex eadem in Abulen. ad 7.

Item licet Canonici vel Curati poſſint habere alia Beneficia tenua ſub eodem tecto 1602. Meſſina 22. Ian. 11. Duæ tamen Cappellaniæ, licet inſufficientes, nõ poſſunt obtineri ſub eodem tecto; quia ſunt beneficia conformia: ſicut nec duo Canonicatus licet in Collegiatis. Ex Cõgreg. Conc. 9. Septemb. 1594.

Niſi ſecus in fundatione cautum eſſet: nam tunc ceſſaret ratio, ne diminuatur Diuinus cultus; quia Teſtator aliter beneficiũ non fundaſſet. 5. Septemb. 1602. *

XII. Beneficia Vacantia per aſſecutionem incompatibilium obtentorum à Sede Apoſtolica, reſeruantur, etiam ſi ante aſſecutionem reſignata, vel remiſſa fuerint. Ex Reg. Cancell. *Barboſa alleg.* 82. *&* 83.

XIII. Epiſcopatus, & Superiores Eccleſiæ ac omnia Monaſteria virorum, valorem annuum ducentorum aureorum excedentia, reſeruantur, vt tollantur diſcordiæ, quæ quotidie oriebantur ex electionibus, à Capitulo, & Canonicis, vel Monachis factis. *ex 3. Reg. Barboſa alleg.* 84. *&* 85. Quæ tamen Regula.

Limitatur primo non habere locum, quando Iuſpatronatus horum ad aliquẽ Regem, vel Principem pertineret, etiamſi ſolum ex priuilegio, vel conſuetudine competeret. Nam tali Iuripatronatui nõ cenſetur derogatum, niſi ſpecialis de illo mentio fiat: vt patet ex recepta conſuetudine totius Galliæ, Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, vbi Reges præſentant ad Epiſcopatus. *Alleg.* 86. 87. 88. *Lauor. tit.4. cap.15. num.22.*

Limitatur ſecundo in Germania, vbi Canonici eligunt Epiſcopum ſecundum ius commune. *Lauor. l. cit.*

XIV. Omnes Dignitates maiores poſt Pontificalem in Eccleſia Cathedrali, & omnes Dignitates principales Collegiatarum reſeruantur ex 4. Regula. *Barboſa alleg.* 94. *&* 95.

XV. In nona Regula Cancellariæ reſeruantur octo menſes anni, ſcilicet Ianuarius, Februarius, Aprilis, Maius, Iulius, Auguſtus, October, & Nouember: in quibus ſolus Papa beneficia tunc alias quam per reſignationem vacantia, confert. *Rodriq. 2. par. cap.61. num.1.*

Exceptis beneficijs Iuriſpatronatus laicalis, vel mixti. *Rota apud Seraphin. deciſ. 1334. num.6. deciſ.1263. n.2. deciſ.1232. n.5.*

Si vero Ordinarius reſideat, acceptare poterit Alternatiuam, vt Ianuarius ſpectet ad Papam, Aprilis ad Epiſcopum, & ſic deinceps: & beneficium, quod in ſuo menſe vacauit, conferre poterit etiam in menſe Apoſtolico. *Barboſa alleg.53. à n.34*

At ſi non reſideat, huiuſmodi Alternatiua gaudere non poterit, licet ex neceſſaria, & probatiſſima cauſa abſit, immo licet per accidẽs reperiretur in receſſi, ſi conſtet habere animum non reſidendi. *Rota in vna Eluen. Benefici Mercurij 30. Octobr.* 1602. *coram Ludouiſio.*

Cardinalibus tamen Epiſcopis ex indulto ſpeciali nulli ſunt menſes reſeruati, *vt ex 9. Reg. Cancellariæ tradit Rota in vna Toletana Archipresbyteratus Lunæ* 17. *Martij* 1603. *coram Ludouiſio*

Quod Amplia, vt ſi dimittant Epiſcopatum, retineant adhuc in Curia collationem beneficiorum vacantium menſe Apoſtolico in Epiſcopatu dimiſſo. *Diana 5. tract.2. reſol.14.*

Limita tamen primo, vt intelligatur ſolum de Epiſcopatu, vel Epiſcopatibus (ſi alter ſit abſque onere reſidentiæ, vt Oſtien. Albanus, &c.) cui vel quibus actu præſunt, & præterea de illo tantum, cui pro-

proximè cęſſerunt. *Vrb. VIII. conſt.* 60. *Licet nullus*.

Limita ſecundo, quod quando Cardinales abſunt à Curia, vel reſidentia ſui Epiſcopatus, non poſſunt conferre beneficia, quæ ſpectant ad eos ratione Cardinalatus, vel Epiſcopatus, ſed eorum collatio reſeruatur Papæ. *Ex Reg.*8. *Cancell.*

Limita tertio in Cardinalibus, qui nũquam fuerunt in Curia: nam hi tali indulto non gaudent. *Diana reſol.* 97. *n.*23.

Limita quarto, quod poſſunt Cardinales Indulto nolle vti, ſed menſibus Ordinariorum eſſe contenti. *Diana ibid.n.*18.

XVI: Reſeruantur Papæ beneficia Collectorum, & Subcollectorum Sedis Apoſtolicæ, item Cubiculariorum, & Curſorum Papæ; item Familiarium Papæ, & Cardinalium. *Ex reg. Cancell. dixi ibid.* §.15.

XVII. Beneficium Curatum collatũ contra formam Concilij, vt infra num. 24. §. 37.

17 Prouiſus ab ordinario de Beneficio reſeruato, non tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante motã litem, quando reſeruatio non erat notoria nec inſerta in corpore Iuris: quia talis non dicitur intruſus. Qui vero reuera eſt *intruſus*, tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante motam litem. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.*74.

18 *Concurſus* requiritur in conferendis Parochialibus, exceptis 18. caſibus.

I. In vacatione Parochiarum Iuriſpatronatus, ſi vnus tantum ſit præſentatus, non fit cõcurſus: Sed ſufficit, quod præſentatus examinetur, & idoneus iudicetur ab Examinatoribus Synodalibus. Si vero plures ſint præſentati, faciendus eſt concurſus inter præſentatos tantum. Sicut etiam faciendus eſt cõcurſus pro vna vice, ſi Iuſpatronatus deuoluatur ad Ordinarium propter negligentiam.

II. In reſignationibus ad fauorem Tertij non fit Concurſus.

III. In nulla permutatione requiritur Concurſus. In Parochijs tamen inæqualibus, vel in permutatione aliorum beneficiorum cum Parochijs, requiritur examen: Sed ſi Parochiæ ſint æquales, nec examen.

IV. Abbatia Concurſu non confertur, etiamſi habeat Parochialem ſibi à Papa acceſſorie vnitam.

V. Nec Dignitas aliqua, quæ Parochialem perpetuo vnitam habeat.

VI. Parochialis vnita Dignitati, vel Canonicatui.

VII. Beneficium Curatum, quod vere eſt Dignitas.

VIII. Dignitas habens curam Animarum in Collegiatis. Nec ad eam eſt neceſſarium examen, quale fieri ſolet in Parochialibus: puta quod quis examinetur à tribus Examinatoribus Synodalibus, &c. vt infra num.19.

IX. Cura Animarum, quæ exercetur in Collegiata per Canonicos, vel Hebdommadarios.

X. Quando Parochialis Eccleſia eſt ſubiecta, vel annexa Monaſterio, vel de eius Menſa.

XI. Vicariæ etiam perpetuæ, Parochiarum vnitarum, niſi in Vicariũ transferatur tota cura quo ad exercitium, & habitũ. † Minorum tamen PP. S.C.C. die 14. Maij 1616. vnanimes cenſuerunt, ex litteris Pij V. ſolum Curæ exercitiũ fuiſſe translatum in Vicarium perpetuũ priuatiue quo ad Capitulum S. Petri de Vrbe: curam vero habitu penes idem Capitulum remanſiſſe. Vnde non eſſet in ſimilibus concurſus faciendus, niſi in quibus diſponit idem Pius V. puta Baſilicæ Later. Vaticanæ, S. Mariæ in Via lata, &c. c. 3. 5. 10. §. 11. *

XII. Beneficia Regularia.

XIII. Prioratus Regulares habentes curam animarum, etiamſi ſint ſoliti cõmendari ſæcularibus.

XIV. In Parochiali, quam quis acquirit per regreſſum, *vt infra num.* 30. ſi eam vnquam poſſedit, nec examen eſt neceſſarium.

XV. Beneficia ſimplicia. *Sed hæc exceptio eſt impropria*.

XVI. Parochialis litigioſa.

XVII: Parochialis, quæ tam exigui reditus eſt, vt examen per concurſum non ferat, vel nemo ſit, qui velit examini ſe ſubijcere; aut ob apertas factiones ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, grauiores rixæ, vel tumultus facilè poſſent excitari.

XVIII. Quando approbatus, & electus per concurſum non vult conſentire penſioni à Papa imponendæ: tunc enim ſolet beneficium alteri conferri abſque concurſu cum derogatione tacita, vel expreſſa Concilij ob decretum irritans. *Ita in omnibus iſtis caſibus refert deciſum Barboſa alleg.*60. *à num.*18.

19 Si admittatur aliquis examinator non ſynodalis, tam infra, quam ſupra numerum trium, nullus eſt concurſus, vt latius dixi *de præben. nu.*14. Vide Garziam p.9. cap.2. num.324.

Poſt

20 Poſt decem dies, vel aliud in edicto præfixum tempus venientes, poteſt, ſed non tenetur Ordinarius admittere. Si vero faciat concurſum ante tempus præfixum, valet, nullo poſtea comparente. Sed ſi aliquis intra tempus veniat, eſt admittendus ad hoc, vt eius examen cũ alijs conferatur, vel vt alij rurſus euocentur. *Barboſa num.*46.

21 Examen ad Parochialem nunquã poteſt omitti, vt latius dixi ibidem n.17. vbi ſubieci formulam examinis per concurſum ex Sac. Congreg. Concilij.

22 Minus doctus modo idoneus, cuius mores ſunt noti, & approbati, præfertur doctiori, cuius vita ignoratur.

Item Dignus de gremio Eccleſiæ præfertur dignori extraneo.

Item qui nullum habet beneficium, habenti.

Item, qui diſpenſatione non indiget indigenti.

Cenſetur autem dignior, qui eſt magis aptus, & vtilis ad Eccleſiam, cui præficitur. *S. Thom.* 2.2. *quæſt.* 63. *art.*2. *Couar. reg. Peccatum par.*2. §.7. *num.* 4. *ad medium.* ℣. *Dignior vero. Barboſ. alleg.*60. *num.* 103.

Alias tamen habuiſſe Parochialem nõ concludit, quod quis veniat propter hoc in concurſu præferendus. *Rota in vna Beneuentana* 13. *Iunij* 1590. *coram Orano.*

Doctoratus verò qualitas magna eſt, cuius ratione cæteris paribus, debet quis in concurſu præferri. *Arg. cap.* 3. *de Magiſtr. l. Magiſtros* 6. *C. de Profeſſ. & Med. Rota in vna Ciuitatis Caſtelli* 6. *Iunij* 1589. *coram Orano. & in altera Nullius Parochialis, ſeu Concurſus* 4. *Decembris* 1606. *coram Ludouiſio.*

23 Non poteſt aliquis appellare quo ad effectum ſuſpenſiuum à iudicio Examinatorum. *Rota in vna Nullius Concurſus* 4. *Decembris* 1600. *coram Ludouiſio. Barboſa alleg.* 60. *vt latius dixi in tit. de præben. num.*19.

24 *Vacant* ipſo iure beneficia multis modis. *can.*3. 5. 43.

I. Per mortem naturalem.

II. Per reſignationem, ſeu renunciationem. *Infra num.*25.

III. Per aſſecutionem alterius incompatibilis. *ſupra num.* 16. §. *XI.*

IV. Beneficium Clerici minorũ Ordinum nubentis vacat ipſo iure, conſtituti verò in ſacris per ſententiam. *Gloſ. cap.*1. *de cler. coniug. Nauar. cap.*25. *nu.*120. *Rodriq.* 1. *par. cap.*223. *n.*1. *Barboſ. alleg.*57. *à num.* 202.

V. Per ingreſſum Religionis, profeſſione ſecuta. *ſupra num.* 4.

VI. Vacat Parochialis, ſi Rector, iuſto impedimento ceſſante, non promoueatur ad Sacerdotium intra annum. *cap. licet Canon* 14. §. *Et infra annum. De elect. lib.* 6.

VII. Per tranſlationem litteris oſtenſis Capitulo, vacat prima. *Infra num.*27.

VIII. Si electus intra menſem non conſenſerit electioni, ſeu infra aliud tẽpus arbitrarium, ſi ſine ſuperioris licentia conſentire non poſſit. *cap. Quam ſit. De elect. in* 6.

IX. Si electus intra tres menſes poſt conſenſum non petierit confirmationẽ. *Ibidem.*

X. Quando electus, vel præſentatus ante confirmationem, vel inſtitutionem, per ſe, vel per alium, ſe iniecerit, vel adminiſtrauerit, etiam obedientiam præſtando: dummodo id ex ſola electione faciat abſque alia Epiſcopi, vel Papæ licentia, *cap.*5. *de elect. in ſexto.* Iſti tamen tres modi ſunt improprij.

XI. Beneficia etiam ſimplicia, & penſiones vacant per aſſumptionem ad Epiſcopatum, ablata facultate transferendi, ſtatim, ſi per Romanum Pontificem aſſumatur, ſi verò per alios, non niſi ſecuta conſecratione, vel elapſis tribus menſibus ad eam ſuſcipiendam à Concilio ſeſſ.23. cap.2. præfinitis. *cap. Cum in cunctis* 7. §. *Cum vero, de elect.* Vide in can. lib.3. tit.5. num.43. §.10. vbi latius.

XII. Beneficia illius, qui militiam ſæcularem aſſumit.

XIII. Beneficia, & penſio illius, qui habitum, & tonſuram non defert. *ſupra num.*16. §. 10.

XIV. Per electionis caſſationem.

XV. Per Poſtulationis repulſionem. *Iſti duo modi ſunt improprij.*

XVI. Per violentum ingreſſum in poſſeſſionem beneficij.

XVII. Per violationem ſequeſtri impoſiti vigore ſentẽtiæ diffinitiuæ, in Romana Curia prolatæ, in cauſa beneficiali, ſuper ipſo beneficio, quod non fuerat antea per triennium pacificè poſſeſſum. *Clem. De ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

XVIII. Per non oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario, ſi requiſitus fuerit, etiam poſt triennium, quandocumque beneficia ſunt incompatibilia. *cap Ordinarij* 3. *de offic. ordin. lib.*6. *Renouatum per Conc. Trid. ſeſſ.*7. *ca.* 5.

XIX. Per alienationem rerum ipſius beneficij abſque debita ſolemnitate. *extr. Ambitioſæ. De reb. Eccleſ. non alien.*

Si

XX. Si habeatur pro derelicto.

XXI. Propter crimen hæreſis. *ſupra num.* 16. §. 3.

XXII. Beneficium obtentū per preces Hæreticorum. *cap.* 2. §. *Ad hac.* De hæret. lib. 6.

XXIII. Beneficium obtentum per ſimoniam realem: & obtinens efficitur inhabilis ad illud, & ad alia in poſterum obtinenda. *cap. penult. de elect. Pius V. cuius bullam refert Bonac. de Simon. quæſt.* 7. *pun.* 2. *diff.* 1.

XXIV. Beneficia, etiam antea ritè obtenta, committentium Simoniam cōfidentialem. *Pius IV. conſt.* 85. *Pius V. conſt.* 45.

XXV. Beneficia, etiam antea ritè obtenta, per Simoniam commiſſam in electione Papæ. Ex bulla Iulij II. quæ incipit. *Cum tam Diuino.*

XXVI. Beneficia examinantium ad beneficia curata, ſi ab examinandis ante vel poſt occaſione eius examinis aliquid etiam ſponte oblatum accipiant, etiam antea ritè obtenta, quæ dimittere tenentur etiam ante ſententiam Iudicis, & ad futura efficiuntur inhabiles, non ſolum accipientes, ſed etiam dantes. *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. *verſ. caueant.*

XXVII. Propter crimen læſæ maieſtatis.

XXVIII. Propter falſificationem litterarum Apoſtolicarum. *cap. Ad falſariorem* 7. *De crim. falſ.*

XXIX. Beneficia percutientium Cardinales, & ad futura efficiuntur inhabiles: quod etiam ad filios, & nepotes extenditur. *cap. Felicis, fin. de pœnis, in* 6.

XXX. Beneficium occidētis, vel percutientis Epiſcopum eius loci, vbi beneficium habet. *Clem. De pœnis.*

XXXI. Beneficium occidentis Rectorem illius Eccleſiæ, in qua beneficiū obtinet.

XXXII. Propter crimen Aſſaſſinij. *cap.* 1. *de homicid. lib.* 6.

XXXIII. Beneficium carcerātis Clericum ad hoc, vt beneficium reſignet.

XXXIV. Exercentis publicè crimen Sodomiæ. *vide infra. Sodomia.* Pius V. conſt. 72. *Horrendum.*

XXXV. Quando infirmus reſignans non ſuperuixit per viginti dies poſt præſtitum conſenſū, *vt dixi in Can. l. cit.* §. 35.

XXXVI. Ob non publicationem reſignationis intra tres menſes, & vltra Montes nouem. *Ibid.* §. 36. ex conſt. 85. Greg. XIII. *Humano vix iudicio.*

XXXVII. Beneficium Curatū, quando extra caſus num. 18. relatos, confertur ſine concurſu. Pius V. conſt. 33. *In conferendis,* 15. Cal. Aprilis 1566. quam retuli in Can. ibidem num. 19.

XXXVIII. Clericus fabricator, vel cōſentiens fraudis ad vſurpanda bona Eccleſiaſtica, priuatur ipſo facto omnibus beneficijs, & ad futura efficitur inhabilis. *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 11.

XXXIX. Beneficia, & quælibet gratiæ obtentæ in Romana Curia media promiſſione, vel datione. *Gregor. XIII. vt infra.*

XL. Beneficia, & officia dantium, promittentium, vel recipientium aliquid pro gratia, vel Iuſtitia in Romana Curia; Conſilium, auxilium, vel fauorem præſtantium, idque ſcientium, & intra triduum non reuelantium. Gregor. XIII. conſt. 24. *Ab ipſo noſtri Pontificatus initio.* Bonac. de leg. diſp. 10. quæſt. 2. pun. 8. §. incidens, num. 1. *Quam confirmauit, & declarauit S.D.N. Alex. VII.*

XLI. Omnia beneficia illorum, qui pro obtinendis beneficijs ſeipſos pro alijs examini ſe ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs ſimoniace, vt ab ijs aliquid conſequantur. Vel quando pro ſeipſis impetrant in Curia beneficia intentione illa reſignandi ad fauorem aliorum cum penſione, vel ſine ea. *Paulus IV.* conſt. 12. *Inter cæteras.* Vbi vltra hoc infligit eis poenam excommunicationis Summo Pontifici reſeruatæ.

XLII. Per depoſitionem, & priuationem. *cap.* 3. 5. 43. §. 39.

XLIII. Per apprehenſionem poſſeſſionis de beneficio collato per Papam ante litterarum expeditionem. *Extr.* 1. *de elect.*

XLIV. Retinentis indebitè ſcripturas, & alias quaſcumque res, ſpectantes ad Cameram Apoſtolicam. *Pius IV. conſtit.* 4. §. 4.

XLV. Occidentium vel mutilantiū litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Aduocatos, & Procuratores ac Notarios. Alex. VI. conſt. 11. *In eminenti.* Barboſa alleg. 57. à num. 199.

XLVI. Beneficia, Dignitates, & officia Eccleſiaſtica Clerici pugnantis in duello: qui fit etiam inhabilis ad illa, vel alia in poſterum obtinenda. *Ex Pio V. Bonac. de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 6. *pun. n.* 13.

XLVII. Beneficia Vaticinatorum, vel Aſtrologorum iudiciariorum, qui iudicia facere audent ſuper ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Vita aut morte Summi Ponti-

Pontificis, aut Conſanguineorum eius, vſque ad tertium gradum, & eos ſuper prædictis conſulentium. Vrb. VIII. conſtit. 113. *Inſcrutabilis, infra* §. 51.

XLVIII. Beneficia eorum, qui S. Officium vexant, vel illud quomodolibet impediunt aut perturbant. Pius V. conſtit. 83. *Si de protegendis.*

XLIX. Beneficia eius, qui oppoſuerit aliquid in perſonam electi, nec probauerit, ſi conſtet id animo calumniandi feciſſe. Nam hic eſt ſuſpenſus à beneficiis ſuis per triennium. Quod ſi hoc triennio durante, in illis ſe ingeſſerit, eſt eis ipſo iure priuatus. *cap. 1. §. Qui vero, & cap. vt circa. De elect. in 6. Vide de præben. num.* 43. §. 47.

L. Impugnantium Mare magnum. Leo X. *Vide quæ dixi tit. de Regular. n.* 42.

LI. Facientium ſponſionem, vel excommiſſam ſuper vita, vel morte Summi Pontificis, vel creatione Cardinalium. Gregor. XIV. *Cogit nos deprauata.*

LII. Nunciorum impetrantium fauores ad Dignitates, *vt dixi in tit. de ſent. excomm. num.* 196. §. 1.

LIII. Promouentium ad Doctoratū, vel Cathedras non facta fidei profeſſione. *Ibidem* §. 2.

LIV. Vicarij Inquiſitorum, vel Ordinariorum, ſi licentiam concedant imprimendi, vel publicandi Breuiarium, vel Miſſale ab Vrbano VIII. reformata, non facta prius diligentia, ob quod aliquid additum, vel detractum fuerit, incurrunt eo ipſo abſque alia declaratione in pœnas priuationis officiorum, & beneficiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, & prætcrea excommunicationis. Vrb. VIII. conſtit. *Diuinam*. in principio Breuiarij, vel Diurni, & conſt. *Si quid eſt*. in principio Miſſalis.

LV. Confeſſariorum per Italiam extra Vrbem, etiam prætextu priuilegiorum, à quibuſdam cenſuris, & caſibus reſeruatis abſoluere præſumentium, *vt infra verbo Confeſſarius num.* 21.

LVI. Clericorum procurantiū abortum fœtus animati, ſecuto effectu: qui prætcrea fiunt inhabiles ad ea in poſterū obtinenda. Sixt. V. conſt. 87. *Effrænatam*, quæ quo ad hoc reuocata non fuit per Gregor. XIV.

De hac materia dixi plenius in Can. lib. 3. tit. 5. De Præben. num. 43.

25 *Reſignationes* in fauorem tertij non poſſunt hodie admitti ab Epiſcopis: alioquin collatio eſſet nulla, & Beneficium ex toto vacaret. Immo nec ſimplices, niſi renunciantes ſint ſenio confecti, aut valetudinarij, aut corpore vitiati, vel impediti, aut crimini obnoxij cenſuriſque Eccleſiaſticis irretiti, vel obtineant aliud, vel Religionem ingrediantur, aut Matrimonium contrahant; vel irregulares, aut indocti ſint, aut ibi graues, & irremediabiles perſecutiones patiantur, vel inimicitias habeant. Et tunc modo tantum habeant, vnde commode viuere poſſint, niſi in approbata Religione profiteantur: & neque nutu ſucceſſor deſignetur; & neque poſtea conferatur conſanguineo, Affini, vel familiari, tam Renunciantis, quam Epiſcopi conferentis. *Pius Quintus conſt.* 58. *Quanta Eccleſiæ*, quam retuli in Can. lib. 1. tit. 9. De renunc. n. 8: & ſeqq. ibique latius explicauit Sac. Cōgregatio Epiſcop. 19. Decembris 1620. Barboſa alleg. 69. n. 50. Nau. cap. 23. n. 107.

26 Reſignatarius tenetur iuſtificare gratiam ſui Anteceſſoris, quando Reſignans nunquam poſſedit, vel non poſſedit per triennium. *Rota apud Coccin. dec.* 82.

27 *Translatio*. Beneficiatus tranſiens de vna Eccleſia in aliam, non perdit ius in priori Eccleſia, quouſque in ſecunda pacificam poſſeſſionem obtinuerit, vel per eum ſteterit, quo minus haberet eādem; etiam ſi ſit confirmatus. *Arg. cap. licet Epiſcopus* 28. *De præben. lib. 6. gloſ. cap.* 3. 2. *quæſt.* 2. *gloſ.* 2. *cap. ſi qui Epiſcopi* 6. *diſt.* 92.

Fallit in Epiſcopo, qui poſtquam expediuit litteras Apoſtolicas, etiam in forma Breuis, translationis ad ſecundam Eccleſiam, prima vacat, nec poteſt ſeſe amplius in ea ingerere, licet adhuc apud illam reſideret, nec cepiſſet poſſeſſionem ſecundæ, 1604. Gaeta, 1. Iun. 65. 1611. Salerno, 13. Ian. 1.

Presbyteri verò, & alij inferiorum ordinum Clerici ſuorum Epiſcoporum authoritate poſſunt ad alias Eccleſias tranſire. *cap. 37. Epiſc. 7. quæſt. 1. cap. Quæſitum 5. de rer. permut.*

Sed Epiſcopus nō poteſt abſque facultate Summi Pontificis: alioquin, & propria careret Cathedra, & ambita. *cap. 31. Si quis. Epiſc. & cap. 34. Mutationes, 7. q. 1. cap. 2. & 3. de translat. Epiſcopi.*

28 *Permutatio* Beneficiorum facta ſine conſenſu Patroni venit annullanda. *Barboſa alleg.* 72. *num.* 10.

Patroni tamen conſenſum non eſt neceſſe fuiſſe obtentum, ſed ſufficit requiſitum, præſertim ſi magna Eccleſiæ interuenit vtilitas. *Ex Sacra Concilij Congreg.*

greg. Barboſa Collect. Bullar. num. 4.

29 Beneficia permutantes.

I. Debent examinari coram Epiſcopo, vel eius Vicario, *vt ſupra num.* 18. §. 3.

II. Fiet collatio, ſi fuerint idonei reperti.

III. Expedientur litteræ.

IV. Fiet publicatio in Eccleſijs permutatis, vel earum coemeterijs, ante poſſeſſionem.

V. In poſſeſſionem mittentur.

VI. Facient profeſſionem fidei. *Vide infra.*

30 Dum expeditur permutatio, poſſunt permutantes in ſuis Eccleſijs miniſtrare, quas permutauerunt; cum adhuc poſſeſſionem retineant. Etſi aliquando accidat, quod Beneficium permutatione collatum euincatur: poterit, etiam permutatione facta, ad Eccleſiam, quam reſignauit, Superioris authoritate redire. *Vt tenuiſſe Rotã aſſerit Barboſa, alleg.* 45. *n.* 51.

31 Non poteſt coram Epiſcopo fieri permutatio cum pacto, vt vnus ſoluat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus Bullas ad vtrumque pertinentes; quia non eſſet pura permutatio: coram Papa vero fieri poteſt, ſi hoc exprimatur, & ipſe conſentiat. *Bonac. tom.* 1. *de Simon. diſp.* 1. *quæſt.* 14. §. 12. *n.* 9. *℣. Secundo patet.*

32 Clericus colludens in cauſa beneficiali, debet beneficio priuari. *cap. Audiuimus* 3. *De colluſ.*

Ponitur exemplum de Sene infirmo, qui permutat beneficium pingue cum nepote, vel alio conſanguineo dante beneficiũ exile: nam talis permutatio præſumitur facta in fraudem. *Clar. pract. crim. lib.* 5. §. *fin. quæſt* 73. *verſ. Pariter.*

33 *Commendare* in perpetuum beneficia ſolus Papa poteſt. Olim Epiſcopus commendare poterat Parochialem ad ſex menſes. *cap. Nemo* 15. *de elect. lib.* 6.

Hodie vacantem non poteſt amplius, quia cenſetur prohibitum per Conciliũ ſeſſ. 24. c. 18. vt dixi lib. 3. Can. Inſtit. tit. 5. De præben. num. 22.

34 *Vnio* Beneficiorum non habet locum, quando Beneficium vnitum reſignatur in fauorem Tertij: quia intelligitur, cum primum per ceſſum, vel deceſſum ſeu alio quocumque modo vacauerit pure, non autem conditionaliter tantum. *Rota recentior. apud Farin. tom.* 2. *par.* 1. *deciſ.* 38.

35 *Receptio*. Illitterati, qui alias honeſtæ vitæ ſunt, quo ad beneficia obtenta tolerari poſſunt, ſi ex longo vſu, & rerum experientia, ſciant omnia ad ſuum officium ſpectantia: maximè ſi caritatis perfectio defectũ ſcientiæ ſuppleat. *Barboſa alleg.* 63. *num.* 5.

36 Beneficium petens, non eſt opus, vt ſe alijs magis idoneum putet: Sed ſufficit, ſi ſciat, ſe eſſe idoneum. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 3. *in corp. Vaſq. quem refert. Addit. ad Tolet. lib.* 5. *cap.* 80.

37 Si plures impetrent idem beneficium non reſeruatum nec affectũ, vnus à Sede Apoſtolica, vel Legato de latere, alter ab Ordinario. Vel primus à Papa, ſecundus à Legato, tertius ab Ordinario, & non appareat de prioritate datæ; tunc eſt præferendus is, qui poſſidet: alioquin ſi nullus poſſideat, is, qui impetrauit à maiori. *cap. Si à Sede* 31. *iuncta gloſ.* 1. *De præben. lib.* 6.

Vbi nota, quod eſt valde vtile, ſtatim ab impetratione, poſſeſſionem capere.

38 Affirmantes ſe eſſe, qui non ſunt, vt eis expeditio gratis fiat in toto vel in parte, incurrunt excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam, & litteræ nullæ ſunt. *Innoc. VIII. conſt.* 11. *vt dixi in tit. de ſent. excom. num.* 163.

39 Impetrationes beneficiorum certo modo non ſunt conſulendæ, vt dixi in d. tit. De præben. num. 30.

40 Beneficiatus poteſt tenere legatũ celebrandi Miſſas in eadem Eccleſia ſui beneficij, nec eſt neceſſaria diſpenſatio. *Synod. Caputaq. Brancatij ex Sac. Congr.* 22. *Martij* 1583. Grauina fol. 70.

Niſi huiuſmodi legatum factum eſſet cum titulo erectionis Altaris, 1589. Caſtellaneta, 13. Iun. 134. verſ. Quant'alla pluralità.

41 Poteſt quis obtinere vnum perpetuum beneficium requirens reſidentiam, & Vicariam Curæ Animarũ amouibilem; quia ex hoc non cauſatur incompatibilitas. *Rota apud Coccin. deciſ.* 18.

42 *Poſſidens* quietè, & pacificè beneficium per triennium, poteſt contra quemcunque ſe defendere per regulam de triennali, quatuor concurrentibus:

I. Quod illud habuerit ſine ſimoniaco ingreſſu.

II. Quod ſi Beneficium erat Apoſtolicæ Sedi reſeruatum ex aliqua reſeruatione in corpore iuris clauſa, ſe in illud non intruſerit. *Ex Reg.* 36. *Cancell.*

III. Quod habuerit bonam fidem. *Sanch. conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 25.

IV. Quod ſi beneficium erat reſignatum, publicauerit reſignationem iuxta formam Bullæ Gregorij XIII. *de qua in Can. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 43. §. 36.

Pro-

43 Prouiſus Apoſtolicus debet in poſſeſſionem immitti; ſi ei nihil aliud obſtat, niſi Breue Sixti V. ſuper deſcendentia à nouis Chriſtianis, 1596. Lamacen. 6. Aug. 66. 1597. Lisbona 10. Septembris 70. Elboren. 8. Decemb. 86.

44 Conſtitutio Synodalis, quod prouiſus Apoſtolicus nō poſſit in poſſeſſionem immitti, niſi prius exhibeat ſuas Bullas, exequendas in Tribunali Epiſcopali, nulla eſt, 1625. Parma 12. Maij 50.

✝ Sacra Concilij Congreg. 14. Decēbris 1630. cenſuit, legitimè à Patrono præſentatum, ab inferiore ius inſtituendi ex priuilegio Apoſtolico habente inſtitutum, & ab Epiſcopo præuio examine approbatum, poſſe abſque alio mandato, ſeu prouiſione Ordinarij poſſeſſionem apprehendere.

Prouiſus de Parochiali in forma *Dignum*, ſi fuerit reiectus à primo executore, non poteſt adire ſecundū: & ſi adeat, examen, poſſeſſio, & omnia inde ſecuta ſunt ipſo iure nulla, 22. Nouembris 1607. Tropien.

Et ſi prætendat grauamen, appellare debet ad Sedem Apoſtolicam, *lib.* 78. 46. *ad* 10. *

45 *Fructus* Beneficij, qui à ſolo ſeparati ſunt ante mortem, vel reſignationē, pertinent ad Beneficiarium, vel eius hæredes, vel etiam ad Cameram, quando ſpolio locus eſt, qui verò non ſunt ſeparati, ad ſucceſſorem. Vbi verò viget vſus ſpoliorum, fructus quorumcumque Beneficiorum vacantium pertinent ad Sedem Apoſtolicam.

Secus in Diſtributionibus, & locationum penſionibus, quia tunc habebit fructus pro rata temporis, quo poſſedit Beneficium.

At Canon Emphyteoticus ſoluendus eſt ei, qui beneficium poſſidet eo die, quo ſolutio facienda cadit, vel eius hæredibus; vel ſpolio reſpectiuè. *Bonac. De cenſur. tract. diſp. 4. punct. 3. per totam prop. 3.*

46 Capientes fructus Beneficij vacātis, ſunt ipſo facto excommunicati, & abſolutio Papæ reſeruatur, *cap. Generali* 13. *de elect. lib. 6. Pius V. conſt.* 104. *Durum nimis.*

47 Vbi Beneficiarius incipit infirmari, æquiparatur vſuario; vnde non poteſt de fructibus quicquā diſponere in fraudem Cameræ, vel ſucceſſoris, *gloſ. cap. præſenti fin. v. Reſeruari. De offic. ord. in ſexto. Riccius deciſ.* 164. *num.* 3.

48 *Obligationes, & onera.* Beneficium accipiens cum pacto, vt doceat in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, Simoniam committit: ſecus ſi accipiat cum onere tali beneficio vacanti impoſito. *Nauar. cap.* 25. *num.* 58. *ex cap. ſignificatum* 11. *De præben.*

Quæ tamen onera non poſſunt imponi ab Ordinario, neque beneficiis liberis, neque iuriſpatronatus, neque plenis, neque vacantibus. *Sac. Epiſcoporum Congregatio. Lodi* 27. *Iulij* 1604.

49 Beneficiarius iuſta de cauſa priuatus fructibus, tenetur nihilominus Diuinum officium recitare, ſecus ſi iniuſta. *Bonac. de horis Can. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 4. *n.* 25

50 Rector Beneficij nō tenetur Cappellano celebranti tradere eleemoſynam ad rationem redditituum dicti beneficij: ſed ſufficit, ſi det conſuetam, ſeu præſcriptam ab Ordinario. *Sac. Conc. Congr. decl. ad conſt.* 43. *editam iuſſu Vrbani VIII.*

51 Epiſcopus pro ſatisfaciendis Miſſarum oneribus, beneficio annexis, quibus Titularis per ſe regulariter ſatisfacere non tenetur; tam idonei Cappellani, ab ipſo tamen Epiſcopo approbandi, deputationem, quam eleemoſynæ ſolutionem, eiuſdem Titularis liberæ diſpoſitioni permittere debet, neque ipſe in eo ſeſe ingerere 1618. *Corduben.* 31. *Auguſti* 184.

Quod etiam ſeruandum, quando Beneficium curam habet animarum, & Rector vult aſſumere coadiutorem, dummodo præſentet Sacerdotem, qui poſſit approbari, 1614. Cremona 9. Maij 40.

Et hoc modo debet explicari Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 5. & 7.

52 Beneficia etiam nouiter erecta, Seminario contribuere debent, deducto tamen onere, & redditibus in eleemoſynis conſiſtentibus. *Sacra Congregatio Epiſcopo Triuentino* 13. *Maij* 1585.

53 Quando Beneficium rurale, quod non habet onera Miſſarum, transfertur ad aliquod Altare, Rector Beneficij trāſlati non tenetur prouidere dicto Altari de paramentis, 1593. Auellino 26. Iul. 192.

Et ſi fructus nō excedant rubrum annuum tritici, non compellatur, niſi ad priuatè celebrandum ſemel in anno in Altari Matricis, vel Parochialis, ad quod translatum fuit, 1617. Tiuoli 12. Maij 88.

54 *Beneficium humanum ſeu legale.* Fideiuſſor. Heres 10.

Summæ malignitatis eſt non vocare beneficium, niſi quod dantem aliquo afficit incommodo. *Ex Seneca, S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 106. *artic.* 3. *ad* 3.

BERNARDINVS OCHINVS.
Hæreſis.

BLASPHEMIA.

Damnatus in Inferno. Hæreſis. Inquiſitor. Iuramentum, & quæ dixi lib. 4. tit. 18. Inſtitutionum Ciuilium n.44.& ſeq.

1 AN *ſit blaſphemia* illud iurandi genus. Hoc eſt verum, ſicut Deus eſt veritas, ſicut eſt verum Euangelium S. Ioannis, ſicut Chriſtus natus eſt de Maria Virgine, &c. vide ibi num.47.

2 Blaſphemia hæreticalis ad Inquiſitores priuatiuè pertinet. *Barboſa alleg.*51. *num.*89. *& alij, quos refert, & ſequitur Diana* 4. *tract.*7. *reſol.*8.

3 Blaſphemia, præſertim hæreticalis, congruenter excommunicationis poena coercetur. 1. *Timoth.*1. *d.*

4 Blaſphemi, ſi infimæ ſortis, flagellis cæduntur cum publica poenitentia, lingua ferro, vel ligno comprehenſa: Si Nobiles, pecuniaria poena mulctantur, & ad tempus in Monaſterium detruduntur. *Barboſ. alleg.*51. *num.*90.

Mitiori tamen poena puniuntur, qui blaſphemant Sanctos, quam qui Deum, vt patet ex Bulla Pij V. *Farin. pract. Crim. q.*20. *num.*27.

5 Blaſphemātes ſunt infames,& ideo non poſſunt eſſe Teſtes omni exceptione maiores. Per conſequens iurare nō poſſunt in litem,nec in ſupplementum probationis de Iure communi: nec accuſare de iure municipali volente credi iuramento damnum paſſi, vel creditoris. *Baiard.* §. *Blaſphemia num.*3.

6 Audientes blaſphemiam denunciare tenentur. Falſi tamen denunciatores blaſphemantium, falſique teſtes in cauſa blaſphemiæ, puniuntur, vt blaſphemi, & vlterius ad triremes perpetuas. *Ex conſtit.* 43. *Iulij* 111. *Baiard. num.*6. *&* 7. Vbi ſubdit, quod Blaſphematores ſeipſos accuſantes euitant poenas temporales, prout decreuit etiam Sacra Congregatio 1578. Terni 13. Iunij 94.

BONA.

Alienatio. Capitulum. Ciuitas. Damnatus. Debitor. Hoſpitale. Irregularitas. Matrimonium. Naufragium. Spolium. Vſura.

1 C*Lericorum* poſt clericatum acquiſita,quæ laico eſſent aduentitia, ipſis iure communi ſunt quaſi caſtrenſia. *Auth. Presbyteros, C. de Epiſcopis, & Cler. Hoſtien. Panorm. & Commun. in cap. Quanta nos* 9. *de teſtam. & in c.Conſtitutos* 8. *De in integr. reſtit. Nau. cap.* 17. *num.* 142. *Oinot.quib. mod. ius pat. poteſt ſolu.* §.*Filiusfamilias num.*6. *Diana* 5. *tr.*3. *reſol.*124. *Ang. v. Clericus,*13. §.12. *Sanch.Sum. tom.*2.*lib.*7. *cap.*13. *num.*26.

Item bona cuiuſcumque filij familias ſunt quaſi caſtrenſia, quando ad ipſum filium familias, non autem ad Patrem, ſpectat vſusfructus. *Bonac. de contr. diſp.*3. *quæſt.*13. *pun.*2. *num.*5.

Bona tamen patrimonialia Clericorū præſcribuntur ſicut bona laicorum, nec in eis habent reſtitutionem in integrum, niſi ratione minoritatis. *Maranta in praxi diſp.*8. *num.*57. *Canoniſtæ in c.*2. *de præſcript. Bonac. de contr. diſp.*3. *quæſt.*1. *pun.vlt. n.*22. *Ego ipſe, De vſu cap. num.* 19.

2 Conſenſus Apoſtolicus in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum non cenſetur interueniſſe ex lapſu minoris temporis, quam triginta annorum. *Rota in vna Nullius Bonorū Lunæ* 13.*Martij* 1602. *coram Ludouiſio, vt dixi in tit. de rer. diuiſ. num.* 28.

Idem de Aſſenſu Regio, & quolibet alio conſenſu. *Rota apud eumdem deciſ.*354. *num.*15. *& apud Dunozet.*20. *Decemb.*1628. *in vna Lucana Iuriſp.verſ.Neque hæc donatio.*

3 Bona exiſtentium in conclaui inuadentes incurrunt excommunicationē Summo Pontifici reſeruatam; vt dixi in tit. De ſent. excomm. num.178.

4 Peregrini bona in peregrinatione decedentis, neque ad Hoſpitem pertinent, neque ad Fiſcum, ſed ad Epiſcopū loci: qui ea, vel hæredibus Defuncti reſtituere, vel Pauperibus erogare debet. *Auth. Omnes Peregrini, C. Comm. de ſucceſſ. Oinot. lib.*3. *tit.*1. *De ſucceſſ. Fiſci num.* 22. *Ego lib.*3. *Ciuil. tit.*1. *num.* 66.

5 Bonorum immobilium valor æſtimatur ex annuis fructibus, facta calculatione ad rationem quinque circiter pro centenario. *Rota apud Ludouiſ.deciſ.*153.*n.*8

Quod tamen nō habet locum in æſtimandis ædificijs,vel domibus. *Ibid. n.*16.

† Pro emendis domibus Vrbis, Collegio Gregoriano in Regione Tranſtiberina contiguis, inuenitur facta oblatio ad rationem ſcutorum ſeptem cum dimidio pro centenario affictus,qui à conductoribus earum annuatim domibus penduntur. 4. Ian. 1641. *

6 Bona allodialia, ſiue alauda, ideſt ſine laudo, dicuntur ea,quorum quis eſt pleno iure Dominus, nec vlli ſubiecta ſunt laudo ſiue feudo, ſiue emphyteuſi: nec eorum ratione laudemium vllum perſoluitur: *Bonac. tom.* 2. *de contr. diſp.*3. *quæſt.*8. *pun.*1. *num.*6.

7 Bona prohibita alienari non poſſunt confiſcari. *l. Statius Florus,* §. *Cornelio Felici, ff. v. de iure Fiſci. Rota apud Farin. par.*1. *tom.*1. *d.*11. *num.*9.

BO-

BONI MORES.

S*Vnt in duplici* differentia. Alij dicuntur naturales, alij Ciuiles.

Cõtra bonos mores naturales fieri dicitur, quando fit aliquid, quod iure naturali ſeu Diuino prohibitum eſt; veluti pactum de homicidio committendo, & tale pactum prorſus non valet, nec aliquo iuramento confirmatur.

Contra vero ſolos bonos mores Ciuiles, qui ſunt inuenti Iuris Ciuilis artificio, fieri dicitur, quando fit aliquid, quod ius Ciuile bonis moribus contrarium eſſe voluit: puta quando fit pactum de futura ſucceſſione, quod ius Ciuile fieri prohibet, ne detur anſa captandæ mortis. Et talia de iure Ciuili nec valent, nec iuramento confirmantur. Secus de iure Canonico, cuius regula eſt, quod iuramentum ſemper ſeruari debet, quotieſcumque ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. *Oinot. de donat.* §. *Alia autem, num.* 87.

Vel dic clarius, quod quando in executione alicuius pacti poteſt aliquod eſſe peccatum, etiam veniale: tunc eſt cõtra bonos mores naturales, nec iuramento confirmatur. Quando vero in executione nullum eſt peccatum, non eſt contra bonos mores naturales; vnde iuramento confirmatur; licet eſſe poſſit cõtra bonos mores Ciuiles ex eo, quod aliqua lege Ciuili prohibeatur.

2 Bonis moribus naturalibus contrariari videtur.

I. Pactum, ne donatio poſſit ex quacumque ingratitudine reuocari: dummodo propter publicam vtilitatem non cohoneſtetur.

Puta ſi facta ſit donatio dotis Puellæ nupturæ, vel Clerico ad ſacros Ordines promouendo. *Oinot. de donat.* §. *Sciendũ, n.* 5.

II. Pactum, ne quis de dolo teneatur: quia videtur, ſicut & præcedens, per impunitatis promiſſionem, ad peccandum allicere recipientem, *l. Contractus 23. ff. n. de regulis Iuris.*

Poſt factum tamen condonari poteſt. *Bonac. de contr. diſp.* 3. *quæſt.* 12. *pun.* 5. *n.* 2.

III. Approbare geſta per vim ſeu metum grauem: quia inuitat homines ad vim inferendam, ſeu metum incutiendum. *l. Nihil Conſenſui* 116. *ff. n. de reg. iur.*

IV. Quicquid ad coniugalis tori ſeparationem allicere poteſt: nam concordia coniugalis omni lucro præferẽda eſt: *l. Reprehendenda* 15. *C. de inſtit. & ſubſtit. l. Sed neque* 8. *ff. v. de vſu, & habit. Oinot. de vſu, & habitat. in princip. num.* 12.

V. Quicquid reuerentiam Superioribus, Parentibus, vel Marito tollit.

VI. Promiſſio de conferendo Beneficio vacaturo, ſiue in genere, ſiue in ſpecie. *c. Deteſtanda. De conceſſ. Præben. lib.* 6.

VII. Litem redimere, vel de quota litis paciſci. *l. litem* 15. *C. de Procur. vide ſupra v. Aduocatus.*

3 Bonis moribus Ciuilibus contraria ſunt omnia ſupradicta, & præterea.

I. Statutum, vel pactum prohibens condi teſtamentum. *Oinot. Quibus mod. ius pa. po. ſol.* §. *fin. num.* 10.

II. Pactum, ne Maritus pro dote ſolum in quantum facere poteſt, ſed in ſolidum conueniatur, *l. Alia* 15. §. *Eleganter, ff. i. ſol. matr.*

III. Stipulatio hoc modo concepta: Si me hæredem non inſtitueris, tantum dare ſpondes. *l. Stipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. n. de verb. oblig. De hac materia latius lib.* 3. *Inſt. Ciuil. tit.* 14. *num.* 25.

BVLLA. *Excommunicatio.*

1 B*Vllæ* præſentatæ, poſtquam fuerunt regiſtratæ, vel relicta copia collationata, debent reſtitui, 1593. Narni 25. Ian. 23. Genoua 17. Nouemb. 192. 1655. Seſſa 4. Iun. 84.

2 Epiſcopus cogere debet Beneficiatos quoslibet, licet tenuiſſimi redditus, ad expediendas bullas: dummodo ipſi nullum exinde reſultet emolumentum, nec Canonizet Iuſpatronatum non ſatis probatum, 1616. Roſſano 15. Ian. 5.

CADAVERA. *Altare. Cæmeterium. Corpus. Sepultura.*

1 D*Eferri* poſſunt ad Eccleſiam pro beneplacito ſuorum, non tamẽ ſepeliri, niſi poſt competens temporis ſpatium, 1601. Aliffe 20. Febr. 81. n. 15.

2 Alicubi depoſita ad tempus, transferri poſſunt ad proprium ſepulcrũ abſque alia licentia, ſecus ſi tradita fuerint perpetuæ ſepulturæ, 1602. Sagone 16. Octob. 119. *Rituale Romanum.*

3 Exhumari non debent pro capienda informatione abſque licẽtia S. C. 1602 Ieſi 17. Decemb. 152. 1604. Sutri 1. Iun. 62

Quia laici in cauſis criminalibus à foro Eccleſiaſtico non ſumunt indicia. *Sac. Congr. Epiſcopo Callirn.* 22. *Nouemb.* 1619. *Synod. Caputaq. ſeſſ.* 3. *cap.* 10. *num.* 5.

Si tamen recognitio ſit facienda extra Eccleſiam, poteſt Ordinarius talem licentiam concedere. *Sacra Congreg. immunitatis in vna Nullius* 2. *Maij* 1629.

CADVCITAS. *Emphyteuſis.*

1 N*On incurritur*, dum hæres non adimplet conditionem propter me-

ſueram impoſſibilitatem, 1630. Somaſchi 15. Nouembris.

2 Papa remiſit illam aliquando, modo non tolleretur ius quæſitum, 1603. Camerino 4. Auguſti 90. 15. Septemb. 110

CAECVS.

1 INteruenire poteſt in electionibus, tàm in illis, quæ fiunt per ſchedulas, quam in illis, quæ fiunt per fabas, & ſuffragium, votumque ſuum per aliquem ex interuenientibus arbitrio ſuo eligendum præſtare: iniuncto, præſtitoque prius ab huiuſmodi electo iuramento de ſilentio ſeruando, 1623. Canon. Regul. Later. 24. Nouembris 312.

2 Teſtari poteſt ad pias cauſas, non ſeruata ſolemnitate. *l. Hac conſultiſſima* 8. *C. Qui teſtam. fac. poſſ. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ, priuil.* 10.

3 Canonico effecto cæco commutatur onus officij, & Miſſarum in audiendas diebus feſtis in Cathedrali confeſſiones, & recitandas tot coronas, 1617. S. Agata, 14. Martij 47.

4 † Archipresbyter, ſeu Canonicus, qui lumen oculorum amiſit, ac propterea Miſſas, & Diuina officia recitare non poteſt, non tenetur Horis canonicis intereſſe, neque in Choro eam officij partem recitare, quam tenet memoriter: & nihilominus lucratur diſtributiones quotidianas, perinde ac ſi Diuinis intereſſet. C.C. Brittonorien. 14. Martij 1620.

Si tamen habet curam Animarum, tenetur reſidere, 11. Aprilis 1620. *

CAEREMONIAE.

Circumciſio. Magiſter.

CVm ſit officium Magiſtri Cæremoniarum Epiſcopo ſignificare, quando debet ad Eccleſiam accedere pro functionibus Epiſcopalibus, debet id ei perſonaliter ſignificare, 1642. Campagna 3. Octobris 115. ad 3.

CALCVLVS. *Mercator. Ratio.*

1 MVltis modis ſumitur, qui duobus his exametris cōtinentur.

Calculus eſt ratio, numerus, ſententia, carbo,
Calculus eſt pondus, nummus, lapis, enſis acutus.

gloſ. in cap. Præterea verb. Calculo, De offic. deleg.

2 Creditor, vel Debitor petere poſſunt, vt de nouo fiat computatio, quo videatur, an ſit erratum in calculo, necne, licet antea fuerit inter eos ſummata ratio. *Oinot. De act. fin. regun. num.* 23. *Ego ibid. num.* 238. *& infra verb. Ratio num.* 3.

3 Calculi fieri, & firmari debent cum interuentu, & conſenſu vtriuſque partis, adeò vt ſi calculatores eligantur à Iudice, moneri debeant Partes ad intereſſendum, quia cognitio, etiam extraiudicialis, ſine partium præſentia nequit haberi, maximè ſtante ſtylo, bilancia non fieri, niſi cum partium interuentu, vel approbatione, & illis diſſentientibus, per deputatum à Iudice, ipſis monitis. *Rota recentior. apud Farin. deciſ.* 515. *num.* 14. *&* 15.

4 Calculus fieri non dicitur, niſi examinatis omnibus, & ſingulis rationibus: vnde ſi partitæ ſpectantes fuerint omiſſæ, calculus non valet *num.* 15.

CALENDARIVM. *Feſtum.*

CALIX. *Eccleſia.*

1 COnſecratus, iterum inauratus, an egeat noua conſecratione, vtraque probabilis: affirmatiua communior, in praxi vſitatior, & tutior, ac fortaſſis etiam probabilior. *Diana* 2. *tr.* 15. *reſol.* 3.

2 Calix non conſecratus, in quo quis bona fide celebrauit, an conſecratione alia indigeat amplius, negat Diana 5. tract. 13. reſol. 60. affirmat Lugo.

Affirmatiua certè mihi sēper placuit; quia benedictiones, & conſecrationes Eccleſiæ peculiarem quandam vim habent ſacramentalium, quæ per celebrationem bona fide factam ſuppleri non poteſt. Nec referret, an bona, vel mala fide quis celebraſſet; quia non bona fides Sacerdotis, ſed præſentia Corporis Chriſti locum, ſeu Calicem ſanctificat. At hæc non impeditur per malam fidem Sacerdotis. Præterea dum Oratorium priuatum, in quo fuit ex priuilegio Apoſtolico celebrata Miſſa, erigitur in Eccleſiam, vel Oratorium publicum, non egeret alia conſecratione, vel benedictione: & pollutio Eccleſiæ ex ſeminis effuſione nunquam ferè locum habere poſſet: quia cum nulla pollutio afficiat, niſi publica, & ſeminis humani, ſiue per coitum, ſiue ſine illo, voluntaria effuſio fieri non ſoleat, niſi ſecreto; ferè ſemper aliquis ante publicationem celebraſſet, & ſic nunquam Eccleſia egeret reconciliatione. Quæ omnia videntur abſurda, licet illa in diuerſis locis admittat Diana.

CALVINVS. *Hæreſis.*

CAMPANA. *Abbas. Hæreſis. Turca.*

1 CAmpanarum vſus ponitur in dyſticho, gloſ. extr. Quia cunctis, De offic. cuſtod. quam refert etiam Rouitus pragm. 1. de perſeq. malef. n. 28.

Laudo Deum verum, Plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, Peſtem fugo, feſta decoro.

2 Non licet regulariter pulſare campanam

panam benedictam, vt conuocetur populus ad arma, vel in ſignum quod aliquis ſit iuſtitiandus. Ratio, quia res ſacræ non debent applicari ad vſus profanos, præſertim illos, à quibus per ſe exequendis abhorret Eccleſia; cuiuſmodi ſunt cauſæ ſanguinis. Præterea campanæ benedicuntur pro conuocandis populis ad Diuinum cultum, vel pro illis ad orationem mouendis, atque ſicut in Põtificali dicitur, *vt cum melodiæ earum auribus inſonent Populorum, creſcat in eis deuotio fidei, procul pellantur inſidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum; temperentur infeſta tonitrua, &c.* Nunquam vero vt ſint ſigna conuocandi Milites ad arma, vel alicuius iugulandi, ſeu ſuſpendendi: vnde benè faciunt Epiſcopi, qui hæc prohibent.

Permitti tamen poteſt I. Ex cauſa neceſſitatis, vbi non eſt commoditas alterius campanæ, maximè interueniente conſenſu Epiſcopi tacito, vel expreſſo.

II. Si pulſaretur ad hoc, vt eius ſonitu Populus excitaretur ad fundendas Deo preces pro liberatione ab armis Hoſtium, vel pro bono tranſitu delinquentis iuſtitiandi, &c. *Diana 6. tract. 7. reſol. 37.*

Multa his conformia decreuit diuerſis temporibus ſacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio, quæ congeſſi in meo Compendio Epiſc. v. Campana. Signanter 1589. Bitetto 31. Ianuar. 34. 1593. Taranto 8. Iunij 141. §. 7. &c.

3 Campanæ, licet pulſentur in morte Chriſtianorum, non tamen pulſandæ ſunt in triduo Paſſionis Dominicæ. Tum quia Chriſtus non indiget, vt quis pro ſe oret: quæ eſt potiſſima cauſa illas in morte pulſandi ſono lugubri: Tum vt ſignificetur, Apoſtolos, qui per Campanas ſignificantur iuxta illud, *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, illo triduo tacuiſſe. *Lauor. var. Lucubr. tit. 2. cap. 3. num. 33.*

4 Sabbato Sancto Campanæ nõ pulſantur ante Cathedralem, & in diœceſi ante Parochialem. *Ex Leone X. in Concil. Later. ſeſſ. 11. Sacra Rituum Congregatio 9. Februarij* 1608.

Niſi prout dixi in Can. lib. 3. tit. 41. n. 5.

5 Eſſe de neceſſitate præcepti, quod Campana ſit benedicta ſeu conſecrata ab Epiſcopo, patet ex Pontificali Rubr. de benedictione Campanæ. *Signum*, inquit, *vel Campana debet benedici, antequam ponatur in Campanili*, hoc *ordine*. *In primis debet Campana ipſa ita ſuſpendi, & ſituari, vt commode poſſit intus, & extra tangi, tractari, & circumiri, &c.* At Verbum *Debet* importat neceſſitatem, *l. 1. §. 1. ff. Quod quiſque iuris. Rota apud Farin par. 1. tit. 1. dec. 79*

Vnde Regulares etiam cogendi ſunt ad deponendum de campanili campanas, ſi illic non benedictas appenderunt, 1614. Teramo 17. Ian. 6.

6 Campanæ appenſio facit Eccleſiam cenſeri de iuriſdictione Epiſcopi, *c. Patentibus, de priuileg. Bonac. de alien. bon. pun. 2. num. 11. Diana 6. tr. 1. reſol. 1. Ego ipſe, De rer. diuiſ. num. 23.*

CANCELLARIA.

Litteræ. Regula. Taxa.

1 **E***Xercitium*. Non debet vendi, neque locari, nec Epiſcopus participare de vtilitate illius, 1577. Oſtuni 3. Septembr. 8. 1593. Auerſa 3. Febr. 21. 1594. Recanati 10. Ian. 20. §. 2. 1597. 25. Iun. 52. 1601. Otranto 22. Ian. 60. §. la Maſtro d'atthia. 1603. Guardia 23. Decembris 151.

Sed debet exerceri per Miniſtros proprios, ſtatuta prouiſione, abſque vlla participatione emolumentorum: quia ſic ſubditi certiores erunt, ſe non grauari exactionibus indebitis, & Pauperes conſequendi maiores ac vberiores gratias, quam Affictuarij facere vellent, vel poſſent, 1592. Napoli 26. Aug. 160. 1646. Forlì 23. Mar. 2. Ariano 5. Octobr. 1.

Puta centum ducatis annuis de Regno 1646. Trani 4. Maij 17.

Nec exerceri debet per Sacerdotes, præſertim Curatos, niſi propter neceſſitatem, & per modum prouiſionis, 1645. 3. Febr. 2. 11. Aug. 8. 22. Decembr. 17. 1646. Fondi 13. Iul. 14. 1647. 19. Iul. 13. 1652. 17. Maij 9.

Toleratur tamen Sacerdos pro ſeruitio Communitatis Pauperis; dummodo non ſe ingerat in rebus, ex quibus exoriri poſſit Irregularitas; nec faciat officiũ Notarij, præterquam in teſtamentis, de quibus rogari poſſit etiã Parochus proprius, 1581. Tiuoli 22. Aug. 112.

Item propter neceſſitatem Papa dedit licentiam Curato, exercendi gratis officium Cancellarij Communitatis, ſine tamen præiudicio Curæ Animarum, 1595. Sulmona 3. Iunij 36.

2 Prohibitio, ne Cancellarius accipiat informationes, vel Scripturas à Partibus, ſed quod omnes dentur in manus Iudicis, continet rigorem nimium, 1601. Città di Caſtello 3. Iul. 162.

3 Cancellarius curam, & cuſtodiam habeat Actorum, & Proceſſuum, 1624. Rimini 20. Mar. 44.

4 Nec diſcedens ſecum deferat Regiſtrum,

giſtrum, vel alias Scripturas, 1626. Nepi 2. Octobris 157.

5 In principio ſui officij det cautionem de bene adminiſtrando, & ratione reddenda, conſignando per inſtrumentū Archiuiſtæ, cum ſimili fideiuſſione deputando, Proceſſus, qui expedientur tēpore ſuo. Proceſſus vero non finitos in fine officij conſignabit ſimiliter ſucceſſori, vel Archiuiſtæ, 1594. Melfi 11. Septembris 273.

6 Non tenetur Cancellarius dare Copias ſine debita mercede, 1602. Ceſena 26. Mar. 35. 1612. Forli 18. Iun. 51.

7 *Priuilegio* fori gaudet Cancellarius Epiſcopi, 16 6. Groſſeto 30. Septembris 117. 1621. Aſcoli 28. Settemb. 138. 1628. 6. Maij 45.

8 *Qualitas num.* 1. Cancellarius debet eſſe Notarius, 1577. Oſtuni 16. Septembris 14. *ex c. Quoniam contra, de probat.*

Et quo ad fieri poteſt, exterus, 1588. Melfi 9. Febr. 21.

9 Cancellarius Capituli non debet eſſe de corpore, ſed alius Notarius legalis, & approbatus, 1602. Caſtellaneta 20. 20. Aug. 93. 27. Iul. 75. num. 3. 1651. Ripa 21. Apr. 22.

Nec actu viſitationis excepto, Capitulum cogi poteſt ad vtendum opera Cancellarij Epiſcopalis, 1613. Nardò 15. Octobris 89.

10 *Taxa* certa, & moderata ſeruetur in in Cancellaria Epiſcopali in tabula quadam, omnibus eam videre volentibus, conſpicua, quæ taxam Curiæ Metropolitanæ non ſuperet, 1586. Leſina 3. Octobris 825. 1598. Catania 2. Iunij 24.

Et multo minus taxam fori ſæcularis 1603. Seneg. 16. Octobris 117.

Taxam fori Eccleſiaſtici Sacræ Congregationis iuſſu anno 1597. editam à me correctam, emendatam, & auctam habes infra, ver. Taxa.

12 *Emolumenta* Cancellariæ debēt ſufficere pro ſolo Notario, 1603. Senegaglia 16. Octobris 117.

Ac deponi apud Perſonam fide, & facultatibus idoneam. Exceptis propinis ſententiarum, & alijs iuribus, vel incertis, quæ obueniunt Vicario, quod incorporentur cum decretis; & ſolita prouiſione ipſius Cancellarij, 1645. Lanciano 17. Nouembris 6. 1646. 11. Maij 14.

13 Sacra Congregatio aliquando cōceſſit Ordinario, vti emolumentis Cancellariæ pro ſoluenda penſione, 1647. Beneuento 25. Ian. 8.

Vel pro ſuis neceſſitatibus, 1647. Trani 31. Maij 14. 1649. 8. Maij 1. 25. Iun. 8. 1650. 9. Febr. 4. 12. Aug. 16.

CANDELAE. *Mitra*. *Parochus*.

1 E*Piſcopus* non debet prætermittere dare Candelas in die Purificationis beatiſſimæ Virginis, 1577. Oſtuni 22. Ianuarij 58.

Quo die non debent recipi de manu Sindicorum, vel aliorum Laicorum, ſed Epiſcopi, &c. 1577. Gerace 22. Ian. 58. 1653. 10. Ian. 25.

Qui laici neque ſe ingerant in eis pōderandis, 1578. Gerace 15. Ian. 49.

2 Prouideat Epiſcopus expenſis proprijs de quantitate ceræ pro congrua diſtributione iuxta ſolitum, 1596. Nicotera 1. Apr. 30. §. 27.

Nec grauet Parochos pro aliqua inſolita contributione, 1578. Gerace 15. Ianuarij 49.

3 *Parochus* quoque ſecundum conſuetudinem vniuerſalem tenetur eo die diſtribuere Candelas ſuis Parochianis, 1593. Biſignano 27. Octobris 273. 1597. Mileto 10. Mar. 23. 1603. Catanzaro 15. Decembris 148.

In Eccleſia, non per domos; niſi quis eo die fuiſſet legitimè impeditus, 1581. Foligno 31. Ian. 36. 1585. Triuento 26. Mar. 60. 1587. Caſtel Durante 9. Ian. 12. 1633. Spoleto 14. Ian. 5.

4 Si Parochus, vel qui tenetur, omittit eo die dare Candelas, earum pretium erogari debet in paramenta, & alia neceſſaria pro Eccleſia, 1601. Nullius Faſanella 2. Apr. 120. num. 8.

5 Etſi Candelæ diſtribui debent iuxta ſolitum, etiam quo ad pondus, 1623. Andria 12. Mar. 26. 1646. Ripatranſona 27. Iulij 9.

Vbi tamen facultates Eccleſiæ non ſuppetunt, datur Epiſcopo facultas diminuendi pondus, 1616. Oria 25. Iul. 86.

CANIS.

P*Ropter inconuenientia* ſecuta ex paruis Caniculis, quæ voluptatis gratia tenebantur in Monaſteriis Monialium, facta fuit circa id prohibitio generalis: ne amplius intus habeantur, neque maſculi, neque feminæ, 1597. Modena 3. Febr. 13. 1651. Iſtria 22. Septembris 45.

CANON.

Decretum. Emphyteuſis. Lex. Penſio.

CANONICA PORTIO.

1 Q*Væ aliquando* eſt tertia, aliquando, vt in Vrbe, dimidia, & alibi ſæpius quarta pars ſecundum locorum conſuetudinem, eorum, quæ occaſione ſepulturæ perueniunt ad aliam Eccleſiā, quam

quam Parochialem, hodie non detrahitur amplius de legatis, niſi vſus ſit in contrarium; quia Concilium Tridentinũ ſeſs.25 c.13. loquitur tantum de funeralibus, 1579. Sauona 31. Mar. 61. 1583. Catanzaro 17. Septembris 182.

Neque de iure antiquo detrahebatur de legatis factis in perpetuum Diuinum cultum pro ornamentis, Cereis, fabrica, luminaribus, Anniuerſario, tertio, ſeptimo, ſeu trigeſimo die, vel ſimilibus, ceſſante tamen fraude, *c. fin. de teſtam. vide etiam Clem. Dudum. De ſepult.*

2 Quarta non debetur Parocho habitationis, quando quis in Cathedrali ſepelitur. *Lauor. tit. 2. c. 11. num.* 70. vel quando quis moritur, & ſepelitur extra dioeceſim, vt dixi in tit. de interd. num.21.

3 Ab hac ſunt exempti Carmelitæ ex priuilegio Pauli V. conſt.4. *De cet.* pro Monaſteriis receptis à quadraginta annis citra ſecundum Tridentinum ſeſſ.25. c 13.

Item Hoſpitalia, & alia Pia loca quæcũque, in quibus Parochus non habet Sacramentorum adminiſtrationem, *vt dixi lib.*4. *inſt. Ciuilium tit.* 15. *De interd. num.*26.

4 Quartarum locatio ſiue affictus debet ſub grauibus poenis inhiberi, 1592. Coſenza 14. Decembris 225.

5 Declarauit alias Sac. Epiſcop. & Regul. Congreg. quod quando Barones, & aliæ ſimiles perſonæ moriuntur extra dioeceſim, vbi habent feudum, & baroniam, Regaliæ nihilominus dari debeant Epiſcopo, in cuius dioeceſi ſitum eſt feudum, licet Baro haberet domicilium alibi, niſi de conſuetudine alicubi ſeruaretur contrarium, 1599. Lecce 26. Iul. 82. 1600. 17. Ian. 7. 17. Mar. 22. 1606. 29. Apr. 34. 1624. Nardò 23. Septembris 118.

CANONICVS.

Abſens 3. Actus 1. Beneficium 1. Capitulum. Clericus. Coadiutor. Collegiata. Dignitas. Diſtributiones. Epiſcopus. Fidei profeſſio. Filius. Illegitimus. Magiſter. Mitra. Officium. Ordo. Organum. Præbenda. Præcedentia. Præſcriptio. Prior. Proceſſio. Regularis. Vicarius.

1 Erectio *Collatio, vel Prouiſio*. Canonicatuum erectio fieri non poteſt, niſi à Sede Apoſtolica, 1605. Trani 15. Nouembris 82. 1617. Potenza 1. Septemb. 170.

Neque ſupra numerum ad futurã præbendam. *Ex Sacra Conc. Congr. Barboſa. De Can. cap.* 2. *num.* 24.

✝ Sed abſque iure ad futuram præbendam poſſunt ab Epiſcopo Canonici ſupra numerum creari. *Fagnan. c. Dilect. de præben. n.*25. *& c. Cum M. de conſtit. num.* 65. *ſeq. Ep. Paroch.* 21.

Canonici ſupranumerarij poſſunt obtinere Parochialem ſine alia diſpenſatione, & geſtare habitum ab ipſis Canonicis geſtari ſolitum, modo reſideant in Parochiali. *lib.* 108. 148. *Ferrarien.*

Canonici vero numerarij nõ poſſunt eſſe neque Vicarij amouibiles Parochorũ dioeceſis extra ſuã reſidentiã. *l.* 108. *Trahu.* 165. *

2 Formulam collationis Canonicatuũ faciendæ per Epiſcopum ponit Barboſa de Can. c. 14. num. 36.

✝ Canonicus, adepta poſſeſſione ſecundi Canonicatus, nõ poteſt de primo diſponere per reſignationem vel permutationẽ. C. C. Mechlinien. 19. Ian. 1641. *

3 Prouiſio Canonicatus valet, licet non fuerit expreſſum, quod habebat curã Animarum per turnum, 1580. Como 8. Nouembris 3. *Othob. deciſ.* 58.

4 *Fructus* Canonicatuum conſiſtere debent in ſtabilibus, vel Montibus, non in cenſibus, 1607. S. Seuerino 28. Mar. 21.

✝ Stipendia verò conſtituta à Capitulo pro Theologo, & Poenitentiario, poſſunt etiam à Canonicis obtineri. ex C. C. *

5 *Qualitas*. Litterati, & probatæ vitæ, licet non ſint nobiles, ſunt etiam de præbendis, & Canonicatibus Cathedralium prouidendi; cum tales etiam ad Prælaturas, & conſulta Principum aſſumantur: nec valeret Statutum, vel conſuetudo, quod ad Canonicatus alicuius Eccleſiæ non admittantur niſi nobiles, & eminentis ſcientiæ, ſaltem ad eſcludendum prouiſum Apoſtolicum. *c. Venerabilis* 37. *De Præben. Barboſa de Can. c.* 13. *num.*3.

6 Non poſſunt Canonici facere Statutum, vt in eorum Eccleſia non admittatur aliquis Prouiſus exterus, 1596. Biſignano 6. Auguſti 66.

Niſi hoc haberent ex priuilegio Apoſtolico, quale conceſſit Sixtus V. pro Canonicatibus, & beneficijs Regni Valentiæ conſtit. 64. *In ſacroſancto*.

Licet ceteris paribus, in vacationibus Canonicatuum Ciues ſint exteris præferendi, 1596. Macerata 8. Iulij 58.

7 *Aetatem* habere debet Canonicus, vt intra annum initiari poſſit ordine requiſito, ſaltem Subdiaconatu, ſi eſt Cathedralis, vel Collegiata habens ordines annexos. *Vt dixi in tit. de ætate, & qualit. num.*7.

8 Canonico prouiſo à Sede Apoſtolica cum narratiua, quod ipſe conſtitutus erat tantum in anno ætatis ſuæ decimo octauo, diſtributiones integræ debentur, non obſtante quod de iure non conſtituto in Sacris medietas earum ſubtrahatur: quia in hoc caſu cenſetur tacitè diſpenſatus. *Sacra*

Concilij Congregatio in vna Reatina 9. Septemb. 1625. & 10. Iulij 1627.

9 *Habitus*, Canonici Regulares in Epiſcopos promoti vtuntur habitu Epiſcoporum ſæcularium. *Leo X. conſt.34.*

† Reſponſum ab hac S. C. fuit die 13. Sept. 1653. nouum habitum à Canonicis Cathedralis Eccleſiæ abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate aſſumere nec licuiſſe nec licere. c. Tauriſina 8. Febr. 1659. Congreg. Epiſcop. 1641. Turino 21. Iunij. *

10 Canonicus Protonotarius, in actibus ſibi tamquam Canonico competentibus, non poteſt vti habitu Protonotarij; alias non lucratur neque fructus, neque diſtributiones. Idem dicendum de Archidiacono, & alijs Dignitatibus; vt ex Sac. Congreg. *Barboſa de Can. c.18. n. 34. & c. 5. n.54.*

11 *Præcedentia*. Canonici Cathedralis præcedere debent Parochum, etiam in funere, non autem alij. Inter Canonicos autem præcedentia datur Archipresbytero, ſi ſtolam deferat. *Sacra Rit. Congregatio in vna Viterbien. 25. Iunij 1611. & in alia Nullius 12. Maij 1612. Et in alia Praeneſtina Cauarum 14. Auguſti 1618. Lauor.*

Circa Canonicos Collegiatarum inueniuntur contrariæ deciſiones: vnde inſpicienda conſuetudo optima legũ interpres. *Vide infra ver. Proceſſio.*

12 Canonici Eccleſiarum Collegiatarũ inſignium præferuntur Canonicis Collegiatarum non inſignium, licet ſint poſteriores in erectione, & creatæ abſque vllius præiudicio: eo enim ipſo, quo Eccleſia eſt effecta inſignis, gaudet priuilegijs Eccleſiarum inſignium. *Barboſa Collect. ad cap. Ex tranſmiſſa 13. De verb. ſign. num.3. in fin. Vide quæ dixi in Can. lib.1. tit.33. De maiorit. & obed.*

13 Inter ipſos Canonicos ratione Doctoratus non datur præcedentia, ſed tantũ ratione Dignitatis, Ordinis, vel antiquitatis: *vt ſæpius reſcripſiſſe Sacram Congregationem teſtatur Barboſa de Can. c.18. num.5.*

Multo magis Cathedralis Eccleſiæ Canonici, licet non ſint Doctores, in Congregationibus, & vbique præficiendi ſunt Presbyteris non Canonicis, licet ſint Doctores. *Sacra Rituum Congregatio in vna Bituntina 9. Ianuarij 1608. cuius deciſionem ad verbum refert Barboſa de Can. c. 18. num. 64.*

Idem fortaſſe, ſtante præſertim conſuetudine, dicendum videtur de Canonicis Collegiatarum reſpectu aliorum Presbyterorum.

Et regulariter Canonici eiuſdem Ordinis præcedunt ſecundum tempus poſſeſſionis Canonicatus, 1601. Aleria 6. Aug. 185.

14 Canonici Cathedralis, dum extra Eccleſiam incedunt, vt ſinguli, nullam habent iuriſdictionem; vnde cedere debent habentibus iuriſdictionem, & Ciuitatem repræſentantibus, præſertim ſi de conſuetudine in contrarium non conſtaret. *Sacra Congregatio in vna Veronen.* 1594.

15 *Ius optandi* non habet locum in mẽſe reſeruato. *Ex Reg. 8. Rota apud Ludouiſ. deciſ.478. num.2. C. C. 16. Sept. 1656.*

Neque in præbenda Theologali, & Poenitentiaria, 1599. Ferrara 30. Iunij 76.

16 *Reſidentia, & diſtributiones.* † Canonicus etſi Choro interſit, niſi tamen pſallat, diſtributiones quotidianas nequaquam lucratur. C. C. 7. Aprilis 1618.

Multo minus ſi quis non ſit præſens in Choro vel Eccleſia, ſed in Ciuitate tamen. *Eadem ex c.1. de cler. non reſid. in 6.* *

Canonici cogi non poſſunt ad mutandã Eccleſiam, vel locum, 1647. 24. Maij 6. Aleria 1649. 23. Aprilis 3.

17 Epiſcopus concedere nõ poteſt Canonicis, vt officient in Sacriſtia 1604. Segni 12. Ian. 5.

Conniuere tamen poteſt pro diebus ferialibus in tribus anni menſibus magis frigidis. *v. officium, num. 19.*

18 Duo Canonici, quibus vti poteſt Epiſcopus pro ſuo ſeruitio, an poſſint eſſe etiam Collegiatæ? Sacra Congregatio Epiſcoporum 1628. Auellino 7. Septemb. 108. declarauit eſſe debere Cathedralis, nõ Collegiatæ. At 9. Septembris eiuſdem anni emanauit à Sacra Congregatione Concilij deciſio contraria, nempe poſſe Epiſcopum vti ſeruitio Canonicorum, ſiue Cathedralis, ſiue Collegiatæ, dummodo non pluſquam duorum: *quam refert Barboſa de Can. c.25. num.8.* Et hæc in puncto Iuris videtur verior; quia *cap. de cætero 7. De Cleric. non reſid.* generaliter loquitur, *&c. Ad audientiã 15. eodem tit.* licet ponat caſum de Canonicis Cathedralis: ratio tamen, *Cum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſeruitio commorantur.* videtur æque conuenire etiam Eccleſiæ Collegiatæ. Tum quia hæc materia reſpectu Canonicorum certe fauorabilis eſt, reſpectu vero Eccleſiæ non odioſa, cum tendat ad eius vtilitatem: non ergo apparet, cur reſtringi debeat. *Bonac. tom.1. de hor. Can. diſp. 2. quæſt.5. pun.3. §.2. num.4.*

Dummodo tamen diſtributiones quotidianas non percipiant, niſi in caſu num.19. ſeq. *v. Diſtributiones* 17.

Vel niſi Eccleſia ex illorum Canonicorum abſentia notabiliter pateretur in cultu Diuino: quia in tali caſu ceſſaret priuilegium, tam pro Canonicis Collegiatæ, quam

quam Cathedralis. *c. penult. de cler. non reſid.*

19 Sæpius declaratum eſt à Sacra Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, Canonicos Epiſcopum in Viſitatione comitantes, aut Viſitatorum munere fungentes, vel alias eidem inſeruientes, ac propterea Chori ſeruitium intermittentes, percipere quidem debere fructus Præbendæ, ſed amiſſis diſtributionibus quotidianis. Quod ſi huiuſmodi diſtributionibus omnes Capituli reditus conſtent, illas debere lucrari, dempta tertia parte, quæ accreſcit intereſſentibus, 1592. Groſſeto 9. Septembris 166. 1604. Elnen. 16. Auguſti 24.

Detracta quoque mercede ſeruitij, ſicut & in Canonicis Nuncio inſeruiētibus, 1601 Auellino 20. Aug. 191. 1602. Ventimiglia 12. Martij 24.

20 Collector generalis Cameræ Apoſtolicæ, ſubcollectores, Aduocati, Procuratores, Fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorū, & Iurium præfatæ Cameræ, eorum officio durante, vbi Canonicatus conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis, lucrantur eas in abſentia dempta tertia parte, vt ſupra. *Moneta. par. 2. quæſt.* 11. *num.* 111. *Barboſa alleg.* 53. *num.* 157.

21 Canonicus occupatus in Curia Eccleſiæ, reputatur præſens in Choro, 1601. Ancona 3. Iulij 162.

Pro tempore, quo actualiter ſeruit Curæ, 1583. Crema 27. Iunij 151. 1594. Taranto 6. Decembris 323.

Modo cura ſit annexa Capitulo, vel eius Canonicatui, 1602. Caua 9. Ian. 5.

22 Idem ſi iuſſu Superioris celebrat pro commoditate ſuæ Eccleſiæ, 1601. Andria 3. Septembris 202. *v. Diſtributiones* 14.

✝ Sacra quoque Congregatio Concilij cenſuit, & Sanctiſſimus approbauit 4. Februarij 1603. Canonico abſenti pro euidenti Eccleſiæ ſuæ vtilitate, deberi diſtributiones quotidianas: niſi ipſi Canonico eſſet conſtitutum certum ſalarium; vel niſi adeſſet conſuetudo in illa Eccleſia, quod Diſtributiones huiuſmodi Canonico minimè deberentur.

Decretum verò Capituli, quod diſtributiones non dentur Infirmis non confirmatur. Eadem in vna Melphiten. 17. Aug. 1606

Circa quam materiam ſupplicauit humiliter Capitulum Cathedralis Alexandrinæ, Prouinciæ Mediolanen. per Sac. C. C. declarari.

I. An Canonici legitimis ex cauſis abſentes, quando non amittunt proprias diſtributiones quotidianas, debeant etiam lucrari, & participare pro rata de diſtributionibus aliorum Canonicorum abſentium abſque legitima cauſa.

II. An prædicti Canonici legitima ex cauſa abſentes, ac proinde non amittentes proprias diſtributiones vt ſupra, debeant illas recuperare ab alijs Canonicis, inter quos diuiſæ fuerunt, an vero poſſint etiam ab vniuerſo Capitulo illas repetere.

Sacra, &c. die 29. Sept. 1657. ad primum reſpondit, deberi huiuſmodi Canonico etiā punctaturas abſentium.

Ad ſecundum poſſe repetere etiam à Capitulo. *

23 In facultate, quæ alicui Canonico conceditur, vel Beneficiato, vt ſtudiorum cauſa poſſit abeſſe, hæc neceſſario ponenda ſunt. Vt vere in publico celebrique Gymnaſio Theologiæ, vel ſacris Canonibus ſtudeat, vtque triginta annis minor ſit, aut fuerit, cum in publico gymnaſio iiſdē ſtudijs operam nauare cœpit. *Ex Sac. Congr. Bonac. de bor. Can. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 9. n. 8.*

24 *Capitulum*. Canonicus Vicarius interuenire poteſt in actibus capitularibus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo, vel Epiſcopi; quia tunc exire debet. *Sac. Congregatio Concilij* 2. *Mar.* 1619. *& Epiſcoporum* 17. Ian. 1584. 1613. Otranto 26. Febr. 23. 1616. Oria 29. Iulij 89.

Niſi adeſſet in contrarium conſuetudo immemorabilis, 1617. Lamacen. 4. Apr. 27.

Idem de Dignitatibus, & Canonicis, 1615 Ceneten. 13. Martij 89. §. 8.

25 Canonicis prohiberi poteſt per Epiſcopum, vel Vicarium, ex iuſta tamen cauſa, ne conuocent Capitulum. *Vt reſcripſit Sacra Congregatio Vicario Rhegienſi* 4. *Iun.* 1602 *fol.* 56.

Secus ſi non adſit iuſta cauſa, 1601. Nardò 20. Aug. 198. 1641. Amelia 13. Septemb.

Nec Canonici dicere tenentur Epiſcopo, quid tractare velint in Capitulo, 1603. Andria 25. Februarij 22.

26 Debet pro Capitulo deputari dies hebdommadæ non feſtiuus, extra Diuina officia, 1602. Malta 17. Aprilis 39. verſ. quanto, 1629. Andria 4. Ian. 2.

Et locus ſecundum ſolitum, dummodo extra Chorum, 1586. Auignone 25. Martij 257. 1583. Polignano 1. Febr. 30. 1592. Saſſari 14. Febr. 48. 49. 1602. Caſtellaneta 20. Auguſti 93.

27 *Obligationes, & onera*. Canonici cogi debent ad ediſcēdum Cantum Gregorianū. *vt dixi de ætate, & qualit. num. 9.*

28 Regulariter cogi non poſſunt ad audiendas Confeſſiones, niſi habeant curam animarum per turnum, *vt ſupra num.* 3. vel alias ſuæ præbendæ annexam, & excepto

Pœnitentiario, 1604. Ancona 12. Ian. 4.

29 Vbi numerus Canonicorum eſt exiguus, non tenentur Canonici ſe parare cũ Dignitatibus, & Dignitates ipſæ tenentur accedere ad legile, *vt reſpondit Sacra Epiſcoporum Congregatio Vicario Anconitano 20. Auguſti* 1601.

Si verò numerus ſit competens, tenentur ſe parare in illis ſolemnitatibus, in quibus cantaretur Miſſa Pontificalis, ſi adeſſet Epiſcop. 1602. Genoua 17. Apr. 36.

30 Canonici legitimè impediti, poſſunt cantare Miſſas, & explere alias functiones ſacrorum Ordinum per alium Canonicũ, non vero Diuinum Officium, neque per Sacerdotem exterum, 1597. Gubbio 25. Iun. 52. 11. Aug. 66. 1598. Catania 2. Iun. 24. ✝ Niſi per alium Canonicum vacantem, ex C. C. *

31 Omnes Canonici indifferenter ſeruire tenentur, omnibus diebus Dominicis, & Feſtis de præcepto, totoque Aduentus, Quadrageſimæ, & octauæ Corporis Chriſti tempore, alijs diebus ſaltem dimidia pars 1588. Aquila 26. Iulij 138. 1596. Caſtellaneta 16. Septemb. 90. 1602. Andria 5. Febr. 15

Nec Epiſcopus maiorem ſolita vacationem concedere poteſt, quæ non debet excedere tres menſes in quolibet anno, 1578. Catania 20. Ian. 50. 1601. Nepi 27. Mar. 105

Quam etiam S. C. concedit nullam habentibus, 1605. Aquileia 28. Iun. 42. 5. Sept. 63. 1606. Milano 15. Nouembr. 89. 1653. Milano per Bolate 19. Decembris 227.

Sed qui non intersunt horis canonicis abſque proteruia, vel contumacia, mulctari non debent in alio, quam in diſtributionũ amiſſione, 1583. Aiqui 6. Aug. 144. 1617. Tropea 21. Februarij 31.

Niſi exinde valde pateretur cultus Diuinus. Vnde Canonicis Sancti Martini conceſſum fuit, vt imponere poſſent mulctam ſcuti vnius applicandi pauperibus, vltra diſtributionum, quæ accreſcunt intereſſentibus, amiſſionem ei, qui abeſſet quinque diebus: reuocato Canonicorum Statuto, quod qui abeſt quinque diebus, amittat diſtributiones totius menſis, 1655. Nullius S. Martino 1. Octobris 252. ✝ Et alijs pœnis arbitrio Epiſcopi. C. C. Caſtellanetæ 7. Iunij 1659. *

32 Canonici debent hortari ad recitandum in Choro Officium Beatiſſimæ Virginis diebus in Breuiario præſcriptis; non autem cogi, vbi non eſt ſolitum, 1582. Monteſiaſcone 13. Maij 42. 1586. Aleſſandria 18. Maij 249.

Similiter ad faciendam diſciplinam, 1617. Ripatranſona 10. Ianuarij 3.

33 Canonici tenentur intereſſe Concioni, & in Quadrageſima ſub pœna priuationis diſtributionum illius diei, 1580. Como 10. Maij 97. 1602. Caſtellaneta 20. Auguſti 93.

34 Canonici non tenentur Epiſcopo caudam cappæ, vel Pluuialis eleuare, vel Mitram, aut Paſtorale, aut Crucem Archiepiſcopalem deferre; quia hoc eſt officium Capellanorum, 1575. Napoli 5. Aug. 388. 1583. Brindiſi 16. Aug. 215. 1607. Brindiſi 16. Octobris 106.

Vel pacem deferre, aut Miſſam priuatam Epiſcopo dicere, niſi adeſſet vſus in contrarium, 1601. Nepi 27. Martij 110. n. 4.

Neque ei in Miſſis priuatis deſeruire, 1592. Volterra 12. Maij 69.

Sed bene eum comitari, dum accedit ad Eccleſiam cum Cappa Pontificaliter, & dũ poſtea ſimiliter recedit, niſi qui actu bona fide miniſtrare aliquod Sacramentum, non autem dedita opera, 1642. Campagna 3. Octobris 115. ad 6.

35 Qui renuunt, non tenentur contribuere expenſis factis ſine cauſa ſubſiſtente, 1594. Taranto 6. Decembris 323.

Alias pro litis Capitularis expenſis non ſemper æquis portionibus, ſed proportionabiliter, 1627. Nocera 5. Febr. 31.

36 Canonici compelli non debent ab Epiſcopo, vt quiſque ſua propria habeat paramenta, 1600. Ceſena 21. Octob. 100. n. 1.

37 Canonici Regulares Lateranẽſes de familia illorum conuentuum, in quibus habent Nouitiatum, ex priuilegio Gregorij XIV. non tenentur ad proceſſiones ire. *Sac. Rit. Congregatio in vna Lauretana Canonicorum Regularium* 30. *Iulij* 1616. *& Epiſcoporum* 1593. *Bergamo* 25. *Maij* 170.

38 *Adiuncta*. Canonici Iure conſulti ſubſtitui non poſſunt à Gubernatore Ciuitatis in ipſius locum in abſentia. *Sacra Concil. Congreg. in vna Alatrina* 16. *Martij* 1630.

39 Canonici electi pro adminiſtratione Seminarij, remoueri non poſſunt, niſi ex iuſta, & legitima cauſa. *Ex Congr. Conc. Barboſa Collect. Bullar. v. Canonicus num.* 1.

40 Canonici non affigant in Eccleſia, vel Sacriſtia Scripturam aliquam concernentem ſeruitium Eccleſiæ ſine conſenſu Ordinarij, 1602. Fondi 20. Auguſti 87.

CANONIZARE.

Papa. Sancti.

PRaxis Sacræ Rituum Congregationis pro beatificatione, vel canonizatione.

I. De hoc tractari non poteſt niſi poſt 50. annos à morte Serui Dei: & tunc non niſi ex ſpeciali conceſſione Summi Pontificis.

Inte-

II. Interim tantum conceditur, quod Ordinarius inſtruere poſſit proceſſus in genere ad examinandum, an concedi poſſit inſtructio Proceſſus in ſpecie: ne occaſione dilationis pereant probationes.

III. Conceſſi proceſſus in ſpecie transmittendi ſunt ad Apoſtolicam Sedem, in Sacra Ritum Congregatione examinandi quo ad ipſorum validitatem tantum.

IV. Deinde abſque proceſſu ad vlteriora, ſigillandi ſigillo eiuſdem S.C. & aſſeruandi vſque ad præfinitum tempus, examinata prius vitæ ſanctitate. *Paſqualig. ad Franc. num.* 1195. ✝ Decretum integrum retuli *in Can. lib.3. t.45. de reliq. & ver.Iun. num.9.* *

CANTOR.

1 **N**On poteſt imponere poenas, neque facere edicta alicuius generis, ſed recurrere debet ad Ordinarium, 1603. Aleſſano 27. Octobris 125. *v. Canonicus*, 40.

2 Neque portare ſignum diſtinctiuum ab alijs, 1612. Brindiſi 6. Nouemb. 103.

3 Neque ſeruire per Subſtitutum ſine priuilegio, 1605. Aleſſano 8. Febr. 10. Ex Trid. ſeſs.24.c.12. ✝ non obſtante conſuetudine, neque immemorabili ex S.C. *

4 Non tenetur prouidere libros Chori de ſuo, 1620. Crotone 12.Maij 80. ✝ Nec infirmus inſeruire per ſubſtitutum. C. C. Catacan. 26. Iunij 1621.

5 Cantoria habens annexum onus Miſſæ cantatæ per ternum, eſt Sacerdotalis: vnde requirit annum vigeſimumquintum. Crotonien. 18. Septembris 1627. *

CANTVS. *Canonicus 27. Muſica.*

1 **C**Antiones vulgari Sermone in Feſto Sanctiſſimi Sacramenti cantare nō conuenit. *Sacra Rit. Congregatio in vna Abulen. 21. Martij* 1609.

Immo nec alias in Diuinis Officiis aut Miſſarum celebratione. Extr. Ioann. XXII. in comm. de vita, & hon. Cler. Id quod Paludanus in 4. diſt.15. quæſt.5. art. 2. abſolutè improbat. Suarez autem relatus in qq. Regular. Roderici in compend.v.Cantus num.6. id permittit: modo ea quæ cātantur pia ſint,& cantus grauis ad deuotionem prouocans. In extrauaganti vero prohiberi tantum eas vulgares muſicas,in quibus laſciuum quid vel impurum miſcetur, ſiue quæ fiunt cum geſtibus, aut motibus indecentibus, quæ prohibentur etiam in Trid. ſeſſ. 22. Decreto de obſeruandis, & euitandis in celebr. Miſſæ.

2 Cantiones nocturnas, vulgo ſerenatas,prope Monialium Monaſteria cani prohibitum, 1646. Monopoli 11. Maij 22. 31. Auguſti 35.

3 Non probatur, quod Moniales, vel Nouitiæ, vel Educandæ, vel aliæ Mulieres intra clauſuram degentes, ediſcant ſonum, vel cantum figuratum à viris: toleratur tamen quod earum aliquæ ad breue tempus pro ſeruitio Chori, & aliarum inſtructione, edoceantur Gregorianum ſiue firmum à Magiſtro moribus, & ætate graui, 1653. Parma 25. Aprilis 141. 1655. Siracuſa 16. Aprilis 14.

CAPPELLA.

Beneficium. Exemptio.

1 **C**Appellaniæ ad nutum amouibiles non ſunt beneficia,vbi non inſtituuntur auctoritate Epiſcopi. *Garzias de Benef. par.1. c.2. num.*81.

Item Cappellaniæ, etiam perpetuæ, fundatæ ſine auctoritate Ordinarij, non ſunt beneficia, *num.*102.

Nec ab Ordinario conferri poſſunt, ſed ſunt ſub pia diſpoſitione fundatoris,& eius hæredum, qui poſſunt tales Cappellanias donare, quibus voluerint, dummodo ſint idonei iuxta diſpoſitionem fundatoris. *Guido Papa deciſ.*187.*Rebuff. de Pacif. poſſeſſ.n.*349. *alias* 287. *verſ. Et ideo P. Gregor. de benefic. c.*11. *n.* 10. *Nau. conſ.* 5. *&* 7. *num.*12. *&* 13. *par.*1. *Roch. Azor. &c. Vide quæ dixi in Can.* 3. *tit.*4. *De Cler. non reſid. num.*37.

2 Licentia Sacræ Congregationis profanandi,& vendendi quaſdam Cappellas ad reinueſtiendum pretium, modo non haberent onera, 1645. Piacenza 12. Maij 12.

CAPPELLANVS.

Confraternitas. Eccleſia. Epiſcopus. Filius. Legatum. Miſſa. Monialis. Sacerdos. Sepultura.

1 **C**Elebrare poteſt per alium, licet in fundatione dicatur,quod ad illam Cappellaniam præſentari non poſſit, qui non eſt actu Sacerdos, 1588. Lodi 19. Luglio 129.

Immo licet expreſſe iubeatur per ſe celebrare, ſi hoc faciat ex aliqua honeſta cauſa. *Ex Congr. Concilij Em. Sa. V. Reſidentia n.*10. *& Diana* 4. *tract.*4. *reſol.* 87.

Obligatio namque quotidie per ſe celebrandi inhoneſta, & illicita cenſeri debet. *Rota recentior. apud Farin. deciſ.*496. *n.7.tom.*1. *par.*1. *Garzias* 7. *c.*1. *nu.*87. *c. ſignificatum* 11. *de præben.*

2 *Tempus.* Qui non habet aliquā eleemoſynam pro celebrandis Miſſis, celebrare poteſt illas ſuæ Cappellaniæ ante diem ſtatutam, dummodo propter hoc alijs diebus Eccleſia, vel Populus debito ſeruitio non defraudentur. *Rodriq.* 1. *par. cap.*25. *n.*8.

Non tamen applicare Sacrificium pro eleemoſynam oblaturis: tum quia hoc repugnat

pugnat veteri Eccleſiæ conſuetudini, turpeque redolet lucrum; tum quia damnatur in decreto Cardinalium iuſſu Clementis VIII. *Diana 2. tract.14. reſol.15. & 16. in Congreg. Concil.* 1604. 7. *Octobris*.

3 Cappellani, etiam Iuriſpatronatus, celebrare debent in horis commodis Eccleſiæ, 1578. Genoua 18. Martij 66.

4 *Locus*. Cappellanus, qui ſine iuſta, & rationabili cauſa non celebrat in Altari, in quo debet, peccat mortaliter: Sed ad restitutionē non tenetur, niſi quatenus Creditoris interfuit, vt ſi tenebatur celebrare in Altari priuilegiato, & celebrauit in Altari non priuilegiato. Nam tunc iterum in Altari priuilegiato celebrare teneretur, etiamſi credidiſſet, ſe per aliquod priuilegium, puta Imaginis benedictæ, animam à Purgatorij poenis eripuiſſe. *Bonac. de Sacram. diſp.4. quæſt. vlt. pun.7. §. 4. per totum*.

Certius eſt enim priuilegium Altaris priuilegiati, cum ſit acceſſorium Sacroſancto ſacrificio, cuius valorem offerentis macula non vitiat. Non eſt autem certum, alia priuilegia, per exequentis indiſpoſitionem impediri non poſſe.

Etſi replicetur, quod etiam priuilegium liberationis vnius Animæ à Purgatorij poenis eſt aliquando conceſſum Coronis ſeu priuatis Imaginibus tamquam acceſſorium Sacrificij. Ergo tunc ſaltem ſatisfieri poterit.

Reſp. negando conſequentiam. Nam effectus Altaris Priuilegiati non impeditur per indiſpoſitionem Sacerdotis; quia conceſſum eſt Sacerdoti tamquā publicæ perſonæ, Eccleſiæque Miniſtro. Sed priuilegium Coronarum ac priuatarum Imaginū conceditur Sacerdoti, vel alijs tamquam priuatis, non autem tamquam publicis perſonis: & ideo non eſt ſimile.

Quidam tamen reſpondent diſtinguendo. Vel Altare priuilegiatum fuit deſignatum: & tunc alibi celebrans peccat contra fidelitatem, licet celebret cum calculo. Vel non fuit deſignatum: & poteſt alibi celebrare cum calculo; quia ſoluit promiſſum per æquipollens. *Diana 6. tr.6. reſol.12.*

Sed prima opinio tutior videtur, & probabilior, quicquid dicat Gauant. Rubr. Miſſal.3. tr.12.

5 *Omiſſio*. Cappellanus poteſt ex cauſa infirmitatis Miſſas per duos menſes, ſi tantum duret morbus, ſingulis annis omittere: nec, vbi conualuerit, Miſſas omiſſas remittere tenetur, ex Epicheia, & præſumpta fundatoris voluntate: vt probabile putat Diana 5. tract.13. reſol. 51.

Contrarium tamen eſt tutius, ac Sacræ Epiſcoporum, & Regularium Congregationis declarationi, quam retuli in Can. lib. 3. tit.41. num. 20. conformius.

6 *Merces* Cappellanorum debet aſſecurari ſuper fructibus Beneficij, 1601. Ciuita Caſtellana 22. Maij 138. 17. Septembris 207.

7 *Amotio*. Cappellani Eccleſiarum exēptarum amoueri non debent ab Epiſcopo ſine cauſa, 1602. 25. Octobris 120.

Immo generaliter nullus Cappellanus, licet amouibilis, amoueri debet ſine cauſa, 1645. Sulmona 24. Maij 9. 21. Iulij 8. 28. Iulij 14. 1646. 17. Auguſti 3. 1649. 26. Februarij 3. 1653. Sulmona 16. Maij 75.

8 Remouentur Cappellani Monialium vitæ diſſolutæ, maximè ſi contrahant amicitias, & mittant munera Monialibus, 1642. Terracina 10. Ian. 8. 1645. 10. Martij 38.

Vel ſi ſe ingerant vltra eorum officium, 1647. 25. Iunij 14.

9 *Quando Moniales* ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi earum Cappellanum ad vitam, Epiſcopus non debet innouare, ſed ſuorum Iurium momenta ad S. C. mittere 1577. Lecce 21. Octobris 24.

10 Non obſtante quod Moniales ius habeant nominandi Cappellanum, poteſt illum Epiſcopus ex iuſta cauſa reijcere, puta ſi ſit iunior, 1602. Bologna 31. Maij 30. 1605. Bologna 29. Nouembris 86.

Immo ſi Epiſcopus ipſe dare velit Monialibus Cappellanum iuuenem, poteſt Abbatiſſa illum non recipere, 1602. Meſſina 10. Decembris 86.

11 Regulares non poſſunt eſſe Cappellani Monialium, 1604. Sulmona 27. Aprilis 32.

Niſi propter penuriam Presbyterorum ſæcularium. Modo Regularis ſit ætate ſimul ac moribus grauis, habeat conſenſum ſuorum Superiorum, nec tractet cum Monialibus, 1607. Parma 14. Iulij 13.

12 *Regius* maior Neapolis concedere non audeant licentiam celebrandi, miniſtrandique Sacramenta, ſine conſenſu Ordinarij loci, 1618. Taranto 3. Aprilis 58. Napoli 4. Auguſti 163.

Alioquin Confeſſiones, & Matrimonia nulla erunt, & ipſi non concedetur amplius ſemeſtris prorogatio ſuarum facultatum, 1607. Brindiſi 5. Septembris 87. 88. 1615. Grauina 2. Maij 41. 1619. Salerno 16. Febr. 25. 26. 1620. Napoli 11. Aprilis 70.

13 Cappellanus Maior non habet iuriſdictionem in Clericos, 1622. Lucera 15. Februarij 21.

CAPITANEVS.

Baro. Iudex. Iuriſdictio.

CAPITVLVM.

Cancellarius. Canonicus. Coadiutor. Collegiata. Cura. Epiſcopus. Nouitius. Proceſſio. Seminarium. Vicarius.

1 QVid, &c. Capituli appellatione ſoli canonici continentur, non autem Beneficiati; vnde Beneficiati ſe ingerere non poſſunt in adminiſtratione Maſſæ communis. *Rota apud Farin. recentior. par.* 1, *tit.* 2. *deciſ.* 183, & 189.

Ita dicendum de Portionarijs, niſi contrarium Statuto cautum fuerit, vel de conſuetudine ſeruetur. *Rota deciſ.* 296.

2 Vbi vertit lis inter Canonicos, & Portionarios, vel inter ipſos Canonicos, non dicitur agi de intereſſe Eccleſiæ: ſecus ſi agatur de Eccleſia, vel inter Canonicos, & extraneos. Vnde primo caſu Capitulum non tenetur ad expenſas litis, ſecundo, & tertio ſic: *Rota deciſ.* 138.

3 Capitulum in Proceſſionibus debet incedere totum vnitum abſque intermedio laicorum, 1603. Feltre 13. Maij 52.

Immo nec in Choro debẽt interferi Archipresbyteri ſiue Curati, qui non ſunt de gremio, 1588. Potenza 25. Nouembris 255.

4 *Conuocare* Capitulum non poteſt Vicarius, nec in eo interuenire, ratione talis officij; niſi in Eccleſijs receptiuis, vel vbi adeſt tale ſolitum, vt Mediolani. *Trid. ſeſs.* 25. *c.* 6. 1587. Milano 2. Iunij 127. 1591. Giouenazzo 12. Febr. 231. 1603. Nardò 27. Octobris 126. 1616. Ruuo 15. Ian. 5.

5 Si conſtet aliquem actum fuiſſe celebratum à Canonicis Capitulariter congregatis, intelliguntur fuiſſe legitimè congregati ex natura actus, licet nõ fuerit expreſſum, eos fuiſſe legitimè congregatos. *Caput. de regim. Reip. cap.* 1. §. 2. *ſub num.* 77. *fol.* 74.

Et licet non fuerit dictum, Capitulariter congregatos Procuratorem conſtituiſſe, tamen illud ſubintelligitur. *Rota coram Achille de Graſſis deciſ.* 2. *num.* 2. *De his, quæ fiunt à maiore parte Capituli.*

6 Nullum eſt Capitulum generale, celebratum ſine interuentu aliquorum vocalium, quos Superior excluſit ſine cauſa, 1635. Agoſt. di colorito 2. Martij 74.

Maximè ſi excluſi agant de contemptu. *c. Quod ſicut,* 28. & *cap. Bonæ* 36. *De elect.*

7 Prohiberi debet Monialibus ſub grauibus pœnis, ne Capitulum faciant pro acceptatione Puellarum ad educationem, vel habitum, vel profeſſionem, ſine licentia Ordinarij, 1617. Siena 5. Martij 109. v. Educandæ.

8 *Tempus* Capitulum fiet ſtata die, & hora cuiuslibet hebdomadæ. Si autem ex cauſa fieri debeat alia die, peti debet ab Epiſcopo, vel eius Vicario licentia, 1597. Andria 10. Martij 22.

9 *Locus* futuri Capituli Prouincialis, vel Generalis declarari debet in præcedenti, nõ autem ſeruari in pectore Prouincialis, vel Generalis, cum facultate illud declarandi quandocunque, 1647. Minimi 13. Septembris 1653. San Girolamo di Fieſole 30. Maij 124. † *cap. In ſingulis* 7. ℣. *Prouiſo. De ſtatu Monach.* *

10 *Iuriſdictio, &c.* Capitulum Sede vacante, ſuccedit in iuriſdictionem Epiſcopi, quam exercet per Vicarium Capitularem. *Vt latius exemplificaui in Can. lib.* 1. *tit.* 28. *de offic. Vic. num.* 21.

11 Capitulum poteſt concedere dimiſſorias, ſi Epiſcopus ſit hæreticus notorius, quia in tali caſu Concilium nihil innouauit. *Ex Congreg. Concilij. Barboſa Collect. Bullar. V. Capitulum.*

Quæ ratio procedit etiam, dum Epiſcopus eſt captus ab hoſtibus, immo à fortiori, ſi tamen illa declaratio eſt vera.

12 Capitulum non poteſt ſibi propria auctoritate Protectorem eligere, 1594. Piſtoia 24. Auguſti 240.

13 Nec prætendere ſe debere vocari ad funeralia eorum; qui ſepeliuntur in Eccleſijs Regularium, 1591. Bari 26. Febr. 234.

14 Cum litteræ dirigantur Decano, & Capitulo, ac communes ſint; nec Decanus ſolus, nec Canonicus quiſpiam, eas aperire poſſit, ſed Capitulum. Expediret tamen eligere Capitulariter vnum aut alterum ex Canonicis, qui vna cum Decano litteras aperire poſſit; ne mora præiudiciũ aliquod inferat, 1615. Ceneten. 13. Martij 89. §. 9. 1653. Città di Caſtello 27. Iunij 114. n. 9. 1654. 12. Iunij 5.

15 *Pro Curæ* Capitulo incumbentis exercitio deputari debent perſonæ certæ, 1601. Aliffe 20. Febr. 86. n. 4. 1629. Città di Caſtello 12. Ian. 4.

16 *Bona* ſeu reditus Capitulares exigi debent à duobus Deputatis, alter ab Epiſcopo, alter à Capitulo, 1601. Leſina 6. Auguſti 187.

17 Sacra Congregatio dat licentiam diuidendi bona Capitularia, dummodo relinquatur maſſa non minor tertia parte pro diſtributionibus quotidianis, 1626. Spoleto per Beuagna, 24. Aprilis 39.

Immo id Capitulum propria auctoritate facere poteſt, 1608. Monopoli 3. Febr. 20.

18 Licet Epiſcopus ſe ingerere non debeat in adminiſtratione bonorum capitularium, niſi vt ſupra alterum ex Deputatis eligendo: Capitulum tamen tenetur ei dare authenticam omnium notam, 1602. Caſtella-

ſtellaneta 23. Iulij 75. num. 13. 1577. Gubbio 8. Iulij 182.

CAPPVCCINI.

Legatum. Monaſterium. Tabernaculum. Tertiarij. Tranſitus.

1 GEneralis Cappuccinorum non poteſt prohibere Superioribus ſui Ordinis, ne recipiant Conuentuales Reformatos, 1625. 22. Februarij 42.

2 Cappuccini poſſunt dare habitum ad ſepeliendos mortuos, ſicut alij Fratres Minores, 1649. 29. Ianuarij 3.

3 *Confeſſiones* Sæculariũ Cappuccini non audiunt ſine diſpenſatione ſpeciali, 1602. 1. Octobris 106.

Quæ dari poteſt in Capitulo Generali vſque ad proximum futurum, 2. Aug. 49.

Et à Sacra Congregatione, modo ſit approbatus ab Ordinario, 1606. fol. 2. 3. Reg. 10.

† Cappuccinos autem Miſſionarios vigore facultatum eis conceſſarum poſſe audire confeſſiones eorum, quos ad Catholicam fidem conuertunt; reliquorum vero Catholicorum in locis Miſſionum degentium, non niſi vbi neceſſitas, vel inſignis penuria operariorum extiterit. P. F. 20. Iunij 1628. *

4 Ordinarius ſe ingerere non debet in Iconis, & picturis Eccleſiarum Cappuccinorum, 1601. 6. Aug. 85. 3. Septembris 89.

5 Cappuccini poſſunt acceptare legata pro fabrica, 1636. 22. Iunii 6. Reg. 2. 14.

† Cappuccini non mittuntur ad loca, vbi non licet eis proprium habitum deferre. P. F. 1643. 340. n. 19.

Cappuccini à Religione in Prædicatores non deputati non prædicent in Pulpito, ſed ad Altare tantum explicent Euangelium. P. F. 1647. 528. n. 7. *

6 Non conſueuit Sacra Congregatio permittere erectionem Monaſterij Cappuccinarum, niſi habeant perpetuum aſſecuratorem pro victu; cum ipſæ non poſſideant immobilia, nec ad quæſtuandum exire debeant, 1608. Ferrara 9. Maij 45.

Iſti Aſſecuratores non debent eſſe perſonæ priuatæ, ſed Confraternitates aut loca pia, quæ facultates habeant ſufficientes ad eas manutenendas, 1608. Caſale 30. Iun. 79. 1622. Camerino 7. Iunij 61. 1627. Padoua 26. Martij 131. 1628. Bologna 18. Febr. 65.

Expeditius tamen eſſet, vt bona, vel aſſignamenta darentur ipſi Monaſterio, non obſtante prohibitione primæ Regulæ, 1620 Città della Pieue 21. Nouembris 300.

7 Moniales Cappuccinæ poſſunt recipere ſine ſcrupulo legata, dotes, redditus, & eleemoſynas ſibi data, 1620. Bergamo 7. Februarij 38.

8 Tenere non poſſunt organum in Eccleſia exteriori, 1636. Brindiſi 19. Septembris 386.

9 In ieiuniis Regularibus vti poſſunt ouis, & lacticinijs, extra tamen tempora ab Eccleſia vniuerſaliter prohibita, vt fuit determinatum in Capitulo Generali Cappuccinorum 1596. & per Sac. Congreg. approbatum, 1606. Coſenza 15. Iulij 58.

10 Cappuccini ad nullam aliam Religionem tranſire poſſunt abſque licentia Papæ, niſi ad Carthuſianos, petita tantum, & obtenta licentia ſui Generalis. Vrb. VIII. conſtit. 91. *Iniuncti Nobis.*

CAPTATORIA INSTITVTIO.

Teſtamentum.

CARCER.

Alimenta. Cardinalis. Clericus. Conſcientia. Debitum. Habilitatio. Mulier. Presbyter. Teſtis.

1 QValis, &c. Carceres non debent eſſe ſubterranei, ſed ſupra terram, vel ſaltem æquales terræ: & publici habere feneſtras in publicum reſpondentes. Cauẽdum quoque, ne eo latrinæ auertãtur, 1583 Palermo 6. Aug. 147. 1642. Catanzaro 1. Auguſti 87.

Habere locum communem, & eſſe commodi, 1601. Aliffe 20. Febr. 86. n. 6. 1602. Caſtellaneta 23. Iulij 75. n. 1. *Ex l. 1. C. de Cuſtod. reorum.*

Licet quando circa ſitum carcerum diſcordant Epiſcopus, & Clerus, præualere debeat deſignatio Prælati, 1596. Andria 30. Septembris 80.

2 Campanile, ſi eſt idoneum, poteſt deſeruire pro Carcere Mulierũ delinquentium, 1599. Coſenza 21. Aprilis 34.

3 Carcer non debet eſſe diuturnus, præſertim cum Eccleſiaſticis, ſi delictum non ſit valde graue, 1601. Lucca 2. Maij 132. Modena 20. Auguſti 194. 1603. Sarſina 13. Aug. 92. 1604. Biſignano 9. Martij 31.

4 Non conuenit, carceratum ex cauſa ciuili retineri in compedibus, 1621. Hieroſolymitani 22. Ian. 109. *Ex d. l. 1. C. de cuſtod. Reorum.*

5 Epiſcopus prouidere debet, vt in principalibus carceribus, etiam laicalibus, adſit Capella, vel Oratorium ad celebrandum, 1593. Burgos 1. Decembris 313.

Beneuolis tamen, & vrbanis monitionibus quo ad laicales, 1602. Gorgento 23. Aprilis 25. verſ. Biſogna andare.

6 *Captura, & Tranſlatio.* Mittere Clericos armatos ad capiendum Reos, res eſt peſſimi exempli, 1620. Geroſolimitani 1. Ian. 1.

7 Mandatum capiendi relaxari non debet ante proceſſum informatiuum, niſi præcedant

cedant indicia ſufficientia, & periculum ſit in mora, 1637. Caſtro 4. Decembris 1642. Campagna 3. Octobris 114.

8 Captura extra Territorium facta, nulla eſt & attentata, 1641. Siena 29. Nouemb. *Arg. c.2. de Conſtit. in 6.*

9 Moniales non carcerantur per ſatellites, niſi in grauiſſimis delictis, 1637. Terni 13. Iunij.

10 Ordinarius non debet mandare trāſferri carceratos in loca dioeceſis, vbi degit ipſe, niſi valde raro propter cauſas multum graues, & vrgentes, 1642. Campagna 3. Octobris 114.

11 Licentia Sanctiſſimi, traſferendi carceratos Infirmos ad Hoſpitale, & illos, poſtquam conualuerint, Miniſtris Curiæ ſæcularis reſtituendi: modo dicti Miniſtri non ſe ingerant ſub aliquo prætextu in re vlla ad Hoſpitale pertinente, neque circa ipſum, neque propter curam, & cuſtodiam ipſorū Infirmorum 1614. Salerno 10. Maij 40.

12 Monialis aufugiens non debet in carceribus extra Monaſterium teneri, ſed ad illud reduci; priuari velo, vocibus, & collocutorio, etiamſi poſt debitam poenitentiam peractam à carcere relaxetur: ſi vero vltra fugam grauiter deliquit, præſertim contra votum caſtitatis, muro perpetuo debet claudi, 1619. Raguſa 6. Apr. 109. 1649. Lucca 4. Martij 4. Bitonto 11. Martij.

Non autem ad illud Monaſterium tranſferri, 1645. 22. Septembris 65.

13 *Obligatio* iniuſte Carcerati nulla: ſecus ſi iuſte. *Rota recentior par.1. tom.1. tom.1. deciſ.490. num.4. & deciſ. 674. num.4.*

14 *Puniri* non debēt Carcerati propter mala, quæ dicunt, vel ſcribunt de Iudicibus, 1604. Albenga 12. Maij 56.

15 *Relaxatio, &c.* Carceratus in odium recurſus, ſi propter eaſdem cauſas, iubetur illico relaxari gratis. Propter alias, habilitatur cum fideiuſſione de ſe repræſentando ad omne mandatum Sacræ Congregationis. Sed ſi cauſa eſſet grauis, præſertim ſi intraret poena corporis afflictiua, Ordinatio præcipitur, vt ſtatim informet, 1646. 12. Iunij 4.

Carcerato enim ex cauſa graui non conceditur habilitatio, 1649. 8. Ianuarij 14. *Ex l.2. ff. n. de cuſtod. & exhib. reor.*

Et Carceratum ad carceres Epiſcopales transferat, ſi eſſet in laicalibus, 1646. Venoſa 22. Decembris 18.

Vel ad mitiorem, ſi erat in duriori, 1647. Ferentino 11. Decembris 6.

16 Quando Carceratus neſcit cauſam ſuæ carcerationis, præſumere poteſt id fieri in odium recurſus, 1646. Oſtien. 13. April. 13

17 Cum pendet differentia de iuriſdictione, carcerati relaxari debent cum fideiuſſione de ſe repræſentando, vel de tenendo domum pro carcere, 1600. Bagnarea 29. Nouembris 16.

18 Carcerati non deſcripti in libro Cuſtodum: ad nullas, neque victus, neque Carceris tenetur expenſas. Paulus V. conſtit. 71. *Vniuerſi*: Similiter ſi reperiantur innocentes, 1602. 19. Nouembris 131.

CARDINALIS.

Beneficium 16. §. 15. Commendatarius. Excommunicatio. Illegitimus. Papa. Patronus. Seminarium. Sponſio. Teſtis. Titulus.

1 Q*Val.* Non poſſunt eſſe Cardinales duo fratres Germani, neque legitimati, etiam per ſubſequens matrimoniū, neque filios habentes, neque Patruus cum nepote ſimul, niſi ob aliquam rationabilē cauſam Papa diſpenſet. *Iulius III. conſt. 22. Sixtus V. conſt. 50.*

2 *Habitus.* Ad vniformitatem Cardinalitij habitus in poſterum retinendā, Cardinalibus omnino prohibendum vſum veſtium lugubrium quo ad ipſorū perſonas; & eiſdem iniungendum quod toto anni tempore in pileis communibus, & equorū lemniſcis, vulgo floccis, rubeum colorem ſemper adhibeant. Decretum Sanctiſſimi D.N. Alex. Papæ VII. iuſſu editum die 13. Aprilis 1655.

3 *Dignitas.* Cardinales ſunt maiores, etiam Archiepiſcopis, licet ſint tantum Presbyteri. Eugenius IV. cuius conſtitutionem refert Diana 5. tract.2. reſol.1.

Immo ſunt maiores etiam Patriarchis, licet ſint tantum Diaconi cum ęquiparentur Regibus. *Sixt. V. conſt.50. §.12. Bald. in l.1. §.1. ff. v. de off. Prætor. Iaſ. in l.1. num.9. ff. v. de Officio eius. Ben. priuil. 54. num.16.*

Præferuntur autem, nedum Patriarchis Ordinarijs, vt Gradenſi, Aquileienſi, Venetiarum, ſed etiam quatuor Patriarchis principalibus, nempe Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Ieroſolimitano, licet in eorum antiquum ſplendorem reſtituerentur, & in ſuis Eccleſijs reſiderēt, vt fuſe proſequitur Diana 5. tr. 2. reſol.1.

Cuius rationibus, & auctoritatibus hanc vnam addo: quia Conſtantinus Imperator Cardinalibus conceſſit, vt omnibus Imperialium Senatorum, & Senatus priuilegijs fruerentur. *c.14. Conſtantinus, 96. diſt.* At Romani Senatores ipſis quoque Regibus præferebantur: vt patet, tum ex prophanis hiſtorijs, in quibus Reges Romanis Proconſulibus, & Senatoribus, etiam in ſuis Regnis, honorem detuliſſe, locoque ceſſiſſe, legimus: tum ex Actis Apoſt. 25. vbi habetur,

tur, quod Agrippa Rex cum Sorore Berenice, proprium Regnum relinquentes, deſcenderũt Cæſaream cum apparatu, & ambitione magna, ad ſalutandum Feſtum Senatorem Romanum. Ergo Cardinales, ſi Regibus non præferendi, certe tamen ſunt æquiparandi. Sed extra controuerſiam eſt, Reges ſupradictis omnibus præferri. Ergo, & Cardinales.

4 Ex Cardinalibus Pontifex eligi debet. *Sixtus V. conſt.*50.

5 Qui offendunt Cardinales, incurrunt in poenas formidabiles, *vt dixi in tit. de ſent. excomm. num.*87.

6 Et qui cõſpirationes contra eos ſciũt, nec reuelant, *num.*171. §.10.

7 Cardinalibus, abſente Papa, & extra Palatium Apoſtolicum, debetur genuflexio. *Cærem. Papæ, lib.*3. *ſect.*1. *c.*12.

8 Cardinales habent omnia priuilegia, quæ ſunt Epiſcopis conceſſa propter dignitatem. *Diana* 5. *tract.*2. *reſol.*46.

Et maiora: vnde poſſunt vbique facere celebrari cũ Altari portatili, licet hoc forraſſe non poſſent amplius Epiſcopi. *Diana* 6. *tract.*3. *reſol.* 40.

9 Cardinalibus ob reuerentiam non inhibetur, nec ab altero Cardinali, nec ab ipſo Papa; ſed hortantur, vel rogantur potius. *reſol.*97. *num.*21. & 22.

Immo Lex Papæ Generalis non comprehendit Cardinales, niſi eos nominatim exprimat; quia ſunt pars corporis ipſius. *Vinc. de Franch. deciſ.* 107. *num.* 6. † Vide quod notaui *in Can. lib.*1. *tit.*39. *num.*135.

Sacra Congregatio Concilij conſulta, an Cardinales cõprehendantur in decreto c. 2. ſeſs. 7. quod nemo, quacumque etiam dignitate, gradu aut præeminentia præfulgens, plures Cathedrales Eccleſias in titulum ſeu Commendam recipere, & ſimul retinere præſumat; eo quod comprehendi non dicantur, niſi eorum fiat mentio, & præcipuè in odioſis.

Reſpondit comprehendi, cum ſimus in lege correctoria, & in materia peccati. Refert *Fagnan. c.Bonæ. De poſtul.Prælator. n.*27. *

10 *Auctoritas, & Poteſtas, num.* 8. Cardinales, Apoſtolica Sede Vacante, non poſſunt creare Cardinalem, licet poſſint Papam, quod plus eſt: quia Papam ipſi propriè non creant, cum à Christo immediatè poteſtatem accipiat, ſed eligunt tantum. *Gloſ. Clem. Ne Romani* 2. *v. Reprobamus. De elect. Lauor. tit.*3. *cap.*3. *num.* 11.

11 Cardinalis Protector non poteſt regulariter aliquid diſponere contrarium Statutis Religionis, vel loci protecti, per Summum Pontificem editis. *Rota apud Farinac. par.* 2. *deciſ.* 430.

Vnde non poteſt dare vocem ijs, qui sũt excluſi à conſtitutionibus, 1645. 6. Octob. 9.

12 Cardinales tenere poſſunt priuatum carcerem. *Ex Claro Dian.* 5. *tr.* 2. *reſol.* 25.

13 Cardinalem vbique poſſe pro ſe, & ſua familia confeſſorem eligere, etiam non approbatum ab Ordinario, præſertim ſi legatus ſit, probabilius, immo certum arbitratur. *Diana* 5. *tract.* 2. *reſol.*10.

† Sententia condemnatoria per Papam lata contra Cardinalem Hæreticũ. Pius IV. conſt. 66. *Onerosum*.

Cum in Congregationibus extraordinarijs, quas in ædibus antiquioris Cardinalis adhuc haberi conſuetudo viget, abuſus irrepſerit, vt ſenioris eiuſdem ſententia vltimo loco feratur. S. D. N. imperauit, vt ſicut hactenus ſenior Cardinalis, propriæ licet domi exiſtens, in inuocatione Spiritus Sancti, & oratione ante congregationem recitanda, Dignitatis rationem ſeruare cõſueuit: ita, etiamſi de more vltimo loco ſedeat, primus tamen omnium ſententiam dicat. Idque in Acta Sacræ Congregationis Rituum referri, & inuiolabiliter poſthac ſeruari mandauit die 6. Septembris 1657.

I. Epiſc. Sabinen. Card. Sacchettus.

Locus † Sigilli.

Franc. M. Phoebæus S.R.C. Secret.

De Cardinalibus, qui habent Titulos Eccleſiarum Vrbis, cum dubitatum eſſet, an poſſent in ſuis Eccleſijs Titularibus, & in earum ſubditis vti illis facultatibus, quæ à Concilio Tridentino tributæ ſunt Epiſcopis in ſuis Ciuitatibus & dioeceſibus, & ſpecialiter illis, quæ comprehenduntur in decreto *c. Liceat 6. ſeſs.*24.

Diſcuſſo articulo, Gregorius XIII. dixit, ſe nolle ea, quæ Epiſcopis conceſſa ſunt à à Concilio Tridentino, competere Cardinalibus in ſuis Titulis: quia licet habeant quaſi epiſcopalem iuriſdictionem, non tamen ſunt ibi verè, & propriè Epiſcopi.

Quod dictum interpretata eſt S. C. approbante Summo Pontifice, quo ad facultates conceſſas Epiſcopis à Concilio. Vnde extra illas ſalua manebit iuriſdictio Cardinalium in ſuis Titulis, prout Doctores illis attribuunt in *c. His quæ, de maiorit. & obed. Refert Fagnan. c. Dilectus, de temp. ordin. n.*27.

Item Cardinales non habent auctoritatẽ ſuper Regulares, licet degant de familia in Eccleſia ſui tituli. *c.*1. *de Cappell. Monachor.* ibi *Cum enim* Monaſterium Monialiũ fuerit, & generaliter ſeruetur in Vrbe, vt nullum Monaſterium titulo ſit ſubiectum, incongruum videbatur, vt Regulares ſæcularibus ſupponantur.

Cardinali aſſerenti aliquid factũ de mandato Papæ, ſtandum non eſt, niſi hæc tria ſimul concurrant.

I. Quod Cardinalis aſſerat veriſimilia.

II. Quod Papa ſit præſens, ad quem de facili poſſit haberi recurſus.

III. Quod aſſertio non contineat rem Tertio præiudicialem. *Rota deciſ. 630. n. 2. par. 4. recentior. Fagnan. c. De Rectoribus. De Clerico ægrot. num. 40.* *

CARITAS.

Aduocatus. Eleemoſyna. Neceſſitas. Parochus. Vindicta.

1 OBligat ad ſubueniendum extremæ Proximi ſalutis neceſſitati, etiam cum vitæ periculo. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 26. artic. 5.*

Dicitur autem quis eſſe in extrema neceſſitate ſpirituali, dum moraliter conſtat, proximum æterne damnandum, niſi ego ei præbeam auxilium, non exiſtente alio, qui hoc faciat, dummodo ille non ſe voluntarie ac prudens conijceret in hoc periculum, quia tunc non dicetetur eſſe in neceſſitate. *Bonac. de legib. diſp. 3. quæſt. 4. pun. 4. n. 2. & 3.*

Quidam tamen exiſtimant eſſe neceſſarium, vt proximus exiſtat in neceſſitate phyſica, ſcilicet quod abſque meo auxilio ſaluari omnino non poſſit per legem ordinariam, puta infans moriturus abſque baptiſmo. Secus ſi cum adiutorio Dei poſſit, licet difficulter. Niſi tamen quis teneatur ad opitulandum ſaluti proximorum ex officio, profeſſione, vel voto; quia tunc teneretur, quotieſcumque ſperaretur fructus, etiam in morali tantum neceſſitate. Rurſus niſi quis opitulari non poſſit alienæ ſaluti abſque probabili periculo ſuæ; puta quia ſit in peccato mortali, & difficile credat ſe contritionis actum elicere poſſe: quia tunc ſibi potius quam alteri proſpicere debet. *Diana 5. tract. 13. reſol. 24.*

2 Caritatis ſeu dilectionis Dei præceptũ ſecundum aliquos obligat poſt vſum rationis, in articulo vel periculo mortis, & aliquoties in vita. *S. Thom. 1. 2. quæſt. 89. art. 6. Nau. c. 11. n. 8. Tolet. lib. 4. c. 9. n. 8. Diana 5. tr. 14. reſol. 105.*

CARITATIVVM SVBSIDIVM.

Epiſcopus.

1 CAritatiui ſubſidij nomine non poteſt exigi, niſi ad quantum aſcenderent ſingulæ procurationes tempore viſitationis. *Extr. Vas electionis, §. Præmiſſis quoque, De Cenſib. Barboſa alleg. 87. num. 37.*

2 Exigi non poteſt ab Epiſcopis Eccleſiarum habentium reditus pingues. Ab Epiſcopis autem illarum Eccleſiarum, quæ habent reditus tenues, exigi poteſt in ingreſſu pro neceſſitate expeditionis Bullarum, niſi illas gratis obtinuerit. *Sac. Epiſcopor. Congregatio Archiepiſcopo Hydruntino 22. Ian.* 1601.

Et quando Epiſcopus promouetur ad Cardinalatum, & alias, prout retuli in Can. lib. 1. tit. 31. num. 1. De off. ord.

3 Exigi non poteſt à clericis non beneficiatis, nec habentibus tantum diſtributiones quotidianas ſecundum Bonac. de hor. Can. diſp. 2. quæſt. 2. pun. 2. num. 9.

CARO.

S. Benedictus. Græci. Ieiunium. Regula.

1 CArnes hoedinæ prouocant dæmones, quare qui per triginta dies illis veſci non poteſt, proditur dæmoniacus. *gloſ. cap. fin. v. Triginta, 7. q. 2.*

2 Carnium eſus, ſaltem vniuerſaliter apud omnes, videtur introductus poſt diluuium, vt ex S. Thom. 1. 2. quæſt. 102. artic. 6. ad 2. dixi in Collect. ad illud Geneſ. 9. 3. Quaſi olera virentia dedi vobis omnem carnem.

3 Diſſimulari poteſt, quod Moniales Sancti Benedicti contra ſuam regulam veſcantur carnibus, cũ id iam ſit in vſu apud omnes totius Italiæ Moniales, 1581. Iſernia 17. Octobris 132.

Et cum Monialibus Ciſtercienſibus, maximè ſi adſit immemorabilis conſuetudo, 1624. Colonien. 26. Nouembris 268.

Similiter cum Monialibus S. Eliæ, 1618. Meſſina 9. Octobris 330.

Quæ tamen ſi diſpenſationẽ quarti voti obſtinate petant, prohiberi debent, ne recipiant amplius ad habitum, 1630. 22. Febr.

4 Superiores Caſſinenſium poſſunt ſibi reſeruare comeſtionem carnium ſine licentia, 1605. 29. Nouembris 84.

CASTALDVS. *Miniſtri.*

CASVS CONSCIENTIAE.

Sacerdos.

1 DEbet fieri lectio, & conferentia caſuum conſcientiæ, 1601. Parma 5. Decembris 244.

2 Ab omnibus Cõfeſſarijs ſæcularibus, ſaltem bis in menſe, 1594. Trani 10. Ian. 9.

3 Vel ad minus ſemel. Poena tamen ſex ducatorum non interuenientibus, videtur exorbitans: multo magis ſuſpenſionis ipſo facto eos nõ denunciantibus, 1603. Crema 28. Nouembris 142.

4 Interuenire tenentur omnes exercentes curam animarum, etiam exempti, etiam Regulares, 1579. Lucca 11. Auguſti 96. 1. Iulij 84. 1586. Vercelli 9. Octob. 762. 1593. Ferrara 13. Octobris 309. 1630. Regolari di Verona 14. Martij.

Etiam ſubcollectores, 1602. Aiqui 5. Nouembris 125.

Et dare refectionem alijs, quando fit cõferentia in cura Regularium, ſicut faciunt Curati ſæculares, quando fit in ſua, 1618. Oliuetani 25. Maij 169.

Et ad vtrumque cogi poſſunt ab Epiſcopo, 1604. Padoua 3. Februarij 13.

Sed ſi ibi delinquunt, puniri debent à ſuo Superiore, 1579. Lucca 11. Auguſti 96.

5 Clerici ſæculares non adhuc ad audiendas confeſſiones admiſſi, & Regulares licet Confeſſarij, dummodo non Parochi, hortandi ſunt, non cogendi, vt diſcuſſioni caſuum conſcientiæ interſint, 1594. Colle 9. Auguſti 224. 1621. Caſtellaneta 20. Iulij 102. ad 3. 1628. Spoleti 28. Iulij 89. 1629. Nocera 6. Aprilis 46. Padoua, e Regolari d'Andria 119. Reg. 2.

† Nam Clem. VIII. conſt. 60. *Nullus omnino* §. 2. ita ſtatuit. Lectio ſacræ Scripturæ, vel caſuum conſcientiæ bis in hebdomada præſcriptis diebus in ſingulis conuẽtibus habeatur, ad quam Fratres omnes conueniant: eaque abſoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam ſeſe vtiliter exerceant. *

CASVS RESERVATI.

Caro. Cenſura. Commodatum. Concurſus. Confeſſarius. Confeſſio. Culpa. Iubilæum. Parochus. Pater. Sacramentum. Sodomia.

1 C*Aſus reſeruati* debent eſſe pauciſſimi, ijque maximè neceſſarij, præcipuè vero hæc monenda cenſet Sacra Cõgregatio: Vt videant Ordinarij, ne illos caſus promiſcue reſeruent, quibus annexa eſt excommunicatio à Iure impoſita, cuius abſolutio nemini reſeruata ſit, niſi forte propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam, aliqui huiuſmodi caſus nominatim reſeruandi viderentur: neque caſus, in quibus abſolutio, niſi cum reſtitutione, vel executione eorum, ad quæ Poenitentes tenentur, non confertur. Neque illos, qui & ſi mortale peccatum inducant, circa res tamen parui momenti verſantur, & frequenter inter idiotas euenire ſolent, vt damni dati, & ſimilium. In peccatis etiã carnalibus reſeruandis multa vtantur circumſpectione propter periculum ſcandalorum, in ijs maximè perſonis, in quas ob acceſſum ad confeſſarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios, ſuſpicionis aliquid cadere poteſt, &c. Interim de ipſius Sanctitatis ſuæ mandato ijdem ordinarij monentur, vt per totam ſuam dioeceſim, ac præſertim in ijs locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali Sede longius remoti sũt, Poenitentiarios, alioſque Sacerdotes conſtituant, & delegent, quibus facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis concedant: ita vt ijs quoque liceat eamdem alijs, ſi opus fuerit, etiam viua voce, impartiri, idque maximè in ſolemnibus ac præcipuis anni feſtiuitatibus, &c. 1602. 6. Nouembris fol. 133.

2 Prohibet item Sacra Congregatio ne ordinarij ſibi ſuperflue reſeruent caſus, in Bulla die Coenæ Domini legi ſolita contentos, neque alios Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos. *Ibidem*.

Eſſet enim actus fruſtratorius, & alicuius in ſanctam Sedem irreuerentiæ, 1583. Città di Caſtello 19. Aprilis 92.

3 Item ſaltare, vel choreas ducere in Quadrageſima, non debet eſſe caſus reſeruatus, 1614. Caſale 14. Martij 19.

Neque acceſſus ad moniales ſine licentia in ſcriptis, 1603. Bologna 18. Martij 33.

Quando tamen experimento comperitur, frequentiam exinde nimium excreſcere, poteſt Ordinarius facere caſum reſeruatum acceſſum virorum 14. annis maiorum ſine licentia, 1604. Bologna 26. Octobr. 50. *v. Monialis*.

Nec ex eo, quod Confeſſarius fuerit cõplex, 1602. Como 10. Decembris 146.

Nec in ſæcularibus etiam Sacerdotibus lapſus carnis cum ſoluta, qui non ſit contra naturam, 1618. Perugia 13. Martij 40.

Nec debita non ſoluere, etiam Eccleſijs, 1620. Crotone 12. Martij 82. *v. Cenſura* 3.

Nec violatio feſtorum, 1625. Napoli 2. Decembris 124.

4 Non probatur, quod Superior reſeruet ſibi caſus, ad effectũ præſcribendi Confeſſarijs in caſibus particularibus, quam poenitentiam iniungere debeant, 1627. Auerſa 30. Aprilis 193.

† Licebit tamen in genere ſuperioribus determinare poenitentias graues, quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis, à Confeſſarijs imponendas, quæ ſubditos ab huiuſmodi perpetrandis cohibere poſſint. Vrb. VIII. conſt. 26. *Sacra Congreg. in fine*, in decreto de reſeruatione caſuum. *S. D. N. qui iam pridem*, §. 5. *

5 Decretum de caſibus per Superiores Regulares in Italia reſeruandis, extenditur ad Regulares habitantes in Inſula Maioricenſi, 1606. 28. Ianuarij 12.

Supradictum decretum editum 26. Maij 1593. habetur poſt conſtit. 26. Vrbani VIII. quæ incipit, *Sanctiſſimus, &c.* & comprehendit etiam Cenſuras: ita vt iiſdem Superioribus, abſque Capituli Generalis, vel Prouincialis conſenſu, aliquibus peccatis in huiuſmodi decreto non contentis, excommunicationem annectere, eiuſque abſolutionem ſibi reſeruare minimè liceat,

1617. Regolari 7. Iulij 185.

† An autem Prælatus Epiſcopo inferior, in ea parte dioeceſis, quæ iuriſdictione ſuæ ſubiecta eſt, habeat facultatem reſeruandi ſibi aliquos caſus, quemadmodum Ordinarijs licet in ſuis dioeceſibus? *Vicarius Veronæ ſupplicat.*

Die 5. Iulij 1582. C. C. cenſuit poſſe: ſi tamen habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in eo loco, & nulli Dioeceſano ſubſit, nec ipſe, nec eius ſubditi.

Et alibi. Abbates Epiſcopis inferiores, qui nec ipſi, nec eorum ſubditi ſubſunt alicui dioeceſano, poſſe reſeruare ſibi caſus.

Breuius. Prælatus exemptus Epiſcopo inferior non poteſt reſeruare ſibi caſus, niſi ſit Nullius. *

6 Caſus reſeruatus non incurritur, cũ opus externum non eſt mortaliter peccaminoſum. *Bonac. tom. 1. de Sacram. diſp. 5. quæſt. 7. pun. 5. §. 1. num. 4.*

Puta propter materiam leuem. *Diana 5. tract. 5. reſol. 46.*

7 In dubio caſus non iudicatur reſeruatus; quia reſeruatio eſt odioſa. *Bonac. tom. 1. diſp. 5. de Sacr. quæſt. 7. pun. 5. §. 5. Diana 5. tract. 3. reſol. 4.*

Nam generaliter, quandocumque dubium eſt, an aliquis caſus includatur in aliqua lege, facta debita diligentia, iudicandum eſt non includi. *Bonac. de reſtit. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 2. §. incid. num. 2. tom. 2.*

8 *Abſolutio*. Confeſſarij Regularium, ſi petant à Superiore licentiã abſoluendi Regularem autem à caſibus ipſi Superiori reſeruatis, & Superior licentiam concedere nolit; poſſunt pro ea vice Regulares illos abſoluere, ac ſi licentiam obtinuiſſent. *Vrbani VIII. conſt. 26.* quæ incipit. *Sacra Congregatio, &c.* in decreto de reſeruatione caſuum, quod incipit. *Sanctiſſimus D.N. iampridem* in fine, quod aliqui tribuũt Paulo V.

Sæculares vero non poſſunt abſolui à cenſuris, vel caſibus reſeruatis licentia petita, ſed non obtenta, 1646. 7. Decemb. 11.

9 Caſus, & Cenſuræ Ordinario reſeruatæ, vel in Bulla Coenæ contentæ, nullibi, nec intra, nec extra Italiam, abſolui poſſunt poſt Tridentinum, ex quibuſcumque priuilegijs, etiam poſt illud confirmatis. Priuilegia vero ſi quæ ſunt, abſoluendi ab alijs cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, nõ ſunt adempta, præterquam extra Vrbem, & in Italia tantum, quo ad quædam, de quibus ſupra v. Abſolutio, & infra v. Confeſſarius. *Decreta omnia ad verbum retuli in meo Compendio Epiſcoporum v. Caſus reſeruatus.*

10 Obtinens licentiam abſoluendi ab aliquo caſu reſeruato, poteſt ab eo abſoluere, licet in illud Poenitens reinciderit poſt licentiam obtentam, dummodo ante abſolutionem conceſſam pro vna vice tantum. *Diana 4. tr. 4. reſol. 199.* an idem de litteris Poenitentiariæ? Pro vtraque rationes affert Leo in praxi par. 3. licentia elig. conf. pro Reg. v. Incurſis.

Secus ſi quis obtinuit pro ſe, & poſt facultatem obtentam reincidit; quia tunc indiget noua facultate. *Diana 3. tr. 14. reſol. 126.*

11 Si quis, etiam confeſſarius, petat facultatem abſoluendi à caſu reſeruato pro aliqua perſona indeterminata, poteſt ea vti pro ſua perſona. *Diana 3. tr. 2. reſol. 126. & tract. 4. reſol. 142.*

Poteſt probabiliter ſuſtineri, licet cum ſupradictis num. 10. non vſquequaque cohæreat. Si tamen intelligatur de perſona abſoluentis, non abſoluendi, nullum habet dubium.

12 Exiſtente neceſſitate, vel cauſa rationabili, Poenitens abſolui poteſt à non reſeruatis, cum onere præſentandi ſe ſuperiori pro obtinenda abſolutione reſeruatorum. *Bonac. l. c. §. 3. num. 5. & ſeq. Diana 5. tract. 14. reſol. 58.*

13 Cõfeſſarius Regularis, ceſſante fraude, poteſt abſoluere à quibuſcumque peccatis, in illa dioeceſi ſibi non reſeruatis, quamuis forte reſeruati eſſent ab Epiſcopo Poenitentis, 1618. Aſſiſi 22. Iunij 198.

† Ratio quia reſeruatio nõ afficit Poenitentem, ſed Confeſſarium. Reg. 7. 12.

Et iterum lib. 23. ad 10. Vtrum Regulares audientes confeſſiones in ea dioeceſi, in qua ſunt approbati cum facultate etiam caſuum reſeruatorũ, abſoluere poſſint aduenietes ex alia à caſibus reſeruatis in dioeceſi Poenitentium, non autem in illa, vbi Regulares confeſſiones audiunt?

Sacra, &c. cenſuit poſſe abſoluere, niſi quos nouerint in fraudem reſeruationis ad aliquam dioeceſim migraſſe pro abſolutione obtinenda.

Fuit dictum etiam de Confeſſarijs ſæcularibus, ſed remanſit indeciſum, quod Millinus dixiſſet, in contrarium vrgere declarationem Eugenij à Caietano relatã, quod Incolæ, & Peregrini ſortiantur forum, vbi moram trahunt etiã quo ad caſus ſuis Ordinarijs reſeruatos pro tempore Paſchatis. Ergo non pro alio tempore, Millinus à cõtrario ſenſu inferebat. Et quia non eſt ſimile: nam Sacerdotes ſæculares ordinaria auctoritate nituntur, Regulares autem delegata à Papa.

An Generalis Camaldulenſium, ſtante c. 7. ſeſſ. 14. de reſeruatione caſuum, & c. 11. ſeſſ. 25. de Regular. in Eccleſia Parochiali

Sancti

Sancti Hippolythi de Fauentia, vbi ſedem ordinariam principalem habet, poſſit ſibi caſus reſeruare quo ad Parochianos ſæculares: & an illius Parochus abſoluere poſſit à caſibus, quos Epiſcopus ſibi reſeruauit? Sacra, &c. Auditis Partibus, reſpondit, ad primum, Generalem nequaquam poſſe ſibi caſus reſeruare. Ad ſecundum: Nec illius Parochum abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, *lib*.24. 125. *

Secus quando Poenitens illuc malitioſè diuertit. *Ex Sac. Congr. Nou.* 1616. *Diana* 6. *tr*.7. *reſol*.57. V. Confeſſarius 23.

14 Abſolutus ab habente facultatem reſeruatorum, remanet abſolutus etiam à reſeruatis oblitis, maximè ſi hoc petijt, ita vt cenſeatur ablata reſeruatio ad hoc, vt cũ venerint in mentẽ, abſolui poſſint à quolibet confeſſario. Etiam ſi quis fecerit cõfeſſionem inualidam ex defectu doloris, vel integritatis: niſi confeſſarius haberet facultatem abſoluendi à reſeruatis virtute Iubilæi tantum. ✝ Præterea cum quis facit confeſſionem inualidam, non aufertur reſeruatio, niſi quo ad expreſſa tantum. * *Bonac. tom*.1. *de Sacram. diſp*.5. *quæſt*. 7. *pun*.5. §. 5. *Diana* 1. *tr*.11. *reſol*. 19.

15 Ordinarius concedendo licentiam, caueat ſciſcitari perſonam, 1613. Ventimiglia 19. Nouembris 102. 1615. Veroli 10. Apr.37. 1642.Campagna 3.Octob.114.ad 3.

Et ſi ipſi Poenitenti concedat licentiam in ſcriptis, non apponat ibi nomen, ſed ſcribat, *lator præſentium*, mandetque Confeſſario, vt illico poſt datam abſolutionem laceret ſchedulam, ſeu comburat, 1620. Teramo 22. Decembris 194.

16 Sacra Congregatio non ſolet concedere licentiam abſoluendi à caſibus Ordinario reſeruatis, 1638. Fiorenza 28. Aprilis 349. Sacra verò Poenitentiaria ſic.

✝ Habens facultatẽ abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis excepta hæreſi, non ideo abſoluere poteſt à caſibus Ordinario reſeruatis. *C.C. Romana*.

Multi quoque tenent, habentem priuilegium abſoluendi ab omnibus caſibus Sũmo Pontifici etiam in Bulla Coenæ reſeruatis, non ideo ab hæreſi abſoluere poſſe, ex ea ratione, quod in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

Vnde ſ.m. Vrbanus VIII. in Congr. de prop. fide coram Sanctitate Sua habita 13. Iunij 1625. reſpondit, Regulares nullo modo poſſe in vim priuilegiorum ſuorum, etiã per viam communicationis eis competentium, ab hæreſi abſoluere.

Idem Sanctiſſimus 31. Maij 1624. declarauerat, nullam abſolutionem hæreſis collatam ab Ordinario, vel eius Vicario in vim priuilegiorũ Eccleſiæ Gallicanæ. Ex Actis eiuſdem S. C. de prop. fide. *

17 *Durant*, mortuo etiam Epiſcopo, caſus reſeruati per ſtatutum, ſecus per ſententiam, vel decretum. Et quia excommunicationes poſitæ in viſitationibus, cenſentur mandata generalia vel ſpecialia ab homine, per conſequens quo ad eos; qui eas non incurrerunt, expirant mortuo Epiſcopo, vel Prouinciali, qui fecit, vel ab officio amoto. *Diana* 6. *tract*.6. *reſol*.41.

18 *Adiuncta* Regulares, qui approbantur ad audiendas confeſſiones, cogi non poſſunt ad emendam cartam, ſeu tabellam caſuum reſeruatorum, 1581. Salerno 8.Nouembris 140. num.4.

CATO. *Pœnitentia*.

CAVSA.

Expenſæ. Fideiuſſor. Infamis. Iuramentum. Legatus. Signatura. Teſtis. Viſitatio.

1 IN *genere*. In dubio potius impulſiua præſumitur, quã finalis, ſeu motiua. *Rota apud Farin. par*.1. *t*.1. *deciſ*.587.*n*.5. *Bonac. tom*.2. *de contr. diſp*.3.*quæſt*.1. *pun*.4.*n*.6. *Diana* 3. *tract*.6. *reſol*.9. *&* 4. *tract*.3. *reſol* 64.

2 *Ciuilis, vel criminalis* quæ, & quando dicatur, dixi lib.4. inſtit. ciuil.tit.1.de oblig. quæ ex delicto, num.4.

3 Cauſa criminalis regulariter non admittit Procuratorẽ, *vt latius cum ſuis exceptionibus dixi in Can.lib*.1. *tit*.38. *De Procur. n*.13.

4 Acta in ciuili fidem non faciunt in criminali, licet de crimine ciuiliter actum eſſet: quia in criminalibus requirũtur probationes luce meridiana clariores. *Clar. pract. crim. quæſt*. 54.

Nec Acta criminalia in ciuili, niſi producantur.

Confeſſio tamen facta in criminali vim habet ſaltem ſolemnis confeſſionis extraiudicialis, quæ de æquitate Canonica probat etiam in ciuili. *Rota apud Galleſ.deciſ*.31. *n*.5. *& deciſ*. 159.

5 Cauſas mixti fori enumeraui in Can. lib.1. tit.5. & tit.39.de ſent. exc. n.114. §.4.

6 Cauſa de Porcello inter Ruſticos dicitur magna. *v. Alienatio*, 1.

7 Cauſas executiuas, quæ ſcilicet habent executionem paratam, enumeraui in Can. lib. 2. tit.28. De Appell. num. 63.

Vbi num.62. dixi, quod allegans parem titulum impedit viam executiuam.

8 Cauſæ omnes criminales vnius, & eiuſdem proceſſus debent vna ſententia terminari, non ferri tot ſententiæ, quot ſunt capita delictorum, 1602. Caſtellaneta 23. Iulij 75. num.6.

10 Cauſæ regulariter remitti debent ad Iudicem loci commiſſi delicti, 1643. Napoli 31. Iulij 79.

11 Iudex proſequi poteſt ad vlteriora in cauſa iam incoepta, licet Reus mutaret domicilium, 1606. Genoua 18. Septemb. 74.

12 *Pia. Confeſſio creditor. Diminutio. Diues. Eccleſia. Hæres. Legatum. Meretrix. Mulier. Relictum. Teſtamentum. Teſtis.* Diffiniri poteſt omne illud, quod ex ſui natura tendit in obſequium, & honorem Dei, ſiue directè, & immediatè, ſiue mediatè, & indirectè, *Hæc diffinitio eruitur ex his, quæ dixit Tiraq. in præfat. tract. De priuil. pia cauſæ.*

13 Ideo relictum alicui Eccleſiæ, vel Monaſterio, immo & alicui religioſo, dicitur ad pias cauſas; dummodo fiat id contemplatione pietatis, non autem principaliter ſolius conſanguinitatis vel amicitiæ. *Idem ibidem.*

14 Item relictum Hoſpitali, ſiue ſit auctoritate Epiſcopi conſtitutum, ſiue non. *Per allegatos à Tiraquello ibidem verſ. ſed alij indiſtinctè tenent.*

15 Relictum Pauperibus, dicitur relictum ad pias cauſas: quia bona Pauperum æquiparantur bonis Eccleſiarum. *Panorm. in cap. Nihil 2. de præſcript.* Felin. in c. De quarta 4. Eod. col. 4.

Adeo quod ſi relinquatur aliquid diuiti putato Pauperi, exiſtimabitur relictum ad pias cauſas quo ad relinquentem: & ſi quo ad eum, cui relinquitur, habeatur pro non ſcripto. *l. Eam quam, 14. Secundum lecturam Azonis, C. de fideic. l. Pater filium 38. §. Fideicommiſſis, ff. i. de legat. 3.*

Remanet tamen legatum imperſonale, quod fauore piæ cauſæ valet. *c. Cum tibi 13. de teſtam. l. Nulli 28. c. de Epiſcopis, & Cler.*

16 Item relictum Pupillis, Viduis, & alijs miſerabilibus perſonis. *Arg. gloſ. c. 1. 12. quæſt. 1.*

17 Item relictum pro anima, licet relinquatur conſanguineo vel Amico, pauperi tamen. *Gloſ. recepta in c. 2. De ſepult. Gloſ. Bald. & Caſtro in l. Illud 17. C. de ſacroſ. Eccleſ.* † Vnde inſtitutio facta ſub fide exonerandi conſcientiam Teſtatoris, dicitur ad pias cauſas. *Othob. deciſ. 28. num. 8.* *

18 Item relictum pro alimoniis Pauperum. *l. Mela 14. ff. i. de alim. & cib. legat. Tiraq. verſ. Sed hoc intellige.*

19 Item relictum pro redemptione captiuorum, licet ſint captiui ex delicto. *l. Sancimus 18. de ſacroſ. Eccleſ. gloſ. c. Sacrorum 12. quæſt. 2.*

20 Item legatum pro dote, ſi Pauperibus fiat, ad pias cauſas cenſendum eſt. *Tiraq. verſ. Item cum dos, circa med.*

21 Item legatū pro ſtudio Theologiæ, vel ſacrorum Canonum, *Idem.*

22 Item legatum libertatis, ſi fiat pro Anima. Et licet hodie legata libertatum non minuant legitimam filiorum. §. *Prohibemus. Auth. detriente, & ſemiſſe.* Sicut olim. *in l. Papinianus 8. §. Quarta, ff. i. de inoff. teſtam.* Sunt tamen omnibus alijs legatis fauorabiliora. *Idem.*

23 Denique quicquid ob publicam vtilitatem legatur, ad pias cauſas legatum cenſetur. *l. 1. §. fin. C. de Caduc. tollen. l. Ad inſtructionem, 7. C. de ſacroſ. Eccleſ. Paul. de Caſtro, conſil. 194. lib. 2. col. 2. verſ. Per hoc etiam.*

CELLA. *Paupertas.*

1 Vacans aſſignari debet ſecundum antianitatem: nec ſuperior Regularis poteſt aliter ordinare, 1597. Ferrara 3. Iunij 59.

Et antianitas incipit à die profeſſionis emiſſæ, non habitus ſuſcepti, 1645. 5. Iulij 33. *v. Præcedentia.*

Non obſtantibus mandatis ſuperiorum, 1601. Milano 5. Febr. 39. 1603. 11. Apr. 27. Faenza 29. Aprilis 33. 1604. Auerſa 26. Ianuarij 7. 1648. 26. Iunij 7. 2. Octobris 22.

Niſi in aliquo Monaſterio adeſſet conſuetudo immemorabilis, quod cellæ vacantes diſtribuantur, & aſſignentur ad arbitriū Abbatiſſæ, & Diſcretarum, 1653. Modena 24. Ianuarij 8.

2 *Habitatio* in cellis ſeparatis prohibetur ab Vrbano IV. Monialibus S. Claræ, 1619. Faenza 30. Auguſti 304.

Vel ſaltem ne ſeras habeant in cellarum ianuis, ſed ſolum in Porta communi Dormitorij, cuius clauis ſit in manu Abbatiſſæ, 1622. Senegaglia 11. Ian. 8. 1624. Aſſiſi 16. Iulij 176.

3 Concedi poteſt Moniali cellam ædificare, eaque vti ſua vita durante, vel alia à ſuis conſanguineis ædificata, 1601. Ceſena 2. Ian. 24. 17. Septembris 92. Lisbona 16. Ianuarij 31. Mantoua 14. Febr. 41. 1602. Meſſico 31. Maij 30. 1603. Gubbio 15. Decembris 96. 1606. Città delli Angeli nelle Indie, 8. Aprilis 35. 1608. Bitonto 7. Iun. 1.

Nec debet ab ea remoueri pro faciendo valetudinario, 1624. Aſſiſi 9. Febr. 35. 1635 Cæſarauguſtana 11. Maij 164.

Non tamen illam vendere, 1625. Milano 8. Nouembris 20.

Licet vellet applicare pretium in vtilitatem Monaſterij, num. 67.

Niſi de licentia S.C. & conſenſu Monialium 1647. Venetia 3. Maij 53.

Neque decernere, quod Monialis antiana, quæ cellam optare volet, teneatur aliquid ſoluere, 1620. Genoua 22. Decemb. 320

Quod

Quod ſeruari debet etiam in caſu permutationis, ne via frauditus aperiatur, 1628. Napoli 17. Nouembris 350.

Datur tamen aliquando facultas Abbatiſſæ, & Monialibus, vt ob aliquam legitimam cauſam capitulariter & per vota ſecreta dare poſsint cellas vacantes profeſsione poſterioribus, ne Moniales contra votum Paupertatis applicent ſibi cellas tamquam proprias, 1619. 19. Martij 154. 31. Auguſti 272.

4 Nulla Monialis cogi debet ad optandas cellas, 1616. Nola 10. Iunij 83.

5 Cella amplior, Collocutorio vicina, aufertur Moniali particulari, & ad communem vſum deſtinatur, 1645. 6. Ottobre 82.

6 Pluralitas Cellarum prohiberi poteſt, præcipuè cum exinde ſequuntur inconuenientia, 1647. Milan. 14. Ian. 3.

Et ex rationabili cauſa concedi, 1650. Genoua 15. Iulij 41.

7 Epiſcopus præcipere poteſt Monialibus, etiam exemptis, etiam Regularibus ſubiectis, vt habeant locum ſeparatum, & cōmodum pro Nouitijs & Puellis Educandis, & prohibere, ne illas extra dictum locum teneant ſub quouis prætextu, etiam licentiæ Superiorum. Inſuper decernere & declarare, quod Abbatiſſæ & Prioriſſæ, quæ tempore earum officij noluerunt recipere nouitiatuum, locorumque diſtinctorum erectionem, ad illud officium in futurum amplius eligi non poſsint. Et etiam Moniales particulares cuiuſcumque Monaſterij, quæ recipient Nouitias vel educandas in ſuis cellis, ſint ipſo Iure voce actiua & paſsiua priuatæ, 1605. Padoua 21. Iunij 33.

CENSVRA.

Caſus. Excommunicatio. Interd. Pœna. Punctator. Regularis. Suſpenſio.

1 DVm S. C. prohibet Epiſcopo, ne contra aliquem cenſuras ferat ſiue fulminet ipſa inconſulta, comprehenditur etiam declaratio incurſarum ipſo iure, 1640. Terracina 1. Ian. 59. 15. Ian. 61.

2 Inter actus irretractabiles, in quibus contra exemptos procedi non poteſt ſine Adiunctis, vel ſine licentia S. C. comprehenduntur etiam cenſuræ, 1648. Elnen. 3. Februarij 4.

3 Non debent poni cenſuræ vel caſuū reſeruatio, vt ſoluantur Eccleſiæ debita litigioſa, licet eſſent decimæ, 1582. Auellino, 27. Martij 49. *v. Caſus reſeruatus* 3.

4 Cenſuræ relaxatæ cum fundamento non debent ſuſpendi ſine debita ſatisfactione, non obſtantibus hortatorijs, 1602. Ortona 6. Auguſti 85.

5 Inferiores Epiſcopis, concedentes facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, vel publicantes indulgentias cum ſuſpicione ſimoniæ propter quæſtum, excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt: Epiſcopi vero & Cardinales ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ & perceptione fructuum, ſimiliter Summo Pontifici reſeruatam. A quibus cenſuris non poſſunt abſolui, niſi præſtita ſatisfactione. Pius V. conſt. 99. *Quam plenum*. Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. pun. 30.

6 Excommunicatus vel ſuſpenſus in vnò territorio, quo vſque abſoluatur, eſt excommunicatus vel ſuſpenſus vbique. *Abb. in c. ſollecitudinem nu. 20. de appell. & in c. 1. de reptor. n. 3.*

7 Licet inferior Papa limitare non poſſit excommunicationem ad aliquem ipſius effectum, neque ſuſpendere effectus excōmunicationis; non enim concedere poteſt, vt excommunicatus celebret abſque peccato vel Irregularitate, poteſt tamen ſuſpēdere effectus ſuſpenſionis vel interdicti tā localis quam perſonalis à ſe latorum vel illa auferre ad reincidentiam. *Bonac. t. 1. de cenſ. diſp. 3. q. pun. 1. n. 3.*

Immo etiam ab excommunicatione poteſt ad reincidentiam abſoluere: quia ita ſe habet Romanæ curiæ ſtylus. vt dixi in tit. de ſent. excom. n. 43. §. 3.

CENSVS.

Canonicus. Clauſula. Fabrica. Monaſterium.

ORdinarius curare debet, quantum fieri poteſt, vt dotes in futurum non inueſtiantur amplius in cenſibus, ſed in prædijs, & alijs ſtabilibus fructiferis, & ſecuris, vel in locis Montium nō vacabilibus, 1646. 13. Iulij 46. 1647. 31. Maij 24.

Quando verò neceſſe ſit, omnibus alijs deficientibus creare cenſus, accedant boni fideiuſſores, renouandi in omnem caſum mortis, vel deteriorationis, nec fundentur ſuper bonis conſanguineorum recipiendarum, 1645. Como 13. Ianuarij 24. Cagliari 27. Ian. 32. Siena 12. Febr. 39. Epiſcop. 7.

† 2 Expendens pretium cenſus Eccleſiæ, incidit in excommunicationem c. 11. ſeſſ. 22. Concilij Tridentini. C. C. Terracinen. 26. Sept. 1615. *

CESSATIO A DIVINIS.

Epiſcopus.

& in tit. de ſent. excom. n. 244. & ſeqq.

CESSIO.

1 BEneficium cap. Peruenit, de fideiuſſ. & cap. Odoardus, 3. De ſolut. obtinentes tenentur geſtare biretum viride ſub poena fuſtigationis. *Pius IV. conſt. 39.*

Nec debent eligi Exactores, vel Camerarij, 1652. Ripa 16. Aprilis 1.

Ceſſio

2 Ceſſio facta ſine pecunia, cum ſola confeſſione de recepto non valet. *Zach. ad Galleſ. quæſt. 5. n. 3. Rota apud Farinac. par. 1. tit. 1. deciſ. 303.*

3 Cedens an teneatur manutenere nomen ceſſum pro exigibili, dixi lib. 3. Ciuilium tit. 24. de empt. num. 112.

4 Ceſſio facta à Debitore creditori, donec debitum probatum, & liquidatum fuerit, non transfert vtiles actiones. *Rota deciſ.* 440. *num.* 6.

5 Ceſſio non valet, niſi ceſſionario cõſignata fuerint omnia inſtrumenta ad hoc, vt debitor ceſſus poſſit inueniri, num. 9.

CHARACTER. *Ordo.*

CHARITAS. *Caritas.*

CHIROGRAPHVM DECRETI. *V. Decretum.*

CHIRVRGVS. *V. Doctor.*

CHORVS.

Archidiaconus. Epiſcopus. Gubernator. Horæ. Protonotarius. Vicarius.

1 Concedendum eſt Clero congruum aliquod tempus ad ſuperpelliceũ induendum, 1604. Ceſena 6. Sept. 32.

2 Epiſcopus non compellat ad Chorũ eum, qui non eſt obligatus, 1648. 24. Apr. 9.

3 Dum Diuina celebrantur officia, nullus ad Chorum obligatus moretur extra, ſiue cum cocta, ſiue ſine illa: nec in Choro actus faciat differentes, puta legere, ſcribere, negotiari, vel quid ſimile: alioquin pũctetur vt abſens, 1617. Teramo 18. Aprilis 73. & 74.

4 In Choro teneri nõ debent aliæ Imagines, quam Sanctorum, 1609. Monopoli, 7. Auguſti 51.

5 Non placet Sacræ Cõgregationi, quod Chorus Monialium ſitus ſit in loco, vnde Moniales ipſæ videre poſsint exiſtentes in Eccleſia, 1610. Nocera 2. Iulij.

CHRISMA.

Clauſura. Confirmatio. Epiſcopus. Exemptio. Oleum. Ep. Tonſura 13. Reg. 2. 3.

† Sacra C. C. declarauit, prima tonſura initiatum non ſuſcepto chriſmate, ac poſtea ad minores ordines, etiã chriſmate ſuſcepto, eſſe male promotum, beneficia minus legitimè acquiſiuiſſe, ac non poſſe ad ſacros ordines aſcendere, niſi præuia Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, quicquid cõtra incaute ſcripſerit *Nauar. in man. c. 22. in tit. de ſacra confirm. V. quinto peccat. Refert Fagnan. c. cum contingat. De ætate, & qualit. num. 96.*

2 Propoſito dubio, an Abbas Caſsinẽſis habens ex priuilegio Apoſtolico, vt poſſit ea omnia, quæ ſpectant ad Epiſcopum, exercere, præterquam chriſma conficere, &

ſacros ordines conferre, poſsit Sacramentum confirmationis adminiſtrare:

Sacra congregatio cenſuit non poſſe, cũ ea quæ ſunt ordinis, requirant ſpecialem mentionem, vt intelligantur inferioribus Prælatis eſſe conceſſa. Nam licet exceptio firmet Regulis non in caſibus nõ exceptis; non tamen ampliat eius naturam, vt comprehendat ea, quæ ſunt alias reſeruata, & de quibus eſt facienda mentio ſpecialis, vt de facultate confirmandi 18. Martii 1547. Refert *Fagnan. Cum veniſſet. §. Per frontis. De ſacra vnct. n.* 10.

Vnde Sacramentum confirmationis collatum ab Abbate, nullum eſt, non obſtantibus priuilegiis obtentis ante Concilium. *C. C. 23. Iulij* 1635.

Et non obſtante conſuetudine. *c. Quanto 4. de conſuet.*

3 Quæſitum fuit primo, an Emin. Epiſcopus Brixien. in Eccleſia Parochiali Monachorum exemptorum poſsit adminiſtrare Sacramentum confirmationis inuitis ipſis Regularibus?

Secundo & quatenus poſsit, An contra eoſdem Regulares impedientes dictam adminiſtrationem confirmationis, valeat cenſuris procedere?

Sacra C. C. re pluries propoſita, & mature examinata, vtraque parte informante, affirmatiuè ad vtramque dubitationem reſpondit, 9. Iunij 1657. *

CHRISTVS.

Adoptio. Hæreſis. Iudicium. Pilatus. Scriptura. Sibylla.

1 Qvo anno à creatione Mundi Chriſtus natus fuerit, magna varietas eſt inter Doctores. LXX. 5500. Iſidorus, & alij 5210. Oroſius 5200. S. P. Auguſtinus, & Beda in Martyrologio Romano 5199. Hebræi tempus afferunt breuius. Ioſeph Hiſtoricus 4102. Exactiores Hebraicæ linguæ Veſtigatores adhuc breuius. Tarcagnotta 3948. Io. Picus Mirandulanus 3958. Abbas Vſpergenſis quem ſequitur Sixtus Senen. lib. 1. Bibliothec. 3962. Theophilus ad Auttolicũ 3974. Carolus Bouillus 3989. S. Hieronymus 3952.

2 Multis Gentilium facta fuit reuelatio de Chriſto, & eius fide, vt patet de Iob, & Sibyllis. Inuenitur etiam in hiſtorijs Romanorum, quod tempore Conſtantini Auguſti, & Irenæ Matris eius, inuentum fuit quoddam ſepulchrum, in quo iacebat homo auream laminam habens in pectore, in qua ſcriptum erat. *Chriſtus naſcetur de Virgine, & ego credo in eum. O Sol ſub Irenæ, & Conſtantini temporibus iterum me videbis. S. Th. 2. 2. quæſt. 2. art. 7. ad 3.*

3 De ſtatura Ieſu Chriſti Vide Flos Sāctorum Villega par. 1, De Vita Chriſti c. 10,

CIBVS.

Confraternitas, Conuiuium, Ieiunium, Quadrageſima, Regula.

1 V*Eſci* cibis prohibitis ſine licentia, vel cauſæ legitima, delictum eſt ad S. officium ſpectans, 1602. Ferentino 6. Auguſti 80.

2 Licitum eſt veſci cibis conceſsis in aliena regione, in qua quis moratur, vel per quam tranſit; etſi tales cibi prohiberentur in ſua. Vnde Nauarrus, & Luſitanus veſcentes in Caſtella die Sabbati extremis Animalium, non peccant, licet id eis in ſua Patria non liceret. E contra Caſtellanus peccaret, huiuſmodi eſcis vtens in Luſitania, vel Nauarra. *c.* 11. *Illa,* 12. *diſt. Nau. c.*23. *num.*120. Vnde verſus.

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

Diana, *tamen 3. tract.*5. *reſol.* 120. reputat probabilem opinionem dicentium, eum, qui alquantiſper abeſt à domicilio, reputari pro præſente: vnde poſſe veſci, vel abſtinere teneri, ac ſi eſſet in ſuo domicilio.

CINGVLVM.

Altare 6.

CIRCVMCISIO.

ET *aliæ* Cæremoniæ veteris legis, ad originalis peccati deletionem ordinatæ, gratiam conferebant ad modū operis operati, ſeu ſi ita loqui licet, operandi, propter præuiſum Dei, & Hominum Mediatoris *Ieſu Chriſti* meritum. Id quod aſſerere videtur D. Gregorius in moralibus lib.4. c.2. & habetur in c. Quod autem 5. de conſecr. diſt. 4. ſub his verbis; *Quod autem apud Nos valet Aqua baptiſmatis, hoc egit apud Veteres, vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus virtus Sacrificij, vel pro his, qui de Abrahæ ſtirpe prodierunt, myſterium Circumciſionis.*

Hanc ſententiam probabiliſsimam iudicat Bonacina tom.1. de Sacram. diſp.1. q.1. num.3. & pun.3. num.7.

Ratione proteſtationis fidei in Chriſtum venturum, inquit, Pauon. prima par. Introd. in Sacr. doctr. prop. 862. & 863.

Cui opinioni hanc euidentiam addo. Nā in confeſſo eſt, ſine gratia neminem poſſe ſaluari. Sed pueri ante Chriſtum per huiuſmodi Sacramenta vtique ſaluabantur. *Gloſ. c.3. verſ. Peribit de Populo. De bapt.* Ergo, &c.

Inſuper circumciſio, &c. remittebant peccatum originale; quod erat priuatio gratiæ, & Iuſtitiæ originalis. Ergo dare debebant, vel gratiam, vel Iuſtitiam originalem, quæ gratiæ quidam mirabilis effectus eſt. At Iuſtitia originalis neque nunc reſtituitur, ſed reſtituetur in Patria; nec potuiſſet vtique ſine gratia reſtitui. Ergo ſaltem gratia reſtituitur. Ergo &c. Nam peccatum niſi per gratiam formaliter remitti non poteſt. *Vide S. Thom. 3. quæſt.62. art.6. ad 3. & Bibliothecam ſanctam lib.5. annot.96.*

CIRCVMSTANTIA.

Confeſſio. Vanagloria. Votum.

1 C*Ircumſtantiam* mutare ſpeciem intelligitur, nō ſolùm quando mutat ſpeciem logicam, puta cum addit aliam diſtinctam ſpecie malitiam; quia repugnat ſpeciali virtuti, vel ſpeciali præcepto prohibetur; vt cum peccato fornicationis additur Adulterij malitia: ſed etiam quando mutat ſpeciem iuridicam, in quantum in iure quodlibet indiuiduū vocatur ſpecies. Et ſic tali modo loquendi differt ſpecie, & eſt exprimendum in confeſsione, adulterium, vel ſacrilegium duplex. Non enim ſufficit coniugato dicere, commiſi adulterium, niſi exprimat etiam perſonam, cum qua moechatus eſt, eſſe coniugatam, quia adulterium duplex iuridicè loquendo, ſpecie differt à ſimplici. Et ita quandocunque additur aliquid, quod de per ſe peccatum eſſet mortale, dicitur iuridicè mutare ſpeciem, & eſt exprimendum in confeſsione: quo modo poſſunt DD. facillimè cōciliari.

Licet hic dici poſsit cum Diana 3.*tract.*4. *reſol.* 164. in his, & ſimilibus caſibus eſſe plura peccata, moraliter numero diſtincta, licet actus phyſicus ſit vnus tantum: & ſic ratione numeri explicanda eſſe. Quod tamen cum ſupradictis coincidere videtur; idem enim eſt, diſtinctum eſſe numero morali, & ſpecie iuridica.

Idem tamen Diana 1.*tract.*7. *reſol.*29. probabilem putat opinionem Suarez, negantis in vno actu phyſico poſſe conuenire plures malitias morales, ſolo numero differentes, & per conſequens contra eundem Suarez ſupradictas circumſtantias non eſſe neceſſario explicandas in confeſsione. Mihi tamen hoc non placet, & contrarium eſt in vſu.

2 Circumſtantia inductionis ad peccādum eſt explicanda in confeſsione; niſi explicato peccato ſubintelligeretur etiam inductio. Veluti cum quis confitetur ſe fornicationem, vel adulterium commiſiſſe cū foemina, non tenetur dicere, ſe illam ſolicitaſſe, ſicut nec confiteri tenetur tactus, & oſcula, quia explicato actu principali, hæc acceſſoria communiter ſubintelliguntur, cum raro quis cum foemina peccet, quin etiam illam ſolicitet, & ad peccandum inducat, ac in actu ipſo tangat; & oſculetur. Attamen inductio quoque confitenda eſt,

quan-

quando facta fuit precibus extraordinarijs, & æquiualentibus violentiæ morali: quia hæc non ſubintelligitur, cōfeſſo actu principali. *Diana* 5. *tract.*13. *reſol.*5.

3 Quando quis officium recitando, vel vocaliter orando, voluntariè conſentit in peccatum mortale, vel orationem relinquit, vt inimicum percutiat, vel fornicetur, addi per hanc circumſtantiam nouam ſpeciem, & eſſe confitendum, quod fuit perpetratum inter orandum, vel officium recitandum, practicè tutius licet ſpeculatiuè ſit vtrumque probabile. *Diana* 6. *tr.*7. *reſol.*56.

CITATIO.

Conſuetudo. Excommunicatio. Heres. Teſtis.

1 Citatus, vt compareat pro die feriato, vel intra tot dies, quorum vltimus eſt feriatus, comparere tenetur ſequenti die: citatio tamen hoc modo facta ad reſpondendum nulla eſt. *gloſ. in c.*2. *Placita* 15. *quæſt.*4.

Immo etiam citatio ſignata à Iudice in die feriato, & ipſius citationis intimatio facta die feſto, nulla eſt. *c. vlt. de Ferijs. Bonac. de legib. diſp.*4. *quæſt.*1. *pun.*2. *num.*19. Sed hoc non eſt in vſu.

2 Citatus non comparens non habetur pro contumace, niſi Pars aduerſa contumaciam eius incuſauerit, vel niſi agatur ex officio, vel aliud in ſtatutis caueatur. *Iaſon. in l. Properandum*, §. *Et ſi quidem*, *n.*7. *C. de iudic.*

3 Citatus, vt certo die compareat, & vt continuatis diebus veniat, habere debet vnum diem quietis pro qualibet Septimana. *gloſ. in c. Cupientes*, 16. *v. commode. De elect. & in c. Quamuis, v. continuatis. Oinot. de verb. oblig.* §. *loca*, *num.*3.

4 Citatio nulla eſt, niſi fiat ad inſtantiam Partis. Si tamen in Actis deſcripta reperiatur, præſumitur facta cum omnibus ſolemnitatibus. *Abb. in c.*1. *de iudic. n.*4.

5 Citatio in Regno debet intimari coram publica perſona, vel coram duobus teſtibus. *Vinc. de Franc. deciſ.*560.

6 Quando citatio ſit neceſſario facienda in Iudicijs, & quando poſſit omitti, plenè dixi lib.4. ciuilium tit.16. n.12. & ſeqq.

7 Citatus omnis eſt audiendus, quia Aduerſarius approbare cenſetur perſonam citati, faciendo illum citare: niſi citatus fuerit ſub conditione, ſi ſua putauerit intereſſe, quia tunc in primis debet iſta probare. *Ang. de act.* §. *Quadrupli num.*29. *Rota apud Seraph. deciſ.*1193.

8 Citationes non debent deferri, vel intimari per ſatellites, ſed per fidelem ac publicum baiulum electū ab Ordinario, 1615. Città di Caſtello 14. Aprilis 39.

9 Citatio per edictum regulariter non permittitur, cum ſit reſeruata Principi, & eius Delegatis, qui ſaltem in caſibus à iure expreſſis citare poſſunt per edictum. *Auth. Qui ſemel, C. Quomodo, & quando Iud. conſt.*3. *Pij V. Conſect. de priuil. Mendic. Paſqualig. ad Franc. num.* 826.

10 Reprobatur decretum, quod Clerici teneantur conuenire, vel querelare laicos in foro Eccleſiaſtico, etiam vbi Tribunalia ſunt communia, vel ſub prætextu, quod debita ſint contracta occaſione bonorum beneficij, 1593. Parma 4. Aug. 198. 1639. Caſtro 1. Iulij 19. 1642. Caſtellaneta 16. Martij 17. ad 3. *c. Si Clericus* 5. *c. cum ſit generale* 8. *De foro compet. v. Clericus.*

Valet tamen conſuetudo, quod laici trahi poſſint à Clericis ad forum Eccleſiaſticum, etiam priuatiuè quo ad Iudicem ſæcularē, 1617. Arezzo 31. Ian. 20. 11. Febr. 26.

11 Ordinati in ſacris compelli non debent ad ſcribendas citationes, neque in ſolis minoribus, niſi in caſu neceſſitatis, 1601. Aliffe 20. Februarij 86. n.8.

12 Laici citari poſſunt à Curia Eccleſiaſtica ad deponendum, & examinari, ſine alia licentia Principis, ſeu Iudicis laici, 1611 Ciuità di penne, 7. Ian. 1618. Cremona 6. Octobris 205.

13 Epiſcopi vocati ad audiendum Verbum Regium, ſi non vadant, non poſſunt grauari, 1621. Napoli 15. Maij 55. 1622. Santa Seuerina 1. Iulij 71.

Multo minus à Regno eijci, neque ſimplices Clerici, 1612. Gallipoli 25. Sept. 90.

14 De requiſitorijs pro citandis exiſtētibus in alieno territorio, dixi in Can. lib.1. tit.2. num.6.

✝ Eugeniana in quantū diſponit, quod Curiales conueniri nequeant extra Curiā, non fuit reuocata à *Concilio ſeſſ.*23. *c.*1. *in fin.* quo ad Clericos nullum obtinentes beneficium curam Animarū habens. Ex C.C. *

CIVITAS.

Gubernium. Habitus. Prælatio.

1 Ciuitatis nomine venit id, quod murorum ambitu terminatur. *c. Si Ciuitas, de ſent. excom. in* 6. *Rota apud Coccin. deciſ.*118. *num.*2.

2 Ciuitas eſſe poteſt, licet nec habeat, nec habuerit Epiſcopum: & ſi de conſuetudine illæ tantū vocentur Ciuitates, quæ habent Epiſcopum. Sed Epiſcopus non poteſt eſſe alicuius loci, qui non ſit Ciuitas, ne dignitas tanta vileſcat. *Barboſa de poteſt. Epiſcopi par.*1. *tit.*1. *c.*7. *n.*11. *& ſeqq.*

3 Ciuitatem ſub diœceſis nomine, & econtra, comprehendi in materia fauorabili, opinatur Barboſa, *alleg.*54. *num.*769.

In odioſa certum eſt non comprehendi. *c. Rodulphus* 35. *De reſcript.*

4 Bona Adminiſtratoris alicuius Ciuitatis tacitè ſunt hypothecata ciuitati pro adminiſtratione. *Oinot. lib.* 3. *tit.* 1. *De ſucceſſione Fiſci num.* 10.

CLAVDVS.

v. Corpore vitatus.

CLAVIS.

Clauſura. Confeſſarius, Confeſſio. Parochus. Patronus. Pœnitentia. Poſſeſſio.

1 SAcerdotalis eſt poteſtas ſpecialis ligandi atque ſoluendi, qua Iudex Eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno. *Extr. Quia quorundam* 5. §. *Quod autem. De verb. ſign.*

2 *Sanctiſſimi Sacramenti* non detur Abbatiſſæ, vel Monialibus, ſed ſemper ab eo Sacerdote teneatur, ad quem pertinet eius adminiſtrandi cura, 1604. Valliſoletana 12. Ian. 1. verſ. circa 9.

3 *Clauſuræ* exterioris claues remaneant ſemper apud perſonas pias, moribus, & ætate graues, Diuini honoris, monialiumque decoris zelantes, ab Ordinario eligendas, 1599. Matera 12. Iulij 68. 1611. Lecce 7. Ian. 3

Non obſtantibus prætenſionibus Communitatis, quod illas tenere debeat ſuus Sindicus: qui ſi non paruerit, poterit excommunicari, 1608. Gallipoli 1. Decembr. 131. 1611. Gaeta 7. Ianuarij 4.

Nam Claues huiuſmodi, ſi ſine maiori incommodo fieri poſſit non debent eſſe in manu laicorum, 1620. Lecce 30. Iunij 188. 1. Septembris 252.

4 Cuſtodes Clauium, licet Eccleſiaſtici, comitari non poſſunt ingredientes in clauſuram pro ſeruitijs neceſſarijs, conſuetudine contraria non obſtante, 1628. Nardò 7. Aprilis 120.

CLAVSTRVM.

Delictum. Hieroſolymitani. Obedientia. Regularis.

1 DEbent Fratres eorum clauſuras terminare, ſignaque apponere, quæ ſi vlla mulier tranſgrediatur, incidat in pœnas Conſt. Pij V. 1605. Cappuccini 18. Aprilis 18.

2 Quo ad Monaſteria, quæ fabricantur de nouo, in quibus adhuc non habetur conuentus formatus, non incidunt: & generaliter nulli, vbi nunquam fuit ſolitum tenere, niſi vnum Monachum, & vnum Conuerſum, neque Hoſpitia, quo deferuntur Regulares ægroti. In aliis vero ſic, licet ingrediantur occaſione fabricæ, vt Cœmentarijs deſeruiant, 1584. Ibidem, & 1576. 29. Nouembris 102. 1577. Gubbio 8. Aprilis 152.

3 Nec incidunt, quæ vadunt in prima clauſtra ad hauriendam aquam, modo Conuentus habeat alia clauſtra inuia mulieribus, 1582. Venetia 16. Maij 67. 1583. Aſſiſi 27. Septembris 262.

4 Nec quæ in hortum à Clauſura ſeparatum claue, & muro conuenienti: Secus in coniunctum, 1582. S. Domenico 24. Aprilis 59. 1583. Lodi 13. Septembris 249. 1606. Arbe 3. Iunij 49.

Reg. 6. 13. 16. Mon. Hortus.

† Maximè ſi ſit muro cinctus, vel fouea circumdatus. 16. *Octob.* 1578. *lib.* 130. 121

5 S. D. N. *die* 4. *Nou.* 1579. declarauit, Puellam quatuor annorum, in Regularium Monaſterium ingreſſam, non incurriſſe: & ad hoc quod incurrat, oportere Puellam eſſe maiorē ſeptennio. *Terdonen. lib.* 130. 42.

6 Epiſcopus non poteſt punire Regularem delinquentem extra clauſtra ſine ſcandalo, licet delictum poſſit probari. *lib.* 15. 358. *Vintimillien. ad* 16.

7 Sacra C. C. cenſuit, Regulares degentes extra clauſtra, etiam de licentia Superiorum, ſi delinquant, puniri ab Ordinario *ex c.* 5. *ſeſſ.* 6. Si vero intra clauſtra degant, & extra notoriè delinquant, poſſe à Miniſtris Ordinarij in carcerem conijci, remittendos tamen ſtatim, abſque eo quod proceſſus conficiatur, ad ſuperiores ſuos Regulares, vna cum probationibus, quaſcunque habuerint. *In vna Mediolanen. lib.* 15. 43.

Eadem tamen Sacra C. C. die 6. Nouembris 1621. cenſuit, Priorem, ſuorum Superiorum iuſſu in Prioratu ſuæ Religionis reſidentem, licèt ſolum & vnicum, minimè cenſeri degere extra clauſtra, ac proinde non poſſe ab Epiſcopo puniri in vim *cap.* 5. *ſeſſ.* 6. eiuſdem Concilij. Agendum tamen eſſe cum Commendatario S. Spiritus, vt in eum ad iuris præſcriptum animaduertat: quod niſi præſtiterit, datum iri facultatem Epiſcopo Polycaſtren. illum coërcendi perinde ac ſi degeret extra clauſtra.

Similiter Parochus Regularis degens extra clauſtra in Parochiali vnita ſuæ Religioni, ſi deliquerit, non puniri ab Epiſcopo ex c. ſeſs. 6. 10. Febr. 1601.

Sed bene ex c. 11. ſeſs. 25. de Regular.

Similiter Regulares ſub Superiore degētes in aliqua domo pro erectione Monaſterij, non dicuntur degere extra clauſtra 26. Martij 1588. lib. 15. 9.

CLAVSVLA.

Congregatio. Laicus 5.

1 NOn obſtantibus, &c. ab Epiſcopo in ſuis edictis, & collationibus non ponitur, nec ab alio quam à Principe. *Barboſa de clauſulis vſu frequentioribus, Clauſ.* 82. *num.* 2.

num. 2. ſecundam impreſſionem Lugdunen.

Sicut,& clauſula, *Appellatione remota*.Sayr. lib.4. c.3. n.4. † & clauſula, *non obſtantib.* appoſita in priuilegio, & gratia ſpeciali cōceſſa ad inſtantiam partis, non habet tantam vim, vt deroget conſtitutionibus, & ſtatutis habentibus clauſulas magis amplas, & efficaces. *Othob. deciſ.* 46.

Et refertur ad quæ congrue adaptari poteſt, vt non reſultet effectus cōtrarius verbis, & intentioni expreſſæ per Summum Pontificem. *d.* 165. *n.*14. *

2 *Et cetera*, ſiue, &c. non comprehendit niſi ea, quæ ſunt de natura actus, & ea quæ ſunt coepta exprimi: non autem ea, quorum ſaltem principium non eſt expreſſum. *Rota apud Cenc. deciſ.*84. *num.*7. *& apud Galleſ. deciſ.* 83. *num.* 17. *& apud Farin. par.*1. *tom.*1. *deciſ.*492. *num.*4.

3 Clauſulæ ceteratæ in Inſtrumento conſtitutionis cenſus, quando per venditorem recipitur pretium in pecunia numerata, *Prout ſic illas recipiens, &c. dixit, &c. renunciauit, &c.* ita ſolent extendi ex Formulatio Bononien. Recipiens, ad ſe trahens, & penes ſe retinens, dixit, aſſeruit & confeſſus eſt, ac publicè recognouit, id totum & tantum fuiſſe & eſſe, ac totum, & integrum habuiſſe & recepiſſe: & ad abundatiorem cautelā renunciauit exceptioni non numerati,& penes eum non dimiſſi ac non relaxati dicti pretij, & alteri, cuicumque, quam in prædictis apponere poſſet. *Rota apud Cenc. deciſ.*127. *num.*2.

4 Clauſulæ non ceteratæ non poſſunt ampliari neque ſuppleri: ceteratæ vero debent extendi ſecundum ſtylum, & conſuetudinem. *Rota apud Galleſ. deciſ.*83. *n.*13.

5 *Ab habendum, &c.* poſita in executiuis, non alterat inſtrumentum: in diſpoſitiuis autem alterat; & facit emphyteuſim Eccleſiaſticam tranſitoriam ad heredes etiā extraneos. Dicitur autem poſita in diſpoſitiuis, quando ponitur ante illa verba, *Hanc autem, &c. contrarium tenuit Rota coram Cerro Caiet. bonor.*3. *Dec.* 1646.

6 *Conſilio tibi prius, quod prædictus N. à præmiſſis ſe emendauerit*, in facultate Apoſtolica abſoluendi à cenſuris, præſertim in delicti poenam inflictis, & diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex delicto prouenientibus, apponi ſolita, intelligi poteſt, tam de notitia judiciali, quam extraiudiciali. *Gonzalez ad reg.*8. *Cancell.* §. 7. *Proem. num.*233.

Maximè quando agitur de abſolutione à cenſuris, & diſpenſatione ſuper irregularitate. Nam cum tunc non intret præiudicium Tertij, videtur ſufficere notitia extraiudicialis.*Garzias de Benef. par.*6.*cap.* 3.*n.*36

Bene tamen verum eſt ex iiſdem Auctoribus, quod de hoc debet conſtare per Teſtes, & alias probationes euidentes,nec ſufficiunt præſumptiuæ. *Martha. Clauſ. Conſilio tibi prius, &c.*

Quando autē quis vere dici poſſit, quod à præmiſſis ſe emendauerit, non poteſt tradi regula generalis, nec quantum tempus requiratur, vt quis dicatur emendatus: ſed id relinquendum eſt arbitrio boni ac prudentis viri, qui conſideratis omnibus circumſtantijs, moraliter affirmare poſſit, illum non amplius eſſe recaſurum in eadem peccata, iuxta ea, quæ dicunt DD. omnes, cum docent, abſolutionem eſſe negandam in recidiuis.

Plus enim temporis requiritur ad probandam emendationem, ſi quis fuerit in malo per plures annos habituatus.

Itē ſi alias admonitus non ſe emendauit.

Multo magis ſi etiam alias promiſit.

Item multo plus temporis, & maiores probationes requiruntur ſi in eo loco moratus fuerit, vbi non eſt occaſio, præſertim ſi ſit eo rediturus, vbi eſt occaſio.

Et quamuis ad probandam emendationem multum faciat teſtimonium bonæ vitæ, & frequentationis Sacramentorum; nihilominus tamen conſtare debet etiam in particulari, quod non reinciderit in illud vitium,propter quod fuit punitus. Ita cenſuit *Adm. R.P. Oddo de Comitibus Soc. Ieſu in quadam ſua particulari manuſcripta allegatione.*

7 *Feruore deuotionis accenſus* apponi ſolita in diſpenſationibus ſuper ætate, vel alijs, non eget iuſtificatione,quia remittitur cōſcientiæ petentis diſpenſationem, 1582. Acerno 17. Iulij 92.

8 *Sine alterius præiudicio,* referri debet ad non expreſſa dumtaxat; non autem ad ea, in quibus contra priuilegia,& exemptiones alicuius ordinis diſertis verbis ſtatuitur, 1629. Parigi 25. Maij 171.

9 † Epiſcoporum num. 3. huc.

Clauſula *Quorum tenores, &c.* ſolet operari perinde, ac ſi totus tenor priuilegiorū fuiſſet inſertus de verbo ad verbum. *Ant. de Butr. conſ.*2.

Fallit primo, vt cenſeatur inſertus tenor priuilegiorum, quæ communicantur, eorum tamen tantum,ad quæ ſe extendit cōmunicatio; non autem eorum,quæ in cōmunicatione abſque ſpeciali expreſſione comprehendi non ſolent; cum hæc clauſula non alteret diſpoſitionem, ſed bene operatur ad excludendam ſubreptionem,vt reſolutum fuit in cauſa Abulen. Iuriſdictionis 22. Ian. 1588. coram b. m. Orano.

Fallit ſecundo, quia iſta clauſula non ope-

operatur, quotieſcunque ſi concedens habuiſſet notitiam, veriſimiliter non conceſſiſſet. *Put. deciſ.*51. *de præben.* Et fuit reſoluta in cauſa Romana Secretariatus 10. Aprilis 1592. coram Alexandrino. Prout neque ſupplet defectu intentionis. *Pariſ. conſ.* 74. *n.*55. *limit.*4. *& conſ.*1. *n.*96. *lib.*1. Et fuit dictum in cauſa Caurien. Penſionis 19. Ian. 1578. coram b. m. Card. Lancellotto.

Fallit tertio, quia talis clauſula de ſui natura non operatur circa non expreſſa. *Dec. conſ.*142. *n.*7. *℣. non obſtat.* & dicitur in dicta Caurien. Neque in his, de quibus non eſt facta aliqua mentio, ita vt de ijs ſaltem in genere Papa cogitare potuerit. *Caputaquen. deciſ.* 171. *p.*1. Et licet in communicatione adſint verba, *exemptiones, immunitates, &c.* tamen non debent intelligi de exemptionibus à ſolutione decimarũ, ſed de alijs, quæ de facili concedi ſolent, vt dictum eſt.

Fallit denique quarto, quia clauſula illa non inducit certam ſcientiam concedentis, nec facit, vt cenſeatur adhibita cauſæ cognitio, vt fuit dictum in Conchen. Iuriſd. 2. Aprilis 1593. coram Mantica: cum non fuerit inſertus tenor priuilegiorum, neque effectualiter Papæ narratus, gratia non dicitur ex certa ſcientia, nec conceſſa cum cauſæ cognitione: niſi conſtet, Papam vidiſſe priuilegia, vel per ſuos officiales fuiſſe diſcuſſa, vt fuit dictum in Calciaten. Iuriſd. 16. Ian. 1587. coram D. de Bubalis, & in ſupradicta Romana Secretariatus corã Alexandrino. *Rota in vna Valentina decimarum coram Lancellotto Veneris* 28. *Nou.* 1610. *

CLAVSVRA.

Abbas. Ancilla. Clauis. Confeſſarius. Coniux. Conuerſa. Conuertita. Exorciſmus. Fundator. Infirma. Medicus. Mola. Monaſterium. Monialis. Muſica. Neceſſitas. Porta. Proceſſio. Sepultura. Velum. Vidua. Virgo. Viſitatio. Votum. & pleniſſimè in meo Compendio Monialiũ.

1 INtroduci debet, non obſtante qualibet contraria conſuetudine, 1602. Virdunen. 15. Ianuarij 3. 1603. Conſtantien. 25. Iunij 50. *Trident. ſeſſ.*25. *cap.*5.

Dummodo habeant neceſſaria: alioquin extinguenda Monaſteria; omiſſa tamen mentione ſcandalorum, 1618. Calaguritan. 18. Septembris 315.

Et ſi renuant, prohibetur receptio ad habitum, 1593. Pampalona 10. Febr. 1. 1603. Terracina 5. Martij 13. &c. 1616. Conſtanza 13. Auguſti 122.

Non tamen tenentur emittere quartum votum de clauſura, quia comprehenditur ſub tribus, 1592. Zamorra 7. Febr. 23. v. Votũ

In aliquo tamen caſu iuſſæ fuerunt Moniales emittere votum expreſſum de clauſura, 1618. Atrebaten. 3. Aprilis 12.

Nota *expreſſum*, non *quartum*.

2 Vbi clauſura relaxata fuerit, remitti debet ſine rigore, cum ſuauitate, & cautela, temporiſque beneficio, 1604. Saluzzo 12. Ian. 2. 27. Iulij 23.

3 Clauſura nimis ampla debet reſtringi, 1618. Caſſinenſi 6. Iulij 221.

4 *Porta* Clauſuræ non debet aperiri pro quacumque viſitatione, etiam Matrum vel ſororum, 1604. Parma 26. Ian. 9.

Sed ſolum pro neceſſitate introducendi res, vel perſonas, 1604. Perugia 4. Maij 34.

5 *Clauis* ad cuſtodiendam ianuã à parte interiori per Abbatiſſam tenenda, diuerſa fieri debet ab exteriori, quam tenet Confeſſarius, 1600. Marſi 5. Decembris 11.

6 Vel alia perſona, moribus, & ætate grauis, ab Ordinario eligenda, quæ non ideo licentiam habere cenſeatur ingrediendi Monaſterium, 1589. Gallipoli 29. Mar. 30.

7 Non autem Cappellanus iunior, vel Magiſtratus ſæcularis, vel eius Sindicus, vel alius, quilibet laicus, niſi in defectum Eccleſiaſticorum, & ad nutum, 1601. Teleſi 17. Septembris 93: 1603. Marſi. Teleſi 27. Maij 40. 1610. Lecce 4. Iunij. Taranto 26. Nouembr. *v. Magiſtratus.*

9 Multo minus Superior Regularis ipſarum Monialium, 1603. Perugia 19. Auguſti 65.

9 *Murus* attolli debet, etiam ad duodecim vlnas, ſiue cubitos, ſi ſit opus, 1603. Milano 13. Decembris 95.

10 *Tenentur* Moniales ad clauſuram, etiam Conuerſæ, 1601. Volterra 14. Nouembris 104.

11 Et etiam Mulieres ſæculares, intus de licentia Apoſtolica degentes; quæ ſi exeant, nõ poſſunt amplius reingredi, 1602. Monte Feltro 5. Nouembris 72.

12 *Acceſſus* ad Collocutoria, vel Rotas, vel alias Monaſteriorũ monialium partes, eſt materia pertinens ad clauſuram, & per conſequens ſpectat ad Ordinarium, etiam in Monaſterijs ſubiectis Regularibus. Qui eas ad libitum viſitare poteſt, 1605. Genoua 17. Iunij 48.

Et interrogare Moniales de ſupradictis, & alijs pertinentibus ad clauſuram, ac prouidere, 1581. S. Carlo 24. 1583. Card. Paleotto 26. Februarij 46.

Nec Superiores Regulares poterunt illum impedire, 1600. Ferrara 2. Maij 35. 1635.

Neque Nuncius, 1648. 19. Iunij 11.

Immo neque ipſi Superiores Regulares ingredi poſſunt in Monaſteria Monialium ſibi ſubiectarum ſine licentia Ordinarij in ſcriptis, 1651. Turino 23. Ianuarij 3. Ciuita

uita di Penne 18. Iunij 147. 1655.

Videtur tamen hæc vltima recens prohibitio.

† Sacra C. C. die 26. Iunij 1627. in Viterbienſi, & alias ſæpius cenſuit, Epiſcopū ad clauſuram cuſtodiendam, etiam in Monaſteriis Regularibus ſubiectis, poſſe excōmunicationis latæ ſententiæ poenam ſibi reſeruatæ imponere circa aperitionem oſtij clauſuræ extra caſus indigentiæ, necnon circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus: ac dictam excommunicationem ligare nedum Regulares accedentes, verum etiam Moniales, ſi de ipſis mentio fiat: adeo vt ſuperior Regularis ab eadem excommunicatione abſoluere nequeat. *c. Monaſterio 8. de vita, & hon. Cler.*

Quod autem dictum eſt, pertinentia ad clauſuram etiam in Monaſteriis Regularibus ſubiectis, ſpectare ad Ordinariū, intelligitur cumulatiuè quo ad ſuperiores Regulares, non autem priuatiuè. *Foſſanen. 31. Aug.* 1658. *ad* 6. *

13 *Ingreſſus.* Cum exteri, quicumque ſint, etiam Confeſſarius, ingrediuntur in Clauſuram, Moniales omnes ſecedere debent, nec ſinere ſe conſpici, præter Superioriſſas, & comitatrices, 1602. Genoua 1. Octobris 65. 1603. Nullius Carpi 23. Decembris 97. 1616. Napoli 10. Iunij 83.

14 *Licentia*, tam manuſcripta, quam impreſſa, pro ingreſſu debet concedi Miniſtris, & ſeruientibus neceſſariis, pro illis ſolis ſeruitiis, quibus non poſſunt ſupplere conuerſæ, & quo breuius ac parcius fieri poterit, cum renouatione trimenſtri, 1614. Piacenza 6. Iunij 73.

15 Licentiæ ingrediendi in Monaſteria Monialium non debent admitti, niſi ipſæ Moniales Capitulariter ſecretiſque ſuffragiis conſentiant, 1604. Milano 20. Septembris 51. Vrb. VIII. 27. Octobris 1624. conſtit. 29. *Sacroſanctum.*

16 *Regularium.* Non poteſt Epiſcopus, neque de mandato Sacræ Congregationis ponere Puellas ad explorandam voluntatem, in Monaſterijs ſubiectis Regularibus, nec aliis licentiam ingreſſus dare, ſine conſenſu Superioris eorum, 1581. Ferrara 12. Decembris 13. 1582. Piſa 22. Maii 70. 1593. Reggio 6. Decembris 353. *v. Voluntas* 5.

17 Licentiæ acceſſus, vel ingreſſus in Monaſteria Regularibus ſubiecta, Perſonis ſæcularibus dandæ, debent etiam ab Ordinarijs ſubſcribi, 1594. 24. Auguſti.

Licet adeſſet in contrarium declaratio Sacræ Congregationis Concilij: quia hoc decretum non tantum fundatur in doctrina eiuſdem Sacri Concilij, quantum in ratione boni regiminis, 1597. Bologna 26. Auguſti 97. Oſmo 3. Septembris 100. Nocera 24. Nouemb. 133. *v. Acceſſus. Monaſterii.*

Ordinarij namque maiorem notitiam habent qualitatis perſonarum, & facilius punire poſſunt tranſgreſſores, quam Superiores Regulariū, 1594. Breſcia 26. Apr. 119.

18 *Vicarius foraneus* non poteſt concedere licentias huiuſmodi ſine facultate ſpeciali, 1602. Piſtoia 3. Decembris 84.

19 In Monaſterijs, à Ciuitate remotis debet Ordinarius perſonam Eccleſiaſticam delegare ad concedendas huiuſmodi licentias: quas ipſe tamen in principio anni recognoſcet, 1607. Pauia 5. Februarij 9.

20 *Procurator, vel Sindicus* non debet habere licentiam ingrediendi, 1595. Lecce 15. Martij 162. 1610. Lecce 4. Iun. Taranto 26. Nouembris.

Neque cum Sacerdote ingrediente ad miniſtranda Sacramenta 1603. Senegaglia 26. Ianuarij 7.

Neque cum alijs Superioribus intrantibus in caſibus neceſſariis, non obſtante cōtraria conſuetudine, quæ ſublata fuit per conſt. Greg. XIII. quæ incipit. *Dubijs.* 1617. Rimini 10. Ianuarij 3.

21 *Factor*, ſi non patiatur exceptiones, habitare poterit in camera intra collocutorium, ſed extra clauſuram, 1600. Nouara 5. Decembris 11. 1606. Genoua 15. Mar. 28.

Et ingredi, prout moris eſt, ad accommodanda dolia, recondendum vinum, & alia neceſſaria ſeruitia, 1618. Perugia 9. Octobris 340.

22 *Non eſt cauſa* ſufficiens ad ingrediendum in clauſuram, videre, an locus ſit capax pro recipiendis puellis, 1606. Vercelli 15. Nouembris 94.

Neque collocandi in Monaſterio Virginum aliquam Mulierem, ne vt canis, reuertatur ad vomitum, 1588. Milano 16. Auguſti 160.

23 Ad lauandum pannos non intrant Mulieres exteræ, 1596. Bologna 22. Iul. 84.

Neque ad videndum ordiri ſuas telas: ſed ſit feneſtrella, quæ non deſeruiat ad alium vſum, 1591. Spagna 22. Ian. 10.

24 Neque ad docendam aliquam artē, puta ſerici vel texturæ, niſi cum conuerſa perita non poteſt inueniri, 1586. Milano 11. Martij 220. 1588. 16. Maij 42. 1614. Nocera 14. Febr. 9. 1620. Genoua 28. Nouembris 309. 1624. Napoli 20. Decemb. 280 1653. Lucca 24. Ian. 24.

Neque regulariter ad conficiendum panem, 1603. Rauenna 15. Iulij 53. 19. Auguſti 64.

25 Aquam inferendi gratia ingredientium, & egredientium Mulierum cōntinua con-

conuerſatio permitti non debet, ſed intus accommodari Ciſternæ, 1603. Alatri 3. Maij 37. 16. Octobris 69.

26 *Vecturalibus* etiam ſiue Mulionibus danda licentia generalis, 1593. Foligno 21. Iulij 223.

Non tamen ad inferendas, vel efferendas Oliuas 1630. Aſſiſi 22. Februarij.

Item operarijs, Medicis, & Chirurgis ad aliquod tempus, ſed non ad ſemper, 1586. Terni 9. Septembris 62.

27 *Benedicendi*, ſiue aſpergendi Monaſterij cauſa in Sabbato Sancto, vel alio tempore, non eſt cauſa ſufficiens, 1596. Arezzo 4. Septembris 105.

Multo minus videndi comoedias, vel repræſentationes recitatas à Monialibus, neque de licentia Ordinarij, 1627. Ancona 1. Octobris 465. §.8.

28 Dari poteſt licentia Notario, & Teſtibus ingrediendi clauſuram, cum aliqua Mulier ſæcularis, quæ ibi degit, decumbit in lecto, vultque facere teſtamentum, vel aliam diſpoſitionem de ſuis bonis, 1595. Catanzaro 15. Februarij 436.

29 *Infantes* cuiuſuis ſexus, vel ætatis introducẽs incurrit in cenſuras violatæ Clauſuræ, 1579. Todi 7. Aprilis 75. 1580. Napoli 22. Martij 69. 1593. Como 16. Martij 19. 1650. Turino 10. Iunij 32.

30 Tolerari non debet, quod Puellæ, licet paruulæ, ingrediantur, & exeant ad libitum, ad ediſcendum legendi, vel acupingendi modum, 1579. Piſtoia 24. Febr. 54.

Et Abbatiſſa, quæ hoc permittit, priuatur officio, voceque paſſiua, 1595. S. Seuero 8. Maij 38.

31 Intruſæ non debent permitti remanere, niſi in caſibus præciſæ neceſſitatis, 1649. Macerata 23. Iulij 84.

32 *Confeſſarius* etiam Regularis, non indiget ſpeciali licentia ad ingrediendum pro neceſſitatibus ſui Officij, modo per Monaſterium non vagetur; ſed, expleto miniſterio, ſtatim exeat, 1609. Comn 9. Martij 14.

33 In principalibus anni ſolemnitatibus ingredi poſſit ad miniſtranda confeſſionis, & communionis Sacramenta illis Monialibus, quæ indigebunt, cum infraſcriptis cõditionibus, ſed non alias.

I. Quod Moniales ita ſint infirmæ, vt neque per ſe, neque cum aliarum auxilio, poſſint ad confeſſionarium, & feneſtellam accedere.

Et ad Moniales muratas, ſicut ad infirmas, 1601. Ancona 18. Septembris 112.

Non tamen ad aliud. 1602. Genoua 9. Iulij 41.

II. Solus ingrediatur; & à duabus Monialibus ſenioribus recipiatur: quæ illum rectè euntem ad Valetudinarium, & ſimili modo exeuntem comitentur. *v. Monialis.*

III. Dum confeſſionem audiet Monialis, cella ita ſit aperta, vt duæ comitatrices, quæ ſuper eiuſdem cellæ ianua remanere debebunt, confeſſarium, & infirmam commode cernere, non autem audire, poſſint.

IV. Quod Confeſſarius in deferendo Sanctiſſimo Sacramento recipiatur ad Portam à ſex Monialibus ſenioribus, quæ cum luminibus accenſis, & ea qua decet, reuerentia, comitentur proceſſionaliter per rectam viam ad cellam infirmæ, in qua remanebunt ſemper vſque ad finem functionum. Deinde ſtatim per eandem viam comitabuntur ad ianuam, vbi recipietur à Socio, & alijs, qui aderunt, pro comitando Sanctiſſimo Sacramento, 1616. Napoli 10. Iunij 83.

V. Vt ſupra num. 13.

34 *Pro Animæ quoque commendatione* licet Confeſſario ingredi cum cotta, & ſtola, & non aliter, 1589. Lucca 29. Martij 30. 1620. Lucca 22. Decembris 320.

Sicut etiam cum ingreditur ob aliam neceſſariam cauſam, 1627. Gaeta 29. Ian. 41.

Vnde qnando aliqua Monialis agit in extremis, poteſt ei permitti pernoctatio in ſua ſolita habitatione, 1592. Bologna 22. Decembris 49.

35 Reprobatur Edictum Epiſcopi prohibens, ne Confeſſarius, Medicus, vel Barbitonſores ordinarij, poſſint ingredi de nocte pro quolibet caſu, abſque licentia ſpeciali, 1593. Ferrara 10. Febr. 92.

36 Feminæ licentiam habentes, etiam per Breue, intrandi in Monaſteria Monialium, ea prohibentur vti tempore Quadrageſimæ, 1610. Ferrara 26. Febr. 20.

Nec ingredi aut morari poſſunt de nocte, aut pernoctare, niſi hoc eis concedatur expreſſe, 1606. Domenicani 14. Iunij 52.

37 Prohibitio comedendi, ludendi pernoctandi, &c. intra ſepta Monialium. *Cum nuper ad notitiam Sanctiſſimi, &c. Vt nulli mulierum huiuſmodi, &c. liceat ibi pernoctare, aut refectionem ſumere: Sed neque libros profanos, longeque minus amatorios vel obſcænos, neque aleas vel taxillos eo inferre, aut cum Monialibus, vel alijs intra clauſuram ludere.*

Præterea quæ facultatem habent ingrediendi ſimul cum vna vel pluribus matronis, aut Ancillis, non poſſint eas, quas ſemel ſecum duxerint, prætextu vel cauſa cuiuslibet, etiam legitimi impedimenti, mutare, aliaſue in earum locum ſubſtituere.

Quod ſi aduerſus ea, quæ ſuperius præſcribuntur, vel eorum aliquod, contrafacere præſumpſerint,

uint, gratia quam impetrauerunt, ingrediendi clauſuram, nulla ſit eo ipſo: & ſic ingreſſa, tamquã ſi nullam licentiam obtinuiſſent, ob violatam clauſuram latæ ſententiæ excommunicationem incurrant, à qua non ab alio, quam à beatiſſimo Romano Pontifice abſolui poſſint, &c. 1630. 5. *Iulij.*

38 *Miſſa* non poteſt intra clauſuram celebrari non obſtante qualibet contraria conſuetudine, 1601. Bologna 2. Ian. 23.

Neque ibidem Monialibus Euchariſtia miniſtrari, 1616. Cracouia 23. Aprilis 59.

Neque in hoc regulariter S. C. diſpenſare ſolet, 1591. Mantoua 13. Iunij 170.

39 Stabulum & alia neceſſaria pro ſeruitio Animalium, & iumentorum eſſe debent extra clauſuram, 1595. Capua 9. Ian. 415. 1601. Bologna 2. Ian. 23.

40 *In excommunicationem Papæ* reſeruatam incidunt, qui ſine neceſſaria licentia intrant in clauſuram, licet id faciant propria auctoritate, & ſine prætextu priuilegiorum, 1578. Como 15. Septembris 127. 1579. S. Carlo 19. Maij 75.

† Intelligitur tamen de excommunicatione conſt. 20. Pij V. *Regularium*. iuncta eiuſdem declaratione. *Decet Romanum*. contra Mulieres ingredientes clauſuram Regularium virorum: non autem de excommunicatione Greg. XIII. conſt. 28. *Vbi gratiæ*; contra ingredientes clauſuram Monialium, quæ non incurritur, niſi ab ingredientibus ſub prætextu licentiarum reuocatarum, vt idem Gregorius declarauit. Ingredientes autem ſine tali prætextu incurrunt in exc. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 5. quæ non eſt reſeruata, niſi per decretum Clem. VIII. extra Vrbem in Italia, cum ingreſſus ſit ad malum finem, & comprehendit etiam admittentes, vel permittentes. *

Et etiam cum licentia in caſibus non neceſſarijs, puta ad viſitandas Moniales conſanguineas, etiam infirmas.

Et illæ Mulieres, ſeu viri, qui cum vno ſaxo vel ligno, vel qualibet alia re, intrant, ſub prætextu deferendi neceſſaria pro fabrica, & Moniales, quæ tales introducunt, 1583. Iſernia 11. Iunij 7.

Et qui licentiam habet intrandi pro vno ſeruitio, ſi poſtea intret pro alio, 1601. Ferrara 6. Auguſti 92. Spoleti 1. Octobris 95. 1630. Peſaro 14. Iunij.

Secus qui ingreditur, etiam ſine licentia, ad extinguendum incendium, vel ad ſeruandum ſeipſum aut Monaſterium ab incendio vel ad ſuccurrendũ in alijs caſibus repentinæ ruinæ, 1601. Terni 18. Decembris 112. 1602. Alatri 12. Martij 15. 1603. Oruieto 18. Martij 21. Spoleti 27. Maij 39. Et tamen datur ad cautelam abſolutio, ſi petat, 1653. Ieſi 11. Iulij 324.

41 Puella, vel Vidua, quæ temere ingreditur ad ſuſcipiendum habitum, & Abbatiſſa recipiens, incidunt in cenſuras. Hæc debet grauiter puniri: illa expelli, nec amplius admitti ſine licentia ſpeciali S.C. 1601 Genoua 27. Martij 53. 1649. Aquila 5. Februarij 25. 1652. Genoua 8. Nouemb. 62.

Nec pro educanda, nec ad probandum Inſtitutum, 1600. Todi 5. Decemb. 10. 1601. Volterra 3. Decembr. 91. 1649. Napoli 8. Octobris 32.

Nec alias in habitu ſæculari ſine noua, &c. 1649. Foligno 8. Octobris 42.

Si tamen ingreſſa fuit non ad malum finem, poſtquam exiuit, abſoluitur cum pœnitentia ſalutari, abſque vlla pœna pecuniaria, 1654. Foligno 20. Nouembr. 202.

42 Qui intrat pro vno ſeruitio, & poſtea vagatur per Monaſterium, pluſquam requirit miniſterium, vel permittit licentia, incidit iu excommunicationem; ſicut & Moniales id permittentes, 1602. Aſſiſi 4. Aug. 50. Sulmona 4. Septembris 59. 1602. Amelia 60. Cremona 17. Septembris 63.

43 *Amouetur* à ſeruitio Monaſterij, qui intrat in clauſuram ſine licentia, 1603. Ferrara 3. Septemb. 88. 1610. 10. Septembris.

4 *Exitus*. Limitare ianuæ, valde foras porrectum, debet amoueri, vel extra clauſuram declarari, 1601. Città di Caſtello 12. Martij 46.

45 *Conuerſarum* in locũ teneri non poſſunt Mulieres ſæculares; maximè quæ facultatem habeant eundi, & redeundi ad arbitrium ſuum, vel Monialium, 1604. Barletta 27. Iulij 27.

46 Tolerari non debet, quod Moniales extra clauſuram quæſtuantes, morentur extra Monaſterium, pluſquam ſit neceſſariũ, neque in conſanguineorum domibus, 1601 Nullius, Caſtel durante 27. Martij 53.

47 Non datur Moniali licentia exeundi ad balnea, vel mutandum aerem propter quamcunque infirmitatem extra caſus cõtentos in Bulla Pij Quinti incendii, lepræ, & epidimiæ, licet morbus eſſet alias contagioſus, 1594. Carmelitani 20. Septemb. 305. Spagna 8. Nouembris 353. 1602. Carmelitani 12. Martij 15. 8. Maij 26. 1603. Napoli 27. Maij 40.

Vel phreneticus: ſed includi debet in Cella Monaſterij, 1589. Spagna 3. Iulij 52. 1591. Città di Caſtello 26. Martij 53.

Neque Energumena, niſi conſtaret de nullitate profeſſionis: quia tunc reſtituitur infirma cum dote, 1593. Como 6. Decembris 358. 1603. Salerno 19. Aug. 65.

Sicut & Nouitia, quæ detegitur infirma

morbo contumaci, remittenda eſt ad curandum in domum ſuam, 1649. Salerno 10. Februarij 21.

Ex quacumque tamen cauſa exierit ante profeſſionem, non poteſt poſtea recipi ſine licentia Sac. Conc. 1601. Camerino 29. Ianuarij 36. Aleſſandria 6. Auguſti 85. 1603 Napoli 15. Aprilis 27.

48 *Miſſa*. Abuſus eſt non ferendus, quod aliquæ Moniales exeant ad audiendã Miſſam in Eccleſiam exteriorem, ſub prætextu quod interior non ſit omnium capax, 1597. Camerino 3. Septembris 99.

Quæ tamen licentiam habẽt extra clauſuram degendi, ire poſſunt ad Miſſas, & alias deuotiones per Eccleſias Ciuitatis, ea modeſtia, & comitatu, quæ habitum minimè dedeceant, 1586. Tiuoli 15. Aug. 52.

Clauſa tamen in curru, & de licentia Ordinarij, in caſibus particularibus obtinenda, 1607. Napoli 17. Februarij 13.

49 *Chriſma* miniſtrari poteſt ad feneſtrellam communionis: vnde propterea non datur licentia egreſſus, vel ingreſſus, 1601, Ceſena 6. Iunij 69.

50 *Porta*. Nec Sacriſtana, nec Prioriſſa, nec alia Monialis, egredi poſſit in Eccleſiam exteriorem, occaſione claudendi illius ianuam, vel quolibet alio prætextu, 1608. Briſſinone 12. Decemb. 133. *Ex Greg. XIII, conſt. 3. Deo ſacris* §. 6.

Neque de hoc datur licentia, 1577. Amelia 22. Ianuarij 125. 1578. Como 8. Decembris 17. 1594. Carmelitani 20. Septembris 305. 1599. Napoli 1. Octobris 97. 1603. Theano 27. Octobris 82.

Sed pro neceſſitate claudendi ianuam reſpondentem in viam publicam, debet prouideri de vecte cum ſera à parte exteriori: cuius clauis teneatur à Cõfeſſario, vel Procuratore, vel alia perſona vicina ſene, ac timente Deũ, 1594. Carmelitani 20. Sept. 305.

51 *Habitus*. Antequam educandæ induantur habitu, debent exiri permitti, quo liberius ſe declarare poſſint, 1604. Bologna 17. Maij 41.

52 Nulla eſt prohibitio educendi educandam, vt veſtiatur in Eccleſia exteriori, 1592. Rieti 3. Decembris 41. 1593. Camerino 6. Decembris 364.

Immo conſuetudo, quod & ad emittendam profeſſionem Nouitiæ exeant in Eccleſiam exteriorem, non eſt irrationabilis, 1602. Venetia 9. Iulij 41.

Non tamen, quod hac occaſione egrediantur etiã aliæ, 1596. Trapani 22. Iulij 86.

CLERICVS.

Abſens 3. *Actor* 3. *Arma* 2. *Aromatarius* 3. *Baro* 3. *Beneficium*. *Bona*. *Canonicus*. *Caſus*. *Citatio*. *Conuentus*. *Curator*. *Dimiſſoriæ*. *Doctor*. *Epiſcopus*. *Excommunicatio*. *Fideiuſſor*. *Filius familias*. *Gabella*. *Hora Canonicæ*. *Immunitas*. *Irregularitas*. *Italia*. *Iuramentum*. *Laicus*. *Melioratio*. *Notarius*. *Officium*. *Pactum*. *Parochus*. *Patronus*. *Penſio*. *Poſtulare*. *Presbyter*. *Prædicare*. *Præſcriptio*. *Proceſſio*. *Sacerdos*. *Spolium*. *Suſpenſio*. *Teſtamentum*. *Tutor*.

1 Ordines *ſacros* ſuſcipere nõ ſunt Clerici cogendi, nec ob id priuilegio, & exemptione Clericali priuandi, dũmodo debitum Eccleſiæ ſeruitiũ præſtent. *Sacra Congregatio Archiepiſcopo Conſentino 19. Aprilis 1619. vt dixi in Compendio Epiſc. verbo Clericus, & in tit. de ſent. excomm. num. 123.*

2 Clerici in minoribus aſſumendi non ſunt ad cantan. ſolemniter Epiſtolam, vel Euangelium, *vt latius dixi in Can. lib. 5. tit. 28. de Cler. non ordin.*

3 Vbi Communitates conqueruntur, Clericorum inutilium numerum nimium excreuiſſe, Sacra Congregatio prohibere ſolet collationem primæ tonſuræ abſque licentia, *vt in meo Compendio Epiſcoporum verbo Clericus num. 8.*

Quæ prohibitio non ceſſat ex eo, quod Epiſcopus remittatur ad reſidentiam, amoto exinde Vicario Apoſtolico, 1655. Biſignano 18. Iunij 118.

4 *Seruitium*. Clericus ſolitus ſeruire per ſubſtitutum, debet manuteneri in ea quaſi poſſeſſione, 1603. Anagni 15. Septembris 109. 27. Octobris 123.

5 Clerici non ſeruientes, poſt debitas monitiones, priuari debent habitu & priuilegio Clericali, 1592. Catanzaro 3. Auguſti 142. 1596. Gaeta 22. Ian. 71. *Ex Conc. ſeſſ. 23. cap. 6.* Infra num. 27.

Nec pro pecunia debent eximi à ſeruitio, 1640. Catanzaro 3. Febr. 13. 1641. 16. Auguſti §. 2.

6 Si tamen priuati poeniteant, & ſeruire velint, redintegrari debent, 1590. Oria 3. Iulij 173.

7 *Reſidentia*. Clerici, qui non habent beneficium reſidentiam requirens, nõ poſſunt ab Epiſcopo cogi permanere in dioeceſi, neque dimiſſoriæ denegari: vt ſæpius decreuit Sacra Epiſcoporum & Regul. Congregatio maximè quãdo Epiſcopus eis prouidere, vel non vult, vel non poteſt. *Vt dixi in meo Compendio Epiſcoporum num. 40. & ſeqq. v. Dimiſſoriæ.*

Multo minus prohiberi poteſt eis ſub poena ſuſpenſionis ipſo facto incurren. exire à loco ſine licentia, 1603. Crema 28. Nouembris 142.

8 *Exercitia*. Clerici poſſunt animi cauſa ſcribere libros, fiſcellas iunco texere,

olera

olera ſerere in areolis, & plantas inſerere; aliaque honeſta operari, & etiam illa vendere, nec non in terris proprijs vel Eccleſiæ agriculturam exercere. *c. Nunquam 33. De conſecr. diſt. 5. Clem. VIII. conſt. 72. Sacra Congregatio Epiſcopo Taruiſino, & in alia Clero Pali* 1616. *Formam decreti declarationis retuli in Can. lib. 3. tit. 50. Ne Cler. vel Mon. num. 13. Vbi plenius de hac materia.*

9 Non tamen exercere poſſunt mercaturam, vilius emendo, vt carius vendant: niſi vendere vellent ſuperfluū, quod emerant putantes neceſſarium ad ſuſtentationē ſuarum perſonarum ac familiæ, & id iuſto pretio tunc currenti, licet cariori. *Nau. cap. 25. num. 111.*

Qui ibidem *ex gloſ. fin. 86. diſt. & cap. 9. Negotiatorem 88. diſt. & alijs* ſubdit, poſſe Clericos negotiari aliquo honeſto modo ad ſuam ſuorumque ſuſtentationem, præſertim per alium.

Item vendere Vinum vel ſimilia, tam patrimonialia, quam beneficij, non eſt negotiari, ſiue vendantur ad groſſum, ſiue ad minutum, niſi viliori empta fuiſſent, vt immutata venderentur cariori. *Diana 4. tr. 1. reſol. 52.*

Vnde non tenentur ſoluere gabellam, *vt infra num. 36.*

10 Clerici non poſſunt patrocinari, ſed bene domi ſcribere abſque ſalario. *Sacra Conc. Congregatio 20. Iulij* 1619. † Et ſi huiuſmodi declaratio per totum annum 1619. in Regiſtris S. C. Conc. diligenter perquiſita, non potuit inueniri. * *Vide latius infra v. Poſtulare.*

11 Clerici poſſunt ſimul cum Monachis Chorum officiare: hoc enim non eſt contra Clem. 1. De elect. vt latius dixi in Can. lib. 3. tit. 31. De Regular. num. 45.

12 Clerici debent ad ſtudia impelli per alia media, quā priuationis priuilegij Clericalis, 1616. Larino 29. Ian. 16. non tamē legum, vel medicinæ. *c. 5. 29. 183. ſeqq.*

Nec compelli debent ad ludum vniuerſitatis, ſi diſcere volunt à Magiſtro particulari, 1601. Monopoli 9. Ian. 5.

13 Clerici prohiberi non debent, ne vadant de nocte ſine lumine, 1601. Volturara 17. Septembris 211.

Multo minus propterea carcerari, 1601. Nepi 27. Martij 110. num. 5.

Nec Epiſcopus poteſt dare talem licentiam Curiæ ſæculari, 1602. Caſtellaneta 23. Iulij 75. num. 1.

14 *Habitus*. De Clerico, qui habitum aſſumit, vel reaſſumit in fraudem: *dixi de ſent. excomm. num. 97.*

Vnde tutius obtinebitur ab Epiſcopo reaſſumendi licentia, vt dixi ibidem n. 108.

15 Clericum extra domum non debere ſine conſueto ornatu, præſertim Cappa, vel Pallio, procedere, conſulunt, vel potius præcipiunt *c. Epiſcopi 3. cum ſeq. 21. quæſt. 4.*

16 Habitus mutatio non debet Clericis facile permitti, 1603. Gerace 1. Septembris 104. *Dixi in Can. lib. 3. tit. 1. num. 29.*

17 *Bona, &c.* Clerici tempore interdicti poſſunt recipere funeralia, & alias oblationes factas pro defunctis interdictis, etiam extra locum ſacrum ſepultis, modo poenitentes deceſſerint: ſi quidem poteſt, & debet orari pro eis. *Arg. cap. fin. de ſepult. &c. A nobis 28. De ſent. excom. Nau. cap. 27. num. 174. in fine.*

18 Clericus non poteſt donare Concubinæ donatione propriè dicta, ſicut nec Aduocatus & Miles; quia hi tres æquiparantur. *l. 2. & ibi gloſ. & Bart. C. de donat. inter vir. & vxor. Oinot. de donat. inter viuos n. 55.*

Dixi, donatione propriè dicta; quia Clericus repetere non poteſt, quæ tradidit concubinæ ob corporis vſum vel obſequia, vel ob alia beneficia: quia hæc non eſt donatio mere gratuita. *Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 13. pun. 2. num. 14.*

Qui tamen hoc negat de Milite, & Aduocato. Sed plus placent, gloſſa, & Bart.

19 Quomodo Clerici teneantur pro animalibus damnificantibus, dixi in tit. de ſent. exc. n. 121. Ampliat. v. & infra n. 23.

20 An autem laici ſtatuere poſſint circa bona per Clericos acquirenda, dixi ibidem num. 120. & ſeqq.

21 *Priuilegia*, quæ Clericus nanciſcitur ex prima tonſura.

I. In ſortem Domini cooptatur, & ex laica, & profana fit perſona ſacra.

II. Fit capax Eccleſiaſtici beneficij, & iuriſdictionis.

III. In eum Princeps, vel Magiſtratus ſæcularis imperium nullum habet.

IV. Violentas in eum manus inijciens incurrit in excommunicationem.

V. Immunitatem conſequitur omniū bonorum ſuorum, etiam patrimonialium. *Ex Comitolo Diana 4. tr. 1. reſol. 20.*

22 Licet Clerici non teneantur legibus ciuilibus, & Statutis laicorum ex vi coactiua; tenentur tamen eiſdem, in quantum Sacris Canonibus, & Eccleſiaſticæ libertati non repugnant, ex vi directiua: vnde ſi ea non ſeruent, ab Epiſcopo, vel alio eorum ſuperiore puniri poſſunt.

Si tamen tales leges, vel ſtatuta facta eſſent ſpecialiter pro Clericis, nullo modo illos obligarent: quia leges laicorum, licet fauorabiles, non ligant Clericos. *c. Eccleſia*

S. Mariæ 10. *De conſtit. Bonac. tom.2. de legib. diſp.1. quæſt.1. pun.6. num.29.*

23 Clerici poſſunt querelare laicos in officio damni dati pro damnis receptis in ſuis poſſeſſionibus, modo iuramentũ præſtetur in tribunali Eccleſiaſtico, 1615. Città di Caſtello 14. Aprilis 39. 1653. Motula 24. Ianuarij 1.

Alicubi tamen requiritur licentia Epiſcopi, in caſibus permiſſis gratis concedenda, 1614. Nardò 19. Decembris 130.

24 In cauſa ſuper re indiuidua, ad quã in ſolidum tenebantur laicus, & Clericus (Puta ſi Clericus, & laicus ſint cohæredes, vel Socij,& à legatariis vel creditoribus cõueniantur) Si conueniatur laicus, poteſt ad Eccleſiaſticum declinare ratione adiuncti: quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. *Rota in vna Florentina domus 10. Iunij 1595. coram Seraphino. Diana in fine. Galluppus in praxi par.2 c.6. num.76.*

Non tamen deſunt, qui contrarium tenent. Vtriuſque partis aſſertores refert Bonac. tom.2. de legib.diſp.10.quæſt.2.pun.1. §.1. num.19.

In criminalibus vero, quando laicus, & Clericus ſimul delinquunt, vterque punitur à Iudice Eccleſiaſtico. *Ex Sac. Congr. Diana 3 tr. 1. reſol.1. & 4. tr. 1. reſol. 7.*

25 Faciẽda eſt remiſſio de Vaſſallis Clericorum, vbi Clerici criminalem etiam iuriſdictionem habent pro ſuorum Vaſſallorum delictis, etiam ſi delinquerent ſeu derobarent in ſtrata publica,etiam in Regno, non obſtante Regia pragmatica, quod taliter delinquentes poſſint à quocumque officiali puniri: prout deciſum in Concilio Neapolitano refert Galluppus in praxi par. 2. cap.6. num.51.

26 Clericus carceratus ab Epiſcopo propter enormia delicta, ſi ſolos habet ordines minores abſque vllo beneficio Eccleſiaſtico, non ſolet incedere in habitu, & tonſura, non eſt adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, nec manet in Seminario, vt requiritur ex decreto Sacri Concilij Tridentini ad gaudendum priuilegio fori Eccleſiaſtici, remitti debet ad Iudicem ſæcularem: cum non deceat ſub Clericatus clypeo ſubterfugi à delinquentibus, meritam vltionem, 1594. Sulmona 14. Decembris 324.

27 Clerici in minoribus non geſtantes habitum, & tonſuram, vel non inſeruientes Eccleſiæ iuxta præſcriptum Epiſcopi, etiam generaliter, & oretenus factum, perdit ſolummodo priuilegium fori, vt reſcripſit Sacra Congregatio ad Comitolum teſte Diana 1. tr.2. reſol.36.

Hoc tamen fallit, quando Clericus ter monitus à Prælatis ſuis, habitum Clericalem non defert: tunc enim amittit etiam priuilegium Canonis, & percuti poteſt abſque excommunicatione. *c. In audientia 25. & c. contingit. 45. De ſent. exc.*

Et perdit ipſo facto beneficium, *vt ſupra v. Beneficium, num. 16. §. 10.*

Item qui ſe militaribus ſeu ſæcularibus actionibus immiſcet, & ter monitus non abſtinet, etiamſi geſtet habitum, & tonſuram. *c. In audientia, & c. fin. De vita, & hon. Cleric.*

Quæ monitio facienda eſt cum interuallo aliquot dierum: nec ſufficeret vna pro tribus. *gloſ. ſing. in Clem. 1. eod. tit. Panorm. c. fin. eod. Lud. Rom. ſing.719. Nau. c.27. n.80.*

Quod ſi vltra hoc ſe immiſceat enormitatibus, perdit ſtatim priuilegium Clericale abſque alia monitione. *cap. Perpendimus 23. de ſent. excom.*

28 Clerici, & Monachi ſunt immunes ab omni tutela: immo Monachi nec volentes admittuntur, *vt dixi in tit. de excuſ. tutor. num.20.*

29 Clerici non tenentur denunciare ſua frumenta, vel blada Iudici laico, ſed Epiſcopo; qui notam dabit ſæcularibus Magiſtratibus: abſque eo tamen, quod grauentur Clerici. *Sacra Congr. Epiſcopo Ferrarien. 19. Iunij 1592.*

20 *Collecta, &c.* Cum Vniuerſitas Ciuitatis Polinianen. vt æs alienum ducatorum centum mille perſolueret, presbyteros ad ſoluendam omnium bonorum ſuorum, nõ tamen patrimonialium, bonatenentiam (dimidium ſcilicet collectarum laicis impoſitarum) cogere poſſe, per Sacram Congregationem ſibi facultatem impartiri ſupplicaſſet: Sacra eadem Congregatio petitionem hanc, vtpote Sacris Canonibus directo contrariam, reiecit die 25.Ian.1619. Epiſcopo Polinian. *Dixi latius in tit. de ſent. excomm. num.121.*

31 Petente vniuerſitate Lauretana Pennen. dioeceſis,Eccleſiaſticos ad ſolutionem onerum pro Phyſico,ludi Magiſtro,& Chirurgo impoſitorum,attento quod illorum opera vtuntur, obligatos eſſe declarari, Sacra Congregatio negatiuè reſpondit 2. Auguſti 1619. *v. Contributio 3.*

Idem decreuerat Sacra Epiſcoporũ Congregatio 5. Nouembris 1602. pro ſtudio vel Accademia publica. Epiſtolam Vicario Apoſtolico Parmen. directam refert Diana 5. Par. inter declarat. num.61.

32 Sacra Congregatio 21. Maij 1598. reſcripſit Epiſcopo Squillacenſi, non eſſe permittendum,vt pro Vniuerſitatum oneribus quicquam Eccleſiaſtici contribuant,

neque

neque ſub eleemoſynæ nomine.

33 Eadem 3. Auguſti 1592. reſcripſit Epiſcopo Catacen. quod Clericus, qui dimiſſo habitu, redijt ad ſæculum, ad ſoluendam pecuniam exemptionis, qua potitus eſt tempore clericatus, nequaquam cogi poſſe. *Synod. Caputaquen.*

34 Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, cõtrouerſijs iuriſdictionalibus Præpoſitorum, alias cenſuit, bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa gaudere exemptionibus à quibuſuis impoſitionibus, & oneribus, quæ non ſunt copulatiuè certa realia, & inuariabilia, iuxta deciſionem in Brunduſina Gabbellæ coram bon.mem.Penia, & concordan. nec non ab impoſitionibus Cameralibus, etiam comprehenſiuis Eccleſiaſticorum, quando Eccleſiaſtici libertatem ea non ſoluendi præſcripſerint, iuxta decretum anno 1600. tempore ſan. mem. Clem. VIII. editum. Dat. hac die 21. Aprilis 1640. I.B. Card. Pampilius. Locus † Sigilli. Franciſcus Paulutius S. C. Secretarius.

35 *Exam.* Epiſcopus permittere debet, vt presbyteri pro cauſis ciuilibus in foro ſæculari examinentur: dummodo ex eo aliquo modo criminalitas exoriri non poſſit, & iuramentum in Tribunali Epiſcopi præſtetur. *Sac. Congreg. Epiſcopo Tiphernati* 14.*Aprilis* 1616. *Et Epiſcopo Placentino* 19.*Iulij* 1619. *Synod. Caputaquen. Bellet. diſquiſ. Cleric. tit. De Clerico teſte.* §.2. *n.*5.

Formula talis licentiæ poterit eſſe, vt ſequitur.

Dilecto Nobis in Chriſto R. N. ſalutem in Domino ſempiternam. Vt teſtimonium in foro ſæculari in Tribunali N. per Acta N. Notarij, in cauſa vertente inter N. ex vna, & N. ex altera partes, ferre poſſis, & valeas; dummodo articuli criminalitatem, infamiam, negatiuas, aut repulſas non contineant, & in manibus perſonæ Eccleſiaſticæ iuramentum de veritate dicenda ſuſcipias, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. In quorum, &c.

36 *Gabella.* Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, Controuerſijs iuriſdictionalibus Præpoſitorum ſæpius cenſuit, perſonas Eccleſiaſticas vendentes minutatim vinum in proprijs domibus, recollectum in eorum vineis, non teneri ad ſolutionem gabellæ nuncupatæ *della foglietta*, ex tenore fel. rec. Sixti V. deſuper editæ: dummodo ibidem vt vulgo dicitur, *non faccino far bettole, ne diano da mangiare*, à quo omnino abſtinere debent ratione honeſtatis Clericalis: cognitionemque fraudum, quæ deſuper committuntur, ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum. *Martius Card. Ginnettus. Gratis etiam quo ad ſcripturã. Franciſcus Paulutius S. C. Secretarius.* v.Gabella 5.

37 *Clerici Coniugati*, qui exercent officia incompatibilia, poſſunt etiam à Iudice Eccleſiaſtico cogi ad ſoluẽda debita, 1646. Oppido 23. Nouembris 30.

38 *Cenſuræ.* Clericus notoriè concubinarius per antiquos Canones erat ſuſpenſus, donec poeniteret. *c.*15. *Si qui Presbyteri* 81. *diſt.*

Sed per c. fin. De cohab. Cler. & Mul. ſimpliciter ſuſpenditur ſecundum Tolet. lib.1. cap.48. n.1. & alios. quos refert Diana 5. tr. 10. reſol. 48.

Quorum ſententiam probans Sacra Cõcilij Congregatio declarauit teſte Garzia *De Benef. par.*7. *c.*14. *nu.* 11. *&* 35. tales Clericos etiam hodie à Diuinis eſſe ſuſpenſos: quicquid dicant nonnulli, putantes ſupradictos Canones eſſe, vel per conſuetudinẽ contrariam, vel per Concil. Trid. ſeſſ. 25. c.14. abrogatos. Bonac. tom. 1. de cenſuris diſp.3. pun.5. §.1. num.39.

Nam hoc gratis aſſeritur, quia Conciliũ non eſt contrarium Sacris Canonibus antiquis, eo quod Canones loquuntur de ſuſpenſione ab officio, quæ à Clerico notoriè concubinario incurritur ipſo iure. *ex c. fin. de Cohab. Cler. & Mulier.* Concilium vero de ſuſpenſione ab adminiſtratione beneficiorum, quæ eſt ferendæ ſententiæ contra Clericos concubinarios ſecundæ monitioni non parentes. Suſpenſio vero ab officio diuerſa eſt à ſuſpenſione à beneficio: & ſic à diuerſis non ſit illatio. † Quia vero Clericos beneficia vel penſiones non habẽtes iubet puniri carceris poena, ſuſpenſionis ab ordine, & inhabilitatis ad beneficia, contraria quoque opinio probabilis eſt; *

39 Clericus accuſatus, vel inquiſitus de ſimonia, vel alio graui crimine, debet à celebratione ſuſpendi. *c. Accuſatum cum ſeq. De ſimonia. Genuen. cap.*27.*num.*10. ſupra verbo Beneficium num.10.

40 An Clericus percutiens ſeipſum ſit excommunicatus, quidam aiunt, quidam negant, vtrique probabiliter. Aiunt Io. Andr. Panorm. Felin. & alij in c. Contingit 36. De ſent. excom.

Negant allegati per Dianam 3.tr.5. reſol. 81. & 5. tr.2. reſol. 84. Vide quæ dixi in Can. tit. de ſent. excom. num. 156.

Certum eſt tamen, Clericum, qui ſe percutit zelo deuotionis pugno, vel diſciplina, & qui ſibi barbam aut capillos vellit, aut alapis cædit, in morte carorum, in cenſuram non incurrere. *Nau. cap.*15. *num.*11.

COA-

COADIVTOR.

Cura. Epiſcopus. Fides. Miniſter. Parochus. Profeſſio. Et in Indice poſt Canon Inſtit.

1 E*X vi* Coadiutoriæ præcisè non tenetur ad Diuinum officium perſoluendum extra Chorum. *Bonac. de hor. Canonici, diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 5. *num.* 5. *Diana* 5. *tract.* 13. *reſol.* 75.

Secus de eo, cui reſignatum eſt Beneficium, translato in eum titulo, & poſſeſſione, licet conſenſerit fructus pro penſione reſeruari reſignanti, niſi ſeruitium, & adminiſtratio quoque Penſionario reſeruata ſit. *Nauar. cap.* 25. *num.* 104.

2 Quam Sedem in Choro Coadiutor habere debeat, *dixi in Can. l.* 1. *tit.* 33. *de maior. & obed. num.* 2.

3 Ad titulum Coadiutoriæ perpetuæ cum futura ſucceſſione poteſt quis promoueri, ſi tantum interim inde percipiat, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat. *Barboſ. alleg.* 19. *n.* 23. *Diana* 5. *tract.* 13. *reſol.* 75.

4 *Curato* infirmo, vel mente capto datur coadiutor, 1601. Spoleti 5. Febr. 23.

Non tamen ex eo ſolum, quod vna tantum aure ſurdus ſit, 1581. Faenza 7. Mar. 49

5 Cuilibet Parocho, præſertim ſeni permittendus coadiutor, 1601. Ceſena 19. Iunij 154. 7. Nouembris 229. 1603. Nullius: Mercatello 27. Maij 6. Nardò 4. Auguſti 90. Coſenza 23. Decembris 152.

Modo tamen ipſe quoque reſideat, 1601 Ceſena 5. Decembris 247. 1602. Arezzo 17. Septembris 100. Theano 12. Martij 24. 1603 Nardò 7. Octobris 126.

Nec Ordinarius in approbandis huiuſmodi coadiutoribus admodum difficilem ſe exhibeat, 1603. Nardò 16. Octobris 121. 1604. Tortona 31. Martij 39.

6 Similiter datur Coadiutor Parocho iuniori, cui propter diuerſos rationabiles reſpectus, Mulieres præcipuè, confiteri non confidunt, donec fiat moribus, & ætate grauior, 1599. Pozzuolo 28. Aprilis 32.

Vel quando propter lites aut alia eſt inuiſus Populo, ſaltem à Paſcha ad Pentecoſtem, 1577. Ciuità Ducale, 1. & 20. Mar. 68

† Monachus Vicarius non niſi amouibilis ad nutum ſuorum Superiorum conſtituitur. C. C. ex Breui 47. Pij V. *Ad exequendum*.

In Eccleſiis vnitis alicui Monaſterio, cum examen per concurſum minimè conſtituẽdum ſit, eos oportere Vicarios conſtitui, qui à Præfectis Monaſteriorum nominati ſint, & ab Ordinario approbati, non obſtante quod iiſdem fortaſſe in locis nonnulli magis idonei reperiri poſſint. l. 17. 66.*

CODICILLVS.

Diminutio. Heres. Teſtamentum.

C*Odicillos* quis nutu facere poteſt, non autem teſtamentum. Sed mutus, & ſurdus à natiuitate nec codicillos facere poteſt. *l. Nutu* 21. *ff. i. de legat.* 3.

COEMETERIVM.

1 M*Artyrum*, aliorumque primitiuæ Eccleſiæ Chriſtifideliũ ſepulcra, extra Vrbem pro maiori parte ſita (vigebat enim tunc lex Imperialis, qua Cadauera in Vrbe ſepeliri prohibebantur propter foetorem, exceptis eorum, qui triumphaſſent) diuerſis olim cenſebantur nominibus. Interdum *Areæ, Tumbæ, Catatumbæ, ſeu Catacumbæ, Cryptæ, Arenariæ*, vt plurimum *Cœmeteria*, ſcilicet Dormitoria, quod propter futuram reſurrectionem potius ibi quieſcere videantur dormientes, quam iacere ſepulti.

2 Olim multa erant Romæ Coemeteria.

Primum, & celeberrimum Calliſti in Via Appia.

II. Calepodij Via Aurelia.

III. Vaticani, in quo S. Petri, & aliorũ Summorum Pontificum corpora condita ſunt.

IV. Oſtrianum Via Salaria, in quo idẽ Sanctus Petrus dicitur baptizaſſe, cuius mẽtio fit in actis Liberij Papæ.

V. Ad Nymphas Via Nomentana in prædio Seueræ ſeptimo ab Vrbe lapide.

VI. Soteris haud longe à Coemeterio Calliſti.

VII. Iuxta quod ſitum erat Coemeterium Zephyrini.

VIII. Prætextati Via Appia.

IX. Pontiani.

X. Cyriaci Matronæ in Agro Verano.

XI. Lucinæ Via Aurelia.

XII. Aproniani Via Latina.

XIII. Felicis Papæ Via Aurelia, ſecundo ab Vrbe lapide.

XIV. Priſcillæ Via Salaria, tertio ab Vrbe lapide, iuxta Cryptam S. Creſcẽtionis.

XV. Timothæi Via Oſtienſi, vbi nunc eſt Baſilica S. Pauli.

XVI. Nouellæ Via Salaria.

XVII. S. Balbinæ inter Viam Appiam, & Ardeatinam, idemque nominatur Marci Papæ.

XVIII. Iulij Via Flaminia.

XIX. Aliud eiuſdem nominis Via Aurelia.

XX. Rurſus aliud quoque eiuſdem nominis Via Portuenſi.

XXI Damaſi inter Viam Ardeatinam, & Appiam.

Ana-

XXII. Anaſtaſij Papæ tempore Pacis in Exquilino factum.
XXIII. Hermetis) Via Ardeatina.
XXIV. Nicomedis)
XXV. S. Agnetis Via Nomentana.
XXVI. S. Felicitatis Via Salaria.
XXVII. Iordanorum.
XXVIII. Nerei.
XXIX. SS. Felicis, & Adaucti.
XXX. Tiburtij, & Valeriani.
XXXI. SS. Petri, & Marcellini Via Lauicana.
XXXII. Marci, & Marcelliani.)
XXXIII. Quarti, & Quincti.) Via Aurelia.
XXXIV. S. Agathæ.)
XXXV. Vrſi Pileati.
XXXVI. Cordianum.
XXXVII. Interduas lauros.
XXXVIII. Ad cliuum Cucumeris Via Salaria.
XXXIX. Thraſonis ad S. Saturninum.
XL. Cyriaci Via Oſtienſi.
XLI. Petronillæ.
XLII. Ianuarij.
XLIII. Simplicij, & Seruiliani.

3 Coemeteria non poſſunt prophanari abſque licentia Summi Pontificis; quia Concilium concedit ſolum profanationem Eccleſiarum; & in odioſis non eſt facienda extenſio, 1579. Como 2. Septembris 102.

Quæ licentia non conceditur propter cauſam profanam, 1581. Reggio 12. Decembris 12.

Neque ex eo, quod amplius ibi nemo ſepeliatur, 1590. Trahu 15. Iunij 155. verſ. E per conto, 1614. Alatri 5. Decembris 119.

† Nota tamen, quod Sacra C.C. *in vna Leirien.* 8. *Aug.* 1615. cenſuit, Coemeteriũ quoque *ex Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 7. profanari poſſe ab Epiſcopo. *

4 De excommunicatione ingredientiũ in coemeteria Vrbis ſine licentia dixi in tit. De ſent. excomm. num. 176. §. 4.

† Ad expurgationem Coemeterij teneri eum, penes quam reſidet cura Animarum, & emolumenta funeralium percipit in ſubſidium vero teneri Populum. C. C. Foſſanen. 19. Sept. 1637. ad 5.

Licentia conuertendi Agrum ſpectantẽ ad Moniales in vſum profanum non ſordidum, illumque colendi: modo antea oſſa & cineres ibi reperti ad earumdem Monialium Eccleſiã abſque vlli pompa transferantur, commiſſa Generali Camaldulenſium, abſente Cardinali de Valentibus Ordinario. Fauentina 14. Martij 1618. *

COGERE.

DIffert à conari: quia *cogere* importat effectum; *Conari* vero dicit actionem per ordinem ad effectum. *Bonac. tom.* 1. *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 6. *pun.* 2. *num.* 8.

COGITATIO v. Dæmon.

COGNATIO SPIRITVALIS.

Vide quæ dixi lib. 1. *Ciuilium. tit.* 10. *De nupt. num.* 37.

1 COgnationem hanc quidã dicunt per Procuratorem contrahi non poſſe. *Tolet. lib.* 7. *c.* 4. *num.* 6.

Quidam vero ſic, & virum eſſe poſſe Procuratorem Mulieris, & econuerſo, & ſic admitti poſſe duos viros, vel duas Mulieres, ſi alter teneat nomine proprio, alter procuratorio pro perſona diuerſi ſexus. *Bonac. de matrim. quæſt.* 3. *pun.* 5. §. 2. *num.* 34. *Em. Sà v. Imped. matrim. dirim. num.* 6. *verſ. cum quis.*

† Et hæc probata fuit à S. C. C. *

2 Cognatio ſpiritualis non contrahitur per eum vel eam, qui vel quæ defert ad baptiſmum, niſi etiam teneat infantem, dum baptizatur: & vſus contrarius declaratur abuſus per Sacram Epiſcoporũ Congregationem, 1593. S. Marco 13. Febr. 39. & S. C. C.

Per quod non nihil periclitari videtur opinio affirmatiua ſupra relata num. 1.

3 Baptizans vel ſuſcipiens filium Infidelis, non contrahit cognationem cum eo: quia cognatio vti relatio ſi non poteſt poni in altero extremorum, in neutro poni poterit. *Bonac. de matrim. quæſt.* 3. *pun.* 5. §. 2. *n.* 20

4 Cognatio non contrahitur ab eo, qui caret vſu rationis, neque per ſuſcipientem in baptiſmo priuato, ſed per baptizantem ſic; neque in Catechiſmo, neque ab eo, qui ſolum aſſiſtit, ſeu tangit ſolo digito, & non ſuſcipit, nec tenet; neque ab eo, qui facit hoc abſque intentione præſtandi munus patrini. *Bonac. n.* 7.

COLLATIO.

Beneficium.

PRopriè dicitur, quando beneficium eſt liberum, & in mera diſpoſitione Epiſcopi, ita vt de illo diſponere poſſit iure ſuo Ordinario abſque aliqua præſentatione.

Sed cum Beneficium eſt in Iurepatronatu alicuius, & confertur ad præſentationem Patroni; tunc propriè dicitur *Inſtitutio.*

Prouiſio vero dicitur, quando fit deuolutio, ſcilicet quando confert Superior propter negligentiam inferioris. *Not. in Rubr. de inſtit. in* 6.

COLLECTAE.

Iuſpatronatus. Oratio.

COLLECTOR.

Canonicus 20. Exemptio. Subcollector.

COLLEGIATA.

Canonicus. Exemptio. Miſſa. Prior.

1 A *Solo* Summo Pontifice poteſt erigi, 1583. Tropea 22. Iulij 170. Boiano 11. Octobris 282. 1602. Meſſina 4. Iunij 55. 1614. Aurien. 23. Maij 44.

Adeo vt erectio facta etiam cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici nulla ſit, antequam obtineatur, non obſtante appellatione, vel inhibitione Rotali, 1612. Nicotera 16. Martij 28. 2. Maij 45. 1654. Mondouì 27. Nouembris 220. 1655. Siracuſa 30. Aprilis 57.

Non ideo tamen prohiberi debet Clericis, ne ſimul conueniant, ad tractandum de rebus ſuis, præſertim ſi ſint Beneficiati, 1593. Valentia 18. Nouembris 266. Niſi id faciant cum detrimento Eccleſiaſtici regiminis, vt infra v. Nouitas n.7.

† Aliqui tenent erigi poſſe etiam ab Epiſcopo. *Arg. c. Quoniam 9. De vita, & hon. Cler. vide Barboſ. de can. c.2. n.8.* *

2 Collegiata nuper erecta ſubiecta eſt Ordinario, nec habet præcedentiam ſuper alias, 1601. Nola 29. Maij 146. Per la Collegiata di Somma.

3 Archipresbyter, & Canonici Collegiatæ, quæ non eſt Parochia, poſſunt benedicere Cineres, & Palmas, Populoque diſtribuere, ſimiliter Aquam, ignem, oua, fructus, & cetera omnia ſecundum Ritum Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Sed non poſſunt Sabbato Sancto, vel alio tempore aſpergere publicè domos aqua benedicta, vel aliquem alium actum iuriſdictionis Parochialis exercere. Similiter nõ poſſunt eodem Sabbato Sancto pulſare cãpanas ante Parochialem, neque aliquos in Paſchate communicare, niſi Presbyteros, & Clericos ſuæ Collegiatæ, 1578. Senegaglia 21. Iulij 12.

4 Capitulum Cathedralis exhibere non poteſt vllam moleſtiam Capitulo Collegiatæ, quod teneat Clericos ad cantandum in Choro, & extra, ſeruiendum Miſſis, & alijs Diuinis Officijs cum cotta, & veſtibus talaribus, eundum ad proceſſiones, ſepeliendum mortuos, & celebran. Diuina Officia in alijs Eccleſijs, vbi inuitantur, 1592. Barcellona 21. Aprilis 55.

5 Canonici Collegiatæ non tenentur inſeruire Epiſcopo extra eorum Eccleſiam, niſi in caſu neceſſitatis, vel contrariæ conſuetudinis, 1592. Veroli 20. Iulij 128. 1597. Andria 10. Martij 22. 1637. 20. Mar. 3. Oct.

6 Non tenentur interuenire proceſſioni Sanctiſſimi Sacramenti, quæ fit in Cathedrali qualibet tertia Dominica Menſis: quia illa priuata proceſſio eſt, cui non tenentur interuenire, niſi Clerici illius Eccleſiæ, in qua fit, 1592. Veroli 20. Iulij 128.

7 Canonici, & Clerici Collegiatæ reditus non tenuis tenentur ad reſidentiã, 1602. Albano 9. Ian. 2. Anagni 17. Decemb. 1502. 1603. 28. Iunij 16.

Et ad cantandam ſingulis diebus Miſſam Conuentualem, ſi Clerus ſit numeroſus, 1603. Cirenza 14. Ian. 7.

COLLEGIVM.

Grex. Ordo.

1 M*Aior* de Collegio dicitur, qui prior in Collegium cooptatus eſt, licet ſit iunior ætate, vt dixi in Can. lib.1. tit.33. De maiorit. & obed. n.1.

2 Eſt Collegium Eccleſiaſticum illud, quod habet Eccleſiam, Campanam, & confeſſarium: quare deputatio Gubernij facta per Senatum eſt turbatiua, 1615. Cremona 19. Decembris 166.

COLLOCVTORIVM.

Acceſſus. Clauſura. Porta.

1 N*Vllo modo* debet eſſe in ſecundo plano, 1612. Caſale 16. Martij 31.

Neque in Eccleſia, 1587. Perugia 17. Februarij 51.

Vtendo pro colloquio cratibus, vel Rota ipſius, & multo minus feneſtella Communionis, 1651. Iſtria 22. Septembris 45. Gubbio 73. Cum mandato carcerandi illos, qui ibi deprehenderentur in flagranti, 1653. Ceſena 7. Februarij 14.

Et quando ex eo, quod non poſſit alibi fieri, tolerantur in Eccleſia, non debet illuc accedi tempore Diuinorum Officiorum, 1595. Catanzaro 15. Febr. 436.

2 Domus, vbi ſunt collocutoria communia, ſint in loco claro, & ſine porta, vel alio obſtaculo, 1617. Forlì 24. Ian. 22.

3 Portæ collocutorij claudi nõ poſſunt à parte interiori: & in eis fiat feneſtella, quæ teneatur ſemper aperta: niſi porta reſpondeat in viam publicam, nec claudi poſſit à parte interiori; quia tunc nõ eſt opus feneſtella, 1617. Bologna 30. Iunij 168.

4 In collocutorio debẽt eſſe crates ferreæ duplices, & inuicem diſtantes, quantũ patitur latitudo parietis, 1619. Ruuo 26. Aprilis 139.

Et apud laminas ferreas interiores debet apponi velum ita accommodatum, vt contrahi vel amoueri poſſit pro viſitationibus Parentum, Fratrum, Sororum, vel aliorum ſtrictorum conſanguineorum monialis: cuius claues teneat Abbatiſſa, 1582. Iſernia 27. Martij 48.

5 Collocutorium non debet habere portam, quæ reſpondeat in clauſuram, 1646. 18. Maij 5.

Nec in ea quis comedere vel dormire, 1612. Vicenza 9. Martij 26.

Pueri

6 Pueri minores 14. annis prohiberi non debent, ne accedant ad collocutoria, vel ad Rotas, 1582. Iſernia 27. Martij 48.

7 Moniales ire non debent ad collocutorium in Aduentu, Quadrageſima, & feſtis de præcepto, 1595. Catanzaro 15. Februarij 436.

COLLVSIO. *Beneficium* 32.

EST inter Actorem, & Reum latens ac fraudolenta conuentio, quæ dicitur etiam Colludium. *gloſ.*1. *c.*3. *De colluſ.deteg.*

Vel eſt reciproca conuentio inter duos, importans mutuam condonationem ſeu remiſſionem mulctæ. *Bonac. tom.* 1. *de bor. Can. diſp.*1. *quæſt.*5. *pun.*4. *num.*12.

COMMENDATARIVS.

Abbas. Acceſſus.

1 DEbet aſſignare congruam portionē ijs, qui inſeruiunt Eccleſiæ: alioquin datur licentia Vniuerſitati inducendi ſufficientes Miniſtros expenſis ipſius Commendatarij, 1601. Nullius ſaſanella, 2. Aprilis 118.

Et cuicumque Regulari Religionis extinctæ ſoluere penſionem aſſignatam, liberam ab omni onere, 1579. Nouara 15. Iulij 92. *v. Suppreſſio.*

† Si cura Animarum Sacramentalis ſeu Monachorum ſeu Perſonarum ſæcularium incumbat Perſonis commendatariorum, tenentur reſidere ex decreto Concilij *ſeſſ.*6. *c.*2. Si vero talis cura ſoli cōuentui incumbit, non tenentur reſidere, *lib.*11. 3.*Aſten.* *

2 Non ſe ingerat in diſciplina Regulari, 1647. 2. Aug. 2. Ciſterc. di Polonia. Puta Superiores deponere, Officiales mutare, Monachos corripere & ſimilibus, quæ interdicuntur in conſtitutionibus Apoſtolicis, præſertim S. m. Pij V. 1653. Ciſterc. di Polonia 16. Maij 103. vt in ſeq. decr.

Sacra, &c. inhærendo priuilegijs Summorum Pontificum Pij II. Sixti IV. Innocentij VIII. Pij IV. Pij V. & Gregorij XIII. Ordini Ciſtercienſium conceſſis, ac decreto Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25. c. 20. nec non reſolutionibus alias deſuper factis, habito etiam verbo cum Sanctiſſimo D. N. declarat, decernit, ac ſtatuit, non licere Commendatariis, Priores, ſubpriores, aut officiales clauſtrales, inſtituere vel deſtituere, viſitare Monachos, eoſdemque corrigere, multo minus ad profeſſionem admittere, nec facultates eiſdem in litteris Apoſtolicis conceſſas tollere vel limitare, nec etiam quemquam propter delictum eijcere. Sed quotieſcumque Monachi quid admiſerint, quod animaduerſione dignum ſit, id quam primum Priori Clauſtrali, vel Commiſſario ſignificent, qui correctionem iuxta Ordinis ſtatuta faciat. Ac demum Prior, & Superior in eiſdem commendatis, aut commendandis Monaſterijs, Officiales ſpirituales, & temporales dicti Ordinis profeſſos, & non officiales ſæculares per Commendatarios, etiamſi S.R.E.Cardinales ſint, inſtituantur. Ideoque iniungendum, prout, &c. Nuncijs Apoſtolicis, ſiue etiam locorum Ordinarijs, vel dicti Ordinis Conſeruatoribus, vt quotieſcumque requiſiti fuerint, ab huiuſmodi vexationibus, & manifeſtis violentijs, commodatarios per Cenſuras, & alia Iuris remedia, implorato etiā, ſi opus fuerit, Brachij ſæcularis auxilio, cohibeant, & compeſcant, 1654. Ciſterc. 24. Iulij 37. 4. Septembris 110.

Si tamen commendatarij ſint Cardinales, recurrendum erit ad Papam; quia non ſit eorum mentio in diſpoſitione decreti, ſed tantum in narratiua priuilegij iuxta ſupradicta v. Cardinalis n.9.

† Commenda Parochialium poſt Concilium locum non habet: quia debent deputari Vicarij ſiue Oeconomi ad præſcripta c.18. ſeſſ.24. *C.C. in vna Valentina.*

Vnde Epiſcopus non poteſt commendare ad ſex menſes Parochialem Digniori approbato in concurſu de Parochiali vacata in menſe Apoſtolico, donec expediantur bullæ. *Eadem Caurien. ad* 6. *

COMMISSARIVS.

Delegatus. Informatio. Obligatio. Paſcha. Reus. Taxa.

COMMISSORIA LEX.

Verbo Lex.

COMMODATVM.

Culpa. Feſtum. Precarium.

1 EST *alicuius* rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuito facta conceſſio, abſque vllius translatione dominij.

Differt à Precario: quia Precarium conceditur ſine præfinitione certi vſus; vnde ad libitum concedentis reuocari poteſt; commodatum vero econtra; vnde reuocari non poteſt ante finitum vſum, niſi rationabilis cauſa ſuperueniat. *gloſ. cap.* 1. *de commod.*

Item quia commodato accipiens tenetur etiam de leuiſſima culpa: ſed Precario tantum de lata, & dolo; quia cum Precarium deſcendat à liberalitate Domini concedentis, liberalis intentio ad aliud obligare velle non præſumitur. *l. Quæſitum* 8. *verſ. Illud, ff. n. de Precar.*

Et quia Dominus non poteſt ad libitum reuocare commodatum ſicut precarium; ideo maior diligentia exigitur à commodatario.

2 Commodatarius poteſt retinere rem commodatam, quouſque ſibi reficiantur

 expen-

expenſæ magnæ in ea factæ, non autem pro alio debito. *Oinot. de action. §. Sequens autem diuiſio num.29.*

† COMMVNIO. *Paſcha. Schiſma.* *

COMMVNITAS.

Ciuitas. Lis. Prædicator.

1 STatus *Eccleſiaſtici* diſponere non poteſt de ſuis bonis ſine ſpeciali licentia Papæ vel S. C. de bono regimine, 1621. Rimini 9. Ian. 4. Fermo 2. Aprilis 112.

2 Communitates non poſſunt facere conſilium in Conuentibus Regularium, 1602. Triuento 1. Octobris 105.

3 Nec Ordinationes aliquas in præiudicium Regularium, puta quod non vocentur ad proceſſiones, non admittantur ſupplicationes ad eorum fauorem, nō dentur eis eleemoſynæ conſuetæ, &c. 1613. Oſſeruanti 30. Iulij 8. &c. 1645. 7. April. 1.

4 Satisfieri debet Cōmunitatibus pauperibus deſiderantibus habere ſemper Prædicatores Cappuccinos, vel Reformatos, 1631. 17. Ianuarij.

COMPENSATIO.

Decimæ. Depoſitum. Doctor. Priuilegium.

COMPOSITIO. *Decimæ.*

1 NOn *debet* admitti, niſi cum magna circumſpectione, 1650. Monteſiaſcone 12. Auguſti 7.

Quod proceſſus ſit finitus, defenſiones Reo datæ, nec cauſa ſit valde grauis, 1652. Lucca 10. Maij 3.

COMPROMISSVM.

Arbitrium.

1 COmpromiſſarijs ſeptem conſtitutis, ſi tres ipſorum eligāt quartum, qui cōnſentiat electioni, confirmabitur electio; quamuis altera pars extraneum dignum elegerit. *c. Cum in iure 33. De elect.*

2 Compromittens in aliquem, eius arbitrio ſtare non cogitur, ſi illud non eſt iuris rectitudine regulatum. *Ant. de Butr. in annot. margin. ad gloſ. c.3. De Corp. vitiat.*

3 Compromiſſum neceſſario factum vigore ſtatuti ſuſpendit iuriſdictionem Iudici ordinarij: ſecus de compromiſſo voluntario facto ſecundum ius commune. *Rota apud Galleſ. deciſ.146. num. 11.*

CONCEPTIO B. MARIAE.

Peccatum.

1 AB *omnibus* celebrari debet ſub *Conceptionis*, non vero ſub *Sanctificationis* nomine: & aſſerens coram alijs ſiue publicè, ſiue priuatim, eam in Originali conceptam, incurrit in excommunicationem Papæ reſeruatam, licet affirmatiua ipſa opinio non ſit adhuc reprobata. Greg. XV. conſt. 29. *Sanctiſſimus*, quam retuli in Collect. ad Iob. 3. 9. num. 10. & ſeqq.

2 S. Dominicus, Prædicatorum Ordinis Inſtitutor, referens ea verba in tract. de corpore Chriſti, quæ Sanctus etiā Andreas Apoſtolus dixiſſe legitur, in opinionem negatiuam, cui nunc vniuerſalis Eccleſia fauet inclinare videtur: ait enim. *Sicut primus Adam fuit ex terra Virgine, & nondum maledicta formatus: ita decuit in ſecundo Adam ſcilicet Chriſto, cuius Terra, nempe Mater Virgo, nunquam fuit maledicta.* Refert Iodocus Coccius tom.1. theſauri lib.3. art.1.

3 Vbi refert etiam S. Thomam 1. ſent. diſt.44. art.3. ad 3. dixiſſe. *Puritas intenditur per receſſum à contrario: & ideo poteſt aliquid reperiri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nulla contagione peccati inquinatum ſit. Et talis fuit puritas B. Mariæ Virginis, quæ à peccato actuali, & Originali immunis fuit.* Hoc tamen ego apud S. Thomam inuenire non potui.

4 Mahometus, qui fuit anno Domini 630. ita ſcriptum reliquit in ſuo Alcorano azoara quinta de *B. Virgine Maria. D. Maria omnibus viris, & mulieribus ſplendidior, mundior atque lotior, ſoli Deo perſeueranter ſtudens.* Idem azoar.76. *Nullus naſcitur de filijs Adam, quem non tangat ſatan, præter Mariam, & eius Filium. Multi viri perfecti fuerunt: nulla vmquam perfecta ex Mulieribus, niſi Maria Mater Iſa.* Refert idem lib.3. art.5.

CONCILIVM.

Papa. Priuilegium.

ANte *Concilium* Prouinciale confici debet inuentarium omnium bonorum Eccleſiarum, & locorum piorum, 1597. Beneuento 19. Maij 40.

† 2 Sacra C. C. cenſuit, facultatem celebrandi Cōcilij Prouincialis Sede Archiepiſcopali vacante, pertinere ad antiquiorē Prouinciæ Epiſcopum: ſicuti ad eum pertinet, dum Metropolitanus viuit, ſed eſt abſens vel impeditus. *Tarracon.* 13. *May* 1604

3 Metropolitanus non poteſt Epiſcopis inuitis, dare votum deciſiuum in Concilio Prouinciali Abbati etiam habenti vſum Mitræ & Baculi, 15. Aug. 1597.

4 Sacra Congregatio cenſuit, in Concilijs Prouincialibus Commendatarios Monaſteriorum ſiue Abbatiarum inter Abbates eſſe recipiendos, quando capitulariter procedunt. Extra hunc caſum Abbates titulares, vel habentes vſum Mitræ, debere præcedere Commendatarios. Poſt hoc, locum tenere Dignitates: & poſt Dignitates collocandi ſunt Procuratores Eccleſiarum Cathedralium. Nec teneri venire ad Concilium Prouinciale exemptos & Abbates, niſi ii, qui de iure vel cōſuetudine intereſſe debent. Capitula tamen Eccleſiarum Cathe-

Cathedralium eſſe ſpecialiter inuitanda: Laicos vero inuitatos poſſe intereſſe, in eo quæ votū conſultiuū habere poſſunt. Et ad obſeruationē Concilij Prouincialis omnes eſſe obligatos, qui Epiſcoporum iuriſdictioni ſubduntur. Exemptos etiam in caſibus, quibus à Iure communi, & Concilij Tridentini decretis ſpecialiter Epiſcopis aut Concilio Prouinciali in ipſos poteſtas tributa eſt: & contra inobedientes Iuris remedijs eſſe procedendum. Abbates autem, Commendatarios, & Capitulorum deputatos vocem dumtaxat conſultiuum habere in Concilio Prouinciali. Epiſcoporum vero Procuratores poſſe habere etiam deciſiuam, ſi Concilio Prouinciali placuerit. *Refert Fagnan. c. Etſi membra. De his, quæ fiunt à Prælato, num.47. ſeqq.*

5 *Procuratores* mittendi ad Concilium Prouinciale, cum Epiſcopus & Vicarius sūt legitimè impediti, debent eſſe Doctores habiles & diſcreti. *Tarraconen.* 4. *Decemb.*1638

6 Gubernator & alij laici non poſſunt intereſſe Concilio Prouinciali, niſi fuerint inuitati ab ipſo Concilio: nec inuitari debent, quandiu ſunt excommunicati. *Turritana* 22. *Aprilis* 1599.

7 Concilium Prouinciale non cognoſcit de cauſis ciuilibus Archiepiſcopi. *lib.*82. *ad* 28. *ad* 16.

Multo minus de criminalibus, ſed debet ſumere tantum informationem extraiudicialem. *ad* 17. *Ex c. Grauamtinis* 25. *de præben.*

Neque contra Vicarium Generalem Archiepiſcopi ad 18.

8 Concilium Prouinciale ſtatuere non poteſt in Regulares exemptos. *lib.*18. *Salernitana* 109. *ad* 3.

9 Tridentini Concilii publicatio facta Romæ ligat Leodienſes, vbi nec hodie Cōcilium eſt publicatum, *lib.*78. *n.*152. *V. Vic.*

10 Sanctiſſimus declarauit ſuæ mentis eſſe, vt Congregatio Concilii, cum leuis fuerit, per ſeipſam interpretetur: cum vero fuerit grauis, referat ad Sanctitatem Suā. 29. *Maij* 1591. *ad* 6.

Fuit dubitatum à Sacra Congreg. Concilii; an ex quo Pius IV. in erectione dictæ Congregationis videtur tantum deputaſſe eam ad executionem decretorum Concilii, non autem ad interpretationem, & amplius ibi mandauit, vt ſi aliqua dubietas cōtingeret, ad Sanctitatem Suam referret: & in Bulla confirmationis *Benedictus Deus*, facultatem interpretandi ſibi ſoli reſeruauit. An inquam Congregatio inciderit in cenſuram dictæ Bullæ decidendo multos caſus propoſitos ad interpretationem Concilij pertinentes abſque eo quod vllam ſono fecerit relationem. Et cum Congregatio hac de re conſuluiſſet Pium V.

Sanctitas Sua dixit, ſe non credere, Congregationem incidiſſe in huiuſmodi cenſuras; quoniam opinabatur ea prohibitione illos tantum comprehendi, qui proprio auſu interpretari præſumpſiſſent: vt indicant illa verba, *audeant interpretari*. Tamen pro futuro dixit, ſe tribuere facultatem Congregationi, vt abſque alia delegatione poſſet decidere caſus, quos Congregatio tamquam claros putaret decidendos: quos vero tamquam dubios putaret referendos, Sanctitati ſuæ referret, prout poſtea fecit. *Refert Fagnan. c. Cum veniſſent, de iudic. n.*30.

11 Propoſito articulo de ordine S.D.N. à S. C. de p. f. remiſſo, an translationis Sacri Concilij Tridentini in alias linguas ſint permiſſæ, an comprehendatur potius in conſt. fel. rec. Pij IV. prohibente illius interpretationes & gloſſas.

Die 2. Iunij 1629. Sacra, &c. cenſuit, tranſlationes eiuſdem ſacri Concilij Tridentini de lingua latina in Gallicam vel alias linguas eſſe prohibitas: ideoque ſignificandū Sacræ Congregationi Indicis, vt omnino prohibeat translationes huiuſmodi factas, quæ abſque auctoritate huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ impreſſæ ſint. Acta ad 293. num. 17.

Et S. C. Indicis illas prohibuit 15. Nou. eiuſdem anni 1629. impreſſo decreto.

12 Licet Concilio Oecumenico nunquam cenſeatur derogatum, niſi derogationis expreſſa mentio fiat. *c. Ex parte. De Cappell. Monachor. Othob. deciſ.*185. *n.*15.

Sacra tamen C. C. cenſuit, non eſſe neceſſe derogare Cōcilio Tridentino: ſed ſufficere, quod fuerit conceſſum contrarium eius, quod eodem Concilio ſtatuitur. lib. 63. 106.

Id quod etiam S. m. Pius V. ſtatuit ſiue declarauit 23. Decembris 1570. prout refert Garzias de Benef. p. 4. c. 5. n. 33. *Motu proprio, &c. Cum plerumque contingat dubitari in cauſis Rotæ Auditorio noſtro, & alibi pendentibus, ſuper prouiſionibus & Commendis, vnionibus & alijs diſpoſitionibus, ac alijs gratijs Apoſtolicis, quæ contraueniunt decretis Concilij Tridentini, ſit opus ſpeciali derogatione eiuſdem Concilij. Nos quæcumque dubia deſuper mota & mouenda ſubmouere volentes, ac quorumcunque decretorum Concilij huiuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione declaramus, neque ſpeciali, neque generali derogatione eiuſdem Concilij opus fuiſſe & eſſe in quibuſuis collationibus, prouiſionibus, commendis, vnionibus & alijs di-*

ſpoſitionibus de quibuſuis beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura, ſæcularibus & quorumuis Ordinum Regularibus, etiam Monaſterijs Conuentualibus & Conſiſtorialibus, ac curam Animarum habentibus, quæ quomodolibet vacarunt & vacabunt, ac etiam gratiam & iuſtitiam concernentibus, & alijs gratijs & conceſſionibus Apoſtolicis per nos & fel. rec. Pium Papam IV. Prædeceſſorem, necnon quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, noſtra tamen & Prædeceſſoris ac ſucceſſorum prædictorum propria ſignatos, ac Sedem Apoſtolicam, quibuſuis Perſonis, Collegijs, & alijs locis, ac alias quomodolibet factis & faciendis, ac conceſſis & concedendis. Et ita per quoſcunque Iudices, &c. & Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ac S. R. E. Cardinales, in quibuſuis cauſis etiam per appellationem pendentibus, iudicari ac diffiniri debere. Sublata, &c. Irritum quoque & inane. Volentes præſentis noſtri motus proprij ſchedulam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius libro, quinterno nuncupato, deſcribi. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, &c. cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Placet motu proprio. M. *

CONCVBINA.

Clericus. Degradatio. Epiſcopus. Familia. Lis. Iuramentum.

1 IVdex Eccleſiaſticus poteſt procedere contra concubinarios, etiam nullis præcedentibus monitionibus, quando non procedit ad cenſuras. alias trinam monitionem præmittere debet: *Vt ex Sacra Congr. refert Diana 5. tr.1; reſol.10. Vintimillien. Mediolanen. 4. Martij* 1588.

Et quidem diſtinctè, adeo vt non ſufficiat vna pro trina, 1581. Palermo 23. Maij 76. *Trid. ſeſſ.24. de Matrim. c.8.*

2 Concubinarius in peccato impoenitens mortuus non eſt in loco ſacro ſepeliendus, *Nau. c.25. n.80.* 1628. Roſſano 14. Januarij 19.

Similiter dicendum de eo, qui talis à Populo putatur, licet reuera non ſit: nam dum viuit, abſolui non poteſt, niſi prius ſcandalum tollat. *Rituale de pænitentia. Verſ. Videat autem. Bonac. de matrim. quæſt.4. pun.14. Diana 5. tr.14. reſol.107.*

CONCVRSVS. Beneficium. Exemptio. Parochus. Regularis 23.

Epiſcopus non poteſt ſolus facere concurſum, quando habet Vicarium generalem ſibi Roma miſſum; ſed aſſiſtere debet etiam Vicarius, qui procurabit, vt omnia canonicè fiant, 1655. Narni 2. Octob. 259.

Sed ſi Vicarius ſit Apoſtolicus, ad ipſum ſolum, non ad Epiſcopum pertinet facere concurſum, ſicut & Synodum, & declarare magis idoneum, quia Epiſcopus non habet niſi adminiſtrationem ordinis, 1628. Lecce 9. Iunij 63. † Licet Epiſcopo reſeruata eſſet collatio Beneficiorum, & Parochialis vacaret in menſe Epiſcopi. * 1653. Biſignano 16. Maij 74.

† Si vero Vicarius Roma miſſus non habeat titulum Vicarij Apoſtolici, ſed Vicarij Generalis Epiſcopi, debet aſſiſtere cõcurſu & Synodo ſimul cum Epiſcopo, & procurare vt omnia canonicè fiant, 1655. Narn. 1. Octobris 259.

Sacra C. C. in vna Fauentina cenſuit, Epiſcopum ſimul & Vicarium poſſe examini interuenire, (licet hoc non ſit neceſſarium, quia eorum alterum interuenire ſufficit) & qui examinatur, ab vtroque interrogari poſſe. Et Epiſcopor. 1599. Ceſena 22. Decembris 151. & 1603. 19. Aug. 92. Neuter tamen habet votum, niſi vota examinatorum fuerint paria. Ianuen. 14. Aug. 1632. ad 2. & 3.

Si approbatus renuat vel nequeat acceptare, nouus concurſus indicendus. C. C. Ripana 20. Octobris 1580.

Edicta proponere ad Concurſum ſpectat ad ſolum Epiſcopum, non obſtante quod Decanus ſe prætendit habere poſſeſſionem immemorabilem apponendi huiuſmodi Edicta ſimul cum Epiſcopo cumulatiuè, 17. Nouembris 1580.

Ex Bulla Pij V. non datur appellatio neque ad effectum deuolutiuum, à reprobatione Examinatorum, ſed à mala Ordinarij electione. C. C. in vna Mutinen. ſupradicta conſt. retuli in Can. lib.3. t. 5. de præb. n.19. quæ eſt 33. in ordine, & incipit: *In conferendis.*

Vnde Epiſcopus inſtituens Concurſum ad formam Concilij, non poteſt vt ſuſpectus recuſari; ſed qui ſe exiſtimauerint grauatos, appellare poterunt quo ad effectum deuolutiuum. C. C. 28. Septembris 1589.

Eadem in vna Montis Regalis 2. Auguſti 1607. cenſuit, poſtpoſitum poſſe prouocare prælectum ad nouum examen coram Iudice appellationis, etiam antequam per alia documenta doceat de irrationabili iudicio Epiſcopi: *Quod eſt aduerſus nonnullas Rotæ deciſiones*. latè Fagnan. c. Eam te. De ætate, & qualitate n. 31.

Congregatio tamen Concilij non ſolet concedere ſeu indicere nouum concurſũ, niſi dato aliquo fumo de irrationabili Epiſcopi indicio 21. Febr. 1612. in vna Feretrana & in alia Piſtorica, vt latè proſequitur idem num. 39.

Si in concurſu compareat vnus ſolus, ille debet examinari, niſi alij conſcripti fuerint legitimè impediti; quia tunc Epiſcopus deberet prorogare tempus; ſicut & ex

alia

alia iuſta cauſa. Item poteſt præſcribere tempus breuius vel longius decem diebus. *Vintimillien.*

Debent tamen prorogationes publicari: alioquin concurſus eſſet nullus. C. C. 6. Iulij 1606.

Ad concurſum admitti poteſt poſſidens aliud beneficium curatum, ſed non ſine concurſu, licet beneficium, quod poſſidet, obtinuerit ille per concurſum. Et poſtquã vacauerit primum beneficium per adeptam pacificam poſſeſſionem alterius curati, poterit Epiſcopus iterum edicta ponere pro concurſu, 1592. Città di Caſtello 26. Aprilis 156. & C. D.

Immo ſi Curatus, vel Canonicus, vel alius habens ius concurrendi, non admittatur, concurſus non eſt legitimus. Ead.

Idem ſi non vocetur & admittantur etiã exteri, ſed ſolum dioeceſani. Ead.

Niſi in illis locis, vbi habetur priuilegiũ, ne beneficia conferantur exteris, vt Valentiæ & Panorm. 15. Maij 1591.

Item ſi aliquis ex deſcriptis comparuit in tempore, ſed non fuit examinatus, concurſus eſt nullus. Tarraconen. 12. Maij 1635.

Item carens oculo dextro, ſi ex diſpenſatione celebrat, admittendus eſt ad concurſum. 16. Martij 1619. *

Cætera vide in explicatione Canonica lib. 3. tit. 5. De præben. num. 17.

CONCVSSIO. *Extorſio.*

CONDITIO. *Legatum. Matrimonium.*

1 *Conditionem* important Ablatiui, abſoluti. *l. A Teſtatore* 109. *ff. i. de condit. & demonſtr. Oinot. de action.* §. *Rurſus, num.* 17.

2 Item Gerundium appoſitum Verbo futuri temporis, *l. Si tum ex parte. Vbi gloſ. verb. Adeundo, ff. i. de acquir. hæred.*

3 Item Gerundium adiectũ Verbo præſentis temporis, ſed effectus Gerundij non eſt de præſenti: puta ſi Teſtator dicat: *Laſcio mia moglie vſufruttuaria, reſtando però Vedoua, e ſeruando l'habito vedouile.* Rota apud Ludouiſ. deciſ. 187.

4 Si dubitetur, an diſpoſitio celebrata fuerit ſub conditione, vel ſub modo, præſumitur potius conditio, quàm modus. *dicta l. A Teſtatore. Bonac. tom. 2. de contr. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 4. n. 1, verſ. Addo.*

CONFESSARIVS.

Abbas. Abſolutio. Canonicus. Cappellanus. Cappuccini. Cardinalis. 13. *Caſus. Clauſura. Confeſſio. Coniux. Conſeruatorium. Denunciatio. Epiſcopus. Gubernium. Hæreſis. Infirmus. Iubilæum. Monialis. Neceſſitas. Parochus. Pœnitentia. Regularis. Rota.*

1 *Approbatio* Confeſſariorum pro locis exemptis pertinet ad Epiſcopum, non autem ad Prælatum loci, vt latius *dixi in Can. lib. 5. tit. 38. De Pœnit. & remiſſ. n.* 10.

2 Epiſcopus ad audiendas Confeſſiones approbare non poteſt Sacerdotem, quem ipſe ſcit, vel iudicat non eſſe idoneum; alias approbatio erit nulla: quia Conciliũ non ſolum requirit, vt approbetur, ſed etiã vt idoneus iudicetur. *Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *pun.* 4. §. 1. *num.* 29.

Et hoc præcipuè locum habet, cum Epiſcopus declarat, ſe dare licentiam propter importunitatem vel alium reſpectum, licet eum non cenſeat idoneum: alias contrariũ non erit improbabile, cum Eccleſia non iudicet de occultis; præſertim quia confeſſiones validæ erunt propter errorem cõmunem & titulum coloratum, *de quo, infra num.* 5.

3 An per Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. c. 15. vbi ſtatuit, Sacerdotes, etiam Regulares, non poſſe Confeſſiones ſæculariũ, etiam Sacerdotum, audire, niſi ſint ab Epiſcopo approbati, Priuilegijs, & conſuetudinibus quibuſcumque, etiam immemorabilibus, non obſtantibus, cenſeatur reuocatũ priuilegium conceſſum Religioſis in *Clem. Dudum, De ſepult.* quod confeſſarij Regulares, ab eorum ſuperiore præſentati coram Epiſcopo, ſi eos Epiſcopus abſque iuſta cauſa recuſet admittere, cenſeantur nihilominus approbati: tam affirmatiua, quam negatiua probabilis, ſed negatiua multo probabilior, pro vt latius dixi in Can. lib. 5. tit 38. De poenit. & remiſſ. num. 11.

† Superior vnius Religionis extra Eccleſias ſui Ordinis non poteſt approbare Regulares alterius Religionis pro audiendis confeſſionibus ſuorum ſubditorum. C. C. 3. Iulij 1632.

Eadem 7. Iulij 1607. cenſuit, Sacerdotes Regulares abſque Epiſcopi approbatione poſſe audire confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia Regularium, & eorum cõtinui commenſales, quique non tenentur reddere rationem Parocho proprio, quod præcepto Eccleſiæ ſatisfecerint, ſed tamen ſuperiori Regularium.

Non item eorum, qui deſeruiunt in ſuis Monaſterijs. 13. Auguſti 1586.

Multo minus eorum, qui ſeruiunt, vel etiam degunt in prædijs, opificinis, vel alijs domibus extra clauſtra exiſtentibus, licet ſpectent ad Regulares. Innoc. X. *Cum ſicut accipimus.* 14. Maij 1648. §. 17.

S. D. Cyprianus eſt certus datam ſibi fuiſſe facultatem audiendi confeſſiones, tutus eſt in foro conſcientiæ, quamuis Epiſcopus dicat,

dicat, ſe non meminiſſe. Si vero dubius eſt de facultate ſibi conceſſa, curare debet, vt ij, quibus impertitus eſt abſolutionem, iterent ſuas confeſſiones: & in futurum abſtineat ab audiendis confeſſionibus abſque noua Epiſcopi licentia, 1610. Oliuetani 25. Iunij. *

4 Sacerdos, qui abiurauit hæreſim propter vehementem ſuſpicionem, licet propriè non fiat irregularis; non tamen admitti poteſt ad audiendas confeſſiones: ſecus ſi tantum abiuraſſet de leui. *ex Sac.Congreg. S. Officij, Diana 3. tr. 8. reſol.64.*]

5 Qui communi errore putatur eſſe Parochus vel Confeſſarius, validè abſoluit; quia communis error dat iuriſdictionem, licet non adſit titulus coloratus, niſi ſit impedimentũ iuris naturalis vel Diuini. Opinio probabilis. *Diana 3. tr.4. reſol.122.*

6 Confeſſarij Regularium reſtringi non debent ad duo pro qualibet Eccleſia, 1646. 2. Martij 6. 13. Iulij 21.

7 *Examen*. Confeſſarij, ſiue ſæculares, ſiue Regulares, ſemel ab Epiſcopo, prævio examine, ſimpliciter approbati, eiuſdem Epiſcopi regimine durante, amplius examinari non poſſunt, vt latius dixi tit. de pœnit. & remiſſ. num.9.

† Epiſcopus autem volens examinare iterum Confeſſarium Regularem ex noua cauſa, debet id Superioribus Regularibus ſignificare, non quidem cum indiuidua expreſſione cauſæ, ſed tantum exprimendum, ſe velle ob nouam, quæ ſuperuenit, cauſam, ad huiuſmodi examen procedere. 2. Septembris 1603.

Eadem Sacra C. C. circa annum 1580. declarauit, poſſe Epiſcopum ex legitima & rationabili cauſa ſuperueniente, etiam extraiudicialiter tantum, ſibi nota, licentias confeſſiones audiendi à ſe vel ſuis Prædeceſſoribus, ipſis Regularibus conceſſas, reuocare, *lib.54. num.311.* *

8 *Iuriſdictio, & Subditi.* Confeſſarius poſt expiratam approbationem per temporis lapſum, poteſt nihilominus proſequi confeſſionem cœptam ante lapſum temporis, immo & abſoluere à peccatis mortalibus oblitis in confeſſione facta ante lapſum temporis, ſi Pœnitens poſt illam confeſſionem non commiſit aliud peccatũ mortale, quia cenſetur moraliter pars illius confeſſionis, quæ facta fuit in tempore licentiæ durantis. *Diana 6. tr.7. reſol.46.*

9 Non poteſt Ordinarius prohibere, ne ſui Clerici, vel alij confiteantur cuilibet cõfeſſario approbato, etiam Regulari, 1601. Aleſſandria, 20. Auguſti 191. 15. Octobris 222. 1602. Crema 14. Nouembris 132. 28. Nouembris 138. 1607. Ferrara 20. Martij 18.

Multo minus cogere, vt confiteantur ſibi, 1604. Nullius 17. Maij 60.

10 Ordinarius non poteſt prohibere Confeſſarijs, ne audiãt confeſſiones eorum, qui habent querelas in Curia Epiſcopali, antequam eas caſſari curent, 1604. Gallipoli 17. Maij 61.

Nec eorum, qui per viam iuſtitiæ proſequuntur vindictam iniuriæ ſibi illatæ, 1597. Giouenazzo 13. Maij 35.

11 *Scientia*. Confeſſarius ſcire debet, quæ neceſſaria ſunt ad materiam, & formã Sacramenti; quot, & quales circumſtantiæ in confeſſione ſint explicandæ; quoties iteranda ſit confeſſio, quando nam facienda ſit reſtitutio, quodnam ſit peccatum mortale, quæ nam excuſent à mortali: necnon alia, quibus cenſeri poſſit idoneus Iudex, vt Medicus ſpiritualis, & lepram à lepra diſcernat, &c. *Bonac. de Sacram. tom.1. diſp. 5. quæſt.7. pun.4. §.2. num.7.*

12 De *Confeſſarijs hæc notabiliter S. Mater Tereſia cap.5. ſuæ vitæ*. Morabatur, inquit, in eo loco, ad quem medicinæ cauſa delata fui, Sacerdos quidam bonarum qualitatum, litteris quidem imbutus, ſed nõ multis. Cœpi ipſi confiteri, quia mihi litteræ ſemper placuerunt: licet non leue detrimentum intulerint Animæ meæ. Confeſſarij ſemilitterati, quando doctos, vt voluiſſem, habere non poteram. Experientia didici, meliores eſſe Confeſſarios, alias virtutibus ſanctiſque moribus præditos, ſi nihil habeant litterarum quam ſi parum: nam nec illi confiſi fuiſſent de ſeipſis, ſed potius interrogaſſent, ſeu conſuluiſſent eos, qui multa ſciunt, nec ego de ipſis confiſa fuiſſem. Egregiè, ac eminenter docti nunquam me fefellerunt: Mediocres non credo me decipere voluiſſe, ſed plura neſciebant, &c.

13 *Officij exercendi modus*. Confeſſarius debet audire confeſſiones, etiam eorum, qui non habent propoſitum abſtinendi, eiſque pœnitentiam crebris, & ſalutaribus monitis indicere; quo, Deo iuuante, paulatim ad abſolutionem diſponantur: licet quouſque verè pœniteant, abſolutio deneganda ſit. *cap. Quod quidam 5. De pænit. & remiſſ. Azor. 1. par. lib.7. cap.40. quæſito 4.* † *Rodriq. eſſ. ſpir. par.3. tr.7. c.11. V. Ma riſpondendo.* *

14 Confeſſarius denegans abſolutionẽ Iudici, niſi reum morte puniat, quando videt eum ad id teneri; vel hortatur Reum iuridicè interrogatum ad veritatem aperiẽdam, non incurrit irregularitatem, etiam ſecuta morte: nam, ſi caſus iſte non cenſeretur

retur per Epicheiam exceptus, daretur perplexitas, vt quis teneretur aliquid facere,& non facere, peccans quodcunque eligeret extremorum; quod eſſe non poteſt. *Bonac. de cenſur. diſp.7. quæſt.4. pun.1. num. 32. & 33. Poſt Sayr. lib. 6. cap. 18. num. 26.* Qui dicit, hoc eſſe verum, ſi confeſſarius dicat. Ego non te poſſum abſoluere, ſi non facias officium tuum, ad quod teneris ſecundum leges: ſecus ſi dicat; ſuſpende, vel interfice illum. *Coninch. dub.10. nu.96. Molin. diſp.74. num.18. Auila par.7. d.5. dub.6.Henriq. lib.14. cap.12. n.4. Reginald. lib.30. cap.138.*

15 *Confeſſarius* abſolutionem denegare debet Poenitenti, quem certo ſcit commiſiſſe aliquod crimen, quod interrogatus confiteri non vult; niſi ſibi perſuadere poſſit, vel quod illud crimen non commiſerit, vel alias confeſſus fuerit, vel ex iuſta cauſa reticeat, vel in confeſſione illud à complice cognouerit. *Nau. c.5. n.2.Bonac.de ſacram. diſp.5. quæſt.7. pun.5. §. 2. n.21. Diana 3. tr.4. reſol.* 105. *contra Martin. Furnar. Inſtit.Confeſſ. lib.1. tr.1. n.4. Io. Sanc. diſp.8. &c.*

16 Confeſſarius non tenetur admonere Poenitentem peccantem ex ignorantia inuincibili, niſi quando periculum eſt damni communis, vel cum adeſt probabilis ſpes, admonitionem profuturam. *Bonac. de matrim.quæſt.3. pun.16. n.2.Diana 3. tr.4. reſol.*80.

17 Non videtur bonum, præcipere cõfeſſarijs, vt cogant Poenitentes recitare in principio confeſſionis, *Pater noſter, Aue Maria, Credo, & decem præcepta*: nam ſine neceſſitate non ſunt imponenda onera duriora, 1586. Genoua 18. Martij 244.

18 *Habitus*. Poteſt fieri decretum, ſed ſine adiectione poenarum,vt confeſſarij ſeculares adhibeant coctam, & ſtolam, Regulares vero ſaltem ſtolam, 1594. Trani 10. Ianuarij 20.

Et neque hanc in caſibus moralis neceſſitatis pro infirmis, vel alijs, præſertim extra Eccleſiam, 1586. Genoua 22. April. 37. 1642. Regolari di Bagnarea, 11. April. 118. 1645. 22. Septembris 78. 29. Septemb. 72.

19 *Sigillum* ex ignorantia, vel leuitate frangens confeſſarius, priuatur in perpetuũ facultate audiendi confeſſiones, & ſuſpenditur ad tempus à Diuinis, 1582. Capaccio 26. Iunij 84.

† Eos qui volunt ſponte per Interpretem confiteri, nec aliter poſſunt, non debere per Ordinarium prohiberi: cui ſufficiet præcauere abuſus & ſcandala, necnon curare, vt Interpretes admoneantur de obligatione ad obſeruantiam ſecreti. Congregatio Theologorum à Sanctiſſimo deputata vj. idus Auguſti 1630. vt refertur in Actis S. C. de p. f. ad 129. num. 21. *

20 *Reſeruat.* Confeſſarius, cui Epiſcopus omnes caſus, & cenſuras reſeruatas, vel etiam totam ſuam facultatem circa talium abſolutionem delegauit, abſoluere non poteſt, niſi ab ijs, quæ continentur in edicto reſeruationis; non autem ab alijs, qui Epiſcopis in iure conceduntur. *Furnar. Inſtr. Confeſſor. lib.1. tr.4. c.3. num.4.*

Nec ſine ſpeciali commiſſione poteſt abſoluere à ſuſpenſione ſacræ poenitẽtiariæ; quia eſt veluti quædam ſententia Superioris, num 8.

21 Confeſſarij per Italiam extra Vrbem expoſiti, ſiue ſæculares, ſiue Regulares, abſoluere præſumentes à caſibus in Bulla Coenæ contentis, & præterea immunitatis Eccleſiaſticæ violatores iuxta bullam Gregorij XIV. Item violatores Clauſuræ Monialium ad malum finem; pugnantes in duello contra decretum Tridentini, & conſtitutionem Gregorij XIII. quæ incipit, *Ad tollendum*. Iniicientes in Clericos manus violentas; Simoniam realem in ordine, vel beneficio ſcienter committentes, vel confidentiam beneficialem, & ab alijs cenſuris, & caſibus, quos locorum Ordinarij hactenus ſibi reſeruauerunt, vel in poſterum reſeruabunt, ſine licentia eorum, ad quos ſpectat, licet id faciant quorumlibet priuilegiorum prætextu, incurrunt in excommunicationem, priuationem Officiorum, dignitatum ac beneficiorum, inhabilitatem ad quæcumque officia, Prælaturas ac beneficia in poſterum obtinenda, ipſo facto, & abſque alia declaratione: quorum abſolutio, diſpenſatio, & rehabilitatio ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat. *Ex decretis S. C. iuſſu Clem VIII. & Pauli V. quæ ad verbum retuli in meo Epiſcoporum compendio ex ipſis originalibus excerpta, & refert etiam Quaranta. v. Caſ. reſeruati.* Diana 3. tr.4. reſol.73.

22 *Tempus*. Mulierum cõfeſſiones poſt crepuſculum veſpertinum, & ante Auroram, ſine neceſſitate audiri non debent, 1620. Padoua 21. Ianuarij 63. Allegata infra num.24. 25.

23 *Locus*. Confeſſarius poteſt eum, in quem ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem habet fori poenitentialis, abſoluere, vbicumque, etiam extra dioeceſim: nam iuriſdictio, quæ ſine iudiciali ſtrepitu exercetur, poteſt etiam extra territorium exerceri: dummodo delegata facultas non ſit conceſſa cum determinatione loci. *Bonac. de Sacram. diſp.5. quæſt.7. pun.2. n. 10. Diana 3. tr.4. reſol.144. & 6. tr.7. reſol.59.*

Tutius tamen erit propter opinionis cõtrariæ probabilitatem obtinere licentiam à

Sacra

Sacra Congregatione, 1620. Cremona pro Duciſſa Sabionetæ, 14. Martij 49.

Maximè quia Sacra Congregatio in licentia conceſſa Confeſſarijs Confraternitatis Alborum de Neapoli, audiendi confeſſiones damnatorum, qui ducerentur ad patibulum extra diœceſim Neapolitanam, appoſuit reſtrictiuam ad tres diætas: quod non feciſſet, ſi id illis abſque tali facultate de Iure communi licuiſſet, 1606. 1. Mar. 17. 1614. 29. Auguſti 78. Et hoc hodie clarum eſt; quo ad habentes iuriſdictionem delegatam; quia

Confeſſarij vbicumque, etiam Romæ approbati, etiam Regulares, non poſſunt hodie audire confeſſiones extra territoriũ approbantis abſque licentia Ordinarij loci. Vrb. VIII. conſt. 92. *Cum ſicut accepimus,* 17. Septembris 1628. *Vt dixi in tit. de pœnit. & remiſſion. num.* 10. † Et antea 8. Maij 1610. Omnes Cardinales C. C. eius fuerunt ſententiæ, vt confeſſarij extraordinarij, ab Epiſcopo approbati ad confeſſiones audiendas, ſiue ſint Regulares, ſiue ſæculares, nullo pacto eas audire poſſint extra diœceſim Epiſcopi approbantis, quamuis confitentes ſint eidem Epiſcopo ſubiecti. c. 5. 38. 10. *

In loco vero, vbi habet iuriſdictionem ordinariam; vel delegatam, poteſt abſoluere illuc bona fide confluentes etiam à peccatis confitentis Epiſcopo reſeruatis, ſi ab eis ſuos ſubditos poterat abſoluere: & de conſuetudine vndecumque, & qualitercũque veniant. *Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *pun.* 5. §. 2. *num.* 9. *Diana* 3. *tr.* 4. *reſol.* 103. *& tr.* 6. *reſ.* 28. *&* 4. *tr.* 4. *reſol.* 109. Quicquid quo ad caſus reſeruatos dicat Comitolus lib. 1. quæſt. 30. *Vide Caſus reſeruatus* 13.

24 Placet prohibitio, ne confeſſiones extra Eccleſiam audiantur eorum, qui non ſunt infirmi: ſed aliquando ex rationabili cauſa diſpenſari debet, 1593. Napoli 29. Martij 126.

Approbatio conſtitutionis Ordinarij, quod Fratres non poſſunt audire confeſſiones ſæcularium in proprijs cellis, 1617. Oſſeruanti 15. Septembris 240.

26 *Confeſſionalia* debent eſſe in loco publico, 1575. Camerino 21. Aug. 621. Rimini 26. Aug. 624. 1620. Padoua 21. Iunij 63.

Et habere foramina tam anguſta, vt per illa tranſire non poſſit digitus auricularis, 1645. 22. Septembris 78.

Confeſſionalia tamen Regularium viſitari non poſſunt ab Ordinario. *Ibidem. De confeſſionali Monialium vide infra num.* 37.

27 *Infirmi* confiteri poſſunt cuilibet confeſſario approbato, qui relinquere debet ibi ſchedulã pro notitia Parochi, 1645. Ancona 6. Octobris 2.

28 *Fides* ſiue ſchedula confeſſionis, etiã ſanis dari debet, vbi ſolitum eſt, 1586. Genoua 18. Martij 244.

29 *An pœnitentias* leues pro grauibus delictis confeſſarius imponere poſſit ex eo, quod addit abſolutioni, *Quicquid boni feceris, vel mali ſubſtinueris, &c.* Et an ex huiuſmodi additione omnia pœnitentis opera fiant pars Sacramenti, & eleuentur ad merendum ex opere operato: quidam probabiliter affirmant; alij probabilius negant, aſſerentes ea verba addi deprecatorie tantũ, ſicut *Miſereatur, &c. & Indulgentiam, &c.* Vide Diana 6. tr. 7. reſol. 5.

30 *Reſtitutio.* Confeſſarius quandocumque, ſiue interrogatus, ſiue non interrogatus, verbis ſuis in cauſa eſt, vt pœnitens reſtitutionem, ad quam tenetur, opere non perficiat, ad reſtitutionem ipſe tenetur in ſolidum: quia tunc perinde ſe habet ac cõſulens. Si vero ſolum omittat admonere pœnitentem de reſtitutione, licet hoc doloſè faciat, non tenetur ipſe reſtituere. Ratio eſt, quia Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ ſpecialis commutatiuæ. At confeſſarius non tenetur ex iuſtitia, ſed ex ſola caritate, bonum Tertij procurare: Secus de bono, ſaltem ſpirituali, Pœnitentis. *Bonac. de reſtit. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 11. *num.* 15. *Azor. Inſt. moral.* 3. *par. lib.* 5. *c.* 17. *verſ. Quinto. contra Nau. cap.* 17. *num.* 22. *& alios.*

31 *Monialium* Confeſſarij porta reſpondere debet in viam publicã, 1648. 10. Ian. 2.

32 Confeſſarij, & alij Miniſtri Monialium, neque ab vniuerſitate, neque ab ipſis Monialibus, eligi debent, ſed ab Ordinario deputari, 1588. Loreto 20. Septembris 96. 1601. Tuſcul. 25. Octobris 100. 1602. Reggio 4. Septembris 60. 1604. Vagliadolid 26. Octobris 70.

† Quæſitum fuit à nonnullis Regularium Superioribus.

Primo, an ſtante Conſtitutione Gregorij XV. *Inſcrutabili,* Prælatus Regularis, cui Monialium cura commiſſa eſt, poſſit aliquibus ex ipſis Monialibus facultatem cõcedere, ad plures annos ſeu indeterminatè duraturam, confitendi ſacramentaliter peccata ſua Sacerdoti, qui ordinarius ſeu extraordinarius Confeſſarius non ſit totius Monaſterij.

Secundo, an ſtante dicta conſtitutione quælibet Monialium Regularibus ſubiecta, ſentiens ſe non grauatam mortali culpa, poſſit de venialibus valide confiteri ſacramentaliter cuicumque Sacerdoti etiam nõ approbato ab Ordinario; & hoc abſque licentia, immo & renuente Regulari Superiore

riore eiuſdem Monialis.

Sacra C. C. ſecundum ea, quæ proponuntur, reſpondit non poſſe in vtroque. *Ianuen.* 9. *Iunij* 1657. *

33 *Vicarius* non poteſt eſſe confeſſarius Monialium; quia Moniales de ipſo non confiderent, 1587. Sora 23. Iulij 584. 1597. Modena 3. Febr. 13.

Neque Curatus, ſi exinde cura notabiliter pateretur, 1594. Venetia 26. Iulij 218. §.3. 1652. Parma 7. Martij 5. Turino 2. Auguſti 13.

Neque Min. conuentuales, quibus id prohibitum fuit à Pio V. 1599. Ortona 30. Iunij 63. 1621. Napoli 20. Martij 41.

Neque obſeruantes Prou. Reformatæ S. Antonij Luſitaniæ, quibus prohibitum fuit à S. C. 1653. 7. Nouembris 249. & generaliter Regulares non ſolum nõ poſſunt eſſe confeſſarij ordinarij, ſed neque Cappellani Monialium Ordinario ſubiectarum, 1653. Piſtoia 16. Maij 200.

34 *Habitatio* Confeſſarij, licet debeat eſſe vicina; non tamen ſit coniuncta ſeu cõtigua Monaſterio ſed ab eo diſiuncta, non ſolum per parietes, ſed etiam per tecta, 1576 Rimini 22. Ian. 740. 1578. 19. Auguſti 117. 1579. 2. Ian. 27. 1591. 22. Ian. 13. 1593. Bologna 3. Maij 158. 1594. Spagna 8. Nouẽbris 354. 1603. Genoua 14. Nouembris 85. 1604. Mantoua 22. Nouembris 81.

37 *Merces, & Victus*. Confeſſarius accipere non debet à Monialibus victum dietim, nec vtenſilia, vel lineam ſuppellectilem, ſed tantummodo annuam prouiſionem, 1601. Bologna 19. Iunij 70. 1603. Genoua 28. Ian. 5. 1624. Recanati 19. Apr. 93.

Quæ non excedat duos Iulios pro quolibet die, 1652. Napoli 27. Septembris 43.

Quæ merces non ſoluitur ex capitalibus, ſed ex fructibus, 1652. Narni 27. Sept. 45.

Nec pro ea ſequeſtrandi fructus omnes, ſed accipienda paulatim, 1652. Aſſiſi 6. Septembris 36.

36 *Triennio* tantum à die datæ Patentis durant confeſſarij Monialium: quo elapſo, non poſſunt amplius audire confeſſiones in eodem Monaſterio per aliud triennium abſque licentia Sacræ Congregationis: alias declarantur ſuſpenſi ab audiendis confeſſionibus, 1591. Como 4. Martij 50. &c. 1626. Raguſa 2. Octobris 1647. 27. Martij 7. 11. Ian. 51. 20. Martij 4.

37 *Confeſſionalia* amoueantur ex Sacriſtijs, & locis occultis Monialium, & collocentur in Eccleſijs exterioribus, 1605. Camerino 29. Nouembris 87.

Ita tamen tecta, vt confeſſiones audiri non poſſint, 1652. Foligno 15. Nouemb. 7.

† *c.* 10. *ſeſſ.* 25. *De Regular.* De Confeſſario extraordinario bis, aut ter in anno Monialibus offerendo, non procedit in viris Regularibus, licet ex ſuis cõſtitutionibus prohibeantur peccata confiteri alijs, quam Regularibus ſui ordinis. lib. 56. 730. ad 1. *

CONFESSIO.

Matrimonium. Minor. Pœnitentia. Reus.

1 TRiplex eſt confeſſio, quæ laudatur in ſcripturis.

Vna eſt confeſſio eorum, quæ ſunt fidei: quæ eſt propriè actus virtutis Fidei.

Alia eſt confeſſio gratiarum actionis ſiue laudis, quæ eſt actus latriæ, cuius finis eſt, laus Deo exterius exhibenda.

Tertia eſt confeſſio peccatorum: & hæc ordinatur ad deletionem peccatorum, quæ eſt finis poenitentiæ: vnde pertinet ad poenitentiam. *S. Thom.* 2. 3. *quæſt.* 3. *art.* 1. *ad* 1.

2 Confeſſio extraiudicialis nec probat, nec præiudicat confitenti. *Bart. in l. cum ſcimus* 2. *C. de Agric. & cenſit. lib.* 1. *Arg. l. vnic. C. de confeſſ. Tiraq. priuil.* 112.

Hoc tamen fallit primo, quando eſt geminata. *Ibidem*.

Fallit ſecundo in pia cauſa, cuius fauore, vel probat, vel ſaltem valde adminiculatur, licet non ſit geminata. *Ibidem*.

Fallit tertio in cauſis criminalibus; præſertim hæreſis, in quibus confeſſio extraiudicialis, etiam vnica, etiam reuocata (dummodo non probetur error) facit inditium ſufficiens ad torturam quatuor concurrentibus.

I. Quod ſit veriſimilis, & habeat cauſam præexiſtentem, per quam ita factum dici poſſit.

II. Quod facta ſit ſeriò, non autem iocosè, vel calore iracundiæ.

III. Quod ſit ſpecialis, etiam de loco, & tempore: generalis enim non ſufficit.

IV. Quod hæc cõfeſſio ſit probata per duos Teſtes: & ſufficiunt etiam ſingulares, dummodo probent confeſſionem ſpecialẽ eiuſdem delicti; puta quia Reus ſe illud delictum perpetraſſe diuerſis ſeorſim confeſſus eſt. *Vide Dian.* 4. *tr.* 6. *reſol.* 12.

Fallit quarto de æquitate Canonica, de qua confeſsio extraiudicialis, etiam abſente parte, probat, maximè geminata. *Rota in vna Romana Cenſus de Comitibus coram Penia* 31. *Maij* 1596. *quam refert Cenc. deciſ.* 114.

Maximè cum iuramento. *Rota apud Farin. tom.* 1. *par.* 1. *deciſ* 158. *num.* 12.

Fallit quinto quando nõ agitur de probanda obligatione acquiſita, vel alio iure, ſed de veritate rei geſtæ: quo caſu etiam inter Romanos, inter quos attenditur ius Ciuile, confeſsio extraiudicialis, per idoneos

neos Teſtes probata, fidem facit, etiam de iure Ciuili. *l. Deſiderium C. depoſ. Rota ibid. num.* 2. *&* 3.

Fallit ſexto, quando eſt adminiculata. *Rota num.* 13.

3 Confeſsio, etiam iudicialis, facta incidenter, & ad alium finem, non probat. Vnde ſi emiſſo proclamate, quod omnes teneantur fideliter profiteri bona ſua pro faciendo æſtimo, aliquis dicat, ſe eſſe debitorem Titij in aliqua quantitate; non poterit Titius vigore illius Confeſsionis etiã iuratæ, petere quantitatem confeſſatam: quia non id agebat confitens, vt ſe obligaret erga Titium, ſed vt in æſtimo minus grauaretur. Et hoc dicit eſſe ſingulare *Marſil. in rubrica, C. de probat. num.* 88. *Rota apud Cenc. deciſ.*76. *num.*6.

Ad idem facit, quod voluit Salicet. *in l.*1. *num.* 37. *verſ. eſt enim confeſſio, C. de confeſſis*. Vbi ait, quod ſi ego requiſitus ab aliquo de pecunia mutuanda, dicam me non habere, immo quia egui, paulo ante mutuo accepi centum à Titio hic præſente: non poterit Titius in vim huius confeſsionis me moleſtare: quia non fuit intentiò mea me obligandi Titio, ſed me tantum excuſandi, & honeſtè ſubterfugiendi, ne petenti mutuã pecuniam dare cogerer. *Ioan. Petr. Surd. deciſ.*250. *num.* 5. *&* 6. *Rota apud Farin. tom.* 2. *deciſ.* 95.

Secus eſt in criminalibus: prout hæc, & alia latius dixi in Can. lib. 2. tit. 18. De confeſsis. & in Rubric. ciuilium num. 10.

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

Abſolutio. Caſus reſeruatus. Confeſſarius. Confraternitas. Ignorantia. Inquiſitor. Medicus. Occaſio. Pœnitentia. Regularis. Sigillum. Vanagloria.

1 C*onfeſſionis* Sacramentum poteſt eſſe informe, ideſt validum, ita vt poenitens non teneatur amplius illa peccata confiteri; ſed gratiam non conferens: quã poſtea confert, ſublata fictione, nempe poſita attritione ſupranaturali, ſi poſt talem confeſsionem informem non commiſit aliquod peccatum mortale; vel, ſi mortaliter peccauit, elicito actu contritionis, vel ſuſcepto nouo Sacramento confeſsionis cum attritione etiam cognita, vel aliquo ſacramento viuorum cum Attritione, quæ bona fide ſit putata contritio. Datur autem poenitentiæ Sacramentum informe.

I. Quando quis bona fide confeſſus eſt ſine attritione ſupernaturali cum aliquo dolore naturali: ſecus ſi hoc fecit mala fide, vel cum ignorantia mortaliter culpabili. *Bonac. de Sacram. diſp.*5. *quæſt.*3. *pun.* 2. *n.*5. *& ſect.*2. *pun.*5.

II. Quando quis omiſit aliqua peccata in Cõfeſsione ex ignorantia vincibili; quia non adhibuit ſufficientem diligentiam in examinanda conſcientia: Tenetur tamen poſtea confiteri, non ſolum peccata omiſſa, ſed etiam negligentiam per quam fuerunt omiſſa.

Regula verò ad cognoſcendum, quando præparatio fuerit ſufficiens ad validitatem confeſsionis talis eſt. Si poſt confeſsionem plura peccata occurrant memoriæ, quam in confeſsione explicata ſunt, non fuit diligentia ſufficiens, & eſt confeſsio iteranda. Si autem occurrant aliqua peccata multò pauciora quam confeſſa, credendum eſt, quod fuit diligentia ſufficiens: & à fortiori fuit ſufficiens, vt confeſsio cenſeatur valida, & non iteranda. Debet tamen ſe accuſare de non confeſsis, & ſaltem ad cautelam de negligentia. Hæc ſententia eſt communis PP. Dominicanorum: licet cõtraria quoque, quod non detur Sacramentum poenitentiæ informe, ſit probabilis. Vtriuſque Doctores, & rationes affert Diana 2. tr. 17. reſol. 31.

Hoc tamen intelligendum eſt, dummodò poenitens eam negligentiam in confeſſione non aduerterit, nec de ea practicè dubitauerit: alias enim confeſsio non eſſet valida, niſi poenitens eam quoque negligentiam cum debito dolore confiteretur, ac extra mortis articulum ſuppleret, vel per diligentius examen, vel per confeſſoris interrogationes.

III. Secundum aliquos poteſt eſſe confeſsio informis, quando poenitens non nouit explicitè myſteria Sanctiſsimæ Trinitatis, vel alia principalia noſtræ fidei, *Diana* 5. *tract.*13. *reſol.*84.

2 Confeſsionẽ iterare obligatus, ſi eius rei oblitus, confiteatur aliquoties peccata, quæ facit, validæ erunt illæ confeſsiones. *Eman. Sà v. confeſſio* 9.

3 Notanda eſt ſolemnis doctrina Ioannis Sancij diſp. 41. n. 18. vbi aſſerit, quod nullus, etiam ſi ſcrupulis non vexetur, poſt mediocrem adhibitam diſcuſsionem conſcientiæ ſuæ per inquiſitionem in ordine ad confeſsionem peccatorum faciendam, teneatur vlterius de anteacta vita cogitare. Et ſi aliquod occurrat, de quo dubitet, an explicatum fuerit in confeſsione, poterit ſibi perſuadere, illud iam fuiſſe memoratũ: quod eſt valde notandum ad tollendum multos ſcrupulos ſecundum *Dianam* 3. *tractato* 4. *reſol.* 107.

4 Qui ab aliquo peccato cõfitendo excuſatur, debet ſaltem actum internum cõfiteri, ſi ſine notabili incommodo poſsit. *Bonac. de Sacram. diſp.*5. *q.*2. *ſect.*2. *pun.*2. *§.*4. *n.* 20

Confi-

5 Confitenti ſatis eſt, ſi ſtatum ſuum ſufficienter manifeſtet: vt ſi publica Meretrix confiteatur, ſe per decennium expoſitam fuiſſe, tam Clericis,& Religioſis,quam ſæcularibus laicis,coniugatis,& ſolutis. Vel ſi Clericus dicat, ſe per annum omiſiſſe Diuinum officium. *Arg. c. conſideret, de Pœnit. diſt.*5. *Nau. c.*6. *num.*15.

6 Non eſt neceſſario explicandum in Confeſſione, quod peccatum commiſſum fuerit ſcienter: quia peccata cōmiſſa ſcienter ſunt eiuſdem ſpeciei cum illis, quæ cōmittuntur ex ignorantia. *Bonac. de peccat. diſp.*2. *quæſt.*8. *pun.*3. *n.* 29. *Diana* 3. *tr.*4. *reſol.*141. & 4. *tract.*4. *reſol.*35.

7 Superiores debent eſſe faciles ad concedendam licentiam in caſibus particularibus abſoluendi à peccatis ſibi reſeruatis: & Parochi quoque ad facultatem in Paſchate dandam, vt Parochiani alijs Sacerdotibus ab ordinario approbatis confiteri poſſint,ad cuiuſque conſcientiæ quietem & malorū maiorum euitationem. Qui enim ſunt nimis ſoliciti,vt conſcientias ſubditorum per confeſſionem ſciant,multis laqueum damnationis inijciunt, & per conſequens ſibi ipſis. *S. Thom. Suppl. quæſt.*8. *art.*4. *ad* 6.

Attamen de iure communi neque in Paſchate quis proprio Parocho confiteri tenetur, ſi alijs ab Ord. approbatis confiteri velit. Nam Epiſcopus eſt proprius Parochus totius diœceſis, ſicut & Papa totius Orbis: vnde poſſunt concedere licentiam alteri confitendi, ſicut reipſa concedunt, Confeſſarios approbando. *Extr. Vas electionis, De hæret.*

Hinc eſt, quod dicentes, Confeſſos Religioſis ab Epiſcopo approbatis, teneri iterū eadem peccata proprio Parocho confiteri, ſuſpecti ſunt de hæreſi, & poſſunt per Inquiſitores puniri, quibus ſunt denunciandi. *Diana* 4. *tract.*8. *reſol.*102.

Dummodo approbatio non ſit data ſub conditione conſenſus proprij Parochi: vel niſi aliter habeatur de conſuetudine. Vnde bene faciunt Epiſcopi, vbi eſt eiuſmodi conſuetudo, vt Parochiani ſine licētia proprij Parochi non poſſint in Paſchate qualitercumque approbato confiteri, declarando per edictum, vel in Synodo, ſufficere licentiam petitam, licet non obtentam. Ita enim reuerentia erga Parochos ſeruatur,& quorundam indiſcreto zelo, ne dicam obſtinationi, obuiam itur. *v. caſus reſeruatus* 8.

CONFIRMATIO.

Chriſma. Decimæ. Priuilegium.

1 C*Onfirmatus*, vel confirmans eumdē, bis, non ſunt irregulares ſecundum Rodriq. 1. par. c.167. nu.71. contra Nau. & alios. Vtriuſque opinionis aſſertores refert Sayr. lib.7. c.8. num. 27.

2 De natura confirmationis eſt, vt intelligatur ſine præiudicio Tertij. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.*164. *num.*10.

3 Confirmationes Confraternitatum concedi debent in forma communi abſque inſertione conuentionum,& pactorum inter partes ſecutorum, 1603. Vagliadolid 14. Nouemb. 129. Vide quæ dixi in Can.lib.2. tit.30. De confirm. vtili, vel inutili.

CONFISCATIO.

v. Bona. Damnatus in hoc Mundo.

CONFRATERNITAS.

Benedictio. Confirmatio. Conuiuium. Eleemoſyna. Epiſcopus. Euchariſtia. Habitus. Hoſpitale. Indulgentia. Monaſterium. Neceſſitas. Oratorium. Præcedentia. Proceſſio. Quadraginta. Roſarium. Seminarium. Sepultura. Virgo. Viſitatio. Vnio.

1 E*Rectio* Confraternitatum fieri poteſt ab Ordinario. Clem. VIII. cōſtit. 115. *Quæcumque*, 1601. Tine 7. Nouembris 231. num.9.

Et de eius conſenſu aggregari Archiconfraternitatibus Vrbis. §.5. 1583. Cremona 3. Auguſti 203.

Reſoluendo per vota ſecreta,cui Archiconfraternitati velint aggregari, 1604. Camerino 26. Ianuarij 10.

Non autem à Regularibus abſque licentia Ordinarij, 1616. Scio 6. Decemb. 185.

2 §.3.d. Conſt. Clem.VIII. prohibens, ne in vno loco erigantur plures Confraternitates eiuſdem Inſtituti,etiam ſub diuerſo nomine, ſi fuerint aggregatæ eidem Archiconfraternitati, 1595. Turino 1. Martij 5.

Non intelligitur de Confraternitatibus Sanctiſſimi Sacramenti, & Doctrinæ Chriſtianæ, quæ deberent eſſe in qualibet Parochia, 1578. Pauia 30. Aug.87. 1610. Vercelli 3. Febr. 11.

Laicorum Confraternitas dicitur mere laicalis, quando Confratres non induuntur, nec diſtinguuntur aliquo ſigno Religionis. *Rota in vna Beneficiatus S. Laurentij in Damaſo Lunæ* 7. *Febr.* 1628. *coram Durano.* 3. *diuerſ. deciſ.* 144. *num.*1.

Secus ſi ſit inſtituta ad aliquod piū opus, vt puta venerationis Sanctiſſimi Sacramenti habens Eccleſiam, & alia Eccleſiaſtica ſigna. *Rota coram Cerro, in vna Caietana Bonorum Lunæ* 3. *Decemb.* 1646. *verſ. Quod autem.*

4 Confraternitates laicorum exiſtere non poſſunt in Eccleſijs Monialium, 1595. Tiraſonen. 6. Nouemb.144. 1599. 15. Martii 24. 1645. 5. Maii 5.

5 Confraternitates laicorum non tenētur contribuere Seminario, 1603. Giorgento.

to. In Regiſtro Regul. 25. Februarij 10.

Neque Monialibus, niſi eſſent ſolitæ, 1600. Perugia 21. Nouembris 6. 18. Decembris 17. 1602. Camerino 4. Septemb. 59.

6 *Officiales*, Priores & Procuratores locorum piorum, Cappellarum, Eccleſiarum, Confraternitatum, & ſimilium, quocumque nomine nuncupentur, à maiori parte ſodalium, & per ſecreta ſuffragia quotannis eligantur ſub poena nullitatis actus, & alijs arbitrio Epiſcopi. *Sacra Congregatio Cardin. Creſcentio Epiſcopo Reatino* 11. *Maij* 1616. *Synod. Caputaquen.* 1628. *ſeſſ.* 3. *c.*8. *n.*1.

Non autem ab antiquis, Inhibitione non obſtante, 1598. Sulmona 9. Martij 16. 1648. Segni 7. Februarij 3.

Neque in ijs poſſunt Regulares prætendere votum, quamuis Cōfraternitates exiſtant in ipſorum Eccleſijs, 1603. Conuentuali 15. Aprilis 27.

7 Ordinarius interuenire poteſt in Cōgregationibus Confraternitatum, & electionibus Officialium, modo non faciat nouitates, 1596. Raguſa 1. Aprilis 48. 1600. Coſenza 24. Iulij 73.

† Quia Epiſcopus habet iuriſdictionem in Confratres etiam extra viſitationem. C. C. 12. Ian. 1629. ad 5. *

8 In executione iudicati contra Confraternitatum capi non poſſunt bona officialium, 1613. Terni 7. Maij 42.

9 *Confratres*. Statutum, quod nullus adſcriptus in vna confraternitate, poſſit adſcribi in alia, caſſari debet, tamquam male factum, 1581. Palermo 29. Nouembris 7.

Vel quod non poſſint adſcribi minores ſedecim annis, 1587. Veroli 9. Ian. 5.

† Nec confirmatur Statutū, quod nullo vnquam pacto recipiantur in confraternitatem deſcendentes in genere Iudæorū, Maurorum, vel aliorum infideliū, ſed tantum oriundi ex veteribus Chriſtianis. C.C. Corduben. 22. Nou. 1607. *

10 Approbatur Statutum: quod receptus in Confraternitatem, intra menſem, ſi ſoluendo ſit, elargiri debeat aliquam sūmam, in pios vſus conuertendam, 1601. Oria 8. Ianuarij 25.

11 *Eccleſia, vel Oratorium*. Confraternitates erigere poſſunt, & ampliare ſuas Eccleſias, vel Oratoria ſine præiudicio Iuriū Parochialium, non tamen mutare titulum, 1602. Nullius Tramutola 15. Octobris 113. 1603. Bologna 13. Maij 54. 1635. Sora 9. Septembris 95. Regiſtr. Regul. 1604. Oreſtano 26. Octobris 71. Niſi Eccleſia antiqua eſſet anguſta, & incapax, 1653. Oruieto 28. Nouembris 209.

Et transferre Confraternitatem ab Eccleſia Regularium, vna cum legatis, Confraternitatis contemplatione relictis, 1629. Monte Vergine 22. Iunij 202.

12 Seruari debet decretum, ne in Oratorijs Confraternitatum celebretur in feſtis ante Parochialem, modo Parochus celebret hora competenti, 1587. Crotone 9. Ian. 10. 1613. Senegaglia 29. Ian. 10.

13 Abuſus ſumendi cibos in Oratorijs confratrum tolli debet monitionibus, non cenſuris, 1579. Tiuoli 1. Decemb. 10. 1590. Albenga 2. Ian. 1. Aſſiſi 15. Iunij 155. 1593. 23. Iunij.

14 *Viſit.* Confraternitates, etiam exiſtētes in Eccleſijs Regularium, viſitantur per Ordinarios, modo per laicos Adminiſtratores regantur, 1581. S. Angelo 2. Aug. 104. 1582. Biſaccio 12. Iunij 79. 1595. Caua 22. Febr. 3. 1596. Teleſi 20. Aug. 69. 1604. Tortona 22. Martij 25. 1610. Aiqui 3. Decemb.

Non tamen Eccleſiæ, vel Altaria, etiam pro ſeruitio dictarum Confraternitatum à Regularibus aſſignata, niſi quo ad onera, 1582. Biſaccio 12. Iunij 79. *v. Viſitatio*.

15 *Habitus* mutatio non debet Confraternitatibus de facili indulgeri, 1601. Ancona 20. Febr. 82.

16 Si duæ Confraternitates eiuſdem loci deferunt eundem Saccum, diſtingui debent addito aliquo coloris ſigno, 1586. Nouara 13. Maij 392.

Niſi altera de nouo mutaſſet habitum; quia tunc cogi debet ad reaſſumendum antiquum, 1586. Sauona 6. Aug. 120.

17 Confratribus comminari debet ſaccorum priuatio, ſi ſub illis arma geſtauerint, vel eis induti ſcādala præbuerint, 1603. Catanzaro 23. Iulij 84.

18 Epiſcopus impedire non poteſt, ne Confratres Societatis Mortis incedant cum capite caputio cooperto, 1606. Gaeta 24. Iulij 61.

19 *Paroch.* Confraternitates non poſſunt in ſuis Eccleſijs per ſuos Cappellanos facere ſolemniter celebrare, Confeſſiones audire, Sacramenta miniſtrare, ſepelire, & ſimilia, quæ ad ſolum Parochum ſpectant, abſque expreſſa licentia Ordinarij, & Parochi. *Sac. Rituum Congregatio in vna Cæſarauguſtana* 14. *Iunij* 1612. *Et antea in vna Neapolitana* 18. *Maij* 1602. *Vt etiam infra v. Parochus num.* 18.

Niſi habeant priuilegium exemptionis, vt habere ſolent Confraternitates Vrbis.

Item ſi Parochi vocati nolint accedere, eas functiones Cappellanis Confraternitatum permittere debent. *Sacra Epiſcoporum Congregatio Epiſcopo Lauden.* 20. *Aug.* 1601.

20 Societas Mortis neminem ſepelire

po-

poteſt, neque miſerabilem, non admonito Parocho, 1583. Senegaglia 5. Iulij 167.

Immo nulla Cõfraternitas. Et Parochus, ſi velit Officium funeris perſoluat in Eccleſia confraternitatis, 1598. Ferrara 22. Sept. 58

Idem de Miſſis ſolemnibus, & delatione Sanctiſſimi Sacramenti, modo faciant officium gratis. Alioquin liberum ſit Confratribus vti ſuis Cappellanis, 1601. Lodi 20. Aug. 198. 1647. 2. Auguſti 22.

Et Parochus interuenire poteſt in funeribus, quæ fiunt in Eccleſijs Confraternitatis, licet defuncti non ſint de ſua Parochia, 1601. Lodi 20. Aug. 198.

Romæ tamen hoc non ſeruatur, vbi vt dixi, confraternitatum Eccleſiæ & Oratoria ſunt exempta à Parochia.

21 Nulla Confraternitas impediri debet, ne accedat ad funera, modo ſine Iuriũ Parochialium præiudicio, 1616. Camerino 26. Auguſti 100.

22 Conceditur ex gratia Confraternitati, vt ſepelire poſſit in ſua Eccleſia omnes ſuos confratres, ante infirmitatem, de qua deceſſerunt, in ea Confraternitate deſcriptos, de conſenſu hæredum, & ſine præiudicio Quartæ funeralis, aliorumque emolumentorum, quæ ſpectarent ad Capitulũ, vel Parochũ, 1608. Ancona 19. Decemb. 122

23 *Præcedentia*. Confraternitatibus, quæ concordari non poſſunt circa præcedentiã, præcipitur, ne ſimul exeant, ſed alternatim, 1581. Capaccio 8. Aug. 107.

24 *Exercitia*. Epiſcopus non poteſt prohibere, vel reſtringere Confraternitatibus, præſertim aggregatis, ſolita exercitia; puta Societati Mortis ſepelire Defunctos poſt horam 23. 1592. Ferrara 12. Ian. 8.

Vel facere conſuetam diſciplinam ſecreto, & ſine lumine, 1578. Camerino 1. Septembris 122.

Secus de inſolitis, ſi poſſunt eſſe occaſio ſcandali; vel diſturbandi antiqua, 1602. Bologna 17. Aprilis 35.

25 *Proceſſio*. Epiſcopus manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione cogendi confratres per edicta pœnalia, exactionem pœnarum, aliaque Iuris & facti remedia, ad conueniendum ſolitis proceſſionibus, non obſtante aggregatione, niſi haberent priuilegium ſpeciale exemptionis, 1586. Viterbo 9. Decembris 894. 1600. Saſſari 16. Octobris 114. 1601. Nola 2. Maij 125. 1622. Pauia 15. Febr. 21. 1624. Camerino 16. Iulij 96.

Antea tamen debent comiter inuitari, 1628. Pauia 24. Nouembris 125.

† Sacra C. Congr. cenſuit, Confratres poſſe quidem inuitari, ſed non compelli accedere ad publicas proceſſiones, minuſque poſſe cogi ad recitandum aliquod officium, niſi Confraternitas eſſet Eccleſiaſtica: tunc enim ſub eſſet viſitationi Epiſcopi. Vnde eadem in vna Papien. 8. Maij 1627. & in altera Florentina 13. Nouembris 1627. decreuit poſſe cogi, ſed antea debere inuitari. *

26 *Euchariſtia*. Confraternitates laicorum non poſſunt tenere Sanctiſſimum Sacramentum in ſuis Eccleſijs, niſi ex cauſa, & Ordinarij licentia. *Sac. Rit. Congregatio in vna Iſclana de Forio* 19. *Iunij* 1604. *& in alia Aſculana* 3. *Aprilis* 1632. *c.* 3. 41. 23.

Aſſerit tamen Genuen. *c.* 92. *n.* 2. ſibi fuiſſe reſcriptum à ſacra Congr. Concilij 1609. non poſſe Epiſcopum concedere Eccleſiæ non Parochiali facultatem tenendi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ adorationis gratia, ſed ad hoc eſſe neceſſarium priuilegium Apoſtolicum, prout habent Eccleſiæ Regularium vtriuſque ſexus.

27 Confraternitates aggregatæ impediri non debent vti priuilegio exponendi Sãctiſſimum Sacramentum ſemel in menſe, modo id qua decet reuerentia fiat, 1690. Tortona 3. Iulij 171.

Et petant licentiam ab Ordinario 1601. Lodi 20. Auguſti 198.

CONGREGATIO.

Confraternitas. Conuentus. Epiſcopus. Grex. Mulier. Rota.

1 Decretis Sacræ Congregationis credere non cogimur, niſi in authẽtica forma exhibeantur, vt latius retuli 1. lib. Ciuilium tit. 10. De nuptijs n. 76.

2 Declarationes Congregationum Cardinalium plurimi cenſent habere vim legis, quia fiunt nomine Papæ: quidam negant, licet ſint magni ponderis, quia non publicantur. *Diana* 1. *tr.* 10. *reſ.* 29.

Sed tu ne erres, quando exhibentur in forma authentica, tene primam opinionẽ: quando vero ſecus, tene ſecundam.

3 Congregatio Sacrorum Rituum non procedit ordinariè, ſed extraiudicialiter. *Rota apud Farin. p.* 1. *to.* 1. *deciſ.* 558. *n.* 8.

Aliquando tamen procedit etiam citatis & auditis Partibus, vt ſupra v. Auguſtiniani num. 8.

4 Omnes ordinationes Sacræ Congregationis annexam habent vel expreſsè vel tacitè, ſalutarem illam clauſulam. Modo nil releuans adſit in contrarium, 1592. Venetia 24. Febr. 30.

Alias exequi potius, quam interpretari debent, 1612. Perugia 11. Septemb. 120.

5 Epiſcopus poteſt pro bono ſuæ Eccleſiæ regimine Congregationem inſtituere, delectis ad id viris, pietate, doctrina, ac rerum

ium vſu præſtantibus, abſque alia confirmatione Apoſtolica, 1607. Colonia 4. Aprilis 27.

6 Congregationes in Eccleſia non fiant de nocte, licet piæ, & cum Populi ædificatione, 1628. Senegaglia 22. Septembris 114. *Vide Eccleſia*.

7 Congregationes mulierum, Clauſuram ſub tribus ſolemnibus votis non ſeruantium, nō debent permitti, neque quod congregētur in aliquo Oratorio, 1616. Città di Caſtello 21. Octobris 154. Pius V. cōſtit. 8. *Circa Paſtoralis*.

† Ieſuitis, vt remittendo domum quaſdam Mulieres & Virgines, eorum opera & ſub eorum cura ad ſimul viuendum in quamdam domum coactas, 1617. Bologna 7. Martij 52. Foſſombruno 11. Aug. 205.

Hæc Congregatio ſub ficta Religione Ieſuitiſſarum, his decretis non obſtantibus, adeo creuit, vt S. m. Vrbanus VIII. edita conſt. quæ eſt in ordine 110. & incipit, *Paſtoralis*, illam diſſoluere coactus fuerit, pœna excommunicationis Sanctitati ſuæ reſeruatæ præter alia contrauenientibus inflicta, 13. Ianuarij 1631.

Quarum Ieſuitiſſarum Inſtituti compendium ex Regiſtris S. C. de p. f. exhibemus Flandria t.1. ad 363.

Ieſuitiſſarum Inſtitutū originem habuit in Anglia à tribus PP. Ieſuitis, nempe à P. Compſano, à P. Theio, & à P. Zalbotto Caſiſtis: qui cum virilis animi Virginem, Sanctæ Claræ habitum geſtantem reperiſſent, eam induxerunt ad inſtituendā Congregationem, quæ poſtea *Ieſuitiſſarum Anglicanarum* nuncupata fuit.

Finis & ſcopus huius Muliebris Inſtituti fuit, efficiendi cum Mulieribus quicquid Ieſuitæ faciunt cum viris, nempe docendi, & ad Miſſiones pergendi etiam in Terras Infidelium:

Hæ Ieſuitiſſæ emittunt vota Ieſuitarum, clauſuram reſpuunt, & poſſunt dimitti ſicut Ieſuitæ.

In hoc Inſtituto ſunt multa inconueniētia nempe conuerſatio cum Viris, vagatio per diuerſas Mundi partes, ſeductio puellarum, vt ad earum ſocietatem illas trahant, quam quibuſcumque Religionibus præferunt: quibus inſuper dotes & patrimonia conſulerunt, ingens æs alienū contrahendo: quare S.Homeri fuit illis ablata domus: Leodij 40. mil. aureorum æris alieni contraxiſſe inuentæ ſunt. Tenentur reuelare Superioriſſæ delictum carnis vna cum cōplice. Recitant Comœdias, fingunt reuelationes ad earum Inſtitutum confirmandum. Profitentur ſe neque Ordinarijs, neque Nuncijs eſſe ſubiectas. Ad Altare quoque ſermocinari præſumunt.

Generaliſſa ſigillum habet, in quo ſe nominat *Præpoſitam Generalem Societatis Ieſu*, & eo ſuas firmat expeditiones.

Poſſunt docere doctrinas erroneas, & excitare notabilia ſcandala, attenta libertate illarum regionum hæreſi infectarum. Poſſunt inſuper peſsūdare familias & integras Ciuitates, ſeſe in tractatibus Matrimonialibus earum, quæ ſuas ſcholas frequentant ingerendo: quarum puellarum ingens eſt numerus, & Viennæ 1628. excudebant 400.

Magnatum, & præſertim Cеſaris, ſunt protectionibus innixæ: quorum auctoritate fretæ fundationes faciunt ſine Apoſtolica auctoritate.

Generaliſſa Angliæ commēdauit huiuſmodi Inſtitutum cuidam Praxedi diœceſis Leon. iam cum ſanctitatis opinione defunctæ, vt pro eo Deum oraret. Habito vero poſt aliquot dies reſponſo, illud Inſtitutum non placere Deo, Generaliſſa mandauit, ne amplius haberetur pro Sancta, immo vt omnes illi, prout poſſent, aduerſarentur.

Eadem Generaliſſa vane gloriabatur, ſe quando ſibi mandatum fuit de ordine Sanctiſſimi à quodam Prælato, vt Religioſum habitum deponeret, reſpondiſſe, quod Ieſuitiſſæ bene placerent ſuæ Sanctitati & Cardinalibus, ſi nudatis mammillis, & in habitum publicarū Meretricum incederēt.

Quædam Ieſuitiſſa in Belgio annorum 19. induit habitum Ieſuiticum virilem, māſitque duos annoſ in quodam Collegio inſeruiens Rectori.

Pragæ expetebant quamdam Parochialem: & reſpondente Cardinali de Harach, quod ſi eam illis dediſset, Nuncius eas excommunicaſset, replicarent, vt eam nihilominus illis omnino daret, eo quod excommunicatio Nuncij tamquam iniuſta non erat timenda.

Poſt publicationem ſupradictæ Bullæ conatæ ſunt Inſtitutum conſeruare, mutando nomen, & millia æquiuocationum afferendo ac prætextuum, vt perſuaderent ſe illa non comprehendi.

A Collegio Bauen. fuit expulſa Superioriſsa, quod inuenta fuiſset prægans, ex quodam familiari Presbytero quidā aiunt, alij ex quodam Eremita. Bruxellis dicuntur eſſe grauidæ duæ Ieſuitiſſæ cōſobrinæ.*

C O N I V X.

Adulterium. Debitum Coniugale. Delectatio. Filius. Matrimonium. Vxor.

1 Religionem altero inſcio, vel inuito profeſſus, & ab altero coniugum reuocatus ad ſæculum, non tenetur poſt

mortem

mortem Coniugis ad religionem redire: ſed non poteſt aliud Matrimonium contrahere; quia quatenus ad ipſum votum ſolemnia fuit. c. *Quidam 3. De Conuerſ. Coniug.*

2 Coniugatus, ſi putans vxorem mortuam, eligatur & conſecretur in Papam, in dubio poteſt dicere: Dominus eſt, qui me iudicat. Si vero res ſit certa, nec Mulier ad continentiam induci poſſit, tenetur vxori debitum reddere, & melius faceret, ſi Pontificatum renunciaret. *gloſ. 1. in cap. 9. Si quis, 79. diſt.*

3 Coniux ſi occaſionem peccandi coniugi det, vel debitum negando, vel neceſſaria ſubtrahendo, vel alias, non poteſt eũ propter talem fornicationem dimittere. *gloſ. c. 24. ſi tu abſtines 27. q. 2.*

4 Coniux tranſiens ad ſecunda vota, non poteſt vllo titulo in ſecundum coniugem transferre, pluſquam reliquerit vni ex filijs primi Matrimonij, cui minus reliquerit: & quod vltra reliquerit, non valet, ſed inter liberos æqualiter diuiditur. *l. Hac edictali in princip. C. de ſecund. nup.*

Filiis verò ſecundi Matrimonij non eſt prohibitum relinquere pluſquam filijs primi; dummodo filij primi Matrimonij non fraudentur legitima iuxta opinionem, quã amplectitur Rota Romana, vt patet per Ludouiſ. deciſ. 173.

5 Coniugatæ non poſſunt introduci in aliquod Monaſterium ſine licentia Sacræ Congregationis, 1603. Pauia 15. Apr. 28.

Quam eadem S. C. concedere non ſolet pro iis Monaſterijs, quæ Mulieres huiuſmodi recipere non conſueuerunt, 1603. Venetia 4. Auguſti 59. & pro ſolitis ſolum ad breue tẽpus, 1655. Milano 1. Octob. 276.

Neque ſufficit, quod conſueta fuerint recipere Virgines, ſed neceſſe eſt, quod coniugatas, vel Viduas, 1611. Chieti 23. Septẽbris 100. 1626. Napoli 12. Maij 122.

6 Cauſæ concedendæ talis licentiæ sũt.

I. Abſentia Mariti, 1579. Piſtoia 19. Maij 73. &c. 1602. Pauia 23. Iulij 45. &c.

II. Diuortium, 1600. Lecce 12. Decembris 15. 1603. Pauia 15. Apr. 28. &c.

III. Inſtantia ipſius Mariti, 1610. Napoli 16. Iunij.

IV. Pericula vitæ à Marito, vel alijs, 1602. Mantoua 8. Maij 29. &c. 1612. Pauia 2. Maij 52.

Si tamen ingreſſa eſt de licentia Ordinarij, etiam præ timore, ne occideretur à viro, cogi debet ad exeundum, eiuſque indemnitati per alia remedia prouideri, 1617. Melfi 10. Ian. 7. 1647. Narni 14. Iun. 43. 44.

Niſi S. C. diſpenſet, 1612. Pauia 2. Maij 52.

V. Mala tractamenta, modo Mulier ſit honeſtæ conditionis, 1604. Piſtoia 14. Decembris 188.

VI. Furor Mariti, eo durante, 1604. Fano 9. Martij 20. Bologna 15. Nouemb. 76.

VII. Ab hæreſi reuerſam ad fidem Catholicam, 1618. Mariana 17. Aug. 279.

VIII. Ad probandum Inſtitutum, 1647. Sarzana 27. Martij 53.

IX. Ad habitum ſuſcipiendum, 1649. Milano 8. Octobris 48.

Inter conuertitas, emittendo ſtatim profeſſionem, & omiſſa ſolita clauſula, quod eligi non poſſit in Abbatiſſam, quæ non ponitur in conuertitis, 1647. 11. Ian. 2.

7 Quando coniugata fit Monialis, induci debet Maritus ad votum Caſtitatis emittendum, 1648. 26. Iunij 21.

CONSANGVINEVS.

Acceſſus. Monaſterium. Neceſſitas.

1 *Conſanguinei* primi gradus poſſunt quater in anno videre ſuas Moniales amoto velo, 1603. Napoli 14. Nouembris 87.

Et eas viſitare ſine alia licentia, modo non ſint Regulares, 1603. Giorgento 15. Decembris 95.

2 Ordinarius permittere debet etiam Eccleſiaſticis, qui non ſint Regulares, vt ire poſſint ad alloquendas Moniales conſanguineas eodẽ modo, quo id permittit alijs Sæcularibus, 1597. Gubbio 25. Iunij 52. 17. Septembris 73.

3 Conſanguinei, qui dederunt dotem, compelli non debent ad alendas Moniales, neque tempore penuriæ, 1601. Foligno 14. Februarij 41.

Niſi eſſet extrema: & tunc etiam cum circumſpectione, 1601. Foligno 12. Mar. 48.

4 In Conuentu Neapolitano S. Claræ non poſſunt poni de familia Fratres, qui ſint conſanguinei Monialium, 1629. 27. Aprilis 131.

5 Moniales non poſſunt inire contractus cum conſanguineis ſine licentia Ordinarij, 1629. 5. Febr. 2.

CONSCIENTIA.

1 *Eſt actus* Animæ rationalis, dictans aliquid rectè, vel non rectè factum ſeu faciendum. Alia eſt vera, alia erronea. Item alia certa, alia dubia, alia ſcrupuloſa. *Nau. cap. 27. num. 280.*

Syndereſis vero eſt habitus quidam naturalis, qui ex principijs operabilium naturaliter inditis, inſtigat hominem ad bonum, ac malo remurmurat. *S. Thom. 1. quæſt. 79. 12.*

2 Qui omittit aliquid facere, quod ex conſcientia erronea putat omiſſionem eſſe mortalem, non peccat, quando non eſt in poteſtate ſua illud non omittere. Vnde nõ peccat

peccat carceratus non audiendo Miſſam, dum illam omnino audire non poteſt, licet ideo ſe credat peccare mortaliter. *Bonac. de de legib. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 6. num. 24.*

3 Conſcientiæ ſuæ nemo eſt ſe aptior teſtis. *Caiet. in Summa, v. Reſtitutio. Infra v. Voluntas.*

Et ideo quæ in animo conſiſtunt, probantur iuramento ipſius aſſerentis, niſi agatur de magno alterius præiudicio, quia tūc concurrere debent etiam aliæ coniecturæ. *Bonac. tom. 3, diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 5. n. 11.*

† Vel niſi ex actibus exteris inſurgerit cōtraria præſumptio, præſertim ſi ſit iuris & de iure. *Fagnan. c. Vidua. De Reg. n. 9.* *

CONSECRATIO MONIALIVM.

Conuertitæ. Sacerdos.

1 MOniales S. Benedicti ſolæ conſecrantur, vbi eſt vſus, 1577. Amelia 22. Ian. 126. 1611. Sora 27. Maij 65. 1602 Piſa 30. Maij 36. 1618. Lucca 5. Febr. 41. 1613. Colle 27. Aug. 55.

2 Si Moniales cōſecratæ fuerunt à ſimplici Sacerdote, reiteranda eſt conſecratio: ſecus ſi ab Epiſcopo, vel Abbate etiam ante profeſſionem, 1577. Parma 17. Apr. 205. 1579. Colonia 14. Martij 23.

3 Quæ officium recitare neſciunt, non debent conſecrari, 1607. Fano 3. Octob. 34.

4 *Aetas.* Moniales conſecrandæ, debent expleuiſſe vigeſimumquintum annum, niſi adſit conſuetudo immemorabilis in contrarium, 1582. Siena 2. Maij 67. 1604. Piſtoia 6. Aug. 39. 1611. Arezzo 11. Febr. 18. 1614. Giouenazzo 26. Septemb. 125. 1630. Bolignano 1. Febr. 1651. Pauia 28. Iulij 20. ad 5. *cap. 14. Placuit, 20. quæſt. 1. Pontificale Romanum.*

5 *Diſpenſare* in ætate 23. annorum expletorum poteſt etiam S. C. 1622. Città di Caſtello, 4. Martij 48.

Non autē Nuncij, 1626. Venetia 18. Iul.

Et Epiſcopus, qui ſine licentia Sedis Apoſtolicæ Moniales ante dictam ætatem conſecrat, ſuſpenditur à Pontificalibus, 1626. Bouino 26. Auguſti.

6 *Conſecrans* non debet cogere conſecrandas, vt ſingulæ comparent ſuas coronas; quia ſufficit vna pro omnibus, 1620. Oria 11. Aug. 241.

Multo minus munus quodcumque ſit, etiam ſponte oblatum accipere, 1583. Sarſina 25. Ian. 23. 1627. Fiorenza 24. Apr. 182.

CONSENSVS.

Bona. Conuentus Educandæ. Erectio. Habitus. Licentia.

1 QVotieſcumque requiritur conſenſus Monialium, debet præſtari capitulariter, & per vota ſecreta. Vrb. VIII. conſt. 29. *Sacroſanctum.* in materia licentiarum ingreſſus edita 27. Octobris 1624. 1609 Nullius Peſcia, 2. Octobris 65. 1611. Ortona 22. Aprilis 46. 1616. Conimbricen. 22. Martij 50.

Sufficit tamen maior pars, nec requiruntur duæ tertiæ, 1620. Aquileia 24. Nou. 304.

2 Puellæ, antequam introducantur, ſiue ad habitum, ſiue ad educationem, debēt acceptari, 1649. 29. Ian. 21.

Et ſufficit, quod Ordinarius habeat relationem Abbatiſſæ, Puellas fuiſſe ſer. ſer. acceptatas. Quod ſi dubium emerſerit, an acceptatio fuerit legitimè facta; tunc Epiſcopus explorare poterit voluntatem Monialium, etiam in Monaſterijs Regularibus ſubiectis. *Allegata ſupra num. 1.*

† CONSERVATORES. *

† 1 Sanctiſſimus cenſuit, tutius eſſe non permittere Regularibus in Partibus Infidelium, vt eligant Conſeruatores, ne ob diſſenſiones, quæ inter Ordinarios & Conſeruatores prædictos ſolent frequentiſſimè exoriri, Eccleſiæ periclitentur, & Perſonæ à varijs Turcarum vexentur. Vt autem in caſibus occurrentibus, qui opprimuntur, remedium habere poſſint, Sanctitas Sua iuſſit hac de re agi in Congregatione Cardinalium: quia fortaſſe poterit prouideri oppreſſis, ſi detur Epiſcopis & Archiepiſcopis Ordinarijs locorum in prædictis Partibus facultas, vt tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati poſſint ſe intromittere in cauſis, & partes componere: & ſi id nequeant, Partibus prædictis inhibere, ne aliquid innouent, donec conſulta S. C. decreuerit, quid ſit in eis agendum, eo ſcilicet modo, quo fuit prouiſū pro Regno Hiberniæ ſub Rege Hæretico gemente 3. Febr. 1640. Acta P. F. ad 26. n. 23.

2 Quærente Archiepiſcopo Turritano, An Regulares vnius Conuentus, Monaſterij vel Domus, aliquem Priorem ſeu Guardianum vel quemuis alium quauis Dignitate Regulari fulgentem, in ſuum conſeruatorem eligere vel deputare poſſunt.

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præpoſitorum non poſſe reſpondit. Romæ 6. Octobris 1617. *Fagnan. c. Sane il 2. De off. Deleg. n. 33.*

Sacra quoque C. C. cenſuit, Regulares eſſe non poſſe Conſeruatores, ſed eſſe debere Clericos ſæculares alias idoneos, 9. Octobris 1618.

Quæ rurſus 2. Martij 1619. cenſuit, Abbates Regulares, qui, vt proponitur, in Cōcilij Prouincialibus aut diœceſanis Iudices extiterunt deſignati, poſſe vtique eligi in Regularium Conſeruatores. *

CONSERVATORIVM.

1 SAcra Congregatio tolerat, non approbat Conſeruatoria Puellarum, 1646 Bologna 23. Nouembris 4. &c.

Neque pro ſuſtentandis, & dotandis filiabus Meretricum, quod ſit contra Bullam Pij V. conſt. 8. *Circa Paſtoralis* 1622. Bologna 11. Ian. 3.

Quæ tamen non poſſunt erigi ſub Regia protectione ſine conſenſu Epiſcopi, 1629. Andria 28. Sept. 300. Mon. 12. *v. Eccleſia.*

2 Conſeruatorium Orphanarum, omni humano auxilio deſtitutarum, ab Ordinario mutari non poteſt in Monaſterium cōtra diſpoſitionem fundatorum, 1612. Maioricen. 2. Maij 54.

3 Superioriſſa non eligatur ad vitam, ſed ad triennium, cum facultate illam confirmandi ad aliud triennium, ſed non vltra, 1637. Serui 9. Ian. *ad primum c. Indemnitatibus* 43. §. *Supradicta ſiquidem: De elect. in 6.*

Eius ætas ſit ſicut, & Abbatiſſæ. Conſultrices vero ſint annorum 30. Vnā tantū admitti poſſit annorum 25. *Ad* 2.

4 Vicariā Superioriſſa deputet, & amoueat ad libitum. *Ad* 5.

5 Non liceat Puellas Conſeruatorij docere Theologiam ſcholaſticam, vel de ea diſputare, 1607. Piacenza 16. Octobris 41.

6 Confeſſarius Conſeruatorij debet eſſe triennalis, ſicut & Monaſterij, 1649. 18. Martij 40. *Ex d. cap. Indemnitatibus.*

CONSILIVM.

Arbitrium 1. §.6. *Communitas. Epiſcopus.*

1 COgi poteſt iuxta ſolitum diebus feſtis extra tempus Diuinorum Officiorum, 1602. Rimini 5. Febr. 16.

Non tamen in locis ſacris, 1604. Camerino 3. Febr. 17.

2 Vt quis abſoluatur ab excommunicatione incurſa, ob conſilium datū ad violationem libertatis, vel Immunitatis Eccleſiaſticæ, non ſufficit, quod dicat, ſe de eo dolere plurimum, ſed neceſſe eſt, damnet idem conſilium apud eoſdem, quibus conſuluit, & faciat quod poteſt pro reuocatione præcepti, & ſecutorum ex eo, 1627. Nizza 16. Martij 48.

CONSTANTINVS.

Cardinalis. Imperator.

CONSTITVTIO.

Statutum.

1 COnſtitutiones confirmatæ à Sede Apoſtolica, non poſſunt poſtea mutari, vel corrigi ab inferioribus, 1603. Aſtorgia 17. Febr. 8. 4. Martij 16.

2 Vnde conſtitutiones alterantes Regulam fieri non poſſunt ſine approbatione Sanctæ Sedis, 1603. N. 22. April. 30. 31.

3 Diſpenſare ſuper conſtitutionibus nō poteſt Nuncius, vel Generalis, 1645. Agoſt. 2. Iunij 1. & 2. Riformati 8. Decembris 3. 1646. 9. Nouembris 8. 7. Decembris 13.

CONSVETVDO.

Ieiunium. Occaſio. Parochus. Priuilegium.

1 QVæ Iuri Canonico nō aduerſatur, ſpatio decem annorum præſcribitur. *Bonac. de legib. diſp. vlt. q.* 5. *punt.* 4. *n.* 3. *ad fin. Dian.* 6. *tr.* 5. *reſol.* 27. *Ego ipſe de iure nat. num.*48.

2 Conſuetudo, & Præſcriptio differunt: quia conſuetudo eſt quid Iuris, Præſcriptio verò quid facti. Ad conſuetudinem requiritur tacitus conſenſus Communitatis, ſaltem maioris partis: ad Præſcriptionem verò ſufficit factum perſonæ particularis. Vnde ſicut per conſuetudinem acquiritur Ius communitatibus; ita per Præſcriptionem perſonis Particularibus. Ad Præſcriptionem requiritur bona fides, neque titulus requiritur. *Bonac. t.2. de decim. q* 5. *pun.* 5. *n.*4.

3 Conſuetudo legem abrogare poteſt, licet in ipſa damnetur futura conſuetudo: dummodo Princeps expreſsè, vel tacitè cōſentiat. *Bonac. de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *pun. vlt.* §.3. *num.*36. *& ſeqq.*

4 Ad probandam conſuetudinem non requiritur Partis citatio. *Bonac. de Sim. diſp.* 4. *pun.*3. *n.* 7. *verſ. Ex Iuribus*, 4. 16. 38.

5 Conſuetudo ſtricti Iuris eſt, ac ſtrictè interpretanda. *Ex Rota Diana* 6. *tr.* 5. *reſ.*26. 1. 2. 51.

† In conſuetudine tamen interpretatiua, ac iuris præexiſtentis declaratiua, ſufficit probare obſeruantiam ſine præſcriptione, Nicolaus de Matarellis, quem refert, & ſeq. Ant. de Butr. c. vlt. n 47. v. ex his dicit. Nicolaus. De conſuet. Alex. conſ. 8. & aduerte n. 7. & ſeq. lib. 2. Plene Aymo. conſ. 201. Præſupponitur n. 11. & 12. & reſoluit Rota apud Put. d. 293. lib. 1. & d. 256 n. 6. & 7. par. 2. diuerſ. Fagn. c. conſuetudines. De conſuet. n. 36. *

6 Conſuetudo & Obſeruantia fundata in titulo vitioſo, licet ſit immemorabilis, non attenditur. *Rota apud Farin. p.*1. *tom.*1. *deciſ.*136. *n.*12.

7 Stylus & obſeruantia Romanæ Curiæ ſeruandus eſt in omnibus alijs Curijs. *Rota deciſ.*212.

8 Conſuetudo eundi ad cantandā Miſſam, & Sermonem habendum in aliquam Eccleſiam eius die feſto approbatur, 1602. Gaeta 1. Octobris 104.

9 Item quod Epiſcopus det certam Panis & Vini portionem Sacerdoti, Diacono & Subdiacono, qui cantauerunt Miſſam Conuentualem, 1603. Caiazzo 17. Iun. 70.

10 Conſuetudo cõtraria Rubricis Miſſalis declaratur abuſus à Sac. Rit.Congreg. cuius decretum habes in principio Miſſalis.

CONTENTIO. Vanagloria.

CONTINENTIA. Incontinentia.

CONTRACTVS.

Commodatum. Conſanguineus. Culpa. Inſtrumentum. Iudicium. Nouitia.

1 DE *rebus* Eccleſiaſticis non valet,niſi adſit ſubſcriptio. *gloſ. c. 1. verſ. vel ſubſcripſit, 96. diſt.*

Hoc tamen in ſcripturis publicis de conſuetudine non ſeruatur, in quibus non ponitur ſubſcriptio, neque Partium, neque Teſtium. *Rota apud Galleſ. deciſ.63. n.3.*

2 Contractus ab aduena celebratus in alieno territorio,non ſeruata loci ſolemnitate, non valet; excepto contractu dotis, in cuius celebratione non attenditur ſtatutum loci, in quo dotis contractus initur, ſed loci, in quo vir habet domicilium, *l.exigere 65. ff.v.de iudic. Bonac. de legib.diſp.1. quæſt.1. pun.6. num.51. verſ. Ex quo patet.*

3 Contractus ex alieno arbitrio pendere poſſunt, non autem vltimæ voluntates. *l. Si quis arbitratu 43. ff. n. de verb. oblig. l.Illa inſtitutio, 32. ff. i. de hæred. inſtit.*

4 Si vterque contrahentiũ veniat contra contractum, in quo ſit appoſita pœna non obſeruanti,neuter pœnam ſoluere tenetur: nam paria delicta mutua compenſatione tolluntur. *c.1. 32. quæſt.6. c. Conqueſtus 7. de pænis, c. penult. in fin. de adult. l. viro 39. ff. l. ſol. matr.*

5 Licet in contractibus fieri poſſit à laicis renunciatio fori; non tamen intelligitur facta ex quibuslibet clauſulis, quibus contrahens omni legum auxilio,ſeu omnibus exceptionibus renunciat. *Galluppus in Praxi Conc. Neap. par.2. n.9.*

CONTRIBVTIO.

Canonicus. Lis. Neceſſitas. Seminarium.

1 COntributiones ceſſant, finita cauſa, propter quam fuerunt impoſitæ, 1601. Euora 2. Aprilis 115.

2 Pro fabrica Eccleſiarum, etiam Parochialium, procurari potius amicabiliter debent, quam per vim, 1601. 2. Maij 128.

3 Clerici non contribuant gabellis impoſitis pro ſalario Medici, vel Chirurgi, 1612. Trani 6. Octobris 95. *v. Clericus 31.*

4 Licet Clerici tenerentur annonæ cõtribuere; non tamen ad id cogi poſſent à Iudice laico, 1622. Imola 19. Iulij 83.

5 Si Abbates locales taxæ contributionum promptè non ſatisfaciunt, prohibentur accedere ad Capitulum generale, cum priuatione officij, & inhabilitate ad illud, & ad alia maiora, 1637. Lateranenſi 9. Ianuarij 1649. 8. Ian. 8. 26. Februarij 10. 16. Aprilis 4.

CONTVMACIA.

Appellatio. Homicidium. Inquiſitor.

CONVENTVS.

Gubernatio. Quæſta. Superior.

† S. D.N. Vrbanus VIII. declarationem DD.Cardinalium Sacri Conc. Tridentini Interpretum probans conſt. ſuam Rom. Pont. 25.& 43. *Cum contingat* §.14. de nouis Conuentibus non erigendis, niſi cũ numero duodecim Religioſorum, declarauit habere locum etiam extra Italiam 30. Ian. 1638. in Congreg. de p. f. coram S. ſua habita. *

1 Sub decretis ſuper erectione nouorũ Conuentuum,non comprehenduntur Cõgregationes Presbyterorum ſæcularium in communi viuentium, erectæ auctoritate ordinaria, 1623. Capaccio 13. Ian. 13.

Neque translatio eiuſdem Conuentus, dummodo à primo totaliter diſcedat,1625. Carm. Scal. 4. Auguſt. 1641. Cappuccini 13. Septembris 268. Monte Vergine 6. Decembris 352.

Neque ampliatio eiuſdem Conuentus, 1646. 22. Iunij 14.

Niſi laudum, vel quid aliud obſtet,1611. 23. Decembris 162.

2 Ordinarius in licentia erectionis conuentus non poteſt apponere pactum,& cõditionem, quod fratres non poſſint benedicere cineres, & palmas, eaſque fidelibus diſtribuere, vel prædicare,vel dicere Miſſas, niſi de ſua licentia, & horis ab eo præſcribendis, 1589. Potenza 23. Maij 148.

† Neque cum clauſula,quod in primis & ante omnia renuncient priuilegijs Apoſtolicis, quæ habent ſuper decimis. *lib.131. 47. S. Benedicti Hiſpaniarum. C. C.* *

3 Conſenſus ab Epiſcopis in erectione conuentus præſtari debet gratis, 1613. S.Agoſtino 27. Auguſti 95.

† A Vicario vero Generali præſtari nõ poteſt ſine ſpeciali mãdato, vt omnes vnanimiter ſenſerunt, 11. Iulij 1620. *

4 Murari debent Portæ, quæ à conuẽtibus ſiue hoſpitijs Fratrum tranſeunt in domos ſæcularium,1617. Nouara 7.Iul.181.

5 Tam ad habitum, quam ad Officia,& Prælaturas alicuius Monaſterij, Originarii, & natiui, cæteris paribus, exteris præferendi, 1633. Oliuetani 2. Decemb.406. 16.Decembris 430.

6 In Conuentu à Regularibus derelicto pununtur Clerici ſæculares ad cuſtodiam, 1601. Meſſina 16. Iulii 175. 1603. Roſſano 1. Septembris 68. *v. Eccleſia.*

7 Qui ſi intra terminum ab Epiſcopo præſi-

præſigendum ei non prouident, priuantur omnino. *Ibidem*.

8 Propter delictum commiſſum à Regulari priuato, non debet auferri Conuentus in opprobrium totius Religionis, ſed delinquens ipſe ſeuerius puniri, 1615. Trẽto 4. Maij 58. *v. Cura* 15.

9 *Parui Conuentus* ſeu Conuentini ſummè diſplicent, 1604. Tortona 10. Febr. 16. 17. Maij 40.

10 Ex conſt. S. M. Innocentij Papæ X. ſuper extinctione, & ſuppreſſione paruorũ Conuentuum, eorumque reductione ad ſtatum ſæcularem, & bonorum applicatione, & prohibitione erigendi noua loca Regularia in Italia, & Inſulis adiacentibus, edita Idibus Octobris 1652. incipit. *Inſtaurandæ, &c. Omnes, & ſingulos Conuentus, &c. in litteris ab eadem Congregatione propediem expediendis, nominatim exprimendos, in quibus ob paruũ numerum, &c. perpetuo extinguimus, &c.*

11 *Quo circa, &c. infra terminum ſex menſium à die præſentationis litterarum, &c. dimittant realiter, &c. poſſeſſionem corporalem, &c. reſeruata eis facultate aſportandi profanam, non autem ſacrã ſuppellectilem, &c. Alioquin pœnas, &c.*

12 Eo vero termino elapſo, non liceat Regularibus in Eccleſijs dd. Conuentuum Miſſas ac diuina officia celebrare, &c. Alias eo ipſo Eccleſiæ remaneant ſuppoſitæ Eccleſiaſtico Interdicto. Et Ordinarij requiſiti Religioſos eijciant, & curent onera adimpleri, ac curam Animarum exerceri per Presbyteros ſæculares.

13 *Bona applicamus pijs vſibus in eiſdemmet locis, vbi ſiti ſunt conuentus; ijſque non indigentibus, alijs locis eiuſdem diœceſis, iuxta deſignationem, & partitionem, quam eadem Congregatio ſingulorum Epiſcoporum cum ſuis Capitulis ſententia prius audita, &c. de mandato noſtro faciet in ſuis litteris ad eoſdem Epiſcopos ſcribendis, &c.*

14 *Verum hoc perpetuo prohibemus edicto, ne quis Regularium, &c. ad habitandum domos, &c. erigere vel fundare præſumat, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, &c. in ſcriptis, & gratis concedenda, præuia examinatione Congregationis, &c.*

15 *Declaratio*. In hoſpitijs, vel Grancijs non permittitur habitatio Religioſorum, neque curæ exercitium per Regulares, ſed per Presbyteros ſæculares, ab ipſis Regularibus nominandos. Permittitur item habitatio Regularium laicorum ſeu Conuerſorum pro fructibus colligendis. 10. *Decembris* 1652.

16 Conuentus parui reſtituti ſubiecti ſunt Ordinario, donec per S. C. declaratũ fuerit, ibi commodè degere poſſe, & cum effectu degere, duodecim Religioſos. Et ſi interim non alantur in eis ſaltem ſex Religioſi, quorum ad minus quatuor ſint Sacerdotes maturæ ætatis, gratia reſtitutionis nulla ſit. In alijs vero non ſuppreſſis, in quibus quandoque dictus numerus non alitur, datur iuriſdictio Ordinario tamquã Delegato Apoſtolico, 10. Febr. 1654.

17 Super quo decreto die 27. Iulij 1655. emanauerunt à S.C. ſuper ſtatu Regulariũ ſequẽtes declarationes à S.D.N. approbatæ.

I. Epiſcopus in Conuentibus ſuæ iuriſdictioni ſubiectis, non poteſt Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, vel familiam conſtituere.

II. Ex rationabili tamen cauſa poteſt Religioſos à dictis Conuentibus amouere, commonito prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, vt eoſdem Religioſos aſſignet in alijs Conuentibus.

III. Regulares eorundem conuentuum compelli poſſunt ab Epiſcopo ad exhibendos libros introitus & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis.

IV. Poteſt Epiſcopus in eiſdem Conuentibus ſe ingerere etiam in ijs, quæ Regularem diſciplinam concernunt.

V. Eccleſiæ dictorum Conuentuum, & Cappellæ Granciarum, in quibus degunt conuerſi pro Agrorum cultura, poſſunt ab Epiſcopo viſitari:

VI. Sicut etiam ipſi conuerſi.

VII. Et Granciæ, licet nullus ibi degat conuerſus.

VIII. Non tamen licet Epiſcopo viſitare conuentus, tam ſuppreſſos, & poſtea reſtitutos, quam non ſuppreſſos, ad effectum cognoſcendi, an in illis reipſa alantur ſex Religioſi, antequam aliunde conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi, & deficientia numeri conſtituti.

IX. Non licet Epiſcopo tales conuentus viſitanti quicquam accipere procurationis nomine.

X. Iuriſdictio prædicta competit etiam Vicarijs generalibus Epiſcoporum, & alijs inferioribus Prælatis, proprium territoriũ, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus.

XI. Prouinciales, & alij Superiores Regulares, poſſunt huiuſmodi conuentus Ordinarij iuriſdictioni ſubiectos, & Religioſos in illis degentes, viſitare corrigere & punire, omnemque iuriſdictionem in eos exercere ſicut poterant ante dictum decretum, nõ tamen priuatiuè quo ad Epiſcopũ.

XII. Si Superior Regularis in cauſa præuenerit contra ſubditum degentem in aliquo ex eiſdem Conuentibus Ordinario ſubiectis, fabricando proceſſum, vel eum carceri mancipando; Epiſcopus non poteſt

huiuſmodi cauſam reaſſumere,ac ſuperiori inhibere, niſi ex iuſta cauſa; veluti cum vidat, ſuperiorem Regularem ex odio vel amore, cupiditate vel metu, aut ex nimia ſeueritate vel indulgentia, quid durius,aut remiſſius conſtituere,quam cauſa depoſcit: in quo ipſius Epiſcopi cōſcientia oneratur.

XIII. Non licet econuerſo Superiori Regulari, Religioſum ab Epiſcopo inquiſitum à loco amouere; & ſi amotus fuerit, poteſt Epiſcopus cauſam proſequi,& illum quibuſcumque remedijs reuocare, etiam inuocato auxilio Ordinarij, & Brachio ſæculari cuiuſcumque loci, in quo Religioſus ille reperiatur.

XIV. Quo caſu excepto, ſi Superior localis, vel etiam Prouincialis, voluerit aliquem ex fratribus à Conuentu remouere, id Epiſcopus prohibere non poterit.

XV. Si à conuentu primum ſuppreſſo, & deinde Religioni reſtituto, abſint ex aliqua rationabili cauſa, & ad breue tempus, vnus vel plures ex numero ſex Religioſorum ibi degentium; gratia reſtitutionis ob id non eſt nulla, nec Conuentus remanet ſuppreſſus, omni tamen fraude ceſſante.

XVI. Conuētus tamen remanet ſubiectus iuriſdictioni Ordinarij, tali abſentia durante.

XVII. Iterum vero impleto numero, Conuentus recuperat priſtinā exemptionē.

XVIII. Si gratia reſtitutionis Conuentus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo,quod in illo ad formam decreti cum effectu non alantur ſex Religioſi, & poſtea contingat eiuſmodi numerum impleri,non reuiuiſcit gratia reſtitutionis Conuentus.

XIX. Antequam Epiſcopus Conuētus poſſeſſionem apprehendat, vel Religioſos expellat ex eo, quod gratia reſtitutionis vt ſupra reddatur nulla, debet præcedere declaratoria ipſius Epiſcopi cū cauſæ cognitione.

XX. A qua declaratione licet Religioſis ad Sedem Apoſtolicam appellare quo ad effectum deuolutiuum tantum, non etiam quo ad ſuſpenſiuum.

XXI. Aetas autem matura ad hunc effectum dicitur cōpleto anno quadrageſimo

18 *Familia.* In paruis Conuentibus,qui penitus extingui ſupprimiue omnino non poſſunt, non debent collocari, niſi Religioſi ſenes, bonæ vitæ, & ad annum tantum, 1594. Auerſa 4. Iulij 112. 1616. Siracuſa 29. Ianuarij 18.

19 Eccleſia vero Monaſterio vnita, in qua nulla reperitur Monachorum reſidentia,in ſupradicta ſuppreſſione non comprehēditur,1654.Oliuetani di Noli 20.Nou.220

† Conuentus Miſſionum, licet parui, non ſupprimuntur, 1628. 111. 14. *

CONVERSATIO.

Acceſſus. Epiſcopus. Notitia. Vicarius.

1 EPiſcopus ſtatim expellere debet à Ciuitate Presbyterum, qui ſcribit Monialibus litteras amatorias, 1613. Gubbio 27. Auguſti 98.

Et Miniſtrum Monaſterij, qui cum aliqua Moniali intimam familiaritatē habet, 1614. Nicaſtro 25. Aprilis 49.

2 Regulares item ſcribentes litteras, & mittentes Nuncios ad Moniales, ſubire debent pœnas arbitrio, licet non comprehendantur in decreto, 1605. Cremona 22. Auguſti. Gregor. XV. conſt. 18. *Inſcrutabili*.

Et ad longinquas partes amandari, 1611. Turino 2. Martij 26.

CONVERSVS.

Ancilla. Clauſura. Dos. Eleemoſyna. Laicus. Numerus. Profeſſio. Regularis. Velum.

1 COnditio appoſita in admiſſione Cōuerſorum, quod eijci poſſint, ſi fuerint incorrigibiles aut ſcandaloſi;quo ad veros incorrigibiles, per annum in carceribus probatos, eſt ſuperflua, quo ad alios nulla, 1635. Ciſtercienſi 1. Iunij 191.

2 Conuerſus factus Sacerdos per Breue, 1649. 26. Nouembris 2.

Contra voluntatem ſui Generalis ſuſpēdi debet, 1633. Minimi, 18. Nouemb. 393. *v. Laicus* 5.

3 Superiores,qui contra decretum Clementis Octaui ſuper receptione & inſtitutione Nouitiorum 19. Martij 1603. Sub conſt. 82. *cum ad Regularum*, §. 34. tenoris ſubſeq. *Qui ad Conuerſorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum ſtatum tranſire, etiam durante tempore probationis, non poſſint*, dant eiſdem Cōuerſis licentiam tranſeundi ad ſtatum clericalem, ſuſpendi debent ab officio ad tempus: tranſeuntes vero reducendi ſūt ad laicalem cum perpetua ſuſpenſione à ſuſceptis ordinibus, 1620. Minimi 14. Febr. 46. 1646. 26. Ian. 1. Præſertim inter Auguſtinianos, vt ex ſequenti decreto.

Cum Sacræ Congregationi negotijs & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſitæ innotuiſſet,nonnullos Fratres laicos ſeu conuerſos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, propriæ conditionis & ſtatus oblitos,vel graduum altiorum appetentes dignitatem, ad ſtatum Clericalem abſque legitima Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia pertranſiſſe. Alios quidem, poſtquam habitum per laicos, ſeu conuerſos quoſdam alicubi geſtari ſolitum,quem vulgo *Zimarrettam* appellant,ante vel poſt corū acceptationē ſeu receptionem aſſumpſerāt dere-

dereliquiſſe, & inter Clericos poſtmodùm ſe cooptari, vel recipi feciſſe. Alios poſtquam in ſtatu laicorum ſeu conuerſorum, &c. & in actibus laicorum ſe exercuerant; propria item auctoritate, vel de Superiorũ ſuorum, nempe Generalium, vel Prouincialium licentia, habitum Clericorum aſſumpſiſſe, &c, vel in propriis Prouincijs remanentes, vel ad alienas tranſeuntes, aut alias remotiores partes peragrantes, ad ordines etiam ſacros cum debitis dimiſſorijs, ſe promoueri feciſſe. Alios denique, poſtquam vt ſupra inter laicos ſeu conuerſos fuerant recepti, vel profeſſi, & in actibus eorum ſe execuerant, ementitis litteris teſtimonialibus ſuorum ſuperiorum, & ſuæ receptionis, Clericalem habitum, & ordines minores ac ſacros ſuſcipere, & in Altaris etiam miniſterio miniſtrare, ſacraque pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta, ac curam etiam Animarum exercere, veritos nõ eſſe: Eminentiſſimi eiuſdem Sacræ Congregationis patres, ne res tam mali exempli vlterius progrediatur, & ipſi tantæ temeritatis impunes non pertranſeant, pro eo quantum fieri poteſt proſpicere volentes; audito prius Priore Generali, & Procuratore generali eiuſdem ordinis, ac negotio huiuſmodi primo in Congregatione particulari deſuper deputata, tum in plena Cõgregatione ſemel atque iterum diligenter examinato, & maturè diſcuſſo, communicato etiam conſilio cum Sanctiſſimo D. N. Vrbano Papa Octauo, atque ex peculiari Sanctitatis ſuæ facultate, in has, quæ ſequuntur, reſolutiones, deueniendum eſſe cenſuerunt.

I. Omnes & ſingulos, quos eorum Prouincialibus, ſeu Vicarijs generalibus reſpectiuè, vna cum duobus ſaltem Patribus Diffinitorii conſtiterit, fuiſſe pro Clericis in ipſa Religione acceptatos, licet ante, vel poſt eorum acceptationem, habitum vt ſupra à laicis geſtari ſolitum, *Zimarrettam*, nuncupatum detulerint, dummodo in actibus laicorum, ſeu conuerſorum ſe non exercuerint, mandant ex hac cauſa non moleſtari; iiſque, vt in prædicto habitu, & ſtatu Clericali, liberè, & licitè remanere poſſint, indulgeant; & quatenus ex hac eadem cauſa reperiantur ab exercitio ſuorum Ordinum plenariè redintegrent. Vtque in poſterum Clerici à laicis, tàm ante, quàm poſt eorum acceptationem, & profeſſionem, etiam per habitum diſtingui poſſint, diſtrictè mandãt, & præcipiunt, ne vllus iam receptus, aut acceptatus, vel de proximo, aut poſthac acceptandus, ſiue recipiendus inter Clericos, habitum præfatum, *Zimarrettam* nuncupatum, per ſeipſum aſſumere, aut à Generali, Prouinciali, vel alio Superiore, quocunque nomine cenſeatur, etiam in Generali; vel Prouinciali Capitulo, aſſumendi, vel deferendi licentiam, ſeu facultatem obtinere, vel concedere præſumat. Qui ſecus fecerit, à ſtatu Clericali deiectus, ad habitum, & ſtatum laicorum, & conuerſorum reducatur. Et Superiores, qui prædictam *Zimarrettam* quomodolibet dederint, aut deferri permiſerint, vel deferendi licentiam conceſſerint; perpetuam officiorum, quæ tunc obtinebunt vociſque actiuæ, & paſſiuæ priuationem, ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrant.

II. Quos inter laicos, ſeu conuerſos iam receptos, aut profeſſos, vt ad habitum, & ſtatum Clericalem tranſire, & ad ordines promoueri poſſent, falſis litteris teſtimonialibus eorum receptionis, vel profeſſionis, ſeu licentijs ſuorum Superiorum, ad huiuſmodi tranſitum faciendum, vel promotionem obtinendam, vſos fuiſſe, eiſdem Prouincialibus, ſeu Vicarijs generalibus reſpectiuè, vnà cũ duobus ſaltem Patribus Diffinitorij conſtiterit; eos à ſtatu Clericali deijci, ad ſtatum, & exercitia laicorum, ſeu conuerſorum reduci, atque ab exercitio Ordinum, quos temere aſſumpſerunt, abſque ſpe vlterioris promotionis, vel rehabilitationis, perpetuo ſuſpendi debere mandant, & præcipiunt.

III. De his, qui cum vera, & legitima ſuorum Superiorum licentia tranſitum huiuſmodi feciſſe, vel cum eorum Superiorũ legitimis litteris teſtimonialibus ad ordines ſe fuiſſe promptos deduxerint, Sacra Congregatio in caſibus particularibus, penſatis cuiuſque rationibus, & circumſtantijs, prouidebit.

Ac poſtremo Generali, Prouincialibus, Vicarijs generalibus, & alijs quibuſcunque Superioribus præſentibus, & qui pro tempore fuerit Ordinis huiuſmodi, quocunque nomine cenſeantur, prohibet, atque interdicit, ne cuipiam laico, ſeu conuerſo, inter laicos iam acceptato, ſeu recepto, vel acceptando, ſeu recipiendo, etiamſi in ſtatu laicali profeſſionem nondum emiſerit, ad habitum clericalem, poſthac tranſire, tonſuram clericalem ſuſcipere, aut ad Ordines promoueri facere permittant. Si ſecus factum fuerit, Superiores, qui de præmiſſis aliquid conceſſerint, vel permiſerint, officiorum, quæ tunc obtinebunt, vociſque actiuæ, & paſſiuæ priuationem ipſo facto, & abſque alia declaratione, arbitrio eiuſdẽ S. C. duraturam, incurrant: ſicque tranſeuntes, tonſuram ſuſcipientes, vel ſe promo-

moueri facientes, ab exercitio ſuorum ordinum perpetuo ſuſpenſi remaneant, à ſtatu Clericali deijciantur, & ad habitum ac ſtatum laicorum ſeu conuerſorum reducantur. Conſtitutionibus eiuſdem Ordinis, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis, priuilegiorum communicationibus, aut alijs Apoſtolicis conceſſionibus, & indultis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. *Romæ 23. Ianuarij 1643.*

Formam rehabilitationis, de qua ſupra in §. 3. habes in meo compendio Regularium v. Agoſtiniani num. 12.

4 Prima Regula S. Claræ, non admittit conuerſas, 1596. Vlixbonen. 6. Martij 282. 1609. Lecce 15. Maij 31.

5 Vbi conuerſæ ſunt in magno numero, ferè ad medietatem Choralium, prohibentur aliæ veſtiri ſine licentia S. C. etiam intra numerum, 1603. Camerino 18. Martij 21. 1648. Mantoua 11. Martij 9.

6 Non conceditur licentia recipiendi conuerſas in Monaſterijs illas recipere non ſolitis, 1604. Ferrara 9. Martij 21. &c.

Niſi ex iuſta cauſa, puta quod Moniales nobiles, vilibus non aſſuetæ, inde contrahant infirmitates, 1627. Fano 30. April. 184.

7 Conuerſa acceptata ante prohibitionem veſtiri debet etiam poſtea, 1603. Parma 7. Ianuarij 1.

8 Conuerſa recepta cum licentia S. C. in Monaſterio, quod mittit ad quæſtuandum, ipſa propterea nunquam poteſt exire, 1650. 15. Iulij 38.

Sed hæc prohibitio non ſemper apponitur, quod fuerit experta difficilis, 1655. *Bologna 9. Iul. 202.*

9 Singulæ cōuerſæ aſſignandæ ſunt pro ſingulis Monialibus Officialibus; ac de anno in annum, & de officio in officium, mutari, 1601. Padoua 3. Iulij 74.

Cum cauſa pro quinis quibuſque Monialibus datur vna cōuerſa, regulariter pro quibuſque decenis, 1601. Lucca 17. Septembris 93. 1602. Viterbo 4. Iunij 33.

Vel pro octenis, 1618. Piſa 13. Iulij 242. 1622. Genoua 18. Martij 64.

Vel pro ſeptenis, 1647. 5. Iulij 78.

10 *Ad Clauſuram* tenentur conuerſæ, ſicut Moniales, 1601. Volterra 14. Nouembris 104. 1617. Bologna 15. Septemb. 240. 1620. 28. Aprilis 118.

11 *Ad probandum* Inſtitutum in habitu ſæculari conuerſæ quoque recipi poſſunt de licentia S. C. 1603. Mantoua 20. Ian. 5. 1646. Cremona 2. Martij 6. &c.

12 *Velari* non debent conuerſæ, licet idoneæ, ne via aperiatur ambitioni: niſi rarò, cum diſpenſatione S. C. 1602. Cremona 3. Decem. 84. 1603. Arezzo 10. Iun. 44

Et nouo probationis anno, 1634. Arezzo 15. Sept. 373. 1651. Montefeltro 26. Iun. 24.

13 *Dos* conuerſarū minor quam Choralium, ſæpius pro medietate, aliquando nulla, licet ſupra numerum, 1574. Modena 24. Maij 248. 1600. Ferrara 21. Nouembris 4. 1602. Rieti 17. April. 22. 1622. Genoua 18. Martij 64.

Reſpectu laborum, 1603. Senegaglia 1. Octobris 63.

Licet aliquando ſoluerit etiam dotem duplicatam, 1645. 20. Ian. 36. &c.

Et triplicatam, 1645. 24. Martij 16.

14 *Supranumerariæ* potius recipiendæ, quam alicui Moniali Conuerſa, vel Ancilla particularis concedatur, 1603. Napoli 4. Maij 15. 1647. 21. Iulij 79.

15 Abbatiſſa, quæ recipit ſupranumerarias ſine licentia Sacræ Congregationis, ſuſpenditur ab officio: Monaſterium vero à recipiendis conuerſis, etiam numerarijs, 1602. Viterbo 26. Martij 20. 17. April. 21. Arezzo 18. Iunij 38.

16 Duæ ſorores conuerſæ in eodem Monaſterio prohibentur ſine licentia S. C. 1649. Pauia 29. Ian. 22 &c. 1650. Parma 4. Februarij 14.

14 *Pro ſeruitio* neceſſario furni poſſunt recipi conuerſæ, 1600. Camerino 5. Dec. 11.

18 Conuerſa male affecta meretur exēptionem, maximè ſi diu ſeruiuit, & eius conſanguinei volunt propterea donare aliquid Monaſterio, 1602. Palermo 31. Maij 30. 20. Auguſti 56.

19 *Profeſſionem*, expleto anno, debent emittere conuerſæ, vel exire ad præſcriptū Bullæ Pij V. 1602. Viterbo 8. Maij 26. 1603. Napoli 15. Aprilis 27.

Et ad hoc debet eis terminus præfigi, 1603 Theano 27. Octobris 82. 28. Nouembr. 91.

Non obſtante qualibet cōtraria conſuetudine, 1612. Viterbo 4. Decemb. 152. §. 2. 1618. Aſſiſi 27. Iulij 159.

20 Conſuetudo Monaſterij ſeruari debet, quod Sorores conuerſæ ad vſum veli nigri, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, ſtallum in Choro, & alia huiuſmodi, non admittantur: & non in clauſtro, ſed in cœmeterio, ad id, de more deputato, ſepeliantur, 1645. Rhemen. 16. Nouembris 4. 1647. 13. Auguſti 52.

CONVERTITAE.

Coniux 6. Numerus. Profeſſio. Vidua. Virgo.

1 P*Rohibitio* veſtiendi pro illis Monaſterijs, quæ mittunt ad quæſtuandum profeſſas, ſiue Moniales, ſiue conuerſas, nō cōprehendit Monaſteria Conuertitarū, 1610 Reggio 23. Iulij 1615. Bologna 14. April. 44.

Si

2 *Si redditus* non ſunt ſufficientes, non poteſt iniungi clauſura, nec profeſſio, nec vota, ſed tantum inchoari ſeceſſus ad modum loci pij, 1601. Rauenna 19. Iunij 70.

3 *Virgines* recipi non debent in Monaſterijs Conuertitarum, nec è conuerſo, 1602 Mazara 23. Aprilis 24. Valentia 17. Decembris 89. 1603. Toledo 17. Maij 42. 1614. Catanzaro 12. Septemb. 16. 1618. Imola 9. Octobris 341. † Licet eſſent illegitimæ, 1656. Ancona 10. Martij 124. *

Non ſolum quia corruptæ, cum incorruptis non conueniunt; ſed etiam quia præripitur locus ijs, quæ relinquerent peccatum: & ita tam pium opus impeditur, 1626. Catanzaro 4. Maij.

Niſi in caſu, quo non poſſent alibi Monachari propter aliquem reſpectum, ſi adſit conſuetudo, vel ſaltem exemplum, 1618. Palermo 19. Ian. 18. 1629. Ferrara 6. Apr. 120

4 *Nec educationis* titulo, niſi cum litteris Sacræ Congregationis, quæ derogent expreſsè prohibitioni, 1647. Rheggio di Calabria 2. Aug. 72. 1650. 9. Aprilis 3.

5 *Adultera* inter Conuertitas de conſenſu Mariti continentiam promittentis, vel Religionem intrantis, 1602. Ancona 10. Iunij. 43. 16. Iunij 65. 1. Septembr. 69. 1642. Vrbino 13. Iunij 202. Todi 7. Septemb. 313. 1643. Bologna 18. Aprilis 195.

Niſi deprehenſa fuiſſet in adulterio de recenti, 1602. Perugia 19. Nouemb. 77.

Vel niſi eſſet grauida, 1604. Lecce 6. Septembris 40.

6 *Numerus* præfigi non ſolet in Monaſterijs Conuertitarũ, 1603. Modena 8. Apr. 21

Non enim comprehenduntur decreto Concilij, cum expreſsè excipiantur ſeſſ. 26. cap. 18.

7 *Profeſſio* poteſt à Conuertitis emitti, licet legere non nouerint, 1602. Genoua 19. Martij 17.

Modo tamen aſſiſtant Choro ſicut aliæ: & pro officio ſubmiſſa voce recitent alias orationes ab Ordinario præſcribendas, 1650 Vicenza 26. Auguſti 59.

8 Sacra Congregatio concedere ſolet licentiam in caſibus particularibus, vt conuertitæ ſuſcipiant habitũ, & emittant profeſsionem eodem die, vel ante annum probationis expletum, 1603. Modena 8. April. 21. 1627. Ferrara 2. Iulij 315.

Vt eas ſubtrahat à periculo redeundi ad vomitum, 1645. 17. Februarij 44. &c.

Quæ licẽtia regiſtrari debet in libro, 1642 Vicenza 30. Maij 189.

Non tamen coguntur profiteri, vel exire, niſi poſt annum, 1603. Fiorenza 1. Septembris 67.

9 Mulieres, quæ alias fuerunt inter Cõuertitas, non admittuntur ad profeſſionem ſine nouitiatu, 1637. Rimlni 24. Aprilis.

10 Conuertitæ profeſſionem emittunt ante ſexdecim annos, 1604. Venetia 1. Iun. 43. *Rationem habes ſupra num. 6.*

11 *Non conſecrantur*, neque velum recipiunt Virginitatis, 1618. Fiorenza 27. Decembris 406.

12 *Regimen.* Reprobatur abuſus tranſferendi Moniales Virgines, pro gubernio Conuertitarum: ſed potius Mulieres ſæculares introduci debent, 1595. Vrbino 14. Ian. 58. 1622. Vagliadolid 11. Ian. 14. 1625. Vrbino 18. Martij 62.

Vel transferri Moniales idoneæ ex alijs Monaſterijs Conuertitarum, 1595. Meſſina 21. Aug. 100. 1602. Gubbio 23. Iul. 46.

Vel datur licentia confirmandi eamdem Abbatiſſam pro ſecundo triennio, 1617. Palermo 21. Febr. 43. 18. April. 96.

CONVIVIA.

Beneficium. Ordo. Sepultura.

1 FIeri non debent ab his, qui de nouo recipiunt ordines, vel beneficia, nec quicquam horum loco ſolui, 1604. Policaſtro 3. Febr. 16. Venoſa 17. 1613. Policaſtro 30. Iulij 67.

† Si tamen quod ſoluitur, conuertatur in vſum Sacriſtiæ, Paulus V. talem conſuetudinem benignè permiſit, 6. Iulij 1612. ex ſententia C. C. ſicut permiſerat etiam Gregor. XIII. 15. Nou. 1584. *

2 Fieri ſolita per Confratres in ſuis feſtis, conniuenter tolerari poſſunt; modo non feria ſexta Paraſceues, nec cum redditibus loci pij, nec intra aut propè Eccleſiam 1614. Anagni 12. Septembris 84.

Vel ſaltem ſi ſecundum conſuetudinem fiant ante Eccleſiam, tempore conuictus omnino claudantur eiuſdem Eccleſiæ ianuæ, 1606. Veroli 10. Ian. 3.

COPIA.

Acta 1. Cancellaria. Exemplum. Proceſſus. Scriptura.

CORONA.

Conſecratio. Oratio.

COronam ſiue Roſarium recitare obligatus, poteſt facere interruptionem inter quamlibet decenam: nam ſingulæ decenæ reputantur tamquam vna hora Canonica. Immo ſatisfaceret obligationi, etiam facta interruptione in ipſiſmet decenis. *Bonac. de legib. diſp. 4. quæſt. 2. pun. 6. num. 28.*

CORPORE VITIATVS.

QVando illa vitia non inducunt deformitatem notabilem, vel ſcandalum in exercendis ordinibus, poteſt promoueri: quare Claudus, qui ſine baculo accedere, ac miniſtrare poteſt ad Altare, non eſt irregula-

gularis. *Silueſt. v. Corpore vitiatus n. 5. Nau. c.27. n.199. Rodriq. p.1. c.159. n.1.*

CORRECTIO.

1 CO*rrigere* oportet diſcretè, & cum moderamine: nam aliàs qui nimis emungit, elicit ſanguinem. *c. fin.4.diſt.* Vnde verſus.

Qui nimis emungit, ſolet extorquere eruorem.
Et violenta facit correctio deteriorem:
Sed moderata ſatis correctio gignit amorem.

gloſ. 1.Niſi cum pridem 10.Ver.elicit.De renunc.

2 Prælati ex omiſſione correctionis erga ſubditos facile, ac ſæpius peccare poſſunt mortaliter: Ceteri difficilius, & raro. *Diana 4. tr.4. reſol.128.*

CRATES.

Clauſura. Collocutorium. Eccleſia.

1 T*Olerari* poteſt vna Cratis in Eccleſia, modo ab extra claudatur lignea feneſtra, cuius clauem teneat Confeſſarius, aperienda ſolum occaſione concionis, vel alterius neceſſitatis non abſimilis, 1593. Napoli 21. Aprilis 146.

Modo non deſeruiat pro collocutorio; 1601. Auerſa 9. Ian. 1. 1650. 15. Iulij 67.

2 Crates in Eccleſia ad concionem audiendam fiant ita præaltæ, vt deſeruire non poſſint ad colloquium, & duplices cum duabus clauibus, quarum alteram teneat Abbatiſſa, alteram ſuperior, nec aperiantur ad aliud; 1601. Bologna 12. Iulij 76. 1603. 28. Iunij 5.

3 Crates debent eſſe duplices, adeoque diſtantes, ac foraminibus anguſtis, vt ab exteris nequeant manus tangi, neque ſolis digitis, 1604. Perugia 4. Maij 34. 1629. Lecce 15. Iunij 195. 1647. 11. Octobris 31.

4 Crates ſuperfluæ, & quæ ſunt in ingreſſu cellæ confeſſarij claudantur; & quæ in diuerſis locis, reducantur in vnum, 1601. Bologna 3. Iulij 74. 12. Iulij 76. 1635. Lecce 11. Maij 165. §.4.

CREDITOR.

Appellatio. Calculus. Debitor. Electio. Fructus. Heres. Mercator. Pactum.

1 P*Er taciturnitatem* non videtur alienationi rei ſibi obligatæ conſentire, quin poſſit pignus proſequi. *l. Sicut 8. §. Non videtur, ff. v. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.*

Nam qui tacet, & patitur, conſentire nō videtur in his, quæ præiudicium afferunt, & incommodum. *l. Filius familias 8. §. Inuitus, ff. v. de Procur.*

Fallit tamen fauore piæ cauſæ. Verbi gratia ſi quis donauit pio loco fundum obligatum creditori præſenti, & tacenti, cenſetur pignus remiſſum. *Textus eſt loquens in libertate in l.1. C. de remiſſ. Pignor. quem ibi Bald.* *extendit ad omnem piam cauſam, & ſequuntur allegati per Tiraq. priuil. 131. Vide l. Creditor, ff. n. de reg. iur.*

2 Creditor poteſt non ſolum totum pignus retinere, ſed etiam illud vendere, quouſque debitor aliquid ſibi debet, licet ſolum quadrantem. *l. Quam diu 8. C. de diſtract. pign.*

Et etiam illud pignus alteri pignorare; ſi debitor non ſoluat ad ſtatutam diem. *l. 2. C. Si pignus pignori detur. Nau. c.17. num.205. Oinot. de rer. diuiſ. §. Gallinarum.*

Intelligitur tamen, quando Pignus eſt res indiuiſibilis. *Rota apud Cenc. deciſ.69. num.7.*

3 Creditor non cogitur recipere particularem ſolutionem debiti liquidi: quia particularis ſolutio multa ſecum affert incommoda. *l. Tutor 41. §. Lucius, ff. v. de vſur. l. Plane 3. ff. v. Fam. ercisc. Dixi. de oblig.28.*

4 Creditor agere poteſt contra quemlibet ex Debitoribus, prout ſunt obligati, vel pro rata, vel in ſolidum, non obſtante pacto, quod Debitores vel hæredes inierunt inter ſe, vt vnus eorum omnia debita ſoluat: Actiones enim perſonales dicuntur comitari Reum ſicut lepra leproſum. *l. Debitorem cum l. ſeq. C. de Pactis. l. penult. C. de Oblig. & action. Dinot. de act. §. Omnium. n.12. & 13.*

Et conuentio inter alios acta aliis non obſiſtit. *l. Si vnus ante omnia, ff. v. de pactis:*

Et Creditor inuitus nō poteſt cogi mutare debitorem, licet magis idoneus offeratur. *l. Si mandato meo, in fine princip. ff. v. Mand.*

5 Qui ſibi deberi aliquid putat, non propria auctoritate vi quadam, ſed legitimis actionibus id proſequi, & petere debet: alias iure, ſi quod competit, priuatus. *l. Extat 13. ff. v. Quod metus Nuſa. l. Si quis in tantam 7. C. Vnde vi. Oinot. de oblig. in princip. num.24.*

Niſi pactum interceſſiſſet, *de quo in tit. de action. n.13.*

6 Creditor ex actione perſonali nō agit contra Tertium. *Rota apud Farin. par.1. tom.1. deciſ.205: num.3.*

7 Creditor regulariter tenetur prius excutere ſpecialem hypothecam, *vt latius dixi in tit. de action. num.119.*

8 Creditor admittitur ad licitandum in pignore iudiciali, alio emptore non exiſtente, vel exiſtente quidem, ſed non dignum pretium offerente. *Rota apud Coccin. deciſ.109. num.12.* Secus eſt in pignore conuentionali. *l.2. C. ſi in cauſa iudicati.*

CREDO Fides 7.

CRVCIATA.

Vide quæ dixi in Can. lib.5. tit.39. De ſent. excom. num.208. §. 3.

CRVX.

C R V X.

Adoratio. *Archiepiſcopus. Proceſſio. Sepultura.*

1 P*Ontius Pilatus*, cum in gratiã Iudæorum, indicta quidem cauſa, Saluatorem noſtrum ignominioſo Crucis patibulo iuſſiſſet affigi; vt non id niſi grauiſſimo neceſſitatis vrgente telo factum oſtenderet, quatuor dictionibus, Hebraicè, Græcè, & Latinè cauſam damnationis eius inſcribi, quam breuiſſimè expreſſam ſolummodo latine volumus.

Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.

2 Mahomettani Crucem abominantur, & Chriſtianos illã adorantes appellant Idololatras. *Cedrenus in Heraclio.* Vide ſupra verbo. *Adoratio.*

C V L P A.

Commodatum. Incendium. Peccatum. Permiſſio. Ratio.

1 E*St voluntaria* inordinatio actus. *S. Thom. 1. quæſt. 48. 1. ad 5. & 6.*

Vel deuiato à bono. *Bart. in l. Quod Nerua, 32. ff. v. Depoſiti.*

Et diuiditur in dolum, & culpam ſimplicem.

Dolus eſt machinatio ad decipiendum aliquem adhibita: ſi verbis, fallacia; ſi factis, fraus dicitur. *l. 1. ff. v. de dolo.*

Culpa ſimplex diuiditur in latam, leuem, & leuiſſimam.

Lata eſt non euitare, quod omnes communiter euitant: vt eſt eius, qui extra domum, vel in ſcamno, librum ſibi commodatum reliquit.

Leuis quam regulariter omnes eius profeſſionis euitant, qui librum commodatum reliquit in cubiculo, aperto oſtio.

Leuiſſima, quam ſoli homines diligentiſſimi vitare ſolent: qualis eſt eius, qui librum reliquit in cubiculo, quod claue quidem obſerauit, ſed manu non tentauit, an bene obſeratum eſſet.

Caſus vero fortuitus eſt inopinatus rei euentus, qui præuideri non poteſt, neque per diligentiſſimum: de quo nemo tenetur regulariter; niſi mora, culpa, vel pactum præcedat. *Nau. cap. 17. num. 178. & ſeqq. Oinot. de ſuſpect. tutor. §. Suſpectus autem remotus. a.*

2 Culpa duplex. Vna iuridica, quæ eſt omiſſio diligentiæ, quam quis adhibere tenetur: altera Theologica ſiue moralis, quæ eſt peccatum mortale, ſeu veniale. Non cõuenit autem inter Doctores, an vtraque harum culparum requiratur ad inducendã obligationem reſtituendi. Quidam dicunt ſufficere culpam iuridicam abſque peccato, & culpa theologica. *Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 6. num. 20.* Et hoc in foro externo proculdubio procedit.

Quidam e contra requiri etiam culpam Theologicam, & neminem in foro conſcientiæ teneri ad reſtitutionẽ abſque peccato mortali. *DD. refert Bonac. l. cit. Quibus adde Cyrill. de 7. præcepto num. 20. & alios quos refert, & ſequitur Diana 3. tract. 6. reſol. 49. & 4. tract. 3. reſol. 30.*

Saltem in contractibus, & ſecluſo pacto. *Eman. Sà, v. culpa num. 2.*

3 De qua culpa quis teneatur in commodato, & alijs contractibus, *dixi lib. 3. Ciuilium, tit. 15. Quib. mod. re contr. oblig. n. 21. verſ. Ad pleniorem.*

4 Depoſitarius tenetur ſolum de dolo & lata culpa, ſi gratis: ſi cum pretio, etiam de leui. *Bonac. tract. 2. de contr. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 6. n. 10. Azor. 3. lib. 7. de depoſito c. 7. Nau. cap. 17. num. 185.*

5 Quando Depoſitarius, vel Commodatarius dubius eſt, an res ſit amiſſa ſua culpa, non tenetur ad reſtitutionem: quia cum delictum non præſumatur, eſt in poſſeſſione ſuæ innocentiæ. *Sancius diſp. 43. nu. 11. Sanch. de matrim. tract. 1. lib. 2. diſp. 41. nu. 18. Diana 4. tract. 3. reſol. 30.*

CVRA ANIMARVM.

Baptiſmus. Benedictio. Beneficium. Capitulum. Caſus. Coadiutor. Diſtributiones. Parochus. Regularis.

1 P*Ro exercenda* cura Animarum debent aſſignari perſonæ certæ, 1601. Aliffe 26. Febr. 86. num. 4.

Et vbi exercetur per turnum, non debet fieri per hebdomadas, ſed per trimeſtria: vt melius ſciatur, qui debeat vocari; & ſi committatur error, contra quem in particulari procedi, 1592. Treuico 25. Ian. 19.

Quo caſu, qui non ſunt apti, grauari debent aliqua honeſta contributione, 1623. Leſina 25. Septembris 100.

† Sacra vero C.C. cenſuit, ſi cura Animarum incumbat Capitulo Cathedralis, atque à Canonicis per turnum exerceatur, non poſſe huiuſmodi Canonicatus ſuſcipere, niſi qui vigeſimum quintum ætatis annum attigerit; eoſque teneri, iuſto impedimento ceſſante, infra annum ad Sacerdotium promoueri, & Congregationibus Caſuum Conſcientiæ adinſtar aliorum curã Animarum habentiũ intereſſe 26. Iun. 1621.

Non tamen examinantur ad curam, cum admittuntur ad Canonicatus, ſed cum datur eis facultas audiendi confeſſiones. Ex eadem. *

2 Curatus Cathedralis, niſi eligatur à Capitulo intra octo dies, deputari debet

ab Epiſcopo, 1603. Aſiſi 14. Nou. 132. infra num. 15.

3 Licet Animarum cura ſit communis totius Capituli; ad Archipresbyterum tamen, vti caput Eccleſiæ, & curatorum, ſpectat publicare Monitoria, ac feſta, legere Matriculam, monere Populum, & docere doctrinam Chriſtianam: & per conſequens ad ipſum ſolum ſpectant emolumenta, quæ proueniunt ex ſupradictis, niſi vſus habeat, quod diuidantur, 1593. Treuico 6. Decembris 319. 1597. 19. Maij 39.

4 *Oeconomus*, ſiue ſubſtitutus deputari debet ad ſatisfactionem, & contentamentū Rectoris, maximè ſi deputatur propter eius infirmitatem, vel aliud iuſtum impedimētum, 1646. Boiano 6. Febr. 2. & 3. Città della Pieue, 31. Aug. 2.

5 Sed non ideo Principalis ipſe cenſetur exoneratus ab onere reſidentiæ, & etiā adminiſtrandi per ſeipſum Sacramenta, licet habeat plures ſubſtitutos, 1614. Otranto 28. Febr. 11. Tropea 5, Decembris 119.

6 Cura Eccleſiarum vnitarum, ſi ſunt pingues, debet exerceri per Vicarium perpetuum; ſi tenues per amouibilem, 1601. Lucca 29. Maij 145.

7 Curatus Curæ numeroſæ, & pinguis, adſtrictus ad tenendum Coadiutorem, debet ipſe illi ſoluere mercedem, non ad id Parochianos cogere, 1588. Senegaglia 9. Auguſti 151.

Sicut fit in Cathedrali Spoletana, 1589. 10. Octobris 313.

9 Cura Parochiæ tenuis, dum Rector eſt inhabilis, commendatur alicui rectori vicino cū ſolis emolumentis incertis, 1603. Nullius Mercatello 27. Octobris 123.

6 Oeconomus ſiue ſubſtitutus, poſtquā ſibi aſſignata fuerit merces cōpetens, prætendere non poteſt etiam incerta, 1647. 2. Auguſti 19.

10 Curatus non excuſatur à reſidentia ex eo, quod fructus ſint tenues, & quod Anteceſſores non reſederint, 1613. Montepulciano 24. Septembris 80.

Nec quod ſit Cancellarius, vel Fiſcalis Epiſcopi, 1619. Nicaſtro 19. Apr. 60.

Vel Subcollector, 1645. Napoli 9. Sept. 8.

11 *Regulares* etiam poſſunt Animarum curam exercere, quando ſunt grati Populo, & ex petiti à Domino loci, 1602. Aiqui 5. Nouembris 124.

† Maximè in Indijs, vbi ob defectum Presbyterorum ſæcularium fuit eis hoc indultum à Pio V. conſtit. 34. *Exponi Nobis*: Reg. 7. *

Præſertim annexam eorum Conuentui: & in defectum Profeſſorum etiam Nouitijs, 1591. Pampalona 26. Nouemb. 394. 1592. Nocera 25. Febr. 7. 1595. Arezzo 21. Iun. 41. 1620. Ciſterc. 22. Septemb. 263. *v. Conuentus* 12. & 15.

12 *Nominatio* Curati in Eccleſijs ſubiectis Regularibus ſpectat ad eorum Superiores, & ad Epiſcopum ſola approbatio, 1586. Modena 4. Febr. 98.

Et ſi præſentent Monachum idoneum, debet illum admittere: modo ſi degere debeat extra clauſtra, ſecum habeat ſocium eiuſdem Ordinis, 1620. Ciſtercienſi 22. Septembris 263. 1621. 20. Decembris 292. *Supra num.* 11.

13 Quando pro Parochijs vacantibus non inueniuntur Presbyteri ſæculares idonei, poſſunt ibi poni Regulares, non in titulum, ſiue Vicariam, ſed ad nutum amouibiles, 1581. Ferentino 8. Aug. 105. 1583. Tortona 26. Aprilis 99.

Maximè ex ijs, qui reformationem recipere nolunt, 1629. Cameracen. S. Benedetto 9. Nouembris 331.

Vel tamquam Oeconomi, 1645. 17. Martij 2. 1647. 15. Febr. 9. 27. Martij 1.

† Religioſum, qui præficitur Eccleſiæ Parochiali ſæculari, non minus quam eum qui præficitur Epiſcopali, licet non liberetur à votis ſubſtantialibus Religionis, habet tamen peculij, & bonarum temporaliū adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem propter vitæ propriæ ſuſtentationem, & alios vſus, qui neceſſitate quadam humana, vel decentia, & honeſtate, illi ſtatui cōueniunt.

Item eſſe abſolutum ab obſeruantijs Regularibus, ijs ſaltem, quæ exercitio officij Parochialis impedimentum, aut incommodū afferunt, dixerunt Canoniſtæ in c. Quod Dei timorem. & Hoſtien. non ſolum ibi, ſed etiā in Summa titulo de *ſtatu Monachor. Rodr. t.* 19. 34. *art.* 6. *Suar. t.* 4. *de Relig. tr.* 8. *lib.* 3. *c.* 17. *Azor. t.* 1. *lib.* 12. *c.* 19. 9. 15. *Laym. lib.* 4. *tr.* 5. *c.* 7. *n.* 12. & 17. qui etiam, vti & Sanchez, alios citant. Redduntque eius rei rationem: quia ratio ipſa naturalis dictat non debere maius bonum, quod conſiſtit in regimine, & cura Animarum, impediri per minus bonum obſeruantiarum Regularium. *Et ita habetur in c. Nemo* 169. & *c. De Monachis ead.* Et eadem ratio naturalis dictat, eos habere debere diſpenſationem, & adminiſtrationum bonorum temporalium, quæ neceſſaria ſunt ad ſuam ſuſtentationem, nec non ad decentiam, & honeſtatem ſui ſtatus: de *qua re præter citatos Nauar. de Relig. num.* 10. 11. & *de reddit. Eccleſ.* 9. 1. *monit.* 33. & *lib.* 3. *conſil.* 70. *De ſtatu Regul. Molina de Iuſtitia & Iure* 9. 276. §. *Vtrum autem. Leſſius lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 11. Et Hoſtien. dicit,

dicit, ideo in hoc æquiparari Religioſum factum Parochum, Religioſo facto Epiſcopo; quia hoc conceditur, non propter dignitatem, ſed propter vtilitatem Animarū, quam regimini, & curæ præfecti ſunt: cui curæ annexum eſt prædicationis officium. Huic autem officio illud deberi cum multis alijs priuilegijs, docent Hoſtien. & alij Canoniſtæ in *cit. cap. Quod Dei timorem. De ſtatu Monachor. Io. Andr. Card. Anchar. Butr. Abbas & alij.*

Immo tales non obligari votis illis, quæ præter tria ſubſtantialia in aliquibus Religionibus emittuntur, vt eſt in Religione Minimorum votum ſeruandæ vitæ Quadrageſimalis, dixit Sanchez vbi ſupra n.15. quia hæc vota non ſunt ſubſtantialia Religionis in communi; ſed emittuntur tamquam acceſſoria profeſſioni in illa Religione, & vitæ in illa communitate. Vnde cum quis ab illa communitate, & Religione ſeparatur, illis non tenetur. Propter quam rationem Religioſum eiectum ab his votis non minus, quam ab obſeruantijs Regularibus abſolutum eſſe dixit eodem lib. c. 9. n.52. alijs Auctoribus citatis. Et ſaltem cū horum votorum obſeruatio officio Epiſcopali incommodum, aut impedimentum affert, eorum obligationem ceſſare dixit Suarez lib.3. c.17. n.8. Idem dicturus de officio Parochiali, quod in his æquiparat Epiſcopali loco prius allegato. *Votum P. Hilarionis Ciſtercien.*

Epiſcopus Curien. ſupplicauit S. Congregationi de p.f. pro declaratione infraſcriptorum dubiorum: quæ Congregatio de ordine S. D. N. diſcutienda remiſit ad hanc S. C. C. cum agatur de eiuſdem decretorum interpretatione.

I. Dubitat Epiſcopus, an Eccleſia Parochialis vnita Monaſterio S. Mariæ de Monte Ord. S. Benedicti, cuius cura geritur à Monacho dicti Ordinis, viſitari poſſit ab Epiſcopo.

Et quia habet Eccleſiam filialem, in qua non aſſeruatur Baptiſmalis fons, nec Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſed retinetur in Eccleſia Monaſterij, dubitatur, an poſſit in dicta Eccleſia quamuis exempta viſitare in concernentibus baptiſmum, & ſacram Euchariſtiam.

Die 5. Aprilis 1631. Sac. Congr. Eminētiſſimorum PP. Concilij Tridentini Interpretum reſpondit, Epiſcopum poſſe viſitare, non ſolum Eccleſiam Parochialem ipſam, ſed etiam Baptiſterium, & tabernaculum, vbi aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia exempta exiſtentia.

II. An dictus Monachus cogi poſſit ire ad proceſſiones. Reſp. Poſſe.

III. An teneatur habitare in domo Parochiali, & non in Monaſterio diſtante à cura.

Reſp. teneri & cogi poſſe, vt apud Eccleſiam Parochialem reſideat.

IV. An cogi poſſit intereſſe Capitulis annalibus Curatorum.

Reſp. itidem teneri & cogi poſſe.

V. An Ordinarius poſſit punire Curatos, & Sacerdotes ſæculares deputatos ad Curam in Eccleſijs Parochialibus ſubiectis Commendatario Ordini Theutonici.

Reſp. poſſe.

VI. An viſitare poſſit Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, non obſtante allegata conſuetudine contraria.

Reſp. poſſe ad præſcriptum c.4. ſeſſ. 6. & c.6. ſeſſ. 25. de Reform.

VII. An punitio Canonicorum etiam abſentium ratione reſidentiæ in Eccleſijs Parochialibus ſpectat ad Capitulum, ſeu potius ad Ordinarium.

Reſp. caſum magis diſtinctè eſſe explicandum, & poſtea deliberandum. R. Card. Vbaldinus. Franciſcus Paulutius S.C.C.C. Secretarius.

Sacra C. C. 23. Nouembris 1630. benignè impertita eſt facultatem Epiſcopo Auguſtano Prouinciæ Tarantaſien. veris exiſtentibus narratis, deputandi, durante peſtæ ad exercitium curæ Animarum in dicta Parochia D. Fr. Andream, vſquequò reperiatur idoneus Sacerdos ſæcularis, cui ad præſcriptum ſacri Concilij Tridentini dicta Parochialis legitimè conferatur. *

14 Pro Animabus extra oppidum exiſtentibus conſtitui debet noua Parochialis, vel addi ſæcularis coadiutor, qui de nocte potiſſimum extra degat; non commendari Minoribus de Obſeruantia, 1581. Vigeuano 8. Nouembris 142. 1600. Mondouì 17. Ianuarij 7.

15 *Priuatio*. Ordinarius non debet propria auctoritate auferre Conuentui curam Animarum, etiam propter graues defectus in illa commiſſos à Religioſis ipſam exercentibus, 1631. Barnabiti 30. Maij. *v. Conuentus* 8.

† Sacra C. C. die 19. Sept. 1627. in vna Camerinen. reſpondit, Monachum exercētem curam Animarum in Eccleſia vnita Monaſterio, remoueri debere arbitrio Epiſcopi, abſque eo quod teneatur deducere cauſas remotioris, multo minus eas iuſtificare.

Fagnan. c. cum ad Monaſterium. De ſtatu Monachor. n.39. refert aliam declarationem

tionem ex Rota apud Coccin. ſub die 21. Iunij 1642. tenoris ſubſeq.

An Vicarij amouibiles deputati ad nutū Capituli pro exercitio curæ præuia approbatione Epiſcopi, poſſint ab ipſo Epiſcopo ſine cauſa amoueri.

S. C. cenſuit, Vicarios prædictos poſſe à Capitulo amoueri ad nutum Capituli: ab Ordinario verò non niſi ex cauſa legitima & probata, propter quam etiam ſi perpetui eſſent, amoueri poſſunt. *

16 *Transfertur* in Eccleſiam commodiorem cura paucarum Animarum, ſolita exerceri in Eccleſijs Monialium, etiam inuito Parocho, cum conſenſu tamen aliorum intereſſe habentium, 1627. Recanati 23. Aprilis 134.

Multo magis ſi accedat conſenſus Parochi, & Patronorum, & translatio fiat in aliam Eccleſiam æque commodam. *Sac. Epiſcoporum Congreg. in vna Firmana* 1655. *fol.* 54.

CVRATOR. *Heres.*

1 AD *litem* non poteſt dari, niſi ab eo Iudice, ſub quo eſt lis de præſenti; non autem ad litem futuram. Vnde ſi Clericus Minor litiget, vt Actor coram Iudice ſæculari, curatorem accipit ab eo. *Rota in antiq. Diana deciſ.* 8.

Alias Clerico minori, ſeu mente capto per Iudicem Eccleſiaſticum datur Curator. *Diana* 1. *tr.* 2. *reſol.* 94.

2 Quomodo detur curator hæreditati iacenti, dixi lib. 1. Ciuilium, tit. 24. n. 1.

CVSTODES.

1 SEu *Præfecti* circa merces importandas, & exportandas in confinibus Regnorum ſeu Ciuitatum, vetitas exportari, ſeu importari permittentes, peccant mortaliter, & ſunt periuri; non tamen tenentur reſtituere pœnas, quas ſoluiſſent tranſgreſſores; quia pœna in foro conſcientiæ non debetur ante condemnationem. *Arg. c.* 64. *Non debet.* 11. *quæſt.* 3. *Nau. cap.* 25. *num.* 34. *Bonac. de reſtit. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 11. *num.* 10. *& de præcept. diſp.* 10. *quæſt.* 3. *pun.* 1. *n.* 8. *tom.* 2. licet aliqui contrarium ſentiant. *Clau. Reg. lib.* 10. *tr.* 2. *c.* 15. *& lib.* 12. *c.* 14. *n.* 18.

2 Cuſtodes vinearum, qui ſeſe abſcondunt, vt Viatores illuc ingredientes, ſemel deprehenſi, abſtineant in futurum, excuſantur à peccato: ſecus ſi id faciant, vt libentius ingrediantur, quo deinde compellantur ad pœnæ ſolutionem. *Bonac. de legib. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *pun.* 7. *n.* 34. *tom.* 2.

D

DAEMON.

Caro. Hæreſis. Inquiſitor.

1 DÆmones dicuntur amare ſanguinē; & ideo quoties necromantia fit, cruor aquæ miſcetur, vt colore ſanguinis facilius prouocentur. *c. Nec mirum* 14. *§. Necromantiæ* 26. *q.* 5.

2 Dæmones non vident in ſeipſis animi noſtri cogitationes, ſed bene conijciunt aliquando per exteriora ſigna. *S. Auguſt. de Eccleſ. dogmat. prout refertur in Polyanthea v. Diabolus. S. Thom.* 1. *quæſt.* 57. 4. *c. Vt latius dixi in Collect. ad Prouerb.* 27. 19. 3.

3 Dubitatur à quibuſdam, an Dæmones eſſe poſſint cauſa inſtrumentalis generationis.

Cui quæſtioni *reſpondet S. Thomas in* 2. *Sent. diſt.* 8. *art.* 3. *ad* 2. *his verbis*. Ad ſecundum dicendum, quod quidam dicunt, Angelos bonos, vel malos nullo modo poſſe generare; & quod illa auctoritas Geneſ. 6. *Ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuèrunt*, intelliguntur per filios Dei illi, qui de ſtirpe Seth deſcenderunt: per filias autem hominum, Mulieres de ſtirpe Cain. Sed quia contrarium à multis aſſeritur, poteſt dici, quod ſicut per ſemina aliarum rerum naturalium faciunt Angeli effectus naturales: ita per ſemen hominis operentur ad hominis generationem. Quod quidem fieri poteſt, dum aliquis ſpiritus in corpore aſſumpto præbet ſe Viro ſuccubū, & Mulieri incubum. Hoc autem non conuenit puritati bonorum Angelorum, ſed immūditiæ malorum.

Similia habet Doctor Angelicus 1. q. 51. 3. 6.

Sed de hac materia ſatis diximus in Collect. ad Gen. 6. 4. 2.

4 Ariſtoteles malos eſſe Angelos credere noluit, deceptus ab ipſo familiari dæmone ſuo, quem de oculo Veneris deſcendiſſe opinabatur. Fuit Ariſtoteles ante Chriſtum natum annis 350. *Guillhermus Aluernus de legibus cap.* 4. *Coccius lib.* 2. *art.* 5. *tom.* 1.

5 Origenem in quadam Epiſtola Apologetica ita excuſare errorem ſuum de ſalute Diaboli refert Nanus in Polyanthea verbo Error.

Quidam eorum, qui libenter habent criminari proximos ſuos, adſcribunt nobis, & doctrinæ noſtræ crimen blaſphemiæ, quod à nobis nunquam audierunt. Dicunt enim, Patrem malitiæ, & perditionis eorum, qui de Regno excluduntur, idest Diabolum, me dicere eſſe ſeruandum; quod ne aliquis quidem mente captus, & manifeſtè inſaniens dicere poſſet. Sed nihil mihi mirum videtur, ſi adulteretur doctrina mea ab inimicis, & illa corruptione corrūpatur, quali corrupta Epiſtola Pauli Apoſtoli. Nam quidam ſub nomine eius falſam epiſtolam conſcripſerunt, vt turbarent Theſſalonicenſes, quaſi inſtaret dies Domini, & ſeducerent eos. V. Biblioth. San. lib. 5. annot. 131.

6 Ma-

6 Maleficorum cum dæmone pactum facientium pœnam ex Greg. XV. habes in Can. lib.5. tit.21. De ſortileg.

7 Poſſumus dæmones adiurando per virtutem Diuini nominis repellere, ne nobis noceant ſpiritualiter, vel corporaliter ſecundum poteſtatem diuinā datam à Chriſto Luc. 10. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.*

Non tamen licet eos adiurare ad aliquid ab eis diſcendum, vel etiam ad aliquid per eos obtinendum; quia hoc pertinet ad aliquam ſocietatem cum ipſis habendam: niſi forte ex ſpeciali inſtinctu vel reuelatione Diuina aliqui Sācti ad aliquos effectus Dæmonum operatione vtantur. Sicut legitur de beato Iacobo, quod per Dæmones fecit Hermogenem ad ſe adduci. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 90. 2. c.*

8 Dæmonum præſentia adeo terribilis eſt, vt & ipſa beata Virgo *Maria* Filium ſuum, cum adhuc eſſet cum ipſo in terris, oraſſe legatur, ne moriens quemquam ſpirituum cerneret immundorū. Aliqui quoque defuncti, & reſuſcitati poſt ſuam reſuſcitationem retulerunt viuentibus, quā copioſè, & terribiliter dæmones eis apparuerunt ante, & poſt egreſſum de corpore: *Dionyſ. Carthuſ. de quatuor nouiſ. par.1. de Morte c.3. circa fin.*

DAMNATVS IN HOC MVNDO.

Homicidium. Irregularitas.

1 BOna Damnatorum hodie non confiſcantur: ſed vel deſcendentibus, legitimis tamen & naturalibus, vel Aſcendentibus, vel etiam collateralibus vſque ad tertium gradum, applicantur, niſi damnati fuiſſent propter crimen hæreſis, vel læſæ Maieſtatis. *Auth. Bona damnatorum, C. de bonis proſcriptor. Oinot. lib. 3. de primo ordine ſucced. n.2. & ſeqq.* de quo latius ibi n.61. & in Rubr. ciuil. num.14.

2 Damnati ad mortem non poſſunt ſepulturam eligere. *Lauor. tit.2. c.11. num.142. 4. 15. 23.*

3 Damnato ad mortem parcitur, ſi eſt bonus Artifex, & vtilis Reipublicæ. *l. Ad beſtias 31. ff. n. de pœnis.* Infra v. pœna.

4 Damnati ad tempus non expreſſum, intelliguntur damnati ad decem annos. *l. Sine præfinito 23. ff. n. de pœnis.* † Ob contumaciam vero donec ſatisfecerint. *c. ex litteris 11. de conſtit.* *

† Condemnatus de homicidio in contumacia, ſi fuerit in Curia præſens, ante diſpenſationem debet ſe ſiſtere, & purgare contumaciam. Egitanien. 21. Iulij 1629. C. C.

Iuſtificatio exteri condemnati de homicidio in contumacia, non remittitur Vicario Vrbis, ſed Ordinario loci commiſſi delicti. Vlixbonen. 7. Sept. 1630. C. C. *

DAMNATVS IN INFERNO.

Mors.

1 DAmnati etiam habent inclinationem ad virtutem, alioquin non eſſet in eis remorſus conſcientiæ; ſed quod iſta inclinatio non reducantur in actum, contingit, quia deeſt gratia ſecundum Diuinam Iuſtitiam. Sicut etiam in cæco remanet aptitudo ad videndum in ipſa radice naturæ: Sed quod non reducatur in actum, inde prouenit, quia deeſt cauſa, quæ reducere poſſit, formando organum, quod requiritur ad videndum. *S. Thom. 1.2. quæſt.85. 2. 3.*

2 Credibile eſt, quod poſt Reſurrectionem erit in Damnatis vocalis blaſphemia, ſicut & in Sanctis vocalis laus Dei iuxta illud Iſa. 51. 6. *Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis,* & Apoc. 16. 6. *Aeſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas.* S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 13. 4. *c. & ſuppl. quæſt.* 82. 4. *c. & ad 4.*

DAMNVM.

1 AEſtimari debet à Peritis electis de communi conſenſu Partiū, 1603. Faenza 27. Maii 58.

2 Eccleſiaſtici quoque tenentur ad emendationem, & ſatisfactionem damni, non autem ad pœnam ſtatuti laicalis, 1595. Ferentino 5. Decembris 104. 1616. Bari 21. Octobris 129.

3 Dum à Colonis Eccleſiaſticis datur damnum in bonis laicorum cum Animalibus ipſorum Eccleſiaſticorum, cauſa ſpectat ad forum Eccleſiaſticum priuatiuè, 1625. Fermo 18. Martij 24. *De quo latius dixi in tit. de ſent. exc. num.121. verſ. circa tamen.*

DARE. DATVM. DATARIVS.

Donatio.

1 DAndo magis placet homo, quam accipiendo: vnde verſus:

Temporibus noſtris quicunque placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca nihil.

gloſ. cap. cum Marthæ 6. ver. Beatius eſt dare. De celebratione Miſſarum.

2 Datum ab aliquo, ne accuſetur, ei, qui iure poterat eum accuſare, non poteſt repeti, tanquam metus cauſa datum: nam metus incuſſus per Iudicem, vel alium, qui iure poterat damnum inferre, non cauſat actionem, Quod metus cauſa. *l. 3. §. ſed vim. & l. ſi mulier 21. ff. u. quod metus cauſa. l. Accuſationis 10. C. de his quæ vi. Nauar. cap. 17. num.14.*

3 Datarij officium expirat morte Pontificis. *Pius IV. conſt. 63. In eligendis.*

DEBITOR.

Calculus. Cenſuræ. Ceſſio. Confeſſio. Creditor. Donatio. Electio. Filius. Fructus. Mercator. Penſio. Presbyter. Profeſſio. Sacramentum.

1 QVid. Inter debita defuncti computantur etiam vota realia, puta ſi vouiſſet aliquam eleemoſynam elargiri, vel Eccleſiam ædificare. *l 2. ff. n. de pollicit.* & ideo ſoluenda ſunt ante legata. *Ang. in l. 1. §. fin. ff. i. ad Trebell. S. Anton. 3. par. tit. 10. cap. 3. §. 11.*

2 Licet verbum *Debet* regulariter importet neceſſitatem. *Vt ſupra dixi ver. Campana num. 5.* Aliquando tamen etiam poteſtatem, vel vrbanitatem. *iuxta gloſ. l. 3. C. de pignor. Bonac. de bor. Can. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 5. num. 11.*

Puta quando reſpicit perſonam, de cuius fauore agitur. *Felin. in cap. Nec concupiſcentiam num. 8. limit. 2. de conſtit. Tuſc. litt. D. concluſ. 262. num. 3.*

3 *Loca pia* non poſſunt contrahere debita conſiderabilia ſine licentia Superiorũ, 1648. 18. Decembris 5.

Nec obligare fructus, niſi pro parua sũma, 1652. Oſtuni 6. Decembris 17.

Eſſet enim in effectu idem, ac obligare bona contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & extr. Ambitioſæ.

4 *Monialium* debita ſolui non debent ex ſtabilibus, vel ſortibus, quæ non potuerunt obligari, immo neque ex fructibus, niſi deducto neceſſario victu Monialium, 1652. Foligno 23. Auguſti 56. Rimini 8. Nouembris 76. 29. Nouemb. 24. Oſtuni 6. Decem. 17.

Et non ſolum pro ſoluendis debitis non debent alienari bona ſtabilia, ſed nec augeri numerum, nec imponi cenſus, nec obligari fructus, niſi in modica ſumma, quæ poſſit exolui tempore gubernij eiuſdem Abbatiſſæ, 1602. Mondouì 22. Martij 13. 1652. Oſtuni 6. Decembris 17.

Maximè ſi debita ſunt antiqua, 1580. Spoleti 25. Octobris 185.

Etiam ſub intereſſe, etiam ſocietatis officiorum: ſed in eo potius debent implicari dotes, quæ ſucceſſiuè obueniunt de Monialibus numerarijs, vel obtinere licentiam à S. C. pro aliqua dote ſupernumeraria, 1610. Monteſeltro 1. Octob. 1643. Spoleto 23. Ianuarij 45.

5 Prohibitio A. C. relaxandi mandata vel brachia ſæcularia contra Monaſteria Monialium ſine expreſſa licentia Sanctiſs. 1580. Spoleti 1. Febr. 36.

6 *Communitatum* Debitorum bona, quæ in ſubhaſtatione nullus emit, eorum conſanguinei & Affines in proximiori gradu emere coguntur; prout in bonis ex delicto confiſcatis fieri ſolet ad inſtantiam Procuratoris Fiſci. Clem. VIII. conſt. 10. *Pro Commiſſa.* In declarat. §. 2. Dixi de empt. num. 18. §. 5.

Nec ſupradicti Debitores admittuntur ad officia earũdem Communitatum, antequam plene ſoluerint, ſeu adminiſtrationis rationem reddiderint. Clem. VIII. d. conſtit. *Pro Commiſſa.* 1. 21. 13.

7 *Solutio.* Terminum ſuſcipiens ad ſoluendum, videtur debitum confiteri. *Rota apud Cenc. deciſ. 210. num. 3.*

8 Vxor vel filius, an teneantur ex proprijs bonis ſoluere debita, quæ Maritus vel Pater contraxit ad alendam familiam, dum ipſorum Principalium bona non ſufficiunt, tam affirmatiua, quam negatiua probabilis. *Bonac. de legib. diſp. 6. quæſt. 1. pun. 7. num. 13.*

Vtriuſque opinionis rationes & Aſſertores enumerat Diana 6. tract. 7. reſol. 20.

9 Debitores, qui debent diuerſas ſummas ex pluribus cauſis, ſi aliquam ſummam ſoluant, eſt in eorum optione, non autem Creditorum, quodnam debitum extinguere velint: & in dubio cenſetur extinctum debitum, quod magis grauat. *Ex l. 1. 2. 3. & 4. ff. n. de ſolut. Diana 2. tract. 16. reſol. 51.*

Vnde ſi debet pro fructibus cenſus, & pro cambijs, cenſetur ſoluiſſe pro cambijs. *Rota apud Cenc. deciſ. 91. n. 7. & 8. poſt addit.*

10 Quando Debitor ſuo Creditori cõſignat Apocam ad hoc, vt contentum in Apocha veniat excomputandum, duo requiruntur. Quod ille, cui mandatur vt ſoluat, ſit verus Debitor: & quod Debitor delegatus promittat ſoluere ei, cui ſit delegatio. *l. 1. C. de nouat. Rota apud Galleſ. deciſ. 35. num. 5.*

Nam licet ad cedendam actionem non requiratur conſenſus Debitoris; illa tamen ſimplex ceſſio non habet vim ſolutionis & excomputationis.

11 Debitor, qui de ſua pecunia ſoluit anteriori Creditori, non ſuccedit in locum eius: quia potius eſt liberatio à debito, quam ſucceſſio in credito. *Rota apud Farin. par. 1. tract. 1. deciſ. 294. num. 15.*

12 *Coactio.* Debitor latitare dicitur, licet vadat per forum & viam publicam, ſi pro poſſe congreſſum Creditoris euitet, ad hoc, vt poſſit fieri miſſio in poſſeſſionem bonorum eius. *l. Fulcinius 7. §. Cum hoc, in fin. ff. n. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

13 Debitor debiti ſeptem aureos non excedentis, non poteſt in Vrbe carcerari. *Pius V. conſt. 10. Ex ſupernæ.*

14 Non debet impediri iuriſdictio Iudicis

dicis Eccleſiaſtici ſuper rebus Debitorum repoſitis in loco immuni: cum Immunitas deſeruire non debeat ad fraudandos Creditores, 1601. Bari 2. Aprilis 54. 1621. Terni 26. Nouembris 169.

15 Debitor, ſi oblato à Creditore libello, offert ſe paratum ſoluere, non cogitur ad refuſionem expenſarum: niſi extraiudicialiter fuerit interpellatus, ac ſoluere noluerit. *Oinot. poſt Iaſ. Inſtit. de Action. verſ. Appellamus num.7.*

16 Debitor moroſus tenetur ad reſtitutionem, tàm damni emergentis, quàm lucri ceſſantis. Etiamſi, elapſo termino, Creditor non petat debitum. Etiamſi Debitor in mora fuerit per plures annos: nam tenetur ſoluere omnia intereſſe illorum annorum, & etiam intereſſe ipſius intereſſe. Etiamſi hoc ſibi non fuerit à Creditore indicatum, & ideò fortaſſe non ſoluit: & forte ſoluiſſet, ſi tantum incommodum intellexiſſet. Etiamſi mora non ſit culpabilis: licet tunc non teneatur ad pœnam conuētionalem. Denique tenetur ſoluere huiuſmodi intereſſe, etiam ſi in contractu non fuiſſet factum pactum expreſſum de illo ſoluendo. *Diana 5. tract. 1. reſol.78.*

Tu tamen tene, quod ego ſcripſi lib. 3. Inſt. Imper. tit. 15. n.12. vbi poſui tria requiſita Pauli de Caſtro, & tit.24. de empt. num. 120. Vbi non teneri ad ſoluendum intereſſe non conuentum, niſi præmiſſa proteſtatione.

17 *A Profeſſione* non manĕt excluſi Debitores, niſi quando debitum eſt vltra vires, vt clare diſponitur in Bulla Sixti V. 1627. Napoli 1. Octobris 464. 1648. 8. Maij 6. 1649. 3. Decembris 3.

18 *Exceptiones & Beneficia*. Debitor, qui in obligationis Inſtrumento iureiurando promiſit, niſi conſtituto tempore ſoluat debitum, ſe ſuper damnis, & intereſſe ſtatutum ſimplici aſſertioni ipſius Creditoris; ſi tamen creditor iniquè æſtimet, poterit petere reductionem ad arbitrium boni viri: quia talis promiſſio, & Iuramentum habet in ſe tacitam conditionem, ſi æque fuerit æſtimatum. *DD. ex l. Si libertus ita iurauerit, 30. ff. i. de oper. libert.* v. Arbitrium. Compromiſſum.

Nam Iuramentum cadens ſupra promiſſionem, quæ habet tacitam aliquā conditionem, vel ex intentione iurantis, vel ex diſpoſitione Iuris, vel ex conſuetudine, explicatur ad modum ipſius promiſſionis. *Bonac. de legib. diſp.4. quæſt.1. pun.16. n.1. to.2.*

19 *Pignus*. Qui iurauit Creditori, nullum ſibi grauamen inferre ſuper re pignorata, quoadusque debitum ſoluerit; prius debitum integraliter ſoluere debet, poſtea pignus repetere cum fructibus inde perceptis, deductis tamen neceſſarijs expenſis in eo factis. Alioquin ſi pignus repetat, volendo compenſare fructus in ſortem, non auditur, vtpote periurus. *c. Ad noſtram 3. De Iureiur.*

20 Debitores inſolidum poſſunt ſe tueri contra creditorem exceptione pacti taciti de ſoluenda tantum virili, ſi Creditor ab vno ex eis virilem tantū exegerit: niſi contrarium, vel in exactione debiti, vel in Inſtrumento, proteſtatus fuerit. *l. Si Creditores 18. C. de Pactis. Oinot. de Oblig. cap. De pactis, num.19.*

21 Debitor ſciens Procuratorem Creditoris, ipſo ignorante, & abſente, factum eſſe Prodigum, non liberatur ſoluendo tali Prodigo. *Nicaſ. & Oinot. Inſtit. de inutil. ſtipul. §. Plane ſolutio.*

DEBITVM CONIVGALE.

Coniux.

1 C*oniux* cauſa voluptatis, vel valetudinis conſeruandæ, vel vitandæ fornicationis, debitum petens, vel nullo modo, vel tantum venialiter peccat. *Diana 3. tr.4. reſol.216. & 218. & 219.*

Licet probabilius videatur peccare venialiter, quotieſcumque petit ad alium finem, quam generandæ prolis, propter auctoritatem S.Gregorij *c.2. diſt.13.* Vide quæ dixi 1. Cor. 7. 3. 6.

2 Coniux non tenetur reddere debitū coniugi cum periculo vitæ. *Angel. v. Debitum coniugale num.3.*

Vel extraordinarij incommodi, vel ſalutis corporalis, etiamſi propterea ſubeat alius periculum incontinentiæ. *Diana 6. tract.7. reſol. 64.*

3 Coniux debitum negans à mortali poteſt excuſari, quando alter beneuole petit, non tamquam ſibi debitum ex iuſtitia, nec intendens obligare. *Bonac. de matrim. quæſt.4. pun.1. num.1.*

Ita dicendum de filio, vel ſubditis non obedientibus Patri, vel ſuperiori, qui non intendunt illos obligare. *Bonac. de legib. diſp. 6. quæſt.1. pun.4. n.3.*

4 Coniux, qui occultè fuit adulteratus, nihilominus debitum petere poteſt, quandiu eius adulterium alteri notum nō eſt: priuatio enim iuris petēdi pœna quædam eſt, quam non tenetur nocens ſubire, niſi ab altero coniuge, qui Iudex eſt in hoc, imponatur. *Bonac. de matrim. quæſt.4. pun. 5. num.20. tom.1.*

5 Confeſſarios Regularium poſſe etiam hodie diſpenſare in Affinitatis, vel voti ſimplicis caſtitatis impedimento ad petendum

debi-

debitum inter coniugatos, ſi ad id ſint per ſuos Superiores ſpecialiter deputati,& hanc diſpenſationem concedant intra Sacramẽtum Confeſſionis, ac in domibus Regularibus, tenet *Diana 6. tr.8. reſol.32. Clau. Reg. lib.6. c.11. num.98. & num.104.*

Vbi dicit hoc habere locum etiam in matrimonio rato, non conſummato.

DECEPTIO, *Dolus.*

D*Eceptus* ſemel, cautius ſibi cauet: vnde verſus:

Qui ſemel eſt captus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

gloſ. fin. cap. 1. de pœnit. diſt. 5. Epor. contracti num.3.

DECIMAE.

Appellatio 8. Ordo iudiciarius.

1 D*Ecimas* ſoluere nolentes debẽt excõmunicari, nec abſolui, niſi plena reſtitutione ſecuta. *Trid. ſeſſ.25. cap. 12. Prout latius dixi in Collect. ad 1. Reg.9.7. 1.*

Laudabiliter tamẽ Eccleſiæ Miniſtri decimas non requirunt, vbi ſine ſcandalo requiri non poſſunt propter deſuetudinem, vel aliam cauſam. Nec tamen ſunt in ſtatu damnationis, qui nõ ſoluunt in locis illis, in quibus Eccleſia non petit (niſi forte propter obſtinationem animi,habentes voluntatem non ſoluendi, etiam ſi peterentur) quia Miniſtri Eccleſiæ maiorem curã habere debent ſpiritualium in Populo promouendorum, quam temporalium colligendorum. *S. Thom.2.2. quæſt.87. 1. 5.*

2 Decimæ inuito Parocho, cui debentur, compenſari non poſſunt. *Oinot. Inſtit. de actiou. §. In bonæ fidei, num.53.4.6. 334.§.1.*

3 Ad decimas prædiales ſoluendas tenentur etiam Regulares, & Moniales poſſeſſores territoriorum,ex quibus antea ſolui conſueuerant. *Sacra Congregatio Archiepiſcopo Salernitano 6. Octobris 1617.Synod. Caputaquen. 1628. ſeſſ.3. c.10. n.2.*

4 Compoſitio inter laicos, & Parochũ facta ſuper Decimis de conſenſu Epiſcopi valet. *c. ſtatuimus 2. de tranſact.*

5 Quandocumque ſuper decimis adeſt tranſactio, Epiſcopus non poteſt exequi de facto: Sed ſi quid amplius prætendit, mittat Romã ſua Iura, 1597. Aſcoli 25.Iun.51.

6 Alicubi,vt Spoleti, vſu receptum eſt, vt ſolus Epiſcopus priuilegium concedat non ſoluendi decimas,vel minus ſoluendi: licet hoc de Iure facere non poſſit in præiudicium Curati,1601: Spoleti 16. Iulij 167. Rieti 1. Octobris 213.

7 Quando concordia ſuper decimis,vel aliis iuribus Eccleſiaſticis non eſt auctoritate Papæ confirmata,non cenſetur realis,ſed perſonalis: vnde tranſigentium vitam nõ excedit, vt in ſimili dicemus infra v. Penſio n.2. Et habetur in *c. Veniens 8. De tranſ.*

Iſta tamen confirmatio præſumitur ex lapſu triginta annorum. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.152.*

8 Cauſæ decimarum; quæ ſine dubio ſunt ſpirituales cognoſci debẽt in foro Eccleſiaſtico, 1606. Larino 28. Ian. 7. 1614. Roſſano 26. Septembris 90. 1615. Coſenza 20. Martij 29.

9 Aſſiſtentes Papæ, exempti ſunt à decimis. Iul. 111. conſtit. 12.

10 *Moniales* cogi nõ debent ad decimas Papales, niſi ratione beneficiorum vnitorum, 1624. Salerno 30. Martij 76.

† Et neque Religioſi, qui viuunt de eleemoſynis,& non poſſident ſtabilia, 1625. Oſſeruanti 7. Octob. 233. *

DECLARATIO.

Congregatio. Excommunicatio.

DECRETALIS. Decretum.

DECRETVM.

Congregatio. Sententia.

1 D*Ecretum*, Decretalis Canon, Dogma, Mandatum,Interdictum,Sanctio differunt.

Decretum dicitur illud, quod Papa ſtatuit de Conſilio Cardinaliũ ad nullius conſultationem: quod alio nomine dicitur *Motus proprius.*

Decretalis dicitur Epiſtola, quam Papa reſcribit, vel ſolus, vel cum Cardinalibus, ad conſultationem alterius.

Canon dicitur, quod ſtatuitur in Concilio vniuerſali.

Dogma eſt, quod conſtituitur in doctrina fidei Chriſtianæ.

Mandatum eſt, quod conſiſtit in doctrina de moribus.

Interdictum eſt prohibitio, in qua nulla pœna adijcitur.

Sanctio, cui pœna adijcitur. *gloſ. 1. in princ. diſt.7. Pilaia deciſ. Pont. l.4. dec. 5.*

2 Chirographum decreti, de quo Paulus ad Coloſſ. 2. vel erat decretum ſcriptũ in corde Adam, moriendi, ſi de ligno vetito comederet,vel promiſſio Iudæorum obſeruandi legem veterem, vt dixi latius in Collect. ad Coloſſ. 2. 14.

3 Decretum de ſequeſtrando non probat,fuiſſe appoſitum ſequeſtrum. *Rota apud Coccin. deciſ.39. num.1.*

DEDICATIO. Officium. Epor.2.

DEFENSIO. *Examen.*

1 Q*Vi petit* ad defenſiones admitti,debet antea ſe conſtituere carceratum, 1618. Aquino 6. Martij 29.

Quando delicti qualitas talis eſt, vt intrare poſſit pœna corporalis,vel depoſitionis,

nis, 1612. Aquila 23. Martij 30. *l. 2. C. de cuſtod. reorum.*

2 Non debent admitti defenſionum articuli, ſi ſint irreleuantes, vel contra propriam confeſſionem Rei, 1620. Fiorenza 10. Octobris 271.

3 In delictis grauibus, atrocibus, bene probatis, Princeps ſupremus concedere ſolet facultatem procedendi denegatis defenſionibus, 1626. Nullius Altamura 2. Octobris 164.

4 S. C. illas arctandi in ſecretis carceribus propter timorem potentiæ Rei, 1645. Genoua 17. Febr. 19.

5 Ad defenſiones permittenda etiam repetitio complicis, ſi non conſtat de præcedenti ſubornatione, vel alio releuanti in contrarium, 1649. Viterbo 26. Febr. 1.

DEGRADATIO.

Adulterium. Aſſaſſinium, *& quæ dixi in Can. lib. 5. tit. 37. De pœnis, præſertim num. 4.*

DELECTATIO.

Legatus. Luxuria.

1 M*oroſa* eſt conſenſus voluntarius, ſiue expreſſus, ſiue etiam tacitus, & interpretatiuus, in complacentiam actus peccati, vel cogitationis eiuſdem, licet illud committere nolit. *S. Thom. 1. 2. q. 74. 8. Clan. Reg. lib. 8. cap. 7.*

Aut eſt, qua quis delectatur intellectu, imaginatione, vel ſenſu de actu peccati, vel eiuſdem cogitationis, licet illud committere, nolit, voluntate eam expellere potente, ac deliberatè morante.

Dicitur autem moroſa à *mora*, non temporis, quia poteſt eſſe in inſtanti; ſed voluntatis, qua moratur illam expellere.

Quando eſt cum affectu ad peccatum mortale, eſt peccatum mortale, licet illud committere nolit propter prohibitionem alicuius ſuperioris, etiamſi ſuperior ille Deus ſit: quia eſt proteſtatio contraria facto. Nam dum Deus prohibet peccatum, prohibet etiam complacentiam illius. Excuſatur tamen ab externa malitia efficacitatis, ſed non à complacentia delectationis.

Quando vero eſt de cogitatione ipſa, in quantum cogitanti ſua cogitatio placet: tunc quantum eſt de ſe, non eſt peccatum; niſi forte veniale curioſitatis, vel otioſitatis. Puta ſi quis delectetur de aliquibus circumſtantijs, veluti aſtutijs ſeu ſtratagematibus, quibus peruenire poſſet ad occidendum, vel fornicandum, ſine affectu ad peccatum. Idem eſt, ſi ſe laudet de modo, ingenio, dexteritate, qua peccatum commiſſum fuit, modo non adſit complacentia peccati. *Diana 4. tr. 4. reſol. 44.*

2 Eſt autem probabile, delectationes moroſas, quando voluntas non eſt deliberata ad committendum peccatum, non differre ſpecie, *vt infra v. Vanagloria*. Contrarium tamen communius, tutius, & probabilius. *Diana 1. tr. 7. reſol. 48.*

3 Coniux, cui ex recordatione copulæ licitæ, vel cogitatione futuræ, naſcitur & excreſcit delectatio in parte ſenſitiua, peccat mortaliter, ſi aliquo modo conſentit in illam de præſenti cum periculo pollutionis, ſicut Viduus, & Vidua, Sponſus & Sponſa. *Nau. c. 16. num. 10.*

DELEGATVS.

Epiſcopus. Legatus. Pœnitentia. Teſtis.

1 D*Elegatus* non poteſt ſubdelegare; niſi ſit Delegatus à Principe. *c. Super quaeſtionum, §. Si vero. De offic. Deleg. c. fin. De offic. ordin. c. cum cauſam. De appell.*

Quod tamen non intelligitur de ſimplici, ac nudo miniſterio. Nam nudum miniſterium, puta abſoluendi, ſubdelegari poteſt etiam à Delegato Ordinarij, & à ſubdelegato Delegati Papæ: licet non poſſint delegare ſuas iuriſdictiones, quarum ratione id eis competit, nec etiam aliquem articulum iuriſdictionalem. *Nau. c. 27. num. 45.*

Ratio poteſt eſſe, quia nudum miniſterium non dicitur propriè ſubdelegari, ſed committi; quia non datur ſubdelegatio ſine iuriſdictione, vt innuit. *gloſ. in d. c. fin. de off. ord.*

Qua propter Epiſcopi delegare poſſunt ſuis Vicarijs abſolutiones cenſurarum, & diſpenſationes Irregularitatum, & alia quæ ipſis competunt vigore Concilij Tridentini, vel aliarum Apoſtolicarum conſtitutionum. Nam ea iuriſdictio, vel dicitur ordinaria, cum Dignitati, non Perſonæ concedatur: & tunc nō eſt dubium poſſe ſubdelegari. Vel ſi dicatur delegata; erunt Epiſcopi delegati Principis nempe Papæ, & ſic etiam poterunt ſubdelegare.

Non obſtat, quod *ex Concil. Trid. c. 6. liceat. ſeſſ. 24.* Vicarius ad huiuſmodi abſolutiones ſpecialiter deputari debeat: quia non id vult dicere, quod debeat ad ſingulos actus ſemper denuo deputari, ſed tantum quod hæc iuriſdictio non tranſit cum commiſſione generali Vicariatus: vnde requiritur mandatū, ſeu deputatio ſpecialis.

Id autem patet ex hoc, quod Vicarius Epiſcopi non deputatur ſine iuriſdictione. Sed ille, cui committitur nudum miniſterium, nullam ex hoc nanciſcitur iuriſdictionem.

Nec dari poteſt inſtantia de abſolutione ab hæreſi, quam Concilium non vult impendi poſſe, niſi ab Epiſcopis, non autem ab eorum Vicarijs. Nam reſpondere poſſumus,

ſumus, Concilium non conceſſiſſe Epiſcopis vllam iuriſdictionem, ſed tantum nudū miniſterium. Vel ſi conceſſit iuriſdictionem, prohibuit ex iuſta cauſa delegationē ad inſtar eorum, in quibus electa cenſetur induſtria perſonæ, qui non poſſunt ſubdelegare. *c. fin. de off. Deleg.*

Sed hodie ſublata fuit etiam Epiſcopis facultas abſoluendi ab hæreſi,& ab alijs excommunicationibus bullæ Cœnæ. *Vt dixi in tit. de ſent. exc. num.*45.

Item regulariter neque ſubdelegari poteſt nudum miniſterium etiam commiſſum à Principe, quando committitur ſine iuriſdictione. *Vide Sayr. de cenſur. lib.*1. *c.*6. *n.*39. *Bonac. tom.*2. *de legib. diſp.*1. *quæſt.*3. *pun.*8. §.1. *num.*18. *& Pilaiam tom.*2. *dec.*1. *l.*4. *n.*26.

2 Delegatus ad deputandum Cappellanum, ſeu Parochum in loco exempto,non poteſt alterare ſolitum ſalarij,1603. Nullius 15. Iulij 78.

3 Delegatur Ordinarius vicinus ad cognoſcendas cauſas exemptorum, 1637. Terracina 18 Septembris.

4 Iuriſdictio Iudicis Delegati expirat morte Delegan[illegible] morte finitur, 16[illegible]. Ieſi 27. Martij 34.

5 † Delegatus debet habere vigeſimū annum completum, vel 18. de conſenſu Partium. Minoris verò ætatis delegari non poteſt niſi à Principe ex certa ſcientia. *c. Cū vigeſimum* 41. *De off. Deleg.*

Quando ſunt plures Iudices inſolidum conſtituti, vno cauſam cognoſcente, ceteri cognoſcere prohibentur: tunc enim eſt locus præuentioni. *c. Cum plures. De off. Deleg. in* 6. *C. C. Lucana lib.*15. 198. *

DELICTVM.

Defenſio. Denunciatio. Homicidium. Nuncius. Pater.

1 P*Vblicum* Iudex inquirere poteſt ex officio abſque denunciatione, & querela. *Ex c.*1. *de Off. Ord. Riccius reſol.*255.

2 Delicta vnius, & eiuſdem Proceſſus debent omnia ſimul terminari, & non diuidi, 1602. Caſtellaneta 23. Iulij 75. n.6.

3 In delictis conſummatis, Pœnitentia ad euitandam pœnam temporalem locum non habet. *l. Qui ea mente* 65. *ff. n. de furtis. l. penult. ff. i. Vi bonor. rapt. Oinot. de action.* §. *Quadrupli num.*2.

4 In foro exteriori,vbi quis in vno territorio incœpit delictum,& in altero compleuit, ſubijcitur vtrique Iudici. *l.*1. *C. Vbi de crimine agi opor.*

5 Delinquere in Officio ſatis dicitur, qui delinquit contemplatione officij; ſeu prætextu, calore, vel occaſione officij. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.*233. *n.*6.

6 In facto alterius, præſertim Principis non præſumitur delictum. *l. Inuito* 51. *ff. v. Procur.*

7 Delinquens quando præſumatur emendatus, v. Clauſula num.6.

8 Licet multiplicitas delictorum aggrauet delinquentem; non tamen addit eam qualitatem, quæ requiritur, vt Curia Eccleſiaſtica poſſit tradere Reū ſæculari,1640. Montalcino 11. Maij 49.

DENVNCIATIO.

Archidiaconus. Filius. Monitorium. Parochus. Pœnitentia.

1 E*X quibus cauſis* excuſetur quis à denunciando,dixi in Can. lib.5. tit.1. De accuſat. num.54 & ſeqq.

2 Denunciatio conſtituit in mala fide. *l. Fundum, C. de rei vend.*

3 Qui non denunciauit intra tempus in edicto ſtatutum,tenetur denunciare poſtea, vt dixi ibidem n.6.

4 Et dies termini non computatur in termino. *Ibidem.*

5 Quilibet tenetur in ſcriptis denunciare delicta tendentia in publicam perniciem, vt latius dixi ibidem n.7.

6 Pœnitens non tenetur denunciare confeſſarium, quem ipſe Pœnitens ſollicitauit, & ad peccatum aliquod venereum induxit. *Bonac. de var. tract. diſp.*6. *quæſt.*3. *n.*17.

DEPOSITVM.

Commodatum. Culpa. Dos. Pœna.

1 D*Otes* iuxta decreta generalia Sacræ Congregationis deponi debent in pecunia numerata, nō in cenſibus, vel alijs ſtabilibus,1581. Vicenza 29. Nouembris 6. 1614. Teramo 2. Maij 54.

Apud Sacrum Montem,vel communem Depoſitum Monaſterij, ante ſuſceptionem habitus, 1611. Bergamo 21. Ian. 7.

Cum tribus Clauibus, quarum vnam teneat Abbatiſſa,ſecundam Ordinarius,tertiam Oeconomus vel Sindicus Monaſterij, 1650. Foligno 26. Aug. 30. 23. Septemb. 11.

Alias Nouitia, vel non recipitur,vel dimittitur, 1614. Tropea 14. Nou. 144.

Etiam quando factum fuit depoſitum, non tamen reale, ſed fictum in ſola ſcriptura, vel verbis, 1604. Rieti 26. Ianuarij 9. 1645. Monopoli 9. Iunij 16.

2 *Depoſitarius*, vbi publici Banchi nulli, vel minus idonei ſunt, debet eſſe perſona ſecura, præſertim Eccleſiaſtica, fide & facultatibus idonea,1594. Camerino 15. Martij 82. 1640. Napoli 11. Maij 165. 166. 1643 10. Ian.56. 1645. 20. Ian.11. Meſſina 11. Aprilis 30. &c.

Quæ non ſit Conſanguinea Monialium. 1615. Portogallo 6. Iunij 65. 1622. Otranto

to 10. Nouemb. 262. 1623. Aſcoli 11. Decembris 328. 1625. Foligno 4. Aug. 193.

3 *Ordinarius* compellere non debet, vt depoſitum fiat coram ipſo: ſed ſufficit ſibi relationem fieri de perſona Depoſitarij, & Notarij rogandi, 1606. Vercelli 15. Nouembris 94.

Etiam in Monaſterijs Regularibus ſubiectis, 1650. Foligno 26. Auguſti 30.

4 *Inſtrumentum* Depoſiti rogari poteſt à quolibet Notario ad arbitrium Monialiũ, dummodo exhibeatur copia authentica in Cancellaria Epiſcopali, 1652. Aquila 8. Nouembris 1.

5 *Redditio*. Depoſitarius, ſecuta profeſſione compelli debet ad exburſandam pecuniam in commune depoſitum Monaſterij, vel in Montem Pietatis, non obſtante, quod tunc non adſit occaſio emendi ſtabilia, vel cenſus ſecuros, 1630. Aſcoli 19. Ian.

Et non obſtante Appellatione, 1597. Lucca 12. Februarij 23.

Vel qualibet Inhibitione vigore Eugenianæ, per quam Debitores vti Curiales, prætenderent, ſe non poſſe, niſi in Vrbe, conueniri, 1645. Tortona 28. Aprilis 27.

Vel aliqua exceptione compenſationis, præſertim ſi dos ſit ſupernumeraria, 1655. Perugia 25. Iunij 179.

DESCENDENS Fideicommiſſum.

DETRACTIO. Fama.

1 **D**Etractionis peccatum non incurrit famulus detegendo iniurias, quas ſibi intulit Herus, nec Vxor eas, quas Maritus; nec Filius, quas Pater; nec Religioſus quas Prælatus &c. licitum eſt enim iniurias narrare cauſa conſilij, vel conſolationis capiendæ: narrando namque cauſam, dolor remittitur; & crimen alterius non detegitur, niſi per accidens. Vt enim acutè notauit Leſſius *lib.2. cap. 11. dub.12.* nimis graue eſſet, ac præter humanam conſuetudinem, vt quis cogeretur iniurias acceptas ſecum in ſilentio coquere, nec poſſet eas cum amico communicare. Adhibenda tamen cura, ne pluribus dicatur, quã ad ſolatium, ſiue conſilium ſit neceſſarium: nec nominanda perſona, niſi ad conſilium, ſiue conſolationem huiuſmodi ſit opus, vel valde expediens *Sancius diſp.2. num.10. Diana 3. tract. 5. reſol. 32. Bonac. de reſtit. diſp. 2. quaſt.4. pun.3. num.3.*

2 Quando Detractio eſt antiqua, non tenetur detractor famam reſtituere, quia nihil aliud eſſet, quam infamiam obliuioni traditam renouare: ſed ſufficit infamatum in genere laudare pro homine deuoto, & honorato. *Bonac. de reſtit. diſp.2. quaſt.4. pun. 13. Mancin. pract.6. dub.1. num.3.*

DEVOTIO.

1 **E**St prompta, & parata voluntas exequendi ea, quæ ad Diuinum pertinent cultum. *S. Thom.2.2. quaſt.82. art.1.* & *c.*

2 Ad Imagines ſanctas non debet impediri, 1602. Sauona 17. Aprilis 36.

DEVS. Nouitas. Religio.

DIAETA.

LEgalis viginti milliaria continet. *l. 1. ff. v. Si quis caut. gloſ. c. Præſenti 34. v. legalis. De praben. lib.6.*

DICTIO.

1 **E**Tiam vnum caſum exprimit, alterum includit. *Barboſ. alleg.73. n.36.*

2 *In circa* decimam partem comprehẽdit. *Rota in vna locationis Veneris 20. Decembris 1603. coram Ludouiſio.*

3 *Talia* non ſignificat ſimilitudinẽ, ſed eſt repetitiua certæ, ac determinatæ qualitatis. *Ex Rota Bonac. tom. 3. diſp. 2. quaſt.3. pun.30. num.4.*

4 *Vſque* in materia odioſa, & exorbitanti ſtat excluſiuè, niſi quãdo adijceretur numero, vel gradui, quia tunc ſemper ſtat incluſiuè, nulla habita ratione fauoris vel odij. *Rota apud Farin. tom.1. par.1. deciſ.51. n.9.*

5 *Forſan* poſita in gratia, non præiudicat, nec eget iuſtificatione. *Rota deciſ. 248. num. 9.*

6 *Ad* denotat vicinitatem, non intrinſecitatem: dictio vero *Verſus* ſituationem, non vicinitatem. *Rota deciſ.509. num. 5.*

DIGITVS.

Irregularitas.

DIGNITAS.

Beneficium 16. §. XIV. Canonicus. Fidei profeſſio. Illegitimus. Ordo iudiciarius. Reſcriptum. Suppreſſio.

1 **E**Ccleſiaſtica nihil aliud eſt, niſi adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione. *Barboſa 3. alleg.54. n.133.*

† Et generaliter Dignitates dicuntur, quæ in ea Eccleſia pro talibus habentur. Probata à Sanctiſſimo 17. Aug. 1596. C.C. *

2 Dignitas, perſonatus, & officium differunt.

Dignitatem enim is habere dicitur, qui habet adminiſtrationem, & iuriſdictionem: vt Abbas, qui habet adminiſtrationem ſui Monaſterij, & iuriſdictionẽ in Monachos. Item Prior conuentualis, & is, qui præeſt alicui corpori, habetque iuriſdictionem in perſonas illius corporis.

Hodie vero dicitur habere Dignitatem, qui præcedit alios, & vocatur Dignitas, licet nullam adminiſtrationem habeat: vt patet in omnibus fere Prioribus Collegiatarum, & multis etiam Archidiaconis. *Barboſa de Can. c.4. num.13.*

Perſonatum vero is propriè dicitur habere, qui in Eccleſia præeminentiam aliquam habet ſine iuriſdictione: ſicut qui in Eccleſia, Capitulo, & alijs honoribus præcedit Canonicos.

Officium vero is habere dicitur, qui ſimpliciter habet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum ſine præeminentia, & iuriſdictione, vt Sacriſta. *Not. in c.1. de conſuet. lib.6*

3 Dignitates nouas inſtituere poteſt ſolus Papa; reſtituere vero antiquas, etiam Epiſcopus de conſenſu Capituli, ſi congrua dos aſſignetur. *Barboſa de Can. cap. 4. num. 2. v. Archidiaconus.*

† Sacra C. C. die 27. Iunij 1637. cenſuit in vna Calacen. Epiſcopum de Iure poſſe cum cōſenſu Capituli erigere in Cathedrali nouam Dignitatem, ſi in ea certus numerus Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ſiue Epiſcopi, & Capituli Iuramento præfixus non fuerit. Secus vbi numerus eſt præfixus. *Fagnan. c. Dilecto, de preben. n. 27.*

Non tamen ſic nouiter inſtitutis dare præcedentiam ſuper Sacerdotes antiquiores. *C. C. Foſſanen.* 1658. 31. *Aug. ad* 2. *

4 Dignitates, quæ ſunt de corpore Capituli, tenentur exactionem, aliaque onera ſubire ſicut Canonici, 1625. Bouino 9. Decembris 153. † Licet haberent præbendam ſeparatam à menſa capitulari. Ex S. C. & quod plus eſt, Sacra C. C. in vna Carſolen. 29. Maij 1653. cenſuit, Archidiaconum, qui officium Vicarij Capitularis exercet, teneri officium Procuratoris ſiue Oeconomi acceptare, & exercere, quando eſt electus, prout tenentur alij Canonici electi. *

5 Vbi Canonici ſunt pauci, Dignitates etiam accedere tenentur ad legile, & cantare, ſicut alij, 1601. Ancona 20. Aug. 192.

DIMINVTIO.

F*Acta* in Codicillis per verba generalia non comprehendit legata ad pias cauſas. *l. Libertos quos*, 18. §. *Poſthumis, ff. i. de alim. & cib. legat.*

Quem textum loquentem in materia alimentorum ad omnem piam cauſam extendunt allegati per Tiraq. Priuil. 8.

DIMISSORIAE.

Abbas. Capitulum. Clericus. Diœceſis. Exemptio. Græci. Itali. Ordo. Regularis. Teſtimonialis.

1 A*D ordines*, & aliæ Gratiæ factæ, nō expirant morte concedentis, 1600 Oria 12. Nouembris 12. & 21. Nouemb. 14. *Bonac. de Sacram. diſp. 8. quæſt. 1. pun. 4. num. 21.*

2 In Regno concedi non poſſunt, niſi ad certum Epiſcopum, & præuijs diligentijs, etiam pro prima tonſura, & Minoribus, quas Tridentinum ante ſacros ordines mandat adhiberi. *Sac. Congr. 22. Iun. 1623. cuius decretum retuli per extenſum in Can lib. 1. tit. 11. De temp. ordin. num. 35.*

Introducta tamen fuit conſuetudo illas concedendi, relicto in albis Epiſcopi nomine.

3 Dimiſſoriæ illorum, qui extra Italiam ſunt oriundi, nō admittuntur, niſi à Nuncijs, vel collectoribus illarum Partium ſubſcriptæ, & Romæ in officio Vicarij recognitæ. *Vrb. VIII. conſt. 34.* quæ incipit. Secretis.

4 Subditis Nullius non conceduntur à Prælato loci, vel eius Vicario, immo neque à Vicario Apoſtolico, ſed ab Epiſcopo viciniori, 1596. Potignano 18. Ian. 6. 1603. Nullius Carpi 15. Decembris 147. 1604. 22. Nouembris 65. 1606. 14. Iunij 51. 1604. Nullius Altamura 9. Auguſti 23.

Multo minus exemptis de diœceſi, 1598. Badaios 7. Septemb. 46. *Ex Trid. ſeſſ. 23. c. 10.*

Quare ſubditis Archimandritæ conceduntur ab Archiepiſcopo Meſſanenſi, 1601. 16. Iulij 178.

Fallit in Regularibus, de quibus v. Regularis num. 35.

5 Nato inter catholicos debet dari prima tonſura, vel dimiſſoriæ pro ea, licet nō poſſet habere fidem baptiſmi: nam præſūptio affirmatiua adeo violenta eſt, vt certitudinem moralem afferat, 1619. 30. Aug. 161

6 Examen præſcriptum *à Trid. ſeſſ. 23. cap. 3.* committi poteſt Epiſcopo ordinanti, vel alteri, cui in confidentiam tranſmittuntur dimiſſoriæ, 1588. Gaeta 20. Decembris 190. 1590. Ceſena 3. Aprilis 81. 1594. Padoua 7. Iunij 165.

Vnde denegari non poſſunt dimiſſoriæ, præſertim in Curia, ex eo, quod ordinarius neſciat, an ſit idoneus quo ad litteraturam, 1653. Vercelli 3. Octobris 178. n. 4.

† Non incurrit in aliquam cenſuram, vel pœnam laicus, qui obtinuit dimiſſorias ad quatuor minores, ſi earum vigore ſuſcepit etiam primam tonſuram, licet in dimiſſorijs nulla fieret mentio de prima tonſura, 13. Aug. 1639. C. C.

Niſi tamen adeſſet ſpecialis prohibitio pro prima tonſura: quia tunc conſenſus concedentis dimiſſorias, per neceſſariā conſequentiam præſumptus ex eo, quod qui vult conſequens, vult & antecedens neceſſarium, quæ videtur ratio decreti, in hoc caſu ceſſare. *

DIOECESIS.

Ciuitas. Nullius. Permutatio. Vicarius.

D*Ebent* admitti ſine præiudicio Teſtimoniales, & Dimiſſoriæ cum aſſertione Nullius, licet locus prætendatur eſſe de

diœ-

diœceſi, 1645. Nullius Terlizzo 20. Ian. 4. 9. Iunij 15.

2 † Epiſcopus, qui exequitur mandatū Curiæ Romanæ, ſibi tamquam viciniori directum ad fauorē alicuius Perſonæ, quæ eſt de aliquo Oppido ibi aſſerto Nullius, in nihilo præiudicat ſuis Iuribus, per quæ pręrendat oppidum illud eſſe ſuæ diœceſis, 1604. Nullius Marugga. 26. Octobris 53.

Maximè ſi id faciat cum proteſtatione, 1645. *Giouenazzo per Terlizzo 9. Iunij* 15.

3 Si ciuitas extendatur ad diuerſa dominia, non ideo debet habere vnum tribunal pro quolibet dominio, 1604. Aiqui 16. Februarij 25.

Sacra quoque C. C. cenſuit, Epiſcopum Vintimillien. non teneri deputare Vicariū Generalem in ea parte ſuæ diœceſis, quæ ſubeſt in temporalibus dominio Ducis Sabaudiæ 7. Iunij 1659.

Secus de Metropolitana ſinitium diſtat, maximè in diuerſo Regno; quia deberet deputari Iudex Appellationum pro locis alterius Regni, 1594. *Pampalona* 25. *Maggio* 142. *

DISCALCEATI.

Auguſtiniani. Merces. Priuilegium. Quæſta. Tranſitus.

† GEneralis concedere non poteſt, vt Diſcalceati tranſeant ad Calceatos: quia eſſet dare tranſitum ad laxiorem, Apoſtolicæ Sedi reſeruatū, vt dixi in Can. lib. 3. tit. 31. de Regul. n. 3.

Si vero tranſeant de licentia Apoſtolica, tenentur præmittere annum probationis, ſeu Nouitiatus. C. C. 12. Ian. 1619. *

DISCORDIA.

Teſtis. Translatio. Vanagloria.

DISCRETI.

Electio. Obſeruantes.

DISPENSATIO.

Beneficium 11. *Coniux*. *Conſtitutio*. *Epiſcopus*. *Feſtum*. *Filius*. *Ieiunium*. *Illegitimus*. *Irregularitas*. *Litteræ*. *Sepultura*.

1 QVid. Eſt relaxatio legis, cauſa cognita, ſeu ex iuſta cauſa facta. *Nauar. prælud.* 9. *num.* 13. & 14.

Et eſt triplex debita, permiſſa, & prohibita. *Bonac. de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 3. *nu.* 22. *verſ. Reſpondeo teneri*.

2 Valida eſt diſpenſatio, licet erratum fuerit in nomine Perſonæ, vel diœceſis. *Arg. l. Si me in vacuam* 34. *ff. n. de acquir. poſſ.* & §. *Si quis in nomine*. *Inſt. de legat. Bonac. pun.* 4. *num.* 6. *Diana* 1. *tr.* 10. *reſol.* 36.

3 *Matrimonialis* propter anguſtiam loci obtenta adhuc executioni demandanda eſt, licet Teſtes deponant, quod homines loci, ſiue Terræ illius ſunt omnes pares, 1596. Albano 13. Februarij 16.

Nam diſpenſatio non conceditur, eo quod non adſit par, ſed eo quod non inuenit parem, 1595. Arezzo 19. Aprilis 20.

Et licet locus habeat 230. focos ſiue familias, 1640. Terracina 18. Maij 51.

† Nec obſtat, quod alibi poſſit inuenire parem. C. C. Ianuen. lib. 76. ad 223.

Ruſtici autem locantes operas dicuntur paris conditionis, licet vnus ſit pauperior altero. Ianuen. Ibid.

Et dirigitur Prælato Nullius, vel eius Vicario pro ſubditis ſuæ iuriſdictioni. *C. C. Paſten.*

Non tamen expediri poteſt, niſi contrahentes habeāt eo loco domiciliū. Ianuen. *

4 Qui expediunt bullas diſpenſationis matrimonialis abſque expreſſione copulæ, ſi ante earum præſentationem, & decretū executionis obtentum, contraxerunt, & conſummarunt matrimonium, vel alias ſe carnaliter cognouerunt, noua indigent diſpenſatione, 1580. Soana 8. Aprilis 81. 1603. Gaeta 7. Ianuarij 2.

Secus ſi fuiſſet expreſſa copula, 1597. Brindiſi 12. Febr. 13. 1651. Scala 5. Maij 9.

Vel fuiſſet obtenta ſecunda diſpenſatio, ſeu perinde valere, 1582. Mariana 4. Nouembris 141.

† Sacra quoque Concilij Congregatio cenſuit, diſpenſationem matrimonialem obtentam ſine expreſſione copulæ eſſe ſubreptitiam. *lib.* 50. *ad* 5. Secus ſi copula ſuperuenit poſt executionem diſpenſationis ab Ordinario factam. ad 166. *

In quibus gradibus, ex quibus cauſis, & quot expenſis obtineantur diſpenſationes matrimoniales in Romana Curia, dixi in tit. de nuptiis, num. 80.

5 Diſpenſatio matrimonialis non præſentata, nec executa, poteſt ex nouo Papæ reſcripto mandari executioni, etiam poſt mortem coniugatorum, qui obtinuerunt, quo ad effectum legitimationis filiorum, etiam ſubditorum Principibus ſæcularibus, etiam in præiudicium venientium ab inteſtato; dummodo nati ſint in figura Matrimonij. *Rota apud Put. lib.* 2. *deciſ.* 472. *Apud Seraph. deciſ.* 1121. *Nau. lib. conſil. Qui filij ſint legit. Sanchez* &c.

6 *Quis*. Quicumque poteſt in aliquo diſpenſare reſpectu aliorum, poteſt reſpectu ſui ipſius. *Caiet.* 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 5. *Rodr.* 2. *par. cap.* 33. *num.* 3.

Quicquid dicat Collector Priuilegiorū Regularium. v. Accedere ad Monaſteria Monialium. Et Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 108.

Intellige tamen de ijs, qui poſſunt ſubdele-

delegare, non autem de iis, quibus ex delegatione, vel priuilegio cōmiſſum eſt tantum nudum miniſterium,

7 Religioſus factus Epiſcopus, poteſt diſpenſare ſecum in ijs, in quibus Prælati Religionum poſſunt ſecum, & cum alijs diſpenſare. *S. Thom. 2. 2. quæſt.* 185. 8. *c.*

8 Quoties in aliqua lege cōceditur diſpenſandi facultas, non expreſſa perſona, cui conceditur, Epiſcopo conceſſa videtur, ne fruſtra videantur poſita verba. *Bonac. de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 1. *n.* 17. *verſ. Addit.*

9 Diſpenſatio ex ſui natura cenſetur reſeruata, niſi explicitè concedatur. Secus de Abſolutione quæ cenſetur conceſſa, niſi explicitè reſeruetur. *Bonac. tom.* 1. *de cenſur. diſp.* 3. *pun. vlt. num.* 6. *& tom.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 1. *num.* 17.

10 *Cauſæ* iuſtæ, & validæ diſpenſandi, neceſſitas, vel vtilitas, aut pietas, vel communes vel priuatæ. *Bonac. n.* 20. *l. citando.*

Maximè quando obſeruantia legis vergit in malum, vel maius bonum impedit. *Bonac. de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 3. *num.* 20. *verſ. Hinc ſequitur.*

11 Diſpenſatio Superioris circa legem ſuam, æqualis, vel inferioris, valet ipſo iure, etiam ſi ſciatur non ineſſe iuſta cauſa: immo diſpenſare videtur quoties iubet, vel permittit fieri contrarium legi. Secus de diſpenſatione inferioris circa legem ſuperioris. *Nau. pralud.* 9. *num.* 13. *&* 14.

12 Petentes, & concedentes diſpenſationem ſine iuſta cauſa peccant, ſed venialiter tantum: niſi diſpenſetur in lege ſuperioris, vel niſi ſequatur inde magnum ſcādalum, aut damnum proximi notabile. *Caiet.* 2. 2. *quæſt.* 96. *Nauar. prælud.* 9. *num.* 12.

13 Si inferior diſpenſet in lege ſuperioris ſine cauſæ cognitione, dicens ſe id facere ex iuſta cauſa, non creditur eius aſſertioni, niſi cauſa probetur. *Nauar. prælud.* 9. *num.* 13.

14 Prælatus tenetur ad diſpenſandum, quando extant vrgentes cauſæ, nēpe quando eſt neceſſaria diſpenſatio ad euitandum publicum, vel priuatum damnum, aut quādo vtilis eſt bono publico, vel etiam priuato. *Bonac. n.* 22.

15 Solus Summus Pontifex poteſt cauſæ diſpenſandi defectum pecuniaria compoſitione ſupplere: nam alij non poſſunt diſpenſare, niſi gratis. *Conc. Trid. ſeſſ.* 26. *de reform. cap.* 18.

† De facto tamen, etiam Papa gratis diſpenſat; quia pecunia, quæ diſpenſationis occaſione Romæ accipitur, non cedit in commodum Papæ, nec eius Cameræ, ſed apud ſacrum Pietatis Montem deponitur, in Pauperū neceſſitates, vel alios pios vſus de mandato ipſius Pontificis conuertenda. *Pallauicin. Hiſtor. Concil. t.* 2. *lib.* 23. *c.* 8. *n.* 11. *

Niſi propter delictum eſſet imponenda pœna pecuniaria locis pijs applicanda. *l. Si à reo* 70. §. *fin. ff. n. de fideiuſſor. Bonac. n.* 23.

Alias inferiores Prælatos, pro diſpenſatione pecuniam accipientes, ſimoniacos exiſtimat S. Thomas 1. *quæſt.* 100. 3. *ad* 3.

Intellige tamen quo ad compoſitionē, non quo ad mercedem, quæ ſoluitur pro litterarum expeditione, *vt dixi lib.* 1. *Ciuilium tit.* 10. *num.* 81.

16 *Executa* præſumitur Diſpenſatio, quando conſtat de Breui, & Pars ea diu vſa eſt, 1602. Vigeuano 17. Decembris 149.

† Diſpenſatio autem Vicario commiſſa, expediri poteſt ab Epiſcopo, & e contra, cum Epiſcopi, & Vicariæ ſit vnum atque idem tribunal. C. C. Vintimillien.

Diſpenſatio tamen commiſſa Epiſcopo, non expeditur à Vicario ſine ſpeciali mandato, 12. Febr. 1622. 1. 10. 28. *

19 *Ceſſare* diſpenſationem iam executioni mandatam, ceſſante cauſa finali, quidam aiunt, quidam negant, vtrique probabiliter: Affirmantes tamen probabilius, quando executio tractum habet ſucceſſiuum, vt ieiunare, recitare officium, &c. *vide Diana* 6. *tract.* 7. *reſol.* 45.

18 *Non vitiatur* diſpenſatio ex eo, quod quis non expreſſerit, ſe antea eam petijſſe, & non obtinuiſſe, *vt dixi in Can. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 8. *limit.* 2.

Nec ex eo, quod Papa mortuus ſit paulo poſtquam conceſſit eam, 1606. Genoua 6. Decembris 94. 1623. Auellino 9. Octobris 104. Alba 24. Nouembris 121. 1655. Lucca 4. Iunij 54.

DISTRIBVTIONES. I

Archidiaconus 2. Canonicus. Doctor. Epiſcopus. Excommunicatio. Inquiſitor. Peſtis. Punctator. Seminarium. Studium.

1 QVid. Declaratum fuit à Sacra Cōgregatione Concilij, non poſſe in diſtributiones quotidianas cōuerti illos redditus, qui inueniuntur à Teſtatoribus aſſignati pro Anniuerſarijs, & celebratione Miſſarum, 1596. Caſtellaneta 10. Septembris 75. 1599. Sutri 25. Maij 55.

† Eadem Sacra C. C. aliquando concedit licentiā, quando fructus ſunt tenues, conuertendi in diſtributiones quotidianas huiuſmodi legata, aſſignatis cuique Canonico per turnum Miſſis, Vrgellen. 1637. lib. 26. 268.

Ita etiam ea pars, quæ aſſignata eſt pro fabrica Eccleſiæ, non conuertitur in diſtributiones, neque quando fructus ſunt tenues,

nues, licet pro tunc Eccleſia non indigeat reparatione, ſed prouidetur per c. 15. ſeſſ. 24. de reform. Aurien. lib. 26. 278.

Congregatio Concilij cenſuit, ſi Maſſa communis pro diſtributionibus commodè fieri non poſſit, Epiſcopum debere certam aliquam ſummam pecuniariam; quæ veriſimiliter non negligatur, arbitrio ſuo ſingulis aſſignare; omneſque Canonicos tam intereſſentes, quàm non intereſſentes, ſingulis horis per annum punctandos eſſe: vt in prima fructuum collectione tantum deducatur ex parte vniuſcuiuſque, quantum ex calculo, & aſſignatione factis non deſeruiendo amiſiſſe apparuerit. Idque pro rata iuxta punctaturas diuidatur inter eos, qui intereſſentes fuerint, more quotidianarum diſtributionum. Quod ſi diuiſionis tempore illi, qui deſeruiendo diſtributiones lucrati ſunt, ſuperſtites non fuerint; eorũ Hæredibus, alijſque, quibus debita erunt, diſtribuantur. Diuiſionem vero, quæ poſt decennium fieri conſueuit, Congregatio minimè probauit: ſed cenſuit, fructus, cum primum collecti fecerint, diuidi debere, 20. Iunij 1982. A Card. Caraſa lib. 27. 150. *

2 *De Participatione*. Maſſæ cõmunis Capituli Cathedralis, nullus Canonicus etiam non Sacerdos, excludatur, dummodo ſit in ſacris conſtitutus; exceptis ijs, quæ dantur pro Miſſis, & alijs Sacerdotalibus functionibus, 1596. Caſtellaneta 15. Nou. 90. §. 7.

Immo neque à diſtributionibus pro Miſſis, vbi conſuetudo eſt, vt ſatisfieri poſſit etiam per alium, dempta tamen ſolita eleemoſyna pro ſatisfaciente. Idem de abſente cauſa ſtudij, vel alia iuſta, 5. Febr. 17.

3 Quod Ordinarius participet de diſtributionibus, nihil debet innouari, ſed ſolitum obſeruari, 1605. Lecce 28. Febr. 19. §. 2. v. Epiſcopus.

Excepta quarta eleemoſynarum manualium pro Miſſis, quæ ipſi nullo modo cõpetere poteſt, 1654. Mineruino 17. Sept. 140

4 Excommunicati non debent participare de diſtributionibus, non obſtante conſuetudine, 1605. Coimbrien. 5. Octobr. 73. Debentur tamen Canonico abſenti, ne cũ excommunicatis vitandis participaret, 1612 Liegi 6. April. 35. & iniuſtè excommunicato, qui abſtinuit ob reuerentiam, 1654. Caſale 10. Iulij 50. Maximè ſi ad obtemperandum monitis Epiſcopi, 1621. Perugia 28. Septembris 143.

5 *Applicatio*. Diſtributiones diuidantur in tres partes. Vna ſit pro Matutino, & prima. Secunda pro Tertia, Miſſa, ſexta, & nona. Tertia pro Veſperis, & Completorio. *S. Congreg. Epiſcopo Taruiſino 27. Aug.* 1585

Pro Matutino, Miſſa, & Veſperis taxari debet maior quantitas, 1575. S. Carlo 26. Octobris 685.

6 Concilium Tridentinum dum in c. 3. ſeſſ. 21. diſponit, quod portiones Abſentiũ diuidantur proportionabiliter inter præſẽtes, & intereſſentes, procedit quando tertia pars prouentuum Canonicatuum, Dignitatum, & aliorum corporum ibi enumeratorum, fuiſſet detracta, & conuerſa in diſtributiones quotidianas ea ratione, quod in Eccleſia, vel nullæ eſſent diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligerentur.

Sed c. 3. ſeſſ. 22. quod dat facultatem applicandi portiones abſentiũ locis pijs, procedit ſolum in tribus corporibus prouentuum, ſcilicet Dignitatibus, Perſonatibus, & Officijs, quando detracta eſt tertia pars propter eos, qui omittunt facere onera ſibi incumbentia: & ſic non comprehendit Canonicatus, vel aliud genus ſimilium portionum, immo nec ipſas Dignitates, quæ punctãtur ob omiſſionẽ intereſſendi Choro: & habet locum, licet non adeſſet illa ratio, quod nullæ, vel tenues eſſent diſtributiones. *Sacra Epiſcop. Congreg. in vna Callien.* 1577. *ex Congr. Conc. Callien.* 1571.

Et quatenus Concilium Prouinciale ſecus diſponeret, vel eſſet explicandum iuxta ſupradicta, vel nulla eius habenda ratio, tamquam contra diſpoſitionem iuris communis, quo diſtributiones quotidianæ debent dari præſentibus, qui Diuinis interſunt, & inſeruiunt. *cap. 1. De Cler. non reſid. in 6. Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Callien. 12. Ian.* 1577. *vt in Regiſtro fol.* 54.

Et multo minus Ordinarius ſolus poteſt applicare Fabricæ, vel alteri pio vſui, diſtributiones amiſſas à nõ intereſſentibus; quia de iure communi accreſcunt intereſſentibus, 1589. Caſtellaneta 13. Iunij 172. verſ. Quant'alla parte, 1602. Malta 17. April. 39. verſ. Che le diſtributioni. Bitonto 4. Iun. 55

† Diſtributiones autem applicandæ Fabricæ vel pio loco, non poſſunt erogari pro eleemoſyna concionatoris, vel pro Sacriſtia Cathedralis. *C. C. Aeſina.* vide c. 1. 29. 9. §. 11. *

7 Diſtributiones præbendarum vacantium, licet Theologalis, vel Pœnitentiariæ, ſemper dantur præſentibus, & nunquam reſeruantur ſucceſſoribus, 1636. Malta 11. Iulij 61.

8 Permitti non debet Capitulo, quod dum pro litibus, vel alia cauſa vult expenſas facere, vtatur diſtributionibus quotidianis: id enim cederet in detrimentum Diuini cultus, & Eccleſiaſtici ſeruitij, 1590. Troia 16. Maij 112.

9 *Ab-*

9 *Abſentia.* Diſtributiones quotidianæ debentur Canonico abſenti ex iuſta cauſa, puta infirmitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ: dummodo tamen fecerit ſuas proteſtationes, ſaltem ſi cauſa non erat notoria. *Rota apud Farin. par. 1. tom. 1. deciſ. 244. n. 1.*

Et cauſa iuſta debet approbari, non ſolum à Capitulo, ſed etiam ab Ordinario, 1607. Lamacen. 4. Aprilis 27.

10 Talis eſt cauſa Viſitationis liminū: *Vnde Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum, ſæpiùs cenſuit; Canonico ad viſitanda Sacratiſſima Apoſtolorum limina à ſuo Epiſcopo miſſo, deberi non ſolùm fructus ſuæ Præbendæ, ſed etiam diſtributiones quotidianas, pro toto tempore acceſſus, manſionis, & reuerſionis, non ſecus, ac ſi eo tempore Diuinis continuo intereſſet.* Idem de duobus Canonicis Epiſcopum ad talem viſitationem comitantibus.

11 Dum ius commune diſponit, quod infirmi, & alij participent de diſtributionibus in abſentia, intelligitur, dummodo ante infirmitatem, vel impedimentum, ſeruire conſueuiſſent, 1593. Aquila 4. Aug. 199.

Quibus nec Epiſcopus poteſt, ne dentur, ſtatuere, 1652. Caſtellaneta 20. Aug. 93.

Sicut, & ſenio confectis, 1601. Veroli 5. Febr. 4. vel ſimili *Vide Pilaiam to. 1. d. 10. n. 41.*

Surdis tamen, ſi non interſint, non dantur, 1615. Theano 12. Martij.

† Inimicitiæ vero regulariter non excuſant à ſeruitio Cathedralis, 1601. *Ripatranſona 6. Agoſto* 187.

Si tamen ex eis reſultaret euidens periculum vitæ excuſarent, etiam quo ad effectum lucrandi diſtributiones. *Bergomen.* 14. *Decembris* 1652. ex c. vnico. De Cler. non reſid. in 6. *

12 Debentur pro tempore carcerationis, ſeu vexationis indebitæ, poſt tamen abſolutionem, & rem iudicatam: & interim ad inſtantiam carcerati deponuntur, 1591. Melfi 17. Septembris 253. 1596. Brindiſi 11. Iunij 48. 1598. Aquila 9. Martij 17. 1613. Auerſa 13. Auguſti 70. 1614. Capua 29. Auguſti 77. 1644. Anagni 11. Martij 17. 1600. Ferentino 29. Nouembris 17. Nazareth. 18. Auellino 5. Decembris 22. 1601. Nazareth 20. Febr. 86. Spalatro 3. Iulij 161. Vigeuano 17. Septemb 211. 17. Octob. 223.

Sicut eximuntur etiam ab alijs pœnis, 1655. Vercelli 10. Nouembris 313.

† Iuſte vero carcerati, vel excommunicati non lucrantur neque fructus, neque diſtrib. C. C. Calaritana.

Etiam ob debitum ciuile. Romana 15. Decembris 1657.

Etiam nulliter, ſi nullam ad ſe liberandum diligentiam adhibeant, 14. Ian. 1634.

Etiam ſi eo tempore eorum coadiutores Diuinis interſint, Carthaginen. 15. Decemb. 1618. *

13 Et pro tempore litis iniuſtæ, concernentis principaliter intereſſe Eccleſiæ, vel Capituli; ſecus ſi ſecundario, 1602. Milano 17. Septembris 103. 1606. Fermo 14. Iun. 37. Nardò 6. Decembris 94. 1628. Pauia 7. Septembris 107. Lanciano 17. Nouemb. 133.

† Regulariter tamen diſtributiones Canonicatus litigioſi ſequeſtrantur vſque ad finem litis. Lucana 14. Decembris 1620. C. C. c. 3. 4. 34. *

14 Et actualiter occupato in cura Cathedralis, etiam extra Eccleſiam, 1589. Ancona 28. Nouembris 246.

Vel adminiſtratione Sacramentorum, maximè Pœnitentiæ, in Eccleſia, 1601. Andria 7. Nouembris 232. Aquila 27. Nouembris 241. 1617. Sarno 7. Martij 40.

Etiam in Eccleſijs receptitijs, ſi id faciant ex obligatione: ſecus ſi ex peculiari mercede recepta ab Archipresbytero, 1641. Triuentio 22. Nouembris.

Item Canonico pro tempore, quo ſine ſalario Organum pulſat, 1641. Triuento 22. Nouembris §. 3. 1639. Noli 23. Sept. 70.

Item occupato propter aliam Eccleſiæ vtilitatem, dum à Capitulo propterea nullam particularem prouiſionem, vel mercedem recipit, 1587. Corneto 29. Septembris 215. 1600. Bari 12. Decembris 27.

Item examinatori pro tēpore, quo actu examinat, 1601. Lodi 20. Martij 102.

Vel ijs, qui dicunt Miſſam in Eccleſia horis deputatis, vel de ſpeciali ordine ſuperiorum dato pro neceſſitate, ſeu vtilitate Eccleſiæ, 1601. Andria 3. Septembris 202. 15. Octobris 220. 7. Nouembris 233. 1608. Aquileia 22. Auguſti 77. *verbo Canonicus* 22.

† Secus ſi Canonici, dum Horæ Canonicæ recitantur, diſcedant ad confeſſiones audiendas, aut Miſſas celebrandas, deuotionis cauſa: nam qui diſcedunt, illius Horæ diſtributionem amittunt. *Nicien.* 22. *Febr.* 1620. *C. C.* *

15 In omnibus autem ſupradictis caſibus excipienda ſunt illa manualia, quæ dari non ſolent, niſi actualiter intereſſentibus, 1617. Teramo 12. Maii 87.

16 Canonicis abſentibus pro Viſitatione dantur fructus, ſed non diſtributiones, 1602. Vigeuano 2. Iulij 69. 1588. Lodi 19. Iulij 29. † Etiam Archidiacono viſitandi ius per ſe ſolum ſubiecti. C. C. 4. Nouembris 1594. *

Licet quis viſitet tamquam Vicarius Epiſcopi, 1614. Ciuità di Penne, 28. Febr. 11.

Vel

Vel ſimul cum Epiſcopo, niſi ex gratia, 1582. Nouara 27. Octobris 136.

Dummodo non plures, quam tres pro qualibet vice, 1584. Vrbino 11. Septembris.

Pro viſitatione tamen Apoſtolica dantur ex priuilegio, vel conſentiente Capitulo, 1582. Nouara 27. Octobris 136. 1603. Milano 23. Iulij 85. 1617. Genoua 10. Iunij 112.

Vel quando viſitarent pro eodem Capitulo, præſertim Eccleſias vnitas corũ Menſæ, vel præbendis, 1598. Aquileia 14. Octobris 55.

Puta Archidiaconus occupatus in Viſitatione, vel alio ſeruitio Eccleſiarum annexarum ſuo Archidiaconatui, 1596. Caſtellaneta 16. Decembris 100. ſecus ſi ex alio iure vt ſupra.

17 Duo Canonici abſentes in ſeruitio Epiſcopi lucrantur fructus, ſed non diſtributiones, 1575. S. Carlo 18. Nouemb. 698. 1606. Boiano 22. Febr. 14.

Licet haberent in mandatis à Capitulo tractandi cum Epiſcopo aliquid ſpectans ad idem Capitulum, 1590. Napoli 14. Auguſti 187. *V. Canonicus* 18.

† Sacra quoque C. C. cenſuit, Canonicos vltro inſeruientes Epiſcopo priuatam Miſſam celebranti, minimè lucrari diſtributiones quotidianas. *Taurinen. & Vercellen.* 23. *Aprilis* 1616. *ad* 2.

Immo ſiue ſponte, ſiue coactè inſeruientes Epiſcopo in Cathedrali priuatim celebranti. *Vercellen. lib.* 98. 235.

Puta quia adeſſet conſuetudo inſeruiendi Epiſcopo priuatim celebranti, 31. *Auguſti* 1606.

Sed ſi eſſet conſuetudo, quod in tali caſu lucrarentur etiam diſtributiones, valeret. *Ianuen.* 31. *Martij* 1643.

Papa conceſſit Ianuenſibus id ex gratia, 22. Auguſti 164. *

Niſi beneficium cõſiſteret in ſolis diſtributionibus quotidianis; quia tunc eas lucrarentur dempta tertia parte. v. Canonicus 18.

18 Similiter qui, etiã de mandato Epiſcopi, vadunt ad celebrandum Monialibus, vel alias abſunt pro earum ſeruitio, 1594. Recanati 10. Ian. 21. §. 7.

Niſi ex gratia, 1596. Vercelli 10. Ian. 1.

Vel de conſenſu Capituli, 1602. Loreto 9. Ianuarij 1.

19 Similiter nec abſentibus cauſa ſtudij, niſi obtineant breue pro duabus tertijs, *cap. licet*, 32. *De præben.* 1603. Peſaro 14. Ian. 8.

20 Similiter nec Canonico, qui fuit Romæ contra Epiſcopũ pro negotijs Capituli. *S. Conc. Congr. in vna Auellin.* 16. *Apr.* 1633

Contrarium decreuerat Sacra Epiſcoporum Congregatio reſcribens Epiſcopo Mõtis Peluſij 2. Auguſti 1581.

Quæ tamen, & ipſa paulo poſt nempe 6. Auguſti 1585. in vna Aquen. cenſuit, tali Canonico dandos eſſe fructus, ſed non diſtributiones quotidianas, fol. 144.

21 *Donari* poſſunt à quolibet Canonico diſtributiones quotidianæ pro parte ſibi contingente, etiam ei, qui non interfuit, 1612. Caſale 8. Iunij 61.

Licet non poſſint Capitulariter remitti. *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 12.

† Non tamen prohibetur Capitulum donare diſtributiones illi, qui poſt admiſſam renunciationem Canonicatus horis canonicis interfuit, licet de Iure alijs accreſcant. C. C. Spoletana 16. Iunij 1607. *

DIVES. *Epiſcopus.*

1 Non *dicitur* ille, qui, quamuis habeat tantum in bonis, vt poſſit viuere, non tamen vt poſſit ſecundum ſtatum ſuũ decenter viuere; immo pro Paupere reputandus eſt: & ideo legatum illi factum ea conſideratione dicetur ad pias cauſas. *Nau. c.* 17. *n.* 94. *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, in præfat. verſ. Intellige Secundo.*

2 Antiqui Romani malebant eſſe pauperes in diuite Imperio, quam diuites in paupere Imperio. *Val. Max. lib.* 4. *cap.* 4. *in tit. de Ael. famil. in fin. refert S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 47. 10. *ad* 2.

DIVINATIO.

Eſt *vſurpatio* cognitionis futurorũ euentuum indebito modo. Vel in debita vſurpatio prænunciationis futurorũ euentuum. *Clau. Reg. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 2.

DIVISIO.

Capitulum. Minor.

Licet *Diuiſionis* actus ſit neceſſarius, non tamen eſt neceſſariũ hoc, vel illo modo diuidere: vnde requiruntur ſolemnitates, tam Iuris, quam ſtatuti, & locum habet remedium, l. 2. C. de reſcind. vend. *Rota apud Ludou. d.* 495. *num.* 6.

DOCTOR.

Aduocatus. Beneficium 22. *Clericus. Prior. Regularis* 3. *Studium. Venditor.*

1 Creatio. Doctores in Alma Vrbe, tam in Iure Ciuili, quam in Canonico, creari non poſſunt, niſi à Collegio Aduocaturus conſiſtorialium. Iulius III. conſt. 6. *Cum ſicut.* 6. Febr. 1552.

A quibus ego ex gratia fel. rec. Vrbani Papæ VIII. quarto nonas Auguſti 1631. gratis I. V. Doctor creatus fui die Sabbati.

2 Ad Doctorem approbandum ſeptem ſaltem Doctores requiruntur. *l. Si quis* 10 *C. de Profeſſ. & Med. lib.* 10.

Peruſiæ tamen, & Senis, ſiue Piſis ſufficiunt quatuor ex priuilegio Summi Pontificis. *Benius de priuil. DD. priuil.* 11. *n.*4.

3 Licentiati dicuntur ad effectum, vt potiantur priuilegijs licentiatorum, non illi, qui à Lectoribus, vel alijs Doctoribus, examinati, & approbati ſunt; ſed qui ſunt approbati in examine publico (quod priuatum appellatur, quia nullus admittitur ibi præter Examinatores, & examinandos) ſed nondum conſecuti ſunt inſignia Doctoratus. At in Italia tales non reperiuntur: quia taliter examinatis, & approbatis ſtatim traduntur inſignia. *Benius* 3. *p. in princ. num.* 9.

4 Doctoris gradũ aſſumere multi prohibentur.

I. Infames. *l. Vnica, C. de Infamib. lib.* 10.

II. Qui propter delictum priuatus eſt priuilegio Doctoratus, non poteſt amplius doctorari. *Apoſtilla ad Panormitanum cap. Inter cetera. De praben.*

III. Excommunicati.

IV. Iudæi. *l. fin. C. de Iudæis.*

In medicina tamen diſpenſantur, dummodo non medeantur Chriſtianis.

5 Immorigerati. *l. Magiſtros* 7. *C. de Profeſſ. & Med. lib.* 10.

VI. Spurij de Iure Ciuili: ſed de conſuetudine doctorari ſolent.

VII. Minor 17. annis ſecundum Bart. in *l.* 1. *§. initium, ff. v. de poſtul.*

In Regno vero minor 21. annis doctorari non poteſt. *Pragm. de Scholar. doctor.*

VIII. Mulier. *Arg. cap.* 19. *Mulierem,* 33. *quæſt.* 5.

5 *Salarium*. Doctor, ſeu Magiſter habẽs ſtipendium publicum, cum onere docendi ſibi collatum, peccat accipiens aliquid, & à fortiori exigens ab Auditoribus. *Arg. cap.* 12. *Pœnale* 14. *quæſt.* 5.

Alias exigere poteſt, etiam à Pauperibus non egentibus extreme. *l.* 2. *§. fin. ff. v. de Orig. iur.*

Quod extendendum eſt ad omnes, qui accipiunt aliquid pro eo, quod ex iuſtitia facere tenentur: ita vt reperi poſſit, quod fuit datum Iudici, vt iuſtam ſententiam ferret. Licet accipientes reſtituere non teneantur, quouſque ab eis repetitum fuerit: quia retinere poſſunt ex quodam dantis conſenſu. Sufficit tamen quod repetitio fiat extraiudicialiter. *Nau. cap.* 17. *nu.* 31. *& ſeq. Sot. lib.* 4. *iuſt. & iure. quæſt.* 7. *art.* 1. *Bonac. de reſt. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun.* 2. *num.* 1. *tom.* 2. v. Reſtitutio 14.

6 *De Pœna* vltimi ſupplicij, & alijs in Doctorem ementem officia Iuriſdictionis. *Vide quæ dixi lib.* 4. *Ciuilium tit.* 19. *n.* 93.

7 *Nobilitas, & Auctoritas*. Doctores etiã in Chirurgia nobiles ſunt. *Vinc. de Franc. deciſ.* 565.

Alias ſi quis profiteatur Chirurgiam abſque gradu Doctoratus, vt Barbitonſores, non erit nobilis: quia Chirurgi ars ex ſe dicitur vilis in *c. Sententiam,* 9. *Ne Cler. vel Mon. ſecundum vnam lecturam.*

8 Doctorum dicta non neceſſitant ad deciſiones cauſarum, vt in proœm. Inſtitut. Ciuil. num. 12.

9 Si indoctus docere velit, audiri non debet, ne alij cum ipſo præcipites trahantur: Cæcus enim non debet Cæcum ducere, ne ambo in foueam cadant. *Vigliega in vita Chriſti cap.* 15. *circa fin.*

10 *Inſignia* Doctorum ſunt Biretum in ſignũ coronæ, Annulus quia ſponſus ſcientiæ factus eſt: item libri cum Cathedra: ſed ſtudendum eſt, ne eis iniuria fiat. *c. fin.* 40. *diſt.* Item oſculum, & benedictio. Quibus quidem inſignibus vti ſemper Doctor non cogitur: ſed ſi vult, etiam coram Principe vti poteſt. Saltem tamen eum cum decenti toga decet incedere. *l. fin. C. de poſtul.*

Nam ſi Chlamys Militem, Purpura Regem, Stola Sacerdotem, Monachum Cuculla: ita Doctorem vel Aduocatum toga demonſtrat. *Ben. lib.* 1. *priuil.* 11. *n.* 10. *& ſeqq.*

11 *Priuilegia* Doctorum quam plurima ſunt, ex quibus centum collegit Benius in libro de Priuilegijs Iuriſconſultorum.

Quæ verò ex his Ordinem ſolum, ac dignitatem reſpiciunt, & doctis, & indoctis competunt. *Bart. in l. Maximarum* 12. *in fin, C. de excuſ. mun. lib.* 10.

Non ſubijcientur ergo quæſtioni in cõdemnatione, eorum ratio habenda erit, ne egeant, &c. quoniam in dedecus aliorum eiuſdem dignitatis cederet.

12 Alia verò priuilegia. I. Indoctis, & Doctorellis non cõpetunt: nam tales poſſunt priuilegio priuari. *l.* 2. *C. de Profeſſ. & Med. lib.* 10.

II. Nec ijs, qui Doctoribus corruptis promoti ſunt ad Doctoratum, ſicut qui illicitè emit officium, priuilegio officij gaudere non debet. *l. Vniuerſi* 4. *C. de legation. lib.* 10.

III. Nec ijs, qui priuilegium abſque examine recipiunt. *ex Pio V. Ben. par.* 2. *in princip. num.* 67.

IV. Nec illis, qui vel publicè profitendo, vel cauſas agendo, peritiam non exercent. *Ben. loco cit.*

V. Nec Doctoribus Procuratoris, niſi in Romana Curia, vel Notarij, niſi Principis, officium exercentibus. *l. ſi quis procuratorem* 34. *C. de Decurion. lib.* 10.

Nec

VI. Nec mercaturam exercentibus. *l.7. C. de Aduoc. diuerſor. iudicior.*

VII. Nec iis, qui libros neceſſarios non habent. *Ben. loco cit.*

13 Hæc autem priuilegia diuiduntur in duas partes.

Prima continet priuilegia Doctorum, qui legunt in publicis ſtudiis. Quorum primum eſt, quod ſtudiorum cauſa æquiparatur cauſæ dotis, eiuſq; priuilegijs fruitur. *l.1. C. de ſtud. lib. Vrb. Rom.*

II. Inſtrumentum ſalarij Doctoris præceſſiſſe præſumitur ſicut dotis, & Fiſci. *Not. in l.1. ff. ſ. ſolut. matrim.*

III. Doctorum ſtipendia nondum promerita ſequeſtrari, vel in executionem iudicati auferri non poſſunt: promerita verò nonniſi in ſubſidium, habita tamen ratione, ne egeant: ſicut cauetur de publicis Militum ſtipendijs.

IV. Doctoribus ſtipendia petētibus exceptio compenſationis opponi non poteſt, ſicut nec contra dotem. *DD. in l.1. ff. ſol. matrim.*

V. Reus in cauſa ſtudij, ſeu ſcholarū, edere tenetur inſtrumenta ad fundandam intentionem Actoris.

VI. Doctor publicè legens, Ciuis efficitur eius loci, vbi legit, quo ad fauorabilia tamen, non quo ad onerosa: ſicut & Miles eius loci, vbi ſtipendia meretur.

VII. Iuxta Doctorum ſcholas quis ædificare non poteſt, ſi luminibus officiatur, etiamſi ſeruitus conſtituta non ſit. *Capolla de ſeruit. vrb. prædior. fall.3. de ſolo.*

VIII. Sicut pro conſtructione, vel neceſſaria ampliatione Eccleſiæ coguntur vicini ſuas ædes diſtrahere. *l. ſi quis ſepulcrum 12. ff. u. de Relig. & ſumpt. fun.*

Ita locum ad ſcholas, ſeu Collegium ampliandum quis vendere cogitur. Vide tamen quæ dixi lib.3. Ciuiliū tit.24. n.19. §.5.

IX. Doctor poteſt cogere Ciues ad aſſignandum ſibi domū in loco celebri nec expelli poterit finito locationis tempore, licet Dominus eam ſibi neceſſariam eſſe probauerit.

X. Doctorum collegia ſunt approbata. *cap. Ex litteris 11. de conſtit.*

XI. Doctor ſcholaſticum ad Doctoratus gradum promouet. *num.1 & ſeqq.*

XII. Doctor excuſatur à tutela, dum legit. l. Ean dyo echonti 6. §. eti cacei to eidenai, *ff. i. de excuſ.*

XIII. Doctor legere poteſt per alium Doctorem ſubſtitutum. 1. Si id conuentum ſeu conſuetū ſit. 2 Si aliquo vrgenti, & maximè inuoluntario impedimento detineatur. 3. Si per vicenniū publicè docuit.

XIV. Doctor, qui per vicennium publicè docuit, Illuſtris efficitur.

XV. Doctor qui legit Theologiam, vel Ius Canonicum; gaudet perceptione fructuum beneficiorum ſuorum etiam curatorum in abſentia. *Infra v. Studium.*

XVI. Doctor ſuum Scholaſticum modeſtè caſtigare poteſt.

XVII. Sicut filius Partem Presbyter Patronum, à quo fuit ad beneficium præſentatus: ita Scholaſticus Doctorem ſuum nō poteſt in ius vocare ſine venia, permiſſu ſcilicet Prætoris. *DD. in l. Generaliter 8. ff. v. de in ius voc.*

XVIII. Doctor Pauper à ſuis Scholaſticis ali debet. *Innoc. in c. 1. de Magiſtr. ſupra n.5.*

XIX. Doctor de Iure præcedit Scholaſticos cuiuſcumque dignitatis, *De facto tamen, nec ſemper, nec vbique ſeruatur.*

XX. Doctori ſoli creditur de moribus, & peritia ſui Scholaris, quamuis alias vni nec Catoni credatur. *c.1. 12. q.1.*

XXI. Repræſaliæ aduerſus Doctores, & eorum filios, vel famulos exerceri non poſſunt. *Auth. Habita, C. Ne fil. per Patre.*

XXII. Doctor, ſi poſt lecturam inchoatam decedat, ſalarium eius anni tranſmittit ad hæredes.

XXIII. Salarium Doctori debetur etiam abſenti, vel legere impedito. *l. Dinus 4. Vbi Bart. ff. n. de var. & extr. cogn.*

Quod amplia, & limita cum Benio priuil. 22.

XXIV. Doctori Collegium ſuccedit, excluſo Fiſco.

Altera pars continet priuilegia, quæ cōpetunt etiam alijs Doctoribus, maximè circa cauſas, beneficia, & alia huiuſmodi.

XXV. In Epiſcopum hodie nemo, niſi Graduatus, eligi poteſt.

XXVI. Iuris vtriuſque conſultus in Epiſcopatu Theologo præferendus eſt: niſi eſſet in loco, vbi pullularent hæreſes, vel hæreſibus vicinus. *Pilaia t.1. dec.2. per totam.*

XXVII. Quod ampliat *Diana 4. tr.8. reſol.52.* etiam ad Inquiſitores, dicens, experientia compertum eſſe, vtilius exiſtere, ſi iuriſperiti, quam ſi puri Theologi, eligantur in Inquiſitores. Optabile tamen eſſet, & optimū, ſi vtriuſque ſcientiæ theoriā, & praxim callerēt, ſequitur *Idē Pilaia lib.2. d.3.*

XXVIII. In Beneficijs, præſertim Curatis, & Canonicatibus, item in quibuſuis officijs iuriſdictionem habentibus obtinendis, Iuriſconſultus alijs quibuſcumque etiā Theologis, præferri debet. *Ioan. à Silua de Benef. par.3. quæſt.7. Roman. conſil.333. Quint. Mandoſ. ad Reg.16. Cancell. Apoſt. ſub n. 8.* fusè *Pilaia citatus lib.1. dec.10. Cæſar Lambertin.*

de Iurep. lib. 2. par. 3. quaeſt. 5. artic. 12.

XXIX. Dignitates Eccleſiaſticæ, præſertim prima poſt Pontificalem, & dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus. Item Scholaſteriæ, Pœnitentiaria, Vicaria Epiſcopi, & Capituli Sede Vacante, Officium examinatorum, Doctoribus conferenda ſunt.

XXX. Doctor nobilis eſt, & in Dignitate conſtitutus. *l. Prouidendum 7. C. De poſtul. c. Quanto. De Magiſtr. ſupra num. 7.*

XXXI. Doctor in collatione ordinis, vel beneficij non Curati non debet examinari.

XXXII. Doctor in Beneficialibus facile diſpenſatur.

XXXIII. Doctor habens expectatiuam in forma Pauperum, præfertur Pauperi habenti in forma communi. *Hodie expectatiuæ non conceduntur amplius.*

XXXIV. Doctor abſens præſenti non Doctori, etiam poſſeſſori, præfertur.

XXXV. Patronatus omnes Studiorum generalium in Concilio Tridentino confirmantur. *ſeſſ. 25. c. 9.*

XXXVI. Si Doctor in Vicarium ſiue perpetuum ſiue temporalem eligatur, maiori ei portio conſtituitur: alijs namque cibis nobiles, & litteratos veſci decet. Vnde veſtis Doctori promiſſa danda eſt nobilis, & honeſta. Nec propterea videtur induci Perſonarum acceptio, ex quo fit hoc propter vniuerſale bonum Eccleſiæ, quæ viris indiget litteratis. *Abb. in c. De multa 28. de praeben. in fine.*

XXXVII. Clericus Doctor in ſignum matrimonij inter ipſum, & ſcientiam poteſt annulum extra Miſſæ celebrationem deferre: quamuis Clericum annulatum, aut Epiſcopum, aut fatuū dixerit Io. Andr. in c. vt Apoſtolicæ 6. De priuil. in 6. *Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Salernitana 22. Maij 1612. fol. 55.*

XXXVIII. Doctores Militum priuilegijs potiuntur, exceptis iis, quæ Militibus ob Iuris ignorantiam, temporis anguſtiam, vel eorum ſimplicitatem, ſunt conceſſa.

XXXIX. Doctor torqueri non debet; immo nec verbis terreri, etiamſi conſuetudo eſſet in contrarium; adeo vt confeſſio metu extorta illi non præiudicet. Exceptis criminibus hæreſis, læſæ Maieſtatis in Principem, proditionis, ſimoniæ, falſi, Priuati carceris, maleficij, ſi in officio deliquerit, ſi Princeps conſentiat.

XL. Doctor non debet fuſtigari, ſed affici pœnis nobilium.

XLI. Nec ignominioſa laquei pœna puniri. *His tribus priuilegijs Doctor renunciare non poteſt.*

XLII. Pro Doctore præſumitur ad excluſionem delicti.

XLIII. Doctor mitius puniendus eſt. *l. Moris 9. §. fin. ff. n. de pœnis.*

Ex quo in pœnis inferendis dignitati, & nobilitati non parum parcitur. *c. fin. de pœnis. c. 3. quiſquis 2. quaeſt. 8.*

XLIV. Bona quaſi Caſtrenſia filij Doctoris ob delictum perpetratum Patri non Fiſco deferuntur.

XLV. Doctori condemnato, ne cæteris dedecus inferatur, inſignia detrahenda ſunt, ſicut Militibus, & clericis. *Quod tamen non eſt in vſu.*

XLVI. Doctoribus arma deferre licet: nec à ſatellitibus diſcuti queunt. At vero ſicut arma Clericorum ſunt Breuiarium, & lacrymæ. *c. 26. Conuenior, 23. quaeſt. 8.* Ita Doctorum arma deberent eſſe libri.

XLVII. Doctor defendens in iudicio Bannitum, non incurrit in pœnam ſtatuti.

XLVIII. Iniuria illata Doctori dicitur atrox, & grauiter venit punienda.

XLIX. Pro iniuria illata Doctori, lex Iulia de vi publica, & Popularis actio cōpetit.

L. Doctor pro ciuili debito cogi, vel carcerari non poteſt, non obſtante ſtatuto, vel huius priuilegij renunciatione.

Niſi ſit obligatus in forma Cameræ, *vt dixi lib. 3. Ciuilium tit. 14. num. 76.*

LI. Doctor excipitur ab illa Regula, quod qui non habet in ære, luit in corpore.

LII. Doctor in capitalibus, & ciuilibus diſpenſari facile meretur. *Arg. l. Ad beſtias 31. ff. n. de pœnis.*

LIII. Doctoris nomen ſibi falſo aſſumens; ſi facto, pœna falſi punitur; ſi ſolo verbo, arbitrio Iudicis.

LIV. Doctori Teſti plus creditur.

LV. Doctor ſui conteſtis inhabilis dictum ſupplet. *Diana 4. tr. 8. reſol. 129.*

LVI. Doctor, ceteris paribus, Militi præferendus eſt.

LVII. Et Medico.

LVIII. Alijſque Nobilibus.

LIX. Doctori Principis ianua patere debet.

LX. Iudices, & Magiſtratus Doctorem ad ſe venientem ſalutare, eique ſedendi facultatem tribuere debent.

LXI. Doctorum filij ceteris anteferri, & gratis promoueri debēt. *Sed non ſeruatur.*

LXII. Doctor Patrem ſuum magis honoratum reddit.

LXIII. Etſi legitimatus excludit ſubſtitutum ſub conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit:* Doctor tamen de naturalibus ſenſiſſe non intelligitur; quia proles deprauata nobili

viro

viro maiori dedecori eſt, quam ignobili. *De hoc vide quæ dixi lib. 2. Ciuilium tit. 15. n. 10*

LXIV. Iuris conſulti appellantur Domini, ſiue Doctores: aliarum vero ſcientiarum, Profeſſores, Magiſtri.

LXV. Doctor refertur inter Perſonas egregias, quibus Iudex domum mittere ſolet ad iuſiurandum.

LXVI. Diſpoſitio *l. Centurio 15. ff. i. de vulg. & Pupill.* nempe quod ſi Centurio ſubſtituat directo filio ſuo vſque ad 25. annos, ſubſtitutio valet iure militari, nec ad fideicommiſſum trahitur; ſi tamen inſtitutus poſt pubertatem decedat, non capiet ſubſtitutus, niſi bona Teſtatoris iure directæ inſtitutionis; in Doctoribus quoque locum habet.

LXVII. Licet inter plures Fratres antiquior Inſtrumenta tenere debeat: *l. Cum Pater 77. §. Pater pluribus 20. ff. i. de legatis 2.*

Si tamen aliquis ex fratribus minoribus ſit Doctor, ille tamquam dignior debet Inſtrumenta tenere.

LXVIII. Sicut obſtrepens prope Eccleſiam, ac Diuina impediens, poteſt expelli. *Arg. c. 7. Pridem 18. q. 2. Rom. leg. 1. n. 34. Iaſ. num. 45. Alciat. num. 52. ff. i. ſol. matr.* Ita ſi ſuperueniat, qui ſtudia Doctoris impediat, poteſt expelli.

LXIX. Iudicandi munus proprium eſt Iuriſconſultorum.

LXX. Abſolutiones, & diſpenſationes, votorumque commutationes pro foro conſcientiæ ſolis confeſſarijs in Sacra Theologia Magiſtris, vel ſacrorum canonum Doctoribus, per ſacram Pœnitentiariam expediendæ demandantur.

LXXI. Iudices, & Aduocati ſuo munere recte fungentes non minus merentur, quam Monachi, & Religioſi.

LXXII. Aduocato iuſtam cauſam ſouenti licet Aduerſarium decipere, dummodo falſa probatione non vtatur. *S. Thom. 2. 2. quaſt. 71. 3.*

LXXIII. Aduocatus debet habere Salarium, licet conſulat abſque reuolutione librorum.

LXXIV. Etiam ex nudo pacto, immo, & non conuentum.

LXXV. Et conductus extra Ciuitatem etiam expenſas pro famulis, & equis.

LXXVI. Doctor præſumitur peritus.

LXXVII. Legem dubiam interpretari poteſt.

LXXVIII. Doctoris deciſio vim habet legis, nemine contradicente cum aliquo canone, vel lege, vel efficaci ratione.

LXXIX. Doctori famoſo de conſuetudine, ſeu de communi opinione atteſtanti, fides præſtanda eſt, donec Aduerſarius doceat de contrario.

Rota tamen apud *Coccin. deciſ. 123. n. 27.* tenet, non credi Doctori de conſuetudine.

LXXX. Doctoris inſignis conſilium, rationibus fulcitum, excuſat Iudicem in ſindicatu.

LXXXI. Et victum ab expenſis. *Supra v. Cauſa.*

LXXXII. Doctores experti, vel inſignes notarij, deponentes ſuper tenore deperditi Inſtrumenti, plene probant. *gloſ. & Bart. in Auth. Si quis in aliquo, C. de fide inſtrum. infra v. Inſtrumentum.*

LXXXIII. Filio Doctori, Pater ſtudiorum, ſeu librorum cauſa donare poteſt.

LXXXIV. Donationem alicui factam, ſi ſtuduerit, Doctor conſequitur.

LXXXV. Et ſi mixtum ſub ſimplicibus regulariter non comprehenditur. *l. ſi ita 13. ff. i. de lib. & poſth.*

Si tamen Pater legauit filio centum, ſi doctoratus fuerit in legibus, & centum ſi in medicina; ſi filius vtrumque gradum aſſumpſerit, ducenta conſequetur.

LXXXVI. Legatum incertum ſtudiorum cauſa valet.

LXXXVII. Doctor libros non confert; & ſi ex diſpoſitione Patris, vel ſtatuto, vel conſuetudine conferre deberet, præſtando æſtimationem, liberaretur.

LXXXVIII. Expenſas ſtudiorum cauſa factas, in legitimam imputare non tenetur.

LXXXIX. Doctorum libri in executionem iudicati non auferuntur.

XC. Neque pro penſione domus.

XCI. Pater in quaſi Caſtrenſi peculio non habet vſumfructum.

XCII. Filiofamilias Doctori in peculio aduerſus Patrem actio datur.

XCIII. Filiusfamilias Doctor de ſuo peculio teſtari poteſt.

XCIV. Doctor non poteſt donare concubinæ. *Supra Clericus 18.*

XCV. Condemnatur ſolum in quantum facere poteſt.

XCVI. Bonis cedere non compellitur.

XCVII. Ad perſonalia munera regulariter non cogitur. *l. Medicos 6. C. de Prof. & Med. lib. 16.*

XCVIII. Excuſatur ab onere hoſpitandi *d. l. Medicos.*

XCIX. Sunt immunes à collectis, & gabellis pro translatione librorum. *d. l. Medicos.* Sed non eſt in vſu.

C. Doctorum priuilegia ſunt latiſſimè interpretanda. *Hac omnia Benius Eugubinus in libello de priuilegijs Iuriſconſultorum.*

DOCTRINA CHRISTIANA.

1 NOn debet Ordinarius impedire matrimonium eorum, qui neſciunt capita neceſſaria doctrinæ Chriſtianæ, 1588. Aquino 4. Octobris 206.

2 Non placet, quod Doctrina Chriſtiana legatur inter Miſſarum ſolemnia; ſed vt cum ſonitu campanulæ congregentur pueri poſt prandium ante Veſperas, & eam recitent per dialogum, 1590. Gallipoli 16. Genn. 11. §. 5.

3 Placet tamen decretum Viſitatoris Apoſtolici, vt qui celebrat Miſſam Parochialem in Aurora, recitet orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum, & Præcepta, vernacula lingua, 1600. Leſina 11. Ian. 2.

4 Non debet Epiſcopus imponere pœnam peccati mortalis contra Presbyteros, qui non docent doctrinam Chriſtianam, nec prohibere abſolutionem eius, qui non ſoluit pœnam incurſam ex eo, quod omiſit eam docere: Sed procedere per præcepta contra ſolos curatos, qui tenentur ad eam docendam, 1593. Bergamo 22. Nou. 501. Sauona 2. Decembris 337.

5 Ordinario, qui promoueat Congreg. inſtitutam in ſua ciuitate, vel diœceſi Presbyterorum ſæculariũm, qui magno cum fructu laborant in docenda doctrina Chriſtiana, 1632. Capaccio 3. Septemb. 231.

6 Curatus, præſertim in dignitate conſtitutus, poteſt docere doctrinam Chriſtianam per alium idoneum, 1606. Ventimiglia 1. Iulij 57.

7 Doctrina doceri debet in eo loco, qui magis Epiſcopo videbitur expediens, licet confratres contradicant: quia ita diſponit conſt. 137. Pij V. *Ex debito*. 1612. Pauia 1. Iunij 59.

Et in Oratorio Confratrum, ipſis etiam inuitis, 1618. Reggio 3. Maij 81.

Quo ad tamen fieri poterit, curare debebit omnibus ſatisfacere, 1612. Pauia 28. Auguſti 81.

8 Quo tẽpore docetur Doctrina Chriſtiana, Regulares non debent officia cantare, 1601. Padoua 20. Auguſti 198.

9 Ieſuitæ non debent impediri, ne docere poſſint doctrinam Chriſtianam, etiam in Eccleſijs Ordinario ſubiectis, modo in eis prædicare nolint, 1609. Ieſi 13. April. 9.

10 Facultas promouendi ad ſacros, ſine dimiſſorijs aliquos Clericos Congregationis doctrinæ Chriſtianæ de Vrbe, cum aſſignatione 40. ducatorum annuorum, & ſuſpenſione ab Ordinibus, caſu quo à Congregatione recedant, 1645. 17. Februarij 12. 1646. 13. Aprilis 8.

DOGMA. Decretum.

DOHANA. *Gabella.*

1 EXemptiones, & immunitates à ſoluenda Dohana reuocauit Pius IV. conſt. 72. Sixtus V. conſt. 2. & Paulus V. conſtit. 11.

2. Dohanam non ſoluunt loca pia, & miſerabilia: neque hi quibus ob numerum duodecim filiorũ exemptio data eſt, dummodo, ſuperſtites ſint, & in Vrbe degant in communi. Tenentur tamen ſoluere dohanã pro vino, quod in Ripa Vrbis emunt, non vero loca pia, & miſerabilia. *Pius IV. conſtit. 72.*

Vſus eſt, quod exemptio huiuſmodi nõ conceditur, niſi duodecim filij ſint omnes ſuperſtites, ac Romæ degant in communi; ſed poſtquam conceſſa fuit, durat, etiam ſi degant ſeorſim, etiam pro vino Ripæ, quouſque aliquis ex 12. Filijs viuit.

DOLVS.

Culpa. Deceptio. Promiſſio. Ratio. Domicilium. Dos.

DOMINICA.

Feſtum. Filius. Ieiunium.

DOMINVS.

Baldachinum. Baro. Fructus.

DOMVS.

Bona 5. Incendium. Locatio. Regula. N.24.

1 DOmum alienam, inuito Domino, ingredi non licet. *l.2. in princip. C. Quando, & quibus quarta pars lib.10.*

Graue namque eſt, vel rei familiaris vilitatẽ detegere, vel diuitias inuidiæ ſubijcere.

Hoc tamen fallit in ſeruo fugitiuo; & quando adeſſent ſuſpiciones, res furtiuas eſſe in aliqua domo. *Oinot. inſt. de oblig. quæ ex del naſc. §. conceptum, num.2.*

2 Domus eorum demoliendæ ſunt, qui in Vrbe, & eius diſtrictu armatos colligentes, vindictam faciunt tranſuerſalem, vnum pro alio offendendo: qui propterea ſunt ipſo facto excommunicati, & abſolutio Papæ reſeruatur; incurrunt pœnam diffidationis, rebellionis, læſæ Maieſtatis, infamiæ, priuationis beneficiorum, necnon factionis actiuæ, & paſſiuæ teſtamenti, incapacitatis ad omnes, & quaſcumque dignitates, gradus, & honores, denique mortis naturalis, ac confiſcationis bonorum. Et vt depingantur in loco publico Vrbis velut Proditores, cum capite deorſum verſo, addito nomine, cognomine, Patria, & titulo delicti. Paulus II. conſt.4. *Viros Sanguineos.*

3 Domus cõductæ poſſunt propter peſtem deſeri, parte penſionis remiſſa: dum tamen reddantur claues, vel Domino denuncietur. *Maſcard. de probat. Concluſ. 820. num.34. 3. 25. 11.*

4 † Congregatio Concilij cenſuit, Rectores Parochialium Eccleſiarum Nolanæ diœceſis, qui ex illarum annuis redditibus minus ſexaginta ducatis monetæ vſualis Regni percipiunt, liberos eſſe debere à cõtributione facienda pro domibus ædificandis; ſed Capitulum, cui illæ vnitæ fuerint, Patronos, & alios, ad quos fructus aliqui dictarum Eccleſiarum perueniunt, aut in illorum defectum Parochianos iuxta ſimilem diſpoſitionem c.7. ſeſſ.21. contribuere cogendos eſſe. Illos autem Rectores, qui ex ſuis Parochialibus plus ſexaginta, ſed non vltra centum ducatos eiuſdem monetæ annuatim percipiunt, partem quoque ſuam vna cum prædictis, qui earumdem Eccleſiarum fructus quoquomodo percipiunt, aut Parochianis iuxta ſupradictam formam, iudicio Epiſcopi conferre debere. Quod ſi annui fructus, & redditibus Parochialium pro Rectore excedant ſummam centum ducatorum eiuſdem monetæ, alios grauandos non eſſe; ſed ex dictis redditibus eam quantitatem pro ædificatione domorum deſumendam eſſe, quam conuenire arbitrabitur Epiſcopus. Qui in deſignandis nouis domibus neceſſariæ habitationis, pro Rectoris reſidentia rationem habebit, ne impenſæ maiores fiant, quam neceſſitas poſtulet, 26. Ian. 1581. infra 224. *

DONATIO.

Bonimores. 2. §.1. *Diſtrib. Filius. Pactum. Venditio. Vidua.*

1 **D***onatio* differt à Remiſſione, quæ eſt condonatio illius, quod ſperamus, & nondum habemus. *Bonac. tom.*1. *de hor. Can. diſp.*1. *quæſt.*1. *pun.*4. *num.*12.

2 Dona, ſiue munera nec omnia, nec paſſim, & ab omnibus, nec nunquam, ſiue à nemine recipienda ſunt: nam valde inhumana eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnia auariſſimum. *l.ſolent.* 6. *ff. v. de off. Proconſ.*

3 *Cauſa mortis* confirmatur etiam morte Ciuili, ſcilicet per ingreſſum Religionis. *l. Res vxoris* 24. *C. de don. inter vir. & vxor. gloſ. fin. C.* 8. *Placuit.* 16. *quæſt.*1.

4 Cenſetur inter viuos, ſi fiat cum conditione, vel iuramento illam non reuocãdi: & conſequenter non poterit reuocari, niſi ſit inofficioſa, ſeu propter ingratitudinem, aut ſuperuenientiam filiorum. *l.Vbi ita donatur* 27. *ff. n. de don. ca. mor.*

Item ſi dicatur, *Dono Titio, & eius hæredibus*, cenſetur inter viuos: quia donatio cauſa mortis, viuente donatore, non traſmittitur ad hæredes Donatarii defuncti. *Bald. in l.*2. *n.*4. *in fin. C. de iure dot. Oinot. de donat. ca. mort. num.*23.

5 Facta à debitore, qui non eſt ſoluendo, ſicut & legatum, poteſt à Creditoribus reuocari: & ex ea, ſicut ex legatis, detrahitur Falcidia. *Oinot. num.*24.

6 *Inter viuos* iuramento firmata, tenet, licet facta ſit ab eo, qui eſt minor 25.annis, dummodo ſit maior quatuordecim. *cap.In præſentia* 8. *De probat.*

7 A Patre facta filio, & à Marito vxori, & e conuerſo, æquiparantur, & neutra valet regulariter, vt latius dixi lib.2. Ciuiliũ, tit.7. De Donat. num.15.

8 Annuli, veſtes, & alia iocalia, tradita vxori à Marito, ſi vilia, præſumuntur donata; ſecus ſi pretioſa, excepto annulo fidei ſubharrationis, *vt latius dixi ibidem n.*16.

9 Multi donare prohibentur, puta ſeruuus, filius familias, Pupillus, & Minor, furioſus, Prodigus, Delinquentes quidam, necnon Religioſi, & Moniales, *vt latius dixi ibidem num.*13.

10 Donatio remuneratoria non probatur ex eo, quod in Inſtrumento adiecta eſt communis illa clauſula. Pro multiplicibus meritis, & ſeruitijs hactenus præſtitis, & in futurum præſtandis: quia per hanc clauſulam quilibet eludere poſſet inſinuationẽ. *Oinot. de donat. inter viuos, num.*34.

11 Donans aliquid cuipiam cum pacto, quod ſi ad tale tempus Donatarius viueret, duplum redderet; ſin minus, illud lucraretur, non peccat, nec eſt vſurarius, ſi id gratis abſque vlla fraude faciat: quia hoc non eſt mutuum, ſed contractus innominatus, Do vt des *l.Naturalis* 5.*ff.v.Præſcriptis verbis.*

Secus ſi cum tali pacto mutuaret. *Nau. cap.*17. *num.*222.

12 Donator regulariter non tenetur de euictione, vt latius dixi ibid. n.23.

3 Donatio inter viuos fieri poteſt etiã in teſtamento. *Ex Tuſco.* & alijs, *Bonac. de contr. diſp.*3. *quæſt.*22. *pun.*2. *n.* 1. *verſic. Primo quartam non deberi.*

14 *Reuocari* regulariter non poteſt donatio inter viuos, niſi in tribus caſibus iure expreſſis. Et propter ingratitudinem reuocari poteſt non obſtante promiſſione in contrarium, vt latius dixi in d. tit. de donat. num.26.

15 Donator, qui renunciauit *l. ſi vnquã.* poteſt nihilominus, ſuperuenientibus filijs, reuocare donationem etiam iuratam, vſque ad legitimum bonorum ſubſidium, id eſt vſque ad legitimam filiorum. *Arg. l. Si totas,* 5. *C. de inoff. teſtam. Oinot. ibid. n.*9.

16 Mulier retinere poteſt, quod ſibi aliquis donauit, vt eam ad peccatum alliceret, alias non donaturus; licet ipſa peccato cõſentire nolit. Peccat tamen, ſi dum recipit,

malum animum aduertit: quia non licet in peccatum alienum conſentire: licet permitti poſſit ex iuſta cauſa. Si tamen pecunia data fuit ſub conditione concedendæ copulæ, retineri non poteſt, non ſecuta copula. *Bonac. de reſtit. diſp.* 1. *q.* 2. *pun.* 11. *num.*13. v. Reſtitutio.

17 Donatiuum promiſſum à Muliere Monaſterium ingrediente, ſolui debet, licet poſtea egrediatur, maximè ſi ibi permanſit per aliquod tempus conſiderabile, 1602. Como 17. Aprilis 22. 1603. Fieſole 13. Maij 38. 1604. Lettere 27. Iulij 19.

Multo minus repetere poteſt iam ſolutum, 1604. Palermo 6. Septembris 45.

Et ſi conſanguinei volunt ſibi retinere donatiuum per aliquod tempus, debent interim ſoluere fructus compenſatiuos, 1602. Perugia 9. Iulij 42.

18 *Epiſcopus* non debet recipere dona, ſiue munera à ſuo clero, 1581. Caſtellaneta 2. Aug. 103. 1653. Policaſtro 14. Nou. 193.

Et Strenæ ſiue munera, quæ dari ſolent Epiſcopo à Canonicis, vel alijs Eccleſiaſticis, Vrbanitatis ſunt, non neceſſitatis, 1654. Monte paloſo, 11. Decembris 257.

Et Epiſcopus aliter recipiens condemnatur ad reſtitutionem, non accepti ſolum, ſed & damnorum, & intereſſe, 1596. Rieti 6. Martij 21.

19 *Donatiuum Regium* non eſt voluntarium, ſed neceſſarium; quia quolibet anno, vel ſaltem quolibet biennio exigitur à Rege: vnde impropriè, & nomine tantum tenus dicitur donatiuum, ſed propriè, & reuera eſt impoſitio ac tributum, ad cuius iuſtitiam requiruntur duo, & quod imponatur propter neceſſitatem, vel vtilitatem publicam, & quod proportionetur facultatibus ſubditorum, vt latius proſequitur, & exemplificat. *Diana* 1. *tr.*3. *reſol.*1. *& ſeqq.*

20 Talia donatiua ſolui non ſolent ab Eccleſiaſticis, niſi pro beneficijs, quæ ſunt Iuriſpatronatus Regij: & neque pro iſtis, ſi eorum Prælati, ſeu Rectores ea in Parlamẽto ſponte nõ obtulerunt; quia ſolum pro huiuſmodi concedi ſolet indultum Apoſtolicũ. Quare ſi Oeconomus Regius moleſtet eos, qui ea non promiſerunt, incidit in cenſuras, 1586. Palermo 2. Decemb. 861. 1587. Sora 1. Octobris 264. 1589. Palermo 27. Iunij 199. 1596. Giorgento 22. Ian. 7. 1601. Meſſina 22. Ian. 61. 1602. Palermo, 23. April. 42. Meſſina 19. Nouembris 130. 1604. Palermo 12. Iulij 6. 1613. Meſſina 26. Februarij 20.

Vnde Clerus Mazaræ, qui talia donatiua nunquam obtulit, non poteſt ad ea cõpelli, 1586. 14. Gennaro 26.

Clerus quoque Panormitanus eſt ab illis exemptus, etiam ratione beneficiorum alibi exiſtentium, maximè beneficijs Panormitanis vnitorum: quia gratiam exemptionis obtinuit ab ipſo Rege Anno Domini 1561. 1585. 12. Nouembris 241. 244.

Regulares præcipuè non tenentur contribuere iſtis donatiuis, ſi ea ſpecialiter, & expreſsè non promiſerunt, 1603. Oliuetani 23. Aprilis 23. 25. Iunij 49. Caſſinenſi 23. Iulij 46.

DORMITORIVM.

Eccleſia.

1 MOniales debent dormire ſolæ, ſi nõ de cubiculo, ſaltem de lecto, 1589 Camerino 20. Nouembris 95. 1615. Parma 22. Maij 55.

2 Non debent exequi mandata S.C. recipiendi Nouitias ad habitum, niſi in Monaſterio fuerit locus ita capax, vt quælibet dormire poſſit in ſuo lecto peculiari, excluſa ſocietate etiam coniunctarum in quocumque gradu, 1594. Arezzo. 8. Febr. 46.

DOS.

Adulterium 2. *Alimenta* 5. *Cenſus*. *Conneſſ.* *Contractus* 2. *Doctor*. *Exteri*. *Fructus*. *Habitus*. *Illegitima*. *Legatum*. *Matrimonium*. *Profeſſio*. *Soror. Supranumeraria*. *Translatio*. *Virgo*.

1 COnſtitutio. Dotem filiæ tenetur Pater, vel eius hæres conſtituere cõpetentem, etiam Spuriæ: quia filia ſpuria de iure Canonico eſt alenda; dos autem ſuccedit loco alimentorum. Multo magis filiæ legitimæ, etiam diuiti, etiamſi nubere velit inuito Patre; dummodo non nubat indigno: quia tunc Pater non teneretur eam dotare, niſi in quantum indigeret.

Quod adeo verum eſt, vt ſi Feudatarius decedat, relictis filiabus, quæ de bonis allodialibus, ſeu burgenſaticis decenter dotari non poſſunt dotandæ ſint competenter arbitrio Domini etiam de bonis feudalibus per ſucceſſorem in feudo, etiam omnino extraneũ. *Oinot. de action.* §. *Fuerat, n.*97. *&* 98.

Item Mater diues, ſi Pater eſt inops, filiam dotare cogitur. Item Parentes Iudæi, vel hæretici coguntur dotem, & alimenta filijs, & filiabus Catholicis præſtare, licet non indigentibus. *l. Cognouimus*, 11. *C. de hæret. Oinot. l. c. num.* 92.

2 Dotem relictam pro Pauperibus maritandis, non accipiunt, niſi puellæ, quæ quotidianum laborando ſibi victum quærunt. *Oinot. de excuſ. Tutor.* §. *Sed & propter, num.* 2.

† Dos autẽ relicta pro Virginibus originarijs, non poteſt dari ei, quæ habet Patrem exterum, etiã ſi in eo loco à triginta annis habitaſſet, 1603. Monopoli 28. Nou. 140

Quia

Quia mercede conductus Regulariter non acquirit domicilium, niſi, finito officio, ſedem ſuã ibi fixerit. *Othob.dec.98.n.4.* *

3 Hypotheca tacita incipit à die dotis ſolutæ. *Glóſ. in l. Aſſiduis, ver. hypothecam, C. Qui pot. in pign. hab.*

Expreſſa vero à die promiſſæ. *l.* 1. *ff. v. Qui pot. in pign. hab.* vt dixi in tit. de donat. num.30.

4 Dum imminet periculum euictionis ſtabilium aſſignatorum pro dote, Ordinarius compellere debet eum, qui tradidit, vel hæredes, ad remouen. moleſtias præſentes, & aſſecuran. pro futuris, 1646. Foligno 13. Iulij 18.

5 Conuentio ſuper dote Puellæ non habentis ætatem ad habitum ſuſcipiendũ, nulla eſt, 1602. Sabina 5. Febr. 6. Caſteldurante 7.

6 Præter dotem afferri debent etiam alia ſuppellectilia neceſſaria, vel earum pretium numerari, 1626. Recanati 28. Aug.

7 Dos, & legata debent à filia computari in legitimam: quæ ſi non ſufficiant, agere poteſt ad ſupplementum. Debent tamen relinqui iure inſtitutionis. *l. Quoniam* 29. *C. de inoff. teſtam.*

8 *Depoſitum* dotis fieri nõ poteſt in ſtabilibus, vel alia re, quam pecunia numerata, ſine licentia S.C. 1613. Chieti 13. Auguſti 86. 1616. Ciuità di Penne 9. Septembris 136. 1645. Terracina 22. Septemb. 73. 1646. 13. April. 13. Dicitur autem fieri in pecunia numerata, ſi fiat in Cedula bancaria, vel Confraternitatum Vrbis, 1629. Aſſiſi 14. Septembris 281. 1630. 28. Febr.

Et admitti poteſt ad profeſſionem, antequam ſoluatur, 1653. Nocera 14. Febr. 20. Città di Caſtello 9. Maij 193. n.17.

9 Superiores Regulares circa depoſitionem, ſolutionem, & implicationem dotis nihil diſponere poſſunt ſine licentia Ordinarij ſub pœna priuationis vocum, & officiorum. Ex Greg. XV. conſt. 18. *Inſcrutabili*, 1652. Tortona 15. Nouembris 26.

10 *Conuerſarum* quoque dotes debent deponi realiter in pecunia numerata, nec erogari, niſi ſecuta profeſſione, 1597. Cremona 3. Febr. 20.

Sed poſt profeſſionem expendi poſſunt pro neceſſitatibus Monaſterij, licet ſint ſupra numerum: quia præceptum inueſtiendi dotes ſupranumerarias intelligitur ſolũ de Choralibus, 1603. Città di Caſtello 13. Maij 36. Parma 15. Septembris 72. 1625. Foligno 14. Nouembris 259.

11 *Quantitas*. Dos quingentorum ſcutorum eſt congrua Moniali in Monaſterijs, in quibus non eſt taxata maior ſumma, vt dixi in Can. lib.3. *tit.*1. *De vita, & hon. cleric. num.*26.

12 Non poteſt Ordinarius præfigere quantitatem dotis etiam numerariæ, ita vt Moniales nõ poſſint amplius recipere, 1604 Bologna 8. Nouembris 75.

Si ea maior quantitas ſponte ſolui velit, 1602. Città di Caſtello, 3. Decembris 83. Arezzo 17. Decembris 91.

13 Dotes hodie minui non poſſunt ſine licentia. S. C. 1645. 1. Decembris 20.

Licet olim poſſet Ordinarius in Monaſterijs diuitibus dotes diminuere, in pauperibus augere, 1579. Imola 1. Iulij 85.

S. C. conceſſit reductionem dotis ſcutorum 300. ad 200. poſt præfixionem numeri, 1653. Senegaglia 30. Maij 240.

14 Scuta debent eſſe bononeorum 84. pro quolibet, 1622. Ferrara 15. Febr. 33. & monetæ Romanæ. infra v. Moneta n.2.

15 *Solutio*. Non conceditur, quod dos Monialium ſolui poſſit in pluribus terminis, ſed deponi debet tota ſimul, 1612. Faẽza 13. April. 48. 1617. Meſſina 6. Decembris 264.

16 Dos relicta maritandæ, poteſt dari monachandæ, 1649. 29. Iunij 5. *v.legatũ n.8.*

17 Cedula bancaria æquiualenti conſignata, remoueri debet ſequeſtrum pro dote, 1612. Spoleto 14. Aug. 107. n.8.

18 *Ante profeſſionem* non poteſt dos recipi, 1601. Rieti 16. Ian. 29. 12. Febr. 41. 19. Iunij 69. 16. Iulij 77. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Reg.c.*16.

Vnde fructus eius excõputari nequeunt cum alimentis, 1602. Bitonto 15. Octobris 71. Cagli 5. Nouembris 74. 17. Decemb. 90. Bagnarea, e Rieti 17. Febr. 7.

Si tamen dos fuit in vtilitatem Monaſterij verſa, æquum eſt, vt condonetur dimidium alimentorum, 1602. Nullius Caſteldurante 23. Octobris 99. Bitonto 10. *Arg. l. Curabit* 5. *C. de act. empti.*

19 Nec dos recepta ante profeſſionem, licet male recepta, profeſſionem ipſam impedit, 1602. Rieti 8. Maij 27. 1604. Città di Caſtello, 30. Iunij 7.

20 Anathema Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.*16. contra ſoluentem, vel recipientem dotes anticipatas, 1580. Camerino 22. Nouembris 8. 6. Decembris 14.

Non incurritur ipſo facto, 1592. Gerace 2. Martij 42.

Nec habet locum in Monaſterio Orphanarum SS. Quatuor, 1589. Alatri 20. Nouembris 95.

21 *Translatæ* Monialis dos remanet priori Monaſterio, 1580. Viterbo 2. Aug. 123. 1601. Padoua 20. Martij 50. 1603. Tropea 25. Februarij 13. Concordia 4. Martij 15.

Meſſina 29. Aprilis 23. *v. Monialis. Tranſlatio.*

Niſi ex conuentione præcedente, maximè ſi transferatur ad Monaſteriū à ſe fundatum, 1580. Vrbino 22. Nouembris 9. 29. Nouembris 11.

22 *Pro Supranumerarijs* ſoluitur dos duplicata, non vero neceſſario pro Numerarijs, 1594. Nouara 20. Septemb. 303. 1605. Volterra 22. Auguſti 56.

Non poteſt eſſe minor ſcutis quadringentis monetæ Romanæ, 1595. Montefiaſcone 1. Martij 4. 1603. Amelia 8. Apr. 25. Como 14. Nouemb. 86. 1604. Ancona 12. Maij 38. 1614. Ferentino 12. Septemb. 118. 1648. Gubbio 6. Nouembris 4.

Licet ex iuſtis cauſis taxari poſſit ad aliquam ſummam maiorem ſcutis 400. & ſi minorem integra duplicata, 1603. Perugia 18. Martij 18.

Nec de dotibus ſupranumerarijs poſſunt Moniales aliquid condonare, 1603. Rieti 22. Aprilis 331.

23 *Inueſtiri* debent omnino dotes ſupranumerariæ, 1574. Caſtello 25. Iunij 282. 1600. Oruieto 5. Decembris 12. 1602. Milano 12. Martij 15.

Etiam Cappuccinarum, 1603. Loreto 13. Maij 34.

Velatarum tamen non conuerſarum. ſupra num. 10.

In ſtabilibus, vel ijs deficientibus, in cenſibus ſecuris, 1601. Ferrara 14. Nouembris 103. 1613. Chieti 13. Aug. 86. *verbo Cenſus.*

(Modo non ſint fundati ſuper bonis cōſanguineorum Monialium, 1645. 13. Ian. 24. 27. Ian. 32. 17. Febr. 39. 9. Iunij 20.)

Vel in extinctionem cenſuum, 1604. Piſtoia 12. Iulij 9. 1649. 22. Ian. 27.

Vel in locis Montium Vrbis non vacabilibus, 1602. Como 23. Iulij 47.

Si vero cum licentia S. C. aſſignata fuerint in dotem loca Montiū vacabilia, vendi debent; & pretium inueſtiri, 1603. Camerino 8. Aprilis 24.

24 Non ſolet concedi licentia alienandi totam dotem ſupranumerariam, neque pro cauſis vrgentiſſimis, ſed tantum dimidium cum onere reinueſtiendi, 1603. Breſcia 23. Febr. 8. &c. 1648. Perugia 13. Ianuarij 3. &c.

25 Conſumentes, vel expendentes dotes ſupranumerarias ſine licentia, licet in vtilitatem, incurrunt in excommunicationem, à qua non abſoluuntur, niſi cum onere reſtituendi tantundem, 1597. Arezzo 24. Martij 38. 1601. Crema 17. Sept. 93.

Et Abbatiſſa ſuſpenditur ab officio; vel ſi non eſt amplius in officio, punitur alijs pœnis. Depoſitarij vero, qui illas exburſauerunt contra tenorem licentiarum, coguntur ad ſoluendum de nouo, 1603. Milano 4. Auguſti 58.

26 *Numerariæ* verò dotis quantitas non debet eſſe minor ſcutis ducentis eiuſdem monetæ, 1595. Montefiaſcone 1. Martij 4. 1614. Ferentino 12. Sept. 118. 1645. Forlì 1. Sept. 22. 1647. 2. Aug. 73.

Niſi Fundator minorem ſtatuiſſet, 1618. Rieti 3. Aprilis 118.

Quamuis olim eſſet in arbitrio Monialium, 1602. Sabina 26. Martij 20.

Et hæc expendi poteſt in vtilitatem Monaſterij cum ſola licentia Epiſcopi, 1601. Rimini 22. Maij 63. &c. Ferrara 23. Mar. 44.

Præterquam in Monaſterijs nuper erectis, in quibus etiam dotes numerariæ ſunt inueſtiendæ. *Infra v. Monaſterium.*

27 *Reſtitutio.* Abuſus eſt intolerabilis, quod pro qualibet Moniali moriente, Monaſterium teneatur reſtituere dotem in totum, vel in partem, 1627. Modena 11. Iunij 289.

Non obſtante, quod Teſtator appoſuiſſet conditionem, quod moriente legataria ſine filijs, dos reuerteretur ad hæredes, vel ad aliquem locum pium: nam nihilominus remanet Monaſterio, quia talis diſpoſitio non extenditur ad hunc caſum, 1653. Sulmona 7. Febr. 12.

28 Alias Dos poſt mortem viri reuertitur ad vxorem, vel ad Patrem dotantem, niſi pactum interceſſiſſet de lucranda dote. Quæ ſi conſiſtat in rebus immobilibus, debetur ſtatim à morte: ſi verò in rebus mobilibus, poſt annum à ſoluto matrimonio. Ideò valet legatum dotis in mobilibus cōſiſtentis, vxori factum à viro; quia ſic debetur ſtatim. *Oinot. de legat.* §. *Sed ſi vxori.*

Et generaliter ad quem reuertatur dos ſoluto matrimonio, dixi breuiter in tit. de action. num. 322.

DVBIVM.

1 DVbitatio eſt cognitio duarum rerū contrariarum, neutram ipſarum iudicando veram. *gloſ. in l. De ſtatu* 15. *ff. i. Qui teſtam. fac. poſ. gloſ. rubr. ff. v. De iuris, & facti ign.*

2 Dubius an emiſerit votum vel iuramentum, illa non tenetur adimplere, vt probabilius cenſet Diana 4. tr. 3 reſol. 10.

3 Dubius non dicitur ille, qui probabiliter nec temere credit, ſed certus. *Ex Silueſtro, & Naldo Diana* 2. *tr.* 15. *reſol.* 51.

DVCATVM. *Dos. Moneta. Scutum.*

Ducatones valent ſinguli decem Iulios cū dimidio, 1625. Parma 22. Febr. 41.

DVRITIA CORDIS.

Auaria.

E

ECCLESIA. *Altare. Appellatio. Clericus. Confraternitas. Congregatio. Doctor. Emphyteuſis. Epiſcopus. Exemptio. Feneſtræ. Feſtum. Hoſpitium. Indulgentia. Infidelis. Laicus. Legatum. Officium. Pactum. Penſio. Poſſeſſio. Præſcriptio. Priuilegium. Proſpectus. Sepultura. Titulus. Vas. Venditio.*

1 Q*Vid*. In fauorabilibus comprehẽditur ſub nomine Monaſterij, Hoſpitalis, ſeu loci pij,& e contra: ſecus in odioſis. *Bonac. de contr. diſp.3.q.1. pun.6.n.21.*

2 Sub nomine Eccleſiæ venit etiam benedicta tantum. *Tolet. lib.1. cap.35. n.4.*

Quæ olim dicebatur Baſilica, niſi eſſet oratorium priuatum. *cap. 1. & ibi gloſ. v. Dedicationi. De Relig. domib. Sayr. lib. 4. cap. 16. num.33.*

3 De Eccleſijs receptiuis. *dixi in can.lib. 3. tit.5. De præben. num.13.*

4 Eccleſiæ Regularium non ſunt propriè Collegiatæ, ſed Conuentuales. Vnde in feſtis, quæ occurrunt in Quadrageſima, Quatuor temporibus,Vigilijs,& Ferijs,quæ habent propriam Miſſam, non tenetur ad cantandas duas Miſſas. *Dian.2. tr.14. reſ.76.*

5 *Fabrica n.26.* Quomodo, & cuius expenſis reparanda ſit Eccleſia, *dixi in Can. lib.3. tit.48. De Eccleſ. ædif. n.2.*

6 Eccleſiæ, quæ fidelium eleemoſynis ædificantur, non ſunt immediatè ſub protectione Regia: vnde fabricæ Adminiſtratores tenentur reddere rationem Ordinario, 1614. Auerſa 21. Nou. 111.

Nam Protectio Regia ſuper Eccleſijs nõ habet locum,niſi quando auctoritate Apoſtolica reſeruata fuit in limine fundationis, 1615. 13. Martij 27.

✝ Et Hoſpitalia ac alia loca pia,quæ ſub Regna immediata protectione ſunt, ita demum à viſitatione, & iuriſdictione Ordinarij eximuntur, ſi erant in quaſi poſſeſſione huius libertatis ante Concilium. C. C. Neapolitana 11. Aug. 1618. *

7 Ianua, per quam ex Monaſterio in Eccleſiam aditus patet,debet occludi,1623. Aſtoricen. 13. Ian. 8.

8 Si Eccleſia deſtruatur auctoritate Epiſcopi, omnia eius Iura deſtruuntur, & Beneficium ipſum: ſecus ſi ſine tali auctoritate, puta caſu fortuito; tunc enim omnia Iura retinet. Vnde ſi alia Eccleſia in eodẽ loco reædificetur, retinet omnia Iura Eccleſiæ deſtructa, vti ſubrogata in locum primæ. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.405.*

9 *Cuſtodia,&c.* Prohiberi debet,ne quis dormiat in Eccleſia propter multa,quæ exinde ſequi poſſunt, inconuenientia, 1592. Nola 23. Nouembris 208.

10 Eccleſiæ etiam Cathedrales, claudi debent in crepuſculo veſpertino, nec ante Auroram aperiri. 1613. Lecce 16. Iulij 64. *v. Cong. 6.*

Etiam Regularium, etiam occaſione feſtorum, 1591. Bitonto 25. Iulij 97. 1603. Molfetta 15. Septembris 74.

Etiam Monialium pulſata hora 24. etiã in hebdommada ſancta, 1646. 28.Mar.8.16.

Non tamen Edicto apponi poteſt pœna excõmunicationis ipſo facto incurren. ſed tantum priuationis vocis actiuæ,& paſſiuæ, 1616. Andrea 4. Martij 38. 1628. Caſerta 2. Iunij 177.

11 *Sedes* in Eccleſia tolerari non debent extra tempus concionum, 1583. Genoua 7. April. 82. 28. Iunij 158. 1585. Cirenza 24. Septemb. 192. 1588. Camerino 12.Ian.7.

Maximè ſi ſunt occaſio rumoris,vel ſcãdali, 1600. Sarzana 21. Nouembris 9. 1645. Recanati 10. Febr. 11.

Vel impediunt celebrantes, 1623. Nullius Caſteldurante, 10. Nouemb. 114.

12 Fieri poſſunt in Eccleſia communibus expenſis de conſenſu cleri, 1602. Cirenza 23. Iulij 75.

Et ornari, modo modeſte, non ad æmulationem, 1602. Andria 25. Octobris 116.

Et ſignum, vel inſcriptio apponi, 1603. 14. Ianuarij 6.

13 Non debet ſæcularibus Magiſtratibus permitti quicquam in Eccleſia innouare, puta addere ſuæ ſedi vnum gradum, 1596. Meſſina 6. Aug. 64.

14 Tolli debet abuſus dandi in Eccleſia ſedes altas ad ſedendum, & cuſſinos ad genuflectendum, vilibus perſonis, quibus nõ debentur, præſertim Mulieribus, 1596. Caſtro 16. Septembris 79. *Pilaia t.1. d.7. n.105.*

15 *Imagines* miraculoſæ reponi non debent in Eccleſijs Monialium, ne inducatur frequentia ad eorum Monaſteria, 1600. Bologna 2. Maij 34.

Eadem ratione neque numerus Miſſarũ, neque Capellaniæ non amouibiles, eis permittendæ, 1646. 14. Decemb.23. *v.Miſſa.*

16 *Crates* Eccleſiæ debent claudi, 1596. Bologna 5. Nouembr. 124. Et omnes aliæ feneſtellæ ac foramina, 1600. Rauenna 16: Octobris 79.

17 *Acceſſus*. Prohibere non poteſt Ordinarius, ne Regulares vocati accedant cũ Muſicis ad alias Eccleſias,præterquam Monialium ad formam decreti,1606.Conuent. 1. Iulij 54.

18 Populus libere poteſt, etiam Dominicis,& alijs diebus feſtiuis, accedere ad Eccleſias Regularium pro audienda Miſſa, vel alijs Diuinis officijs §. 3.

19 S. Cletus III. Romanus Pōtifex, teſte Platina, dicere ſolebat, maioris eſſe meriti Baſilicam Principis Apoſtolorum Vaticanam, quæ ſuo tempore *Confeſſio S. Petri* nuncupabatur, ſemel viſitare, quam biduo ieiunare. *Platina in eius vita.*

20 *Priuilegia num.* 8. Quando allegatur contra te aliqua lex, quæ loquitur de Eccleſia, ſi non occurrat alia congrua reſponſio, dicere potes eſſe ſpeciale in Eccleſia. *Paul. de Caſtro in l. Sancimus* 19. *C. de Sacros. Eccleſ. Oinot. de Speciebus praſcript. n.*54.

21 Eccleſiæ defenſionem quilibet de Populo ſuſcipere poteſt, negligente Rectore. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.*381.

22 Eccleſiæ priuilegiis gaudent Pauperes, & miſerabiles perſonæ. *Oinot. l.c n.*19.

23 Eccleſia, vel pia cauſa violenter inuadens poſſeſſionem rei ſuæ apud alium conſtitutæ, non priuatur dominio rei; quia non eſt ſubiecta. *l. Si quis in tantam* 7. *C. Vnde vi. gloſ. c* 1. *v. Rigor. De dolo, & contum.*4.2.6.

24 *Redditus, &c.* Teſtator diſponere poteſt, vt Eccleſia de bonis ſibi ab eo relictis, teneatur ſoluere collectas, & alia onera laicalia: quem enim honoro, grauare quoque poſſum. *Ancbar. conſ.* 218. *verſ. Dubium facit. Arg. c. ſi quis Baſilicam, de conſecr. diſt.* 1. *Guglielm. de Bened. repet. c. Raynaldus v. Adijciens vt Alterocha. De teſtam. Azor. Inſt. moral. par.*1. *lib.*5. *c.*13. *Rota in vna Albanen. Gabellæ,* 28. *Iunij* 1630. *coram Merlino, verſ. Immo Cardinalis, Bonac. tom.*2. *diſp.*2. *quaſt.*9. *pun.*2. *& tomo* 3. *diſp.*1. *quaſt.*19. §.1. *nu.*18. *& tom.*2. *l.c. n.*2. vbi dicit, iudicem ſæcularem poſſe in huiuſmodi bonis executionem facere. Niſi forte hoc videatur nimium habenas nimiū habenas laxare c.5. 39. 125.

25 Eccleſiæ, ſeu loca pia poſſunt aliquam retinere partem eleemoſynarū, quæ dantur pro miſſis celebrandis, duobus concurrentibus.

I. Quod nullos habeant redditus, quos in ſacriſtiæ ſumptus inſumere licitè poſſint.

II. Quod nihilominus tot Miſſæ celebrentur, quot præſcripſit is, qui dedit eleemoſynam. *Sac. Congreg. Concil. in Bull. Vrb. VIII. ad conſt.* 43.

26 Relictum pro fabrica Eccleſiæ poteſt expendi pro ornamentis, & alijs cultui Diuino neceſſarijs, abſque eo quod vltima voluntas dicatur commutari. *Diana* 4. *tr.*4. *reſol.*140. *verſ. Nota ſecundo.*

27 *Polluta* Eccleſiæ caſus locum non habent in Oratorijs, vt latius dixi in tit. de ſent. excom. num.251.

28 Non polluitur ſecundum quoſdam Eccleſia ſanguine ex percuſſis naribus profluente, nec alias ex percuſſione veniali, licet ſanguis effundatur. Polluitur tamen, ſi ſepeliatur ibi Mater prægnans cum animato fœtu, qui moriatur ibi. *Suar. tom.* 3. *ſect.*4. *Addit. Tolet. lib.*5. *c.*8. *verſ. Polluta Eccleſia.*

29 An Eccleſia remanet reconciliata, ſi Sacerdos ibi bona fide celebret, affirmatiua reputatur probabilis à Diana 5. *tr.*13. *reſ.*60 Sed contraria multo probabilior, vt dixi ibidem num.258.

30 Eccleſiæ profanatæ deſeruire poſsūt pro dormitorio Monialium, qui dici non poteſt ſordidus vſus, 1579. 13. Ian. 41. 1580. Fano 8. Octobris 166.

31 In Eccleſijs Monialium Altare debet adhærere parieti, & Crates ita præaltæ, vt ad colloquendum deſeruire non poſſint, 1655. Perugia 20. Aug. 263.

E D I C T V M.

Eccleſia. Patronus.

CVm *inſcriptione* ſimili Edictis Epiſcoporum fieri non debet ab inferioribus Prælatis. *V. g. Franciſcus Dei gratia Præpoſitus, &c.* 1622. Piacenza 16. Septemb. 118.

E D V C A N D AE.

Alimenta. Clauſura. Conuertitæ. Habitus. Matrimonium. Numerus. Profeſſio. Soror. Sponſa. Virgo. Vita.

1 IN *illis Monaſterijs*, in quibus non ſit profeſſio trium votorum, teneri nō poſſunt Educandæ, 1601. Lecce 14. Febr. 41.

Nec in illis, quæ ſunt extinguenda, 1603. Gaeta 27. Maij 41.

Vel in quibus non habetur locus ſeparatus, maximè pro Dormitorio, 1595. Nouara 2. Iunij 53. 1619. Campagna 7. Iunij 193. 1648. Napoli 11. Decemb. 4. &c.

Vnde ad hoc iubetur Monaſterium viſitari, 1602. Loreto 6. Aug. 51.

2 Incurrunt in cenſuras, non ſolum Moniales, quæ ſecum tenent in lecto ad dormiendum Educandas, ſed etiam Epiſcopus, qui id ſcit, & permittit, 1601. Alatri 18. Decembris 110.

3 Neque recipiuntur Educādæ in Monaſterijs non ſolitis, 1603. Parma 27. Octobris 81.

Dicuntur vero ſolita, quando alias in educationem tenuerunt, licet forte modo nullam educandam habeant, 1603. Agubbio 18. Martij 19.

4 Neque ſine licentia S.C. 1602. Viterbo 17. Aprilis 22. Feltre 4. Iunij 33. 1603. Volterra 1. Septembris 68.

Sub pœna violatæ clauſuræ, 1647. Napoli 1. Febr. 7. 1650. 1. Iulij 1. 16.

Et in illis Monaſterijs, in quibus prohibita eſt ad habitum receptio, requiritur licentia ſpecialis, 1615. Milano 21. Aug. 101.

Quæ tamen prohibitio non reuocat, neque ſuſpendit, licentias antea conceſſas, 1645. Beneuento 21. Iulij 19.

5 *Licentia* recipiendi in Educationem non conceditur Monialibus particularibus, ſed ſolum Monaſterio in communi, 1611. Caſale 18. Nouembris 136. 1614. Piacenza 28. Februarij 16.

6 Ordinarius non poteſt huiuſmodi licentiam concedere, 1589. Oſmo 13. Nouembris 92. Aſti 18. Decemb. 107.

Non obſtante declaratione in contrariũ, S. C. Concilij 1616. Polonia 29. Ian. 21.

Vel contraria conſuetudine, 1626. Lodi 20. Nouembris.

Non tamen requiritur licentia eiuſdem S. C. Concilij 1604. Napoli 6. Martij 23.

Multo minus Confraternitatũ, vel aliorum laicorũ, 1649 21. Mar. 24. 28. Maij 26.

7 *Executio.* Et ſi licentiæ Educationum ſunt facultatiuæ, 1645. Foligno 17. Mar. 25. 11. Aug. 30. 9. Septembris 22. 30.

Debent tamen executioni mandari, quãdo concurrunt omnes conditiones, 1601. Rauenna 5. Febr. 38. 1645. 22. Septemb. 21. 6. Octobris 45.

Non obſtantibus decretis ſynodalibus, maiorem ætatem, vel alias qualitates præſcribentibus, 1648. Meſſina 7. Aug. 55.

Neque quod Educanda alias fuerit ſub eodem titulo in ipſomet, vel alio Monaſterio, modo id exprimatur in litteris, vel ad calcem licentiæ impreſſæ, 1601. Sauona 6. Aug. 85. 1602. Parma 3. Decemb. 82.

Neque quod eas pœnituerit habitum Regularem ſuſcipere, 1601. Sauona 6. Auguſti 85.

Neque ſub prætextu, quod Mater vidua ſit illuc de licentia S. C. ingreſſura, 1602. Beneuento 3. Decembris 83.

Neque forte, quod tunc alia non adeſſet in eodem Monaſterio, 1620. Napoli 12. Maij 142. *Modo id in licentia non exprimatur.*

8 Quando tamẽ Educanda ingreditur, vel remanet ſola, debet ei aſſignari conuerſa pro Socia, 1650. 12. Aug. 37.

9 *Conſenſus* Superioris intelligitur de Abbate, Priore, vel alio Monaſterij Gubernatore, non de Abbatiſſa, quæ comprehenditur, quando dicitur, quod interueniat conſenſus Monialium, 1582. Nouara 21. Auguſti 111.

10 Scrutinium, & conſenſus Capitularis dependet à Monialium arbitrio, nec ad hoc egent licentia Ordinarij, 1652. Dom. de Como 14. Martij 10. *v. Capitulum in fin.*

Debet tamen eſſe maioris partis, non obſtante contrario abuſu, 1603. Aſſiſi 29. Apr. 32. 13. Maij 36. Parma 27. Octob. 81. 1608. Camerino 4. Ian. 1. 1616. Atrebaten. 30. Septembris 146. *v. Conſenſus.*

11 Nec Puellæ ſunt compellendæ, 1621 Vlixbonen. 20. April. 60. Spoleto 10. Decembris 277. 1622. Genoua 14. Octob. 144.

Niſi in aliquo caſu particulari contrariũ per Superiores decernatur, 1621. Spoleto 20. Iulij 132.

12 *Exteræ* quoque recipi poſſunt, 1602. Bologna 20. Auguſti 55.

Et quæ Parentes habent, niſi adſit ſpecialis prohibitio, vt Genuæ, 1602. Genoua 23. Iulij 46. 47.

Et Illegitimæ, 1576. Vercelli 12. Nouembris 109. 1597. Piſa 5. Martij 30. 1650. Ferrara 3. Iunij 15.

Etiam ſupra numerum: Sed requiritur licentia per litteras, 1600. Venoſa 5. Decembris 10.

Sicut, & quando recipiuntur ante ſeptẽnium expletum; dummodo quinquenniũ compleuerint ex conceſſione S.D.N. Alexander VII. Prius enim ante completum ſexennium neceſſarium erat beneplacitum Sanctiſſimi.

13 *Aetas num.* 12. Puellæ, quæ compleuerunt 25. annum, debent à clauſura dimitti, 1582. Palermo 19. Octob. 134.

Niſi prorogationẽ obtineant à S.C. 1650 Rimini 14. Ian. 16. Siena 15. &c.

Nec recipiendæ, 1597. Ferrara 3. Iulij 61. 1604. Foſſombruno 20. Septemb. 56.

Niſi raro ad annum propter cauſas vrgentes, & de licentia S.C. 1598. Rimini 14. Octobris 54.

Modo vltra alimenta donẽt aliquid Monaſterio, 1602. Parma 17. April. 21. &c.

Niſi quando recipiuntur ad probandum Inſtitutum, 1603. Breſcia 4. Martij 17. &c.

14 *Sponſa* Educanda debet à Monaſterio dimitti, 1647. 12. Aprilis 35. 17. Septembris 49.

Niſi S. C. diſpenſet. Quo etiam caſu dimittitur, ſi ſponſus accedat ad Monaſterium, & multo magis ſi de nocte circa illud cantilenas moduletur, 1602. Piſtoia 23. April. 24. Volterra 20. Aug. 54. Cagli 5. Nouembris 72. 1603. Ceſena 4. Martij 16. 1647. 12. Apr. 35. 13. Septemb. 49. *v. Sponſa.*

15 *Numerus* ita præfigi debet, vt quælibet ſuum lectum ſeparatum habeat, 1593. Como 16. Martij 109. §. 4.

16 *Exitus num.* 13. 14. Non conceditur licentia Monialibus tenendi puellas ad docendum, quas de ſero remittant domum, 1578. Bagnarea 25. Nouembris 10.

17 Dimitti debent Educandæ, quæ contraxerunt ſponſalia, vel ſine facultate ſpeciali receptæ ſunt ante 7. annum expletũ,

vel

vel quæ compleuerunt 25. vel quæ non ſoluunt alimenta, 1648. Campagna 11. Decembris 3.

Vel quæ deteguntur energumeræ, 1624. Ferrara 13. Ianuarij 7.

Vel grauidæ. Et ſi pariunt multo magis, 1651. Milano 10. Febr. 31.

18 Vt facilius dignoſci poſſit, an Educandæ decreuerint habitū ſuſcipere ex inſpiratione Diuina, nec ne, Ordinarius eas collocare debet extra clauſuram apud conſanguineos, vel in alio loco opportuno, per duos menſes, 1624. Recanati 19. Aprilis 93. *v. Virgo* 18.

Niſi periculum ſit, quod eas à deliberato propoſito diuertant, 1601. Sauona 20. Martij 50.

Multo minus permitti debet, quod conſanguinei illas extrahant per vim, 1601. Breſcia 2. Maij 56.

19 Educandis nubere volentibus liber exitus permitti debet, 1600. Bologna 29. Nouembris 21.

E L E C T I O.

Alternatiua. Cæcus. Confraternitas 6. Conſeruatorium. Legatum. Monialis. Officialis. Papa. Prædicator. Prior. Sacerdos. Vidua. Virgo. Vox.

1 IN *alternatus* rerum, temporum, vltimarum voluntatum, ſi verba referantur ad debitorem, vel ſint obſcura, Debitoris eſt electio. In alternatiuis vero perſonarum, locorum, vltimarum voluntatū, quando verba referuntur ad Creditorem, Creditoris. *Oinot.* §. *Plus autem, num.*9. *Inſt. de action.*

2 *Modus* Conſenſus in electionibus, & actibus Collegij, vel Vniuerſitatis, dari debet publicè, & collegialiter, non priuatim, & in camera, &c. *c. Quia propter, in fin. de electíon.*

3 Si probabilis ſubeſt ſuſpicio, à Preſidente parum fideliter fuiſſe publicatam electionem ad aures acceptam; mandatur procedi ad electionem de nouo per vota ſecreta; vel aſſignando duos Aſſiſtentes Præſidenti, vel per ſchedas aut fabas, 1646. Monopoli 26. Ian. 9.

4 Conſtitutio prohibens tractatum electionis Abbatis, & Generalis, non confirmatur, 1623. S. Benedetto di Spagna 13. Ian. 9

5 Diſcreti non debent ſorte eligi, ſed per vota ſecreta, ſub pœna nullitatis, 1593. Siluestrini 5. Aprilis 143.

6 Superior non debet nominationem vllam facere, ſed liberam relinquere Monialibus, 1603. Lucca 13. Septembris 322. Dixi in tit. de elect. 25.

7 Iura loquentia in electione, locum habent etiam in Poſtulatione, & nominatione ſolemnibus, non autem ſimplicibus. *gloſ. in c. ſciant. v. Alios. & in cap. fin. v. Electione. De elect, in* 6. *Sayr. lib.*2. *de cenſur. c.*7. *num.* 7. *& ſeqq.*

8 *Minor Pars* Electorum non poteſt opponere de merito vel zelo, quando contraria eſt duplo maior, ſcilicet duæ tertiæ, niſi duarum tertiarum electio fuiſſet ipſo iure nulla. *c. Si quando. De elect. lib.*6.

At hodie, quia omnes amplexi ſunt formam eligendi per ſecreta ſuffragia, tamquā omnium commodiſſimam, & à ſcandalis remotiſſimam, non poteſt haberi ratio maioris meriti vel zeli, ſed ſolum maioris eligentium numeri: quia in ſecretis ſuffragijs non poteſt diſcerni meritum, vel zelus eligentium. *Barboſ. de Canon. cap.*38. *n.*8.

9 Electio facta à maiori parte, non ſimpliciter, ſed comparatiuè, non eſt legitima, 1629. Minimi 28. Aug. *c. Eccleſia veſtra* 48. *de elect.*

Secus ſi facta fuit à maiori parte ſimpliciter, licet eſſent ſolum duo, 1654. Dom. 21. Auguſti 90.

† Item ſecus eſt in præſentatione. Si enim ex decem Patronis quinque præſentauerunt Titium, tres Caium, & duo Seiū, Titius erit inſtituendus per Text. *in c. Quoniam.* & ibi *Fagn. n.*14. *De iurepat. Rota deciſ.* 568. *n.*2. *apud Farin. p.*1. *recentior.* *

10 Moniales excommunicatæ non admittuntur ad electionem, licet ſint in maiori numero, 1591. Napoli 1. Iulij 101.

11 *Deuolutio.* Quando Populus conuenire non vult ad electionem officialis alicuius Eccleſiæ ſecundum ſolitum, datur Epiſcopo facultas eligendi, 1645. Lucca 26. Maij 11.

Si Breue prorogationis Officialium fuit per ſubreptionem obtentum, electio deuoluitur ad Sac. Congr. 1654. Off. di Portog. 19. Martij 24. Iulij 54. 57.

12 *Prælatio.* Cum vota ſunt paria, fit nouum ſcrutinū, 1621. Catanzaro 20. Iul. 33.

Et data paritate per duas vices, præfertur antiquior in profeſſione, 1633. S. Baſilio 23. Septembris 333.

13 *Subiectum.* Defectus Patris non obſtat Moniali, quo minus eligi poſſit ad officia, 1602. Faenza 17. Decemb. 88.

14 *Peritorum* electio fieri debet concorditer ab vtraque parte, & in defectum alterius Partis ſuppleri deputarique per Iudicem: & talibus medio eorum Iuramento concorditer deponentibus neceſſario ſtandum eſt: alias non eſt Peritorum relationi neceſſario ſtandum. *DD. in cap. Propoſuiſti. Vbi Abb. num.* 10. *Felin.* 6. *De probat. Et fuit*

late deductum per Rotam in Romana Palatij de Incoronatis, 11. *Maij* 1584. *Coram Alexandrino. Et confirmatum ab eadem in vna Romana Afflictus* 8. *Martij* 1604. *coram Ludouiſio. quam refert Cencius deciſ.*141. *num.*6. *& apud Galleſ. deciſ.*81. *n.*4. Vbi talem ponit practicam N. fuit citatus ad eligendum. Et cum eo non comparente, Iudex deputaſſet Menſorem, fuit ei intimata deputatio. Et poſtea fuit eidem pariter intimata dies, qua menſura erat facienda. Fuit etiam citatus ad videndum mandari referri, demum fuit intimatus, qualiter fuit facta relatio. Qua in Actis reproducta, fuit citatus ad dicendum contra dictam relationem, & ſatisfaciendũ, &c. *Et apud Farin p.*1. *t.*1. *deciſ.*230.

15 De electione Tertij facienda, quando duo primi Periti diſcordant, *dixi lib.* 2. *Ciuilium, tit.*1. *de rer. diuiſ. num.*60.

16 *Præſidens n.*3. Regulares interuenire non debent electioni Monialium Ordinario ſubiectarum, non obſtante priuilegio obtento, quando Monaſterium ipſis erat ſubiectum, 1604. Ferrara 22. Nou. 81.

Sed Ordinarius interuenire poteſt electionibus Monialiũ Regularibus ſubiectarum. Greg. XV. conſt. 18. *Inſcrutabili.* 1636. Auignone 13. Decemb. 272.

17 *Tempus* à ſuperiore, vel canone ſtatutum currit Electoribus impeditis, ſi per ipſos ſtat, quominus impedimentum eiuſmodi tollatur. *cap. fin. de elect.*

18 ✝ Electio, de qua fuit habitus tractatus inſepulto Prælato defuncto, debet caſſari. *c. Nullus* 7. *il* 2. 79. *diſt. c. Bonæ* 36. *de elect.* *

19 Electiones non publicatæ, vel in aliũ diem, & locum dilatæ, ſunt nullæ, 1642. Minimi 13. Iunij 200. *c. Quia propter* 42. §. *fin. De elect.*

20 Electus manuteneri debet in pacifica poſſeſſione, donec iuſtificentur cauſæ nullitatis, 1653. Carmelitani di Napoli 20. Martij 40.

✝ Electiones Regularium non poſſunt fieri per compromiſſum, vel per communem omnium inſpirationem. *C. C. lib.* 50. 579. *ad* 2. 3. *Octobris* 1585. *Auguſtiniani.* quicquid dicat Lezana.

Sed ad electionem Superiorum Regularium nullo penitus alio modo; quàm per ſcrutinium, & vota ſecreta eſſe procedendum: nec alij duo modi per compromiſſum, vel per inſpirationem, qui approbantur in *c. Quia propter* 42. *de elect.* poſſunt habere locum in electione Regularium.

Cum actum eſſet in S. C. rerum conciſtorialium die 13. Auguſti 1648. an electio cuiuſdam Abbatis eſſet cõfirmanda necne, ſtante conſuetudine, ſecundum quam coram Cõmiſſarijs Principis colliguntur ſuffragia Monachorum, & ex tribus, qui habuerunt plura ſuffragia, Princeps nominat vnum, & mittit litteras ſuæ nominationis ad Monachos, vt illum eligant: & Princeps ſic electum Sedi Apoſtolicæ confirmandũ præſentat.

Dictum fuit, hanc conſuetudinem eſſe contra *c. Cum terra, de elect.* vbi damnatur talis conſuetudo, vt praua corruptela, & contra libertatem Eccleſiaſticam. Vnde nõ valet, etiam ſi ſit ſupra Hominum memoriam: nam per eam Monachi aſtringuntur ad eligendum Prælatum ad voluntatem Principis: quod eſt contra ſubſtantiã actus electionis. *Fagnan. d. c. Cum terra, in fine.*

In Congreg. habita iuſſu S. m. Innocentij X. die 5. Auguſti 1646. coram Eminentiſſimo Card. Pallotto, reſolutum eſt ex communi ſententia, Capitulum Prouinciæ Beticæ Ordinis Eremitarum S. Auguſtini celebratum in Ciuitate Granaten. cum interuentu, & aſſiſtentia Auditoris Regiæ Cameræ in Aula Capitulari, fuiſſe nullum ob laicæ poteſtatis abuſum ex *c. Quiſquis, de elect. Fagnan. ibid. n.*40. *

ELEEMOSYNA.

Aduocatus. Caritas. Confraternitas. Conuerſa. Epiſcopus. Fabrica. Horæ. Iubilæum. Magiſtratus. Miſſa. Monialis. Neceſſitas. Pænitentia. Prædicator. Proprietas. Quæſta. Seminariũ.

1 QVid, & Qual, &c. Eſt gratuita donatio rei neceſſariæ ad ſubleuandam miſeriam ſecundum Angles de eleem. q. 6. diff. 6.

2 Laudabilius eſt, quod ex iudicio rationis quis faciat opus caritatis, quam ex ſola paſſione miſericordiæ. *S. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 24. 3. 1. Vt dixi 1. Cor. 9. 7. 3.

3 Papa dedit quibuſdam Monialibus de ſuo competentem eleemoſynam ad reparandam, & muniendam clauſuram, 1604. Rauenna 17. Maij 40.

Vel aliam annuam, 1624. Foligno 5. Martij 44.

4 De mandato Sanctiſſimæ Congregationis boni regiminis, vt det licentiam Ciuitati, erogandi competentem eleemoſynam ad reſtaurandum Monaſterium incenſum, 1621. Rimini 9. Ian. 4.

5 Paupertate ficta recipiens eleemoſynas, peccat mortaliter; & ſi eleemoſyna magna ſit, tenetur ad reſtitutionem: ſecus ſi parua, ordinaria, & quotidiana. *Diana* 5. *tract.* 8. *reſol.* 21.

Qui tamen ob humilitatem petunt eleemoſynas, vt qui peregrinantur mendicantes, licet non indigeant, non peccant: immo

mo ſi Pauperibus tantundem erogent de ſuo, valde merentur, *vt ex S. Thom. 2. 2. quæſt. 187. tradidi in Collect. ad Deut. 15. 4. 1.*

6 Quæ requiſita habere debent Eleemoſynarum Quæſtores, dixi in Can. lib. 5. tit. 39. De ſent. excom. num. 171.

7 *Oblig.* Eleemoſynam dare de eo quod ſibi, & familiæ propriæ ſupereſt, ſeu de ſuperfluis vitæ, iis, qui aliter ſuſtentari non poſſunt, & ſic extreme, vel quaſi egentibus, eſt in præcepto: alias eſt in conſilio. *Vt egregiè more ſuo S. Thom. 2. 2. quæſt. 32. 5. quem retuli in Collect. ad Dan. 4. 24. 2. Angles. l.c. n. 1. Vide tamen Dian. 2. tr. 16. reſol. 28. & 5. tr. 8. per tot. præſertim reſol. 7.* Vbi declarat, quis dicatur habere ſuperfluum.

Danda eſt autem talibus eleemoſyna, non ſolum ſi ſint iuſti bonique viri, ſed etiā ſi peccatores obſtinati, etiam excommunicati, etiam infideles, volentes in infidelitate viuere. Niſi tamen tales ſint, qui impune poſſint occidi: tunc enim ſi non peccarem verè, & poſitiuè occidendo, multo minus interpretatiuè, ſeu permiſſiuè alimēta negando. Quod habet locum etiam in Clericis, qui non peccant, nec irregularitatem incurrunt, ſi tales fame mori permittant. *Vt latius dixi in Collect. ad Eccleſiaſtici 12. 4. Arg. c. Paſce, 21. diſt. 86. Nau. c. 21. n. 20.*

8 Dum aliquis ſana mente ſolebat dare Fratribus tot ſcuta, vel aliam certam eleemoſynam ſingulis menſibus; ſi poſtea furioſus efficiatur, Adminiſtratores eius, dum viuit, cogi debent ad continuandum, 1632. Carm. Scal. 3. Decemb. 228.

9 Confraternitates hortari debent, non cogi, ad ſubueniendum Monialibus, 1601. Camerino 29. Maij 65. *v. Confraternitas.*

Si tamen Moniales eſſent in magna neceſsitate, cum cautela procurari deberet, quod haberent aliquam ſubuentionem à locis pijs, 1601. 1. Octobris 97.

De ijs, quæ reliqua erunt, deductis oneribus, 1649. Nocera 12. Nouembris 36.

Etiam à Monachis, vbi ſolitum eſt, 1602. Rauenna 3. Octobris 85.

10 *Licentia.* Licet Regularibus eleemoſynas à Confratribus accipere, 1643. Carmelitani di Francia, 2. Octobris 501.

11 Et Confratribus in Eccleſijs etiam Minorum de obſeruantia, tenere capſam, pro pecuniis, cum inſcriptione tamen, qua declaretur, illas in commodum Confraternitatis ceſſuras, non Regularium, 1603. Caua 29. Aprilis 33.

12 Non conceditur, quod conuerſæ exeant ad quæſtuandum, niſi tempore meſſium, & recollectionis fructuum, 1578. Terni 29. Nouembris 13. 1579. Pauia 2. Septembris 103.

Quatuor, vel ſex, quæ ſint ad minus 40. annorum, minuſque periculoſæ, ac magis mortificatæ: quæ neceſsitate ingruente ad pernoctandum extra ſuum Monaſterium, id faciant in alijs Monaſterijs, ſi commode fieri poterit, vel apud Conſanguineos, aut alias perſonas honeſtas. Sed nec id Ordinarius permittat, niſi quando viderit, aliter viuere non poſſe, 1579. Piſtoia 24. Iulij 53. 54. Pauia 6. Octobris 111.

Nec extra poſſunt lauare pannos, vel alia ſeruitia facere, præter quæſtam.

Nec S.C. vnquam intendit hanc dare licentiā alicui Monaſterio, niſi ſit de aliquo ordine Mendicantiū, 1579. Pauia 21. Iulij 91

13 Ordinarius non poteſt concedere licentiam mittendi profeſſas ad quæſtuandū 1579. Pauia 2. Septemb. 103. 6. Octob. 111.

14 Mulieres ſæculares, quæ, non ingrediendo Clauſuram; quærunt eleemoſynam pro Monialibus, merentur commendari, 1581. 11. Iulij 96. 1618. Aſcoli 13. Iulij 232. *verbo Quæſta.*

15 Videtur Sacræ Congregationi concedenda licentia generalis, quod eleemoſynæ dentur in manus Abbatiſſæ, & quod quilibet hac occaſione eam alloqui poſſit, 1601. Napoli 2. Maij 57.

16 Pro licentia mendicandi nihil poteſt exigi, non obſtante contraria conſuetudine, etiam immemorabili, 1594. Braga 2. Auguſti 217.

17 Licentiam mendicandi non tenentur ab Ordinario petere Religioſi Mendicantes, cum in erectione Monaſterij eis tacitè conceſſa videatur; niſi fuiſſet eis conceſſa licentia cum expreſſa prohibitione quæſtuandi. *Ex Sacra Congregatione, cuius decreta retuli in meo Compendio Regularū V. Conuentus. Eleemoſyna. Mendicantes. Et in Can. lib. 5. tit. 39. num. 171.*

18 *Prohiberi* non debet à quærendis eleemoſynis Eccleſia deuotionis, quæ aliter manuteneri non poteſt, 1581. Macerata 20. Iunij 87.

19 Nec quæſtuantes ad conficiendam planetam Eccleſiæ donandam, 1590. Rieu 29. Maij 140.

20 Nec alicui Religioni Mendicanti, ne quærendo eleemoſynas dicat, *Sit laudatus Ieſus Chriſtus*: quamuis alij Mendicantes alterius Religionis ante ipſos vſi ſint iiſdē verbis, 1628. Conuentuali 25. Maij 161.

21 Nec quod in aliquibus feſtis Ruſtici non ducant ſua iumenta lignis onuſta, Regularibus in eleemoſynā tradendis, 1616. Silueſtrini 22. Nouembris 369.

† Nec quis prohiberi poteſt, ne quærat eleemoſynas pro ſua perſona, vt habetur inter Regiſtra S. C. C. lib. 17. 565. *

22 Pro-

22 Prohibentur Regulares, dum dant pacem, tenere burſam pro eleemoſynis, 1628. B. Pietro di Piſa, 23. Iunij 208.

23 Sacra, &c. cenſuit, non licere Tertiarijs S. Franciſci eleemoſynas quærere ſub titulo S. Antonij, nec etiam in die feſto ipſius ſancti Fidelium oblationes in eorum Eccleſia recipere, 1643. 29. Maij 279.

† Nullibi eſt permittendum, vt Fratres etiam Mendicantes eleemoſynas quærant per alios, quam per ſui Ordinis Religioſos vel oblatos. *C. C. Polinianen.* 24. *Sept.* 1622. *ex c. Tuarum* 11. *de priuil.*

Niſi de licentia ſpeciali Sanctiſsimi. 17. Septembris 1622.

Eleemoſynæ collectæ à Fratribus captiuis erogandæ in beneficium Miſsionis, & concaptiuorum eiuſdem loci. P. F. 1652. ad 25. num. 17.

Colligere verò eleemoſynas pro redemptione captiuorum ſpectat ad Patres Redemptionis cumulatiuè, nō priuatiuè. P.F. Africa t. 4. 42. *

24 Eleemoſynas peti per Eccleſiam, dū Diuina celebrantur officia, prohibuit Pius Quintus conſt. 5. Et iure quidem. Nam & olim pauperes ſedebant ad portam mendicantes, ne Diuina perturbarent officia: vt patet Act. 3. de Claudo, quem quotidie ponebant ad portam Templi, quæ dicunt *ſpecioſa*, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum. *Baron. an.* 57. *n.* 100.

Præſertim cum pauperes hodie non obſeruent amplius etymologiam nominis ſui. Dicuntur enim *Mendici*, quaſi manu indicantes neceſſitatem ſuam: non enim voce, ſed manu porrecta, ſolebant petere eleemoſynam, *vt refert S. Antonius de Padua.*

25 *Cuſtodia, Adminiſtratio, & Erogatio.* Eleemoſynæ, quæ fiunt Altari priuilegiato, de mandato Capituli colligi debent in aliquo cippo, vt erogentur in Sacriſtiam ad arbitrium Ordinarij, & eiuſdem Capituli, 1577. Piſtoia 12. Ian. 18.

26 Item pro ſeruitio Fabricæ ad emenda paramenta, & ſuppellectilia, & pro celebrandis Miſſis in ſuffragium Animarum Benefactorum, 1594. Triuento 22. Iunij 189. 1645. 10. Febr. 3.

27 Deponantur apud perſonam Eccleſiaſticam, vel laicam, fide, & facultatibus idoneam, quæ propterea ſubijciatur in totum foro Eccleſiaſtico, data per vtrumlibet idonea cautione de bene adminiſtrando, ratione reddenda, & iudicato ſoluendo, 1594. Triuento 19. Octobris 279.

28 Cuſtodiantur ſub tribus clauibus, 1596. Macerata 10. Septembris 74.

29 Vel apud quatuor, duos Eccleſiaſticos electos ab Ordinario, & duos laicos à communitate, 1596. Cremona 16. Septembris 77. Aleſſano 30. Septemb. 83.

30 Applicentur iuxta ſolitum, 1601. Ancona 20. Aug. 195. 3. Septemb. 204.

31 Deſtinatæ locis pijs particularibus non poſſunt alijs applicari, neque ad reſarciendam Cathedralem, 1603. Giouenazzo 27. Maij 59.

32 Ordinarius non permittat laicis liberam illarum adminiſtrationem, 1603. Ciuita Caſtellana 28. Febr. 16.

33 Si modo Eccleſia non indiget, & ſit ingens Eleemoſynarum quantitas, emantur inde ſtabilia, vel cenſus ſecuri, quorum fructus expendantur in Miſſis, vel alijs eidem Eccleſiæ neceſſarijs, 1616. Como 20. Maij 53. *v. Fabrica* 3.

E L I A S.

1 ELiæ Aſcenſio liber eſt magnæ apud Hebræos auctoritatis, ſed apud Nos Apocryphus. De quo putat Origenes Paulum 1. Cor. 2. 9. accepiſſe teſtimonium. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit.* Sed reuera habetur Iſa. 64. 4. *Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.*

2 Elias appellatur ab Hebræis ſeptimus ætatis humanæ continuator: aſſerunt enim ſeptem viros humanam vitam à principio Mundi vſque ad finem continuare.

I. Adam.

II. Mathuſalem vidit Adamum.

III. Mathuſalem vixit vſque ad Sem filium Noë.

IV. Sem peruenit vſque ad Amram Patrem Moyſis.

V. Amra peruenit ad Ahiam Silonitē.

VI. Ahias vſque ad Eliam.

VII. Elias vſque ad finem Mundi. *Sixt. Senen. lib.* 1. *verſ. Helias.*

3 Aſſerunt Carmelitani, Eliam poſt Aſcenſionem Domini comprehenſorem fuiſſe: Quod ſi verum eſt, nihil prohibet, idē de Henoch dici poſſe. † Vide P. Gabr. à S. Vinc. tract. 3. de merito q. 5. *

E L I S A B E T H A.

Anna. Hæreſis.

E M E N D A T I O.

Clauſula. 6.

E M P H Y T E V S I S. *Alienatio.*

Clauſula.

1 EMphyteuta ceſſans ſoluere Canonē per triennium, & in emphyteuſi Eccleſiæ, vel loci pij per biennium niſi celeri ſolutione ſibi proſpexerit, moramque purgauerit, cadit ab emphyteuſi, & amittit ius emphyteuticum cum omnibus melioramentis ibi factis, ſi Dominus directus voluerit. *c. fin. de locat. & cond. l.* 2. *& ibi gloſ. C. de*

C. de Iure emphyteut. Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 7. pun. 2. n. 7. verſ. Ex quo ſit.

2 Emphyteuſis poſſeſſio, præſertim in caſu lineæ finitæ, non poteſt apprehendi propria auctoritate per Dominum directū: quia hæres emphyteutæ poſſet prætendere retentionem propter melioramenta, vel alium titulum ſuccedendi, *vt latè per Ludouiſ. deciſ. 105. num. 11. & ſeqq.*

3 Emphyteuſis alienari non poteſt in perſonam potentem, quales ſunt Eccleſiæ, Loca pia, Collegia, Perſonæque Eccleſiaſticæ, licet in inueſtitura dictum ſit, quod poſſit alienari. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 529.* Prout hæc, & alia latius lib. 3. Ciuilium tit. 25. n. 4. & ſeqq.

4 In emphyteuſi melius eſt pro Eccleſia canonem habere modicum certum, quam magnum incertum, 1598. Nardo 13. Septembris 238.

5 Abbas non poteſt in præiudicium Ordinarij Iuriſdictionem exercere ſuper emphyteutas ſui Monaſterij, 1597. Fano 18. Iunij 45.

6 Quando Bona emphyteuſis Eccleſiaſticæ tranſeunt ad manus mortuas, ſoluitur quintodecimo quoque anno ſolitū quindennium, 1646. Ceſena 25. Maij 4. 1654. Caſſin. 24. Iulij 36.

E M P T I O.

Præſcriptio. Pretium. Teſtamentum. Venditio.

1 NVlla res, carius emitur, quam quæ precibus empta eſt. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 83. 2. 3.

2 Emens rem, quam filius ſubtraxit Patri; ſi ignoranter, non vſucapit; ſi ſcienter, furti tenetur. *Oinot. Inſtit. de Furto, §. Hi qui in perſonam, num.* 1.

3 Empta pecunia aliena fiunt ementis, ſi ſuo nomine emat; niſi pecuniæ ſint Eccleſiæ, Pupilli, minoris, vel Militis. *c. Inquirendum 4. de pecul. Cleric. Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 2. pun. 2. num.* 29.

4 Merces futuræ, & fructus naſcituri, poſſunt emi, vt latius lib. 3. Ciuilium tit. 24. num. 17.

5 Epiſcopus præferatur omnibus in emptione, demptis tamen Piſcibus ad proprium vſum eorum, quorum nomine principaliter fit piſcatio, Dominorumque nauis & retium, 1596. Nicotera 1. April. 30. §. 11.

E N E R G V M E N A.

Clauſura. Educanda. Exorciſmus. Nouitia. Profeſſio.

1 NOn ingrediantur viri, vt eis miniſtrent cibum, 1576. Piſa 29. Nouembris 11.

2 Energumenæ non transferantur alio, nec remittantur domum, 1577. Perugia 16. Septembris 15. 1604. Campagna 14. Nouembris 85.

3 Energumena non poteſt eligi in Abbatiſſam, 1642. Vicenza 3. Septemb. 310.

E N O C H. v. Elias 3.

E N S A L M I. v. Medicina 4.

E P I S C O P V S.

Abbas. Acceſſus. Baculus. Baldachinum. Baptiſmus. Candelæ. Campana. Canonicus. Citatio. Ciuitas. Clericus. Confeſſarius. Delegatus. Dignitas. Diſpenſatio. Emptio. Excommunicatio. Gubernator. Ieiunium. Illegitimus. Inquiſitor. Irregularis. Legatum. Legatus. Monialis. Notarius. Ordinarius. Ordo. Papa. Parochus. Patronus. Peccatum. Penſio. Prædicator. Presbyter. Regularis. Reſtitutio. Seminarium. Sepultura. Suſpenſio. Teſtis. Votum.

1 E*Rectio* nouorum Epiſcopatuum, vel diſmembratio antiquorum, fit pro commoditate locorum, vt quo Prælato viciniora, eo melius gubernentur, 1601. Bergamo 3. Septemb. 205. † *Extr. Saluator noſter. 5. De preben. & dignit.* *

2 *Qual.* Non poteſt aliquis vocari Electus ad aliquam Eccleſiam, etiam Iuriſpatronatus, quouſque nominatio admiſſa fuerit à Summo Pontifice in Conciſtorio, vbi electio non fit per Canonicos ſecundū Ius commune, 1594. Valenza 3. Ian. 8.

3 Epiſcopus vngitur oleo, & balſamo, quia debet eſſe bonæ conſcientiæ, & bonæ famæ. *c. 1. De ſacra vnct.*

4 Epiſcopi iure Diuino ſunt Presbyteris Superiores, vt colligitur ex Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & Can. 7. & probaui in Collect. ad Tr. 1. 5.

5 Sæcularis ante 27. annum ad cathedralem poſtulari non poteſt ſub pœnis cōtentis in extr. De poſtul. Prælator.

6 *Regularis.* Epiſcopus factus ex Monacho, ſi relinquat Epiſcopatum, non tenetur ad Religionem redire; fuit enim ſubtractus à Regulari obſeruantia. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 185. 5. 3. *Eman. Sà Epiſcopus* 11. *Bonac. de clauſ. quæſt. 2. puncto 9. §. 2. n. 8.*

Et ſi redeat, eſt perpetuo inhabilis ad dignitates, & officia ac ſuperioritates eiuſdē Religionis: & eum eligentes ſunt ipſo facto voce actiua, & paſſiua priuati. *Paul. IV. conſtit. vlt.* 19. *Iulij* 1559.

7 Et quia, vt dictum eſt, fuit ſubtractus à Regulari obſeruantia, tenetur tantum ad tria vota eſſentialia, & ad delationem habitus, non autem ad ieiunia, & peculiares obſeruantias Religionis.

Quidam tamen dicunt, eum abſolui à voto Paupertatis. Sed contrarium eſt verius.

rius. Vnde Epiſcopi Religioſi non poſſunt teſtari aut donare cauſa mortis, etiam in illis caſibus, in quibus Epiſcopi ſæculares poſſent: licet inter viuos liberam habeant bonorum adminiſtrationem. *Bonac. de largit. muner. pun.2. n.9.*

8 An autem Epiſcopus ex Religione Minimorum teneatur ad vitam Quadrageſimalem, cum id votum ſit apud eos eſſentiale; quidam aiunt, quidam negant. *Diana 5. tr 13. reſol.39.* v. Ieiunium 3.

9 *Regni*. Epiſcopi promoti, vel tranſlati ad aliquam Eccleſiam Regni Neapolitani, nullo modo ſubſcribere debent capitulationem gratiarum generalium ad inſtantiam cuiuslibet vniuerſitatis, vel Cleri Ciuitatum, & diœceſum ſuarum, niſi conſideratione matura præhabita, & licentia obtenta à Sacra Congregatione, 1594. Matera 2. Martij 55. 1696. 28. Martij 27. •

10 *Ciuitatum vnitarum* Epiſcopus debet in vtraque reſidere conuenienti tempore, 1601. Tolentino 16. Iulij 174. 1655. S. Angelo in Vado 30. April. 54.

11 In functionibus Synodorum, Ordinationum, hebdommadæ ſanctæ, & alijs ſimilibus, ſeruare debet alternatiuam, 1604. Atri 2. Febr. 27. 4. Maij 51. 1603. 21. Nouembris 136. 1624. 20. Ian. 12. 1655. S. Angelo in Vado 30. April. 54.

Nempe quod ſi vltimæ functiones factæ fuerunt in vna Ciuitate, proximæ habeantur in altera, ſine reſpectu intermediorum annorum, qui propter abſentiam, vel impedimentum Epiſcopi vacui tranſiſſent ab huiuſmodi functionibus, 1597. Penne 24. Martij 27. Recanati 25. Iunij 52.

† Quo tamen ad alternatiuam ordinationum intelligitur de publicis, quæ fiunt præmiſſis edictis; non autem de priuatis, maximè quæ fiunt diebus feſtiuis, & extra tempora, &c. C.C. Pennen. 26. Apr.1659. *

12 In vnaquaque diœceſi tenere debet vnum Vicarium, 1594. Sutri 7. Iunij 161.

† Et litteræ Apoſtolicæ directæ Vicario vnius pro Hominibus Iuriſdictionis alterius, v.g. Officiali Tiraſonen. pro Hominibus Calataiubi, ſpectant ad proprium Vicarium priuatiuè quo ad nominatum in Bulla. *lib.35. 765.*

Dummodo Vicarius Calataiubi ſit generalis in ſuo diſtrictu, nullamque Vicarius Tiraſonen. in eo diſtrictu, vel eius hominibus, habeat vel exerceat iuriſdictionē. *Ibid.*

Epiſcopus Ciuitatum vnitarum poteſt concurſus facere in Ciuitate, in qua reperitur, ſed cum interuentu examinatorum diœceſis, vbi ſita eſt Parochialis. *Ciuitatis Caſtellanæ, & Hortanæ* 24. *Septembr.* 1639.

Nam Examinatores vnius diœceſis non vocantur ad examen alterius, licet ſint inuicem vnitæ, ſi altera quoque facit ſuam Synodum. 11. *Aug.* 1612. *Acheruntina, & Materana*. *

13 *Iuriſdictio*. Epiſcopus diſpenſare poteſt in voto conditionali reſeruato, etiam impleta conditione, dummodo non ſit cōditionale tantum apparenter: vt cum quis verbi gratia ex affectu ad Religionem vouet. Sed quia tunc impeditur infirmitate, vel ſubuentione Parentum; vouet Religionem, ſi conualuerit, vel ſi parentes obierint; tunc enim conditionalis *ſi* reſoluitur in *Quando*. In dubio tamen cenſetur votum conditionale verum, non apparens tantum. *Sanchez in Summa, lib.4. c.40. n.82. & ſeqq. vſque ad 99. De hac materia dixi latius in tit. de ſent. excom. n.160. §. 6.*

† Si Epiſcopus incidat in caſum Apoſtolicæ Sedi reſeruatum, abſolui, & diſpenſari poteſt in vim *c.Liceat, ſeſſ.24.* à ſuo Cōfeſſario, à ſe cum hac ſpeciali facultate deputato. *lib.90. ad 38.*

Epiſcopi illarum Regionum, in quibus Concilium Tridentinum adhuc receptum non eſt, non poſſunt vti facultate, *c.Liceat 6. ſeſſ.24.* ſicut nec Prælati Regularium, vel alij Abbates iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem habentes, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti, ſed tantum Epiſcopi. *Ex ſententia ſacræ C. C. Refert Fagnan. c.Dilectus. De tempor. ordin. n.26.*

An forenſis, qui habet domum, & commoratur in Ciuitate vel diœceſi, dicatur ſubditus illius Ciuitatis vel diœceſis, cum ibidem Eccleſiaſtica Sacramenta percipere teneatur: & ita an ab eodem Epiſcopo poſſit abſolui in caſibus *d. c. Liceat*, quamuis crimen ſit alibi commiſſum.

Gregorius XIII. audita relatione Congr. declarauit, poſſe abſolui in Sacramēto Pœnitentiæ ab illo Epiſcopo, in cuius Ciuitate, vel diœceſi cōmoratur, ſed non diſpenſari. *Fagnan. ibid. n.35.*

Quid ſi forenſis in Ciuitate, vel diœceſi Prætoris, vel Medici officio fungatur. S. C. cenſuit, poſſe ab Epiſcopo abſolui tamquā vere ſubditum. Poſſe item diſpenſari, quādo eſt materia coniuncta, nempe idem factum in eadem perſona concurrens, ex quo & peccatum, & irregularitas incurritur ex doctrina *Aba. in c. Omnis vtriuſque n. 23. De pœnit. & remiſſ.*

Verum relata ad Gregorium XIII. ſententia Congregationis Sanctitas Sua dixit, poſſe Epiſcopum abſoluere duntaxat in Sacramento Pœnitentiæ, non autem diſpenſare. *Fagnan. n.36.*

Sed quæres, an delictum commiſſum coram vno, vel duobus Teſtibus dicatur occultum ad hoc, vt Epiſcopus cum delinquente poſſit diſpenſare in foro conſcientiæ iuxta d. c. 6.

Sacra Congregatio hac de re conſulta cenſuit hoc pendere ex diſpoſitione Iuris communis.

Poſtea tamen cum dubitatum eſſet, an abſolutus, & diſpenſatus à proprio Epiſcopo in materia delicti perpetrati corā duobus, vel tribus Teſtibus, quod tamen non ſit notorium, eſſet tutus in conſcientia.

Reſp. non eſſe tutum; quia Concilium vtitur termino *occulto*, quod propriè loquēdo eſt illud, quod probari non poteſt. *Abb. in c. Veſtra, de cohab. Cler. & Mul.* At per duos Teſtes probari poteſt: & verba Concilij accipi debent ſecundum proprietatem. *Fagnan. n.*37. *

14 Epiſcopus exequi poteſt mandata ſuo Prædeceſſori directa, 1600. Brindiſi 29. Nouembris 16.

Et ſententias iuſtas eiuſdem, 1601. Veroli 5. Februarij 73.

15 Non debet dare licentiam curiæ ſæculari carcerandi Clericos incedentes de nocte, 1602. Caſtellaneta 13. Iulij 75. §. 2.

Niſi de ſpeciali mandato, propter Vagantium, etiam Regularium, multitudinē, 1594. Rauenna 12. Septembris 255.

Maximè ſi inuenti fuerint in habitu ſæculari. *S. Agoſt.* 13. *Septembris* 313.

16 Neque priuare Clericos priuilegio clericali ex eo, quod deferant arma prohibita, 1602. Lecce 18. Iunij 59.

17 Neque ſe ingerere in eligendo Procuratore Capituli, 1602. Caſtellaneta 8. Maij 46.

18 Nec alienam iuriſdictionem turbare, 1601. 18. Decembris 253.

Ponendo manum inter laicos in cauſis controuerſis ſine circumſpectione, 1601. S. Angelo 11. Decemb. 249. Neque in hoſpitationibus Militū à Miniſtris Regijs deſtinatorum in domos laicas, neque in alijs rebus ſæcularibus, 1602. Capaccio 12. Martij 29. Catanzaro 20. Auguſti 88.

19 Epiſcopus abſque conſilio, & conſenſu Capituli poteſt Synodum diœceſanam indicere, & publicare, Vicarium conſtituere, ac in Viſitatione decreta facere. Alias regulariter in rebus arduis Capituli conſilium requirere tenetur, ſed nō ſequi, niſi in caſibus expreſſis à Iure. *Ex Sac. Congreg. Barboſ. de Can. cap.*42. *n.*20.

20 Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum excommunicare nō poteſt etiam ſuos ſubditos. Si tamen eſſet vi pulſus, poſſet in loco viciniori Epiſcopatui Clem. I. de ſoro compet.

Item poteſt de conſenſu Epiſcopi loci, vbi ſui ſubditi manent; aut in re adeo manifeſta, quæ cauſæ cognitionem non requirat.

Beneficiarij tamen ligantur excommunicatione lata ab Epiſcopo contra non reſidentes: quia manent ſubditi ratione rei; vel potius quia ob maius Eccleſiæ bonum in id Papa conſentit. *Nau. c.*27. *n.*6.

21 Non debet contra alium Epiſcopū cedulones affigere, neque ſub prætextu defenſionis ſuæ iuriſdictionis, præſertim quando patet recurſus ad Superiorē, 1646. Conuerſano 13. Iulij 19. 31. Aug. 8.

22 Poſtquam cauſa introducta eſt in S. C. omnino abſtinere debet, præſertim à cenſuris, 1601. Taranto 14. Febr. 77. Meſſina 3. Septembris 206.

23 Epiſcopus non tenetur cauſam exprimere, cur aliquem à Prædicationis officio ſuſpendat. *Barboſa alleg.*76. *n.*22.

Contrarium tamen cenſuit Sacra Regularium Congregatio pro Patribus Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum 13. *Ianuarij* 1619. *fol.*2. nempe non poſſe auferri Regularibus ab Epiſcopo facultatem eis datam concionandi, vel confeſſiones audiendi, niſi ex iuſta cauſa, de qua conſtet in actis.

† In praxi tamen ſeruatur declaratio Sacræ Congreg. Concilij de qua ſupra *v. Confeſſarius n.*7. *

24 Benedictiones, quæ non requirunt vnctionem, ſolent hodie delegari ab Epiſcopis, vel latius dixi in Can. lib. 5. tit. 33. De priuileg. num. 18.

25 *Paramentis* Cathedralis extra ipſam vti non poteſt Epiſcopus, 1579. Sauona 3. Martij 62. 1652. Fondi 2. Aug. 25.

26 Epiſcopus de altari paramenta ſemper accipit. *Supra verbo Abbas,* 11.

27 *An autem celebrare* poſſit vbique cum Altari portatili, vide in Can. lib. 1. tit. 31. n. 12

Poteſt tamen celebrare, vel celebrari facere in Cappella ſui Palatij ſine alia licentia, 1603. Tortona 4. Nouemb. 130. *v. Oratorium.*

28 Hodie neque Epiſcopus, neque Generalis, poſſunt amplius onera Miſſarum poſt Concilium impoſita, diminuere. *Vt latius dixi in Can. lib.*2. *tit.*41. *num.*10.

29 Epiſcopus poteſt in defectum Sacerdotum concedere Parocho, vt in diebus feſtis bis celebret. *Sac. Concil. Congregatio* 17. *Aug.* 1626. latius in Can. 3. 41. 2.

30 Epiſcopus Parochis præcipere poteſt, ne abſint vltra duos dies ſine licentia.

Ex Sacra Congreg. Barboſa. Collect. Bullar. v. Conſtitutio 84. *Ego in meo Epiſcoporum compendio verbo Parochus, & v. Reſidentia.*

31 Epiſcopus nihil iuris perdit in Eccleſia, quam Papa vnit alteri Eccleſiæ diuerſi Epiſcopatus. *c.2. De Relig. domib.*

32 Epiſcopus permutantibus beneficia inæqualia, ex officio, omni pactione ceſſante, poteſt imponere penſionē alteri pro tempore ſoluendam: ita vt non beneficiū, ſed perſona Beneficiarij maneat obligata. *c. Niſi eſſent* 21. *De præben. Ita refert deciſum in duabus Rotæ Barboſa. alleg.*68. *n.* 14. *& ſeqq. c. De cetero. v. dictans.*

Addit *Eman. Sà v. Epiſcopus* 23. Epiſcopum poſſe penſionem imponere beneficio, quod confert, ad alendum Clericum pauperem.

Sed id ego ſeruari nunquam vidi, & Romanæ Curiæ ſtylus eſt in contrarium. *Bonac. de Simon. diſp.*1. *quæſt.*4. §.12. *n.* 8. Can. 3. 5. §.3. not.3. Vide *Pilaiam tom.*2. *lib.*3. *d.*1. *n.*4.

33 Epiſcopus ex iuſta cauſa, vt ex Parochialis pinguedine, poteſt beneficia diſmēbrare cum ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Eccleſiæ: non tamen vnire beneficijs ſimplicibus, nec ſeparare ab Eccleſijs Parochialibus beneficia ſiue oratoria vnita, quamuis illis ſeparatis, Parochiales non egeant. Parochialem autem ipſam diuidere poteſt etiam ſine conſenſu maioris partis Parochianorum. *Refert deciſum Barboſa, alleg.*67. *à n.*11. *& alleg.*68. *n.*4.

34 Epiſcopus quocumque tempore, & loco recipere poteſt reſignationes beneficiorum etiam reſeruatorū; dummodo reſignatio fiat ex aliqua iuſta cauſa. *Supra v. Beneficium, num.*25. Non tamen conferre, ſi ſunt reſeruata, vel affecta. *Barboſa alleg.* 69. *num.*22. *& ſeqq.*

35 Poſſunt Beneficia, etiam reſeruata, & in menſe Apoſtolico, coram Epiſcopo permutari; dummodo ea non conferat, ſi ſunt reſeruata, vel affecta. *Barboſa l.c. n.*23. *&* 25. *&* 25.

36 Non tamen poteſt noua Miſſarum onera Beneficijs, vel Rectoribus imponere, 1602. Tropea 15. Ian. 8. *v. Beneficium.*

37 Neque aliquem moleſtare pro reſtitutione fructuum male perceptorum, quia hoc potius ad Datariam, & Cameram Apoſtolicam ſpectat, 1604. Nouara 12. Ian. 3. Niſi forte propter delictum; vt infra v. Nuncius num. 1.

38 Neque cogere ad concionē audiendam, licet hoc Inquiſitores poſſint, vt latius in Can. lib. 1. tit. 3. De Off. Ord. nu. 6. limit. 3.

38 Quando vero poſſit cogere diuites ad vendendum, vel erogandam eleemoſynam, vide quæ dixi in Can. lib. 1. tit. 31. num. 10.

40 Epiſcopus punire poteſt ſubditos alterius ratione delicti commiſſi in ſuo territorio, non ſolum quo ad corpus, ſed etiā quo ad Animam per cenſuras Eccleſiaſticas. *Abb. in cap. vnic. De Raptor. n.*7.

41 Non poteſt regulariter de fructibus ſuperfluis fabricæ vnius tradere fabricæ alterius Eccleſiæ, vel vltimas voluntates cōmutare, *vt latius in can. lib.*1. *tit.*31. *n.*7.

42 Epiſcopus concedere poteſt Eccleſiæ non Parochiali ſuæ diœceſis ius ſepeliendi. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.*387. *num.*12. *Lauor. tit.*2. *cap.*9. *n.*3.

Non tamen cogere ad tenendum cadauera per tot horas domi, ſed bene in Eccleſia vſque ad 24. 1601. Aliffe 20. Februarij 87. §. 15.

43 Neque cogere aliquem ad comparendum perſonaliter in cauſis, in quibus quis comparere poteſt per Procuratorem, 1601. Campli 20. Nouemb. 238.

44 Neque concedere licentiā ſuis Clericis habitum nigrum in violaceum mutādi, 1601. Cremona 2. Ian. 43.

45 Neque concedere exemptionem à decimis in præiudicium Curati, 1601. Rieti 1. Octobris 213. *v. Decimæ.*

46 Neque ad Chorum cogere eum, qui non tenetur, 1601. Raguſa 20. Nou. 238.

47 Poteſt confraternitates inſtituere propria authoritate, 1601. 7. Nouemb. 231. §.9. Clem. VIII. conſt. 115. 7. Decemb. 1604

Sed non ſeſe ingerere in adminiſtrationum bonorum, dum illa non dilapidant, 1603. Caſtellaneta 14. Nouemb. 132.

48 Item poteſt gratiam facere condemnatis à ſe, 1601. Aleria 6. Aug. 185.

49 Cogere Magiſtratum ſæcularem ad viſitandam Eccleſiam iuxta ſolitum, 1602. Guardia di Portogall. 10. Decemb. 144.

Et aquam Epiſcopo miniſtrare ſolemniter celebranti, 1596. Ancona 6. April. 31.

50 Non poteſt exercere tutelam, niſi legitimam, 1645. Albenga 8. Decembr. 1. Vel miſerabilium perſonarum, 1602. Coſenza 21. Nouembris 135.

Et caſu quo geſſerit, cogi debet ad rationem reddendam abſque vllo reſpectu, 1604. Melfi 10. Febr. 22.

51 Epiſcopus non poteſt tamquam Ordinarius concedere licentiam Iudici laico, vt examinet aliquem Reum, vel teſtem in Eccleſia, præſertim formaliter, & cum Iuramento, neque vigore litterarum Sacræ Congregationis ſuper eiectione: ſed talis licentia peti debet à Sede Apoſtolica. *Sac. Con-*

Congreg. Immunitatis, 2. Martij 1629.

Poteſt tamen, ſi vult, concedere licentiã exhumandi cadauer, ac faciendi recognitionem, & examinandi extra Eccleſiam, etiam in loco immuni. *Ibid.*

52 Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ eſt Iudex competens, antequam recuſetur. *Rota apud Coccin. deciſ.79.*

53 *In Exemptis* Eccleſijs ſeſe non debet in aliud ingerere, niſi in approbandis Sacerdotibus ad curam Animarum, 1602. Maſſa 26. Nouembris 138.

54 Epiſcopus, cui conceditur facultas ordinandi, vel dandi dimiſſorias exemptis, non ideo poteſt exercere Pontificalia in eorum locis exemptis, niſi ab ipſis inuitatus; nec ibi affigere edictum ordinationum, niſi de ipſorum conſenſu, 1601. Nullius Putignano 20. Aug. 197. 1. Octobris 217.

55 *Ad vicinum* Epiſcopum ſpectat conferre chriſma, conſecrare aras, vel altaria portatilia ſede vacante: & Vicarius Capitularis procurare debet, vt illi ſubminiſtretur victus conueniens, & Equorum expenſæ, 1605. Cirenza 10. Ian. 3.

A Menſa Epiſcopali, 1585. Capaccio 12. Martij 48.

† Vicinior autem Epiſcopus dicitur, cuius Cathedralis eſt proximior Cathedrali vacanti, licet forte alia eſſet vicinior loco habitationis impetrantis. *Fundana* 14. *Nou.* 1637. *C. C.* *

56 *Viſitare* poteſt Parochias ſubiectas Commendatoribus, nec ab ipſis valet allegari ſuſpectus, 1602. Guardia di Portogallo 10. Decembris 144.

Et Confratres, 1603. Iſchia 4. Aug.89.

57 Cum Epiſcopus viſitat Ciuitatem, comitari debet ab vna Dignitate, & duobus Canonicis, 1602. Caſtellaneta 13. Iulij 75. §. 10.

58 Viſitandi ius cenſetur conceſſum cumulatiuè quo ad Epiſcopum, vt dixi in Can. lib. 5. tit. 39. n.4. §.12.

59 Quando Epiſcopus eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi, poteſt reſiſtentibus vim inferre, vt dixi in §. 11.

60 *An Confeſſorem* Epiſcopus ſæcularis eligere ſibi poſſit aliquem Sacerdotem non ſubditum, nec à ſuo Ordinario approbatum, dum extra ſuam diœceſim exiſtit, negatiua tutior eſt, & probabilior, quia talis Sacerdos non eſt idoneus reſpectu ſæcularium. *Diana* 3. *tr.*2. *r.*3. & 4. *tr.*4. *r.*3. Vbi aſſerit, ita fuiſſe declaratum à ſacra Congregatione, prout refert etiam Gauantus v. Epiſcopus n. 11. & Bonac. t.1. de ſacram. q.17. pun.4. §.1: n. 16. ex teſtimonio Gregorij XIII. die 1. Decembris 1582.

Quod autem dicit Suar. de ſacram. Pœnit. *diſp.*27. *ſect.*2. *n.*5. quod Epiſcopus quilibet, licet titularis tantum, dummodo non degradatus, Confeſſorem ſibi poteſt eligere, intelligendum videtur de Epiſcopo Regulari; quia circa Regulares Concilium nihil innouauit.

Sed nec improbabile videtur, intelligi poſſe etiam de ſæcularibus: quia Conciliũ ſolummodo prohibet audiri ſine approbatione confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum. In pœnalibus autem, & correctorijs Iuris antiqui, quæ ſtrictè videntur explicanda, intelligi poteſt de ſimplicibus Sacerdotibus; quia Epiſcopi ſunt ſpeciali nota digni. Vide infra *v. Parochus n.*22.

61 Si Epiſcopus ſine iuſta cauſa renuat, vel differat approbare Confeſſarium Monialium Regularibus ſubiectarum, vel dare ſolitam ingreſſus licentiam Medico ordinario, vel alijs neceſſitatibus prouidere; quo ad Confeſſarij approbationem datur facultas Ordinario vicino, quo ad reliqua Conſeruatori Monialium vel Fratrũ, 1632. Carmelitani di Seuona, 13. Aug.108. 1634 Lucca 16. Maij 202.

62 *Priuilegia.* Epiſcopus in ſua diœceſi, etiam à Papa debet honorari. Act. 12. 17. *Nũciate Iacobo, & fratribus hæc.* Scilicet quod Angelus eripuerat ipſum Petrum hæc dicentem de carcere. Erat autem Iacobus Hieroſolymitanus Epiſcopus.

63 Epiſcopus in omnibus functionibus Eccleſiaſticis, quas ſimul cũ Capitulo obibit, ac etiam in proceſſionibus, quæ extra Eccleſiam fieri conſueuerunt, duos Aſſiſtẽtes Canonicos adhibere poteſt. Laici vero, etiam in Magiſtratu, aut alia authoritate conſtituti, nedum Epiſcopo, ſed ipſis etiã Aſſiſtentibus, vbique cedant, 1595. Ceſena 21. Iunij 44. *v. Aſſiſtentes.*

64 Epiſcopus titularis, ſi ſit Canonicus, præcedit omnes alios Canonicos, & Dignitates. *vt dixi in Can. lib.* 1. *tit.* 33. *Maior & obed. num.*1. §.2.

† In præeminentia Epiſcoporum attẽdendum eſſe tempus eorum Ordinationis; non autem dignitatem Eccleſiarum, neque illarum ordinem, & præeminentiam. *C. C. Conſtantinopolitana* 3. *Iulij* 1631.

Sacra quoque Rituum Congregatio ſæpius cenſuit, circa præcedentiam inter Suffraganeos Epiſcopum Latinorum, & Epiſcopos Græcos, & generaliter inter Epiſcopos Latinos & Græcos, ceteris paribus, nullam aliam rationem habendam eſſe, quam temporis ſeu promotionis ad Epiſcopatũ. *P. F. pro Polonia* 16. *Febr.* 1630.

Ex eadem Archiepiſcopum Ritus Græci

præcedere Epiſcopum Latinum. Archiepiſcopum vero non exiſtentem Metropolitanum Epiſcopi, cui præcedere intendit, non habere in eiuſdem Epiſcopi diœceſi præcedentiam. *P. F. 3. Iulij* 1629. *

65 Epiſcopus in multis caſibus, præſertim à Concilio Tridentino, conſtituitur Apoſtolicæ Sedis Delegatus, quos videre potes in Can.lib.1.tit.29. De off. Deleg. n.9.

Quo ad hoc tamen ſub Epiſcopi nomine non veniunt inferiores Epiſcopis, habẽtes Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem, neque Capitulum Sede Vacante: quia Summus Pontifex in ea delegatione eligit quodammodo induſtriam, & operam habentis talem dignitatem. *Ex Decio, & Suarez Bonac. tom. 1. de Simon. diſp. 1. quæſt.4. §.12. nu.7. & Neque obſtat.* Et in hanc inclinare videtur Sacra Congregatio. *Vide in Can. lib.3. tit.39. num.6.*

66 Similiter in Canone nomine Antiſtitis non ſunt nominandi Superiores Regularium, nec inferiores Epiſcopis. *Sac.Rit. Congr.* 12. *Nou.* 1605.

Vnde celebrantes in loco Nullius diœceſis omittunt verba ad Antiſtitem ſpectãtia: ſicut Rubrica fieri præcipit ab ijs, qui Romæ celebrant, & in diœceſibus, in quibus vacat Sedes Epiſcopalis.

Contrafacientes vero peccare mortaliter cenſuit Sacra Congregatio, cuius declarationem adducit *Diana* 2. *tr.*14. *reſol.*40.

Nec mirum, quia mutatio ritus, præſertim intra Canonem, non videtur leuis materia.

67 Epiſcopi non debent examinari, niſi propter neceſſitatem præcitam, & tunc cũ obſeruantia legis, *Ad perſonas egregias,* 1603. Rauenna 10. Iunij 68.

✝ S. D. N. Vrbanus VIII. in Congreg. examinis promouẽdorum ad Eccleſias Cathedrales habita in Palatio Vaticano die 16. Maij 1625. decreuit, & mandauit, vt examinatores non audeant propalare, nec vllo modo indicare examinandis ea, ſuper quibus illos interrogare intendunt: & tam ipſi examinatores, quam quicumque alij, qui examini interſunt, in votis proferẽdis omnino abſtineant à quocũque temperamento; veluti quod examinati iterum auerſantur, vel quod Vicarium à S.C. approbatum ſecum ducant, aut quid ſimile; ſed teneantur ſententiam ſuam ſimpliciter, & præcisè proferre, an ſibi videantur idonei ſecundum præſentem iuſtitiam ad munus Epiſcopale ſubeundum.

Inſuper ne vota etiam propria, aut ea, quæ geſta ſunt in Congreg. publicentur aut communicentur alicui, qui Congregationi intereſſe non ſolet; voluit idẽ S.D.N. vt tam S. R. E. Cardinales, quam cæteri Prælati eiuſdem Congregationis iuramentum præſtent de ſeruandis in hoc decreto contentis ſub pœnis, & cenſuris incurrendis iuxta ritum S. C. S.Officij hac ſequenti forma.

Pro Cardinalibus. Ego N. miſeratione Diuina S. R. E. Card. tactis per me ſacroſanctis Dei Euangeliis coram propoſitis, iuro atque promitto ſeruare omnia contenta in præſenti decreto per me lecto ſub pœna excommunicationis, à qua non niſi à S. D. N. abſolui poſſim. Sic me Deus, &c.

Pro Prælatis. Ego &c. Conſtitutus corã vobis Eminentiſſimo, &c. ſub pœna periurij, & excommunicationis, &c. *vt ſupra*.

Quod quidem iuramentum ea religione obſeruari conſueuit, vt ne quidem in genere indicetur examinandis materia, ſuper qua illos intendunt interrogare. *Refert Fagnan. c. Niſi cum pridem. De renunc. n.*66. *

68 Epiſcopi non incurrunt ſuſpenſionem, vel Interdictum latum à iure, niſi ſpeciatim exprimantur, excommunicationem vero ſic. *c. Si Compromiſſarius* 37. *de elect.lib.*6. *c. Quam periculoſum* 4. *de ſent. excom. in* 6. v. Penſio.

Et non excommunicantur ab homine, niſi à Papa, 1647. 2. Aug. 29.

Et niſi in caſu c.2. De off. Deleg. in 6.

69 Epiſcoporum Coloni, durante Colonia, non ſolum exemptione à collectis, etiam pro parte Colonica, vt retuli in meo Compendio Epiſcoporum v. Immunitas, num.138. Sed etiam priuilegio fori gaudẽt. *Sacra Congreg. Immunitatis* 6. *Decembris* 1627. *Diana num.*17.

70 *Iura* Epiſcopalia cõſiſtunt in ijs, quæ Honorius Tertius reſcripſit Epiſcopo Aſſiſien. c.Conquerente 16. de off. Ord. vt retuli in Can. lib.3. tit. 31. n.1. de off. Ord.

71 Epiſcopus non poteſt aliquid accipere pro beneficiorum prouiſione, 1603. Campagna 8. Aprilis 37.

Neque pro ordinum collatione, niſi facultas, 1601. Lecce 2. Ian. 93.

72 Quod Epiſcopus exigit quotannis à Clero nomine Viſitationis, ſi adeſt conſuetudo immemorabilis, poterit continuari. Alias, niſi eſſet Cathedraticum, ſed ſubſidium, ſeu munificentia Cleri, recipere poterit à ſponte dantibus tantum, 1591. 5. Februarij verſ. Circa quel.

An autem participare poſſit de diſtributionibus. *Vide v. Diſtributiones, n.*3.

73 Epiſcopus de iure vocem in Capitulo non habet. *Barboſa alleg.*73. *n.*17. *c.*1.31.9. Infra *v. Vox num.*10.

74 *Pon-*

74 *Pontificales* functiones Epiſcopus præſcriptis à Concilio Tridentino *ſeſſ.23.cap.1.* temporibus in Eccleſia Cathedrali omnino peragere debet, 1616. Montalto 26. Auguſti 102. 1617. 10. Ian.6. 14. Martij 49. n.54.

75 Cum accedit ad Eccleſiam Pontificaliter, comitari debet ſaltem à medietate Capituli,1602.Caſtellaneta 23.Iulij 75.§.12.

76 Epiſcopi Gubernatores exercent Pōtificalia cum licentia, dum adeſt neceſſitas, 1601. Camerino 7.Apr.115. *verbo Pōtificalia.*

77 *Officiales*. Dum adeſt Vicarius Apoſtolicus, Epiſcopus non poteſt ſeſe in iuriſdictionem ingerere,1602. Siracuſa 12.Martij 27.

Vel alium Vicarium creare,1602. Theano 5. Nouembris 123.

Alioquin à diœceſi diſcedere iubetur, 1614. Motula 12. Decembris 123.

78 Epiſcopus poteſt primum locum ſupra Dignitates, & Canonicos ſuo Vicario aſſignare. *Sac. Rit. Congreg. in vna Egitanien.* 20. *Decembris* 1601.

79 Epiſcopus poteſt tenere quot Satellites voluerit, 1615. Città di Caſtello, 14. Aprilis 39.

80 Et Fiſcalem, modo ſit mitior ſæculari, 1601. Rimini 6. Aug. 182. In loco tamen paruo nullum officialem patentatum tenere debet, niſi vnum ſolum Vicarium foraneum, 1654. Anagni 18. Decemb. 280.

81 Poteſt tenere Auditorem etiam laicum, modo non ſit Vicarius, vel Iudex, 1599. Squillace 8. Iunij 60. 1618. Meſſina 25. Septembris 193.

Nec litiget cum Capitulo, vel clero loci, 1614. Motula 12. Decembris 123.

82 *Habitare* debet in Palatio Epiſcopali, non autem in domo conſanguineorū,1603 Campagna 8. Aprilis 37. 1616. Montalto 26. Auguſti 102.

Multo minus cum Mulieribus, 1618. Meſſina 15. Septembris 193. *Auth. Epiſcopo, C. de Epiſc. & Cler.*

Preſertim in Palatio Epiſcopali, 10. *Nouembris* 273.

83 Viæ vicinales propè Palatium purgari debent, mundæque teneri, 1603. Crotone 17. Febr. 19.

84 Palatium Epiſcopale, Sede Vacante, reparari debet ab Oeconomo, 1603. Cirenza 23. Decembris 152. Nec deſeruire debet pro habitatione, vel Tribunali laicorum Iudicum, 1654. Melfi 6. Nouembris 170. num.6. & 7.

85 *Obligationes*. Epiſcōpi poſt eorum electionem, & aſſumptionem ad Epiſcopatum, antequam incipiant adminiſtrare, debent, ſaltem de quadam honeſtate, poſtulare aſſenſum Regis, ſiue Principis loci, qui Superiorem non recognoſcat: maximè ſi id habet conſuetudo. Princeps vero ſtatim concedet aſſenſum: quem tamen ſi denegare voluerit, cauſam ſignificet Summo Pontifici, cur aſſentiri nolit, ſiue etiam Legato Apoſtolico, aut Primati, ſi ad Summum Pontificem non poſſit in breui recurſus haberi. *Vide c. cum terra* 14. *& c. Cum inter,* 18. *De elect. & ibi gloſ. verbo Manu regia.*

Neque hoc comprehendi videtur ſub 13. Excom. Bullæ Cœnæ: quia per hunc aſſenſum non prætendunt Reges Apoſtolicarum litterarum executionem impedire.

86 *Limina*. Epiſcopi Itali, vel ex Italicis Inſulis, vnde in Italiam commodius traijci poteſt, velut Siculi, Sardi, Corſi, & alij adiacentium Prouinciarum Italiæ, quæ è regione ipſis Italiæ, & Siciliæ oris ſunt, tertio anno. Germani vero, Galli, Hiſpani, Belgæ, Bohemi, Vngari, Angli, Scoti, Hiberni, & ceteri omnes, qui in Europa ſunt citra Mare Germanicum, & Balticum, ac omnium Inſularum Maris Mediterranei, quarto anno. Et qui intra Europæ fines ſunt, his Prouincijs remotiores, ac etiam Affricani littoribus noſtris aduerſi, & Inſularum maris Oceani, Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ, extra continentem noui Orbis, tam qui nunc ſunt, quam qui ad Catholicam fidem per miſericordiam Dei aliquando redierint, quinto anno. Aſiatici vero, & qui extra Aſiam, & in alijs nouis Terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in Inſulis, quam in Continentibus, & denique in quibuslibet Mundi partibus, decimo anno, Apoſtolorum limina viſitare tenentur per ſe, vel ex cauſa, de qua authenticè conſtare debet, per certum Nuncium de gremio ſuæ Eccleſiæ, vel ſi Clero careat, per alium Sacerdotem idoneum, ſiue Secularem, ſiue Regularem; Congregationi Concilij de ſuo cuiuſque Paſtorali officio rationem reddituri. Incipit currere tale tempus à die conſecrationis, vel pallij traditionis, vel tranſlationis: & computatur etiam tēpus Anteceſſori decurſum. Contrafacientes ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ, & ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, abſolutione Papæ reſeruata, nec non à perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarū, qui interim à Capitulo percipiuntur, in vtilitatem Eccleſiæ conuertendi. Sixtus V. *Romanus Pontifex*. Edita 20. Decemb. 1585. quam à §. 3. retuli in Can. lib.5. tit.31. De exceſſ. Prælat. n.4. cum quibuſdam notandis in fine.

87 Epiſcopus Eccleſiam ædificari permit-

mittens ſine dote, tenetur dotare de ſuo. *Arg. c. cum ſicut, 8. De Conſ. Eccleſ. Barboſa alleg. 64. num.3.*

Intellige poſtquam illam cõſecrauit, vel conſecrari permiſit; quia dos ante conſecrationem neceſſario non requiritur, 1622. Siracuſa 1. Iulij 78.

88 Tenetur item prouidere Ordinato in ſacris ſine titulo, 1602. Meſſina 1. Octobris 109. *c. Cum ſecundum Apoſtolum* 16. *de praben.*

89 Dare teſtimoniales Ordinum collatorum, 1602. Theano 26. Martij 33.

90 Eccleſiam reparare, eique de paramentis prouidere, 1604. Recanati 26.Ian.13.

91 Principi ſæculari præſtare iuramentum fidelitatis ratione feudorum ſæcularium, non bonorum Eccleſiæ, vel feudorum Eccleſiaſticorum, vel alia, 1602. Sauona 18. Martij 32.

92 *Reſidere* tenetur, licet habeat Coadiutorem, 1597. Napoli 24. Martij 29. n.10.

Alias ei ſequeſtrantur fructus, 1603. Mineruino 25. Iunij 73.

Nec delegantur cauſæ, 1601. Nebbio 20. Auguſti 197.

Etiam tempore Contagij: vel alteri relinquere fructus, 1602. Muro 23. Iulij 76. Rieti 77. Nola 4. Septemb. 98. Mineruino 25. Octobris 110.

93 Epiſcopus admitti non debet ad permutandum propter aeris intemperiem, dũ in diœceſi adeſt aliquis locus puri aeris, 1601. Terracina. Reg. Regul. 18. Decemb. 252

† In S.C. Rerum Conciſtorialium propoſito dubio, an eſſet admittenda ceſſio Eccleſiæ Balneoregien. quam in manibus Sanctiſſimi facere intendit Carolus Azzolinus illius Epiſcopus, eo quod Cælum tã Ciuitatis, quam diœceſes Balneoregien. vt Teſtes deponunt, adeo ſibi graue, & ſuæ complexioni contrarium ſit, vt morbum pene exitialem, nulla remedia ex illa aeris intemperie admittentem, hactenus paſſus, nuper ab alio cælo valetudini redditus, ad ſuam Eccleſiam redire, niſi cum certo vitæ periculo non poteſt.

Die 11. Iulij 1652. S. C. cenſuit, ſi Sanctiſſimus annuat, ceſſionem eſſe admittendam. Refert *Fagnan. c. Ad ſupplicationem. De renunc. n.25.* *

Poteſt enim reſidere in qualibet parte diœceſis, modo vadat ad Cathedralem tẽporibus præſcriptis à Sacro Conc. *ſeſſ.23.c.1.* nec remoueat Vicarium, & tribunal à ciuitate, 1603. Brugnetto 28. Ian. 14. 1647. 22. Febr. 8. 19. Iulij 1. 1649. 17. Decemb. 4. 1611. Montalto 3. Octobris 91.

† Sacra tamen Congregatio Cõcilij die 28. Martij 1615. reſpondit, licere Epiſcopo Feretrano reſidere in Abbatia S. Anaſtaſij, ſita in medio ſuæ diœceſis, ibique tribunal habere; decem tamen à Cathedrali non abſit temporibus à Concilio præſcriptis.

Quæ rurſus die 3. Sept. 1622. in vna Caſſanen. cenſuit, Epiſcopum, ſi non accedat ad Cathedralem in temporibus à Concilio præſcriptis, licet male faciat, non tamen incidere in priuationem fructuum impoſitam à Concilio contra non reſidentes. *

Nec Princeps ſæcularis eum cogere poteſt ad reſidendum in Ciuitate, 1624. Aquino 18. Iunij 83.

† In S. C. ſuper reſidentia Epiſcoporũ habita in Quirinali 17. Iulij 1657. cui interfuerunt Cardinales Ginettus, Meltius, & Paulutius, ac Prælati Farneſius, Alterius, Gualterius, Vgolinus, Fagnanus, & de Vecchijs Secretarius, propoſita fuerunt ex ordine Sãctiſſimi infraſcripta dubia videlicet.

Cum Sacrum Conc. Trid. ſeſſ. 23. c.1. de reform. permittat Epiſcopis, vt ſingulis annis, dummodo æqua ex cauſa, & abſque vllo Gregis detrimento fiat, abeſſe poſſint à ſua diœceſi ad duos, vel ad ſummum ad tres menſes. Quæritur

Primo: An Epiſcopus poſſit iungere trimeſtrem abſentiam præcedentis anni cũ abſentia trimenſtri ſequentis anni, adeo vt licitè abeſſe valeat à ſua Eccleſia per menſes Octobris, Nouembris, & Decembris anni 1660. & continuare abſentiam per menſes Ianuarij, Februarij, & Martij anni 1661.

Ad primum S. C. reſpondit non poſſe. Tum quia eiuſmodi ſemeſtris abſentia cõplectitur illud ſpatium Aduentus, & Quadrageſimæ, quibus Epiſcopus abeſſe non debet à Cathedrali, vt in Concilio l. c.

Tum quia in eo qui abeſt ſex menſibus, non verificatur illud verbum *aliquantiſper*, quo vtitur Concilium dum ait: *Quoniam autem qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe*, & illud *aliquantiſper* determinat ad duos, vel ad ſummum ad tres menſes, & antiqui Canones ad vnum vel duos. c.3. Præſentium 79. 1. c.29. Si quis in Clero. 7. q.1. Multo minus verificatur illud, *quia ſtatim reuerſuri ſunt*. Quia qui abeſt per ſemeſtre tempus, non vtique ſtatim reuerſurus eſt: cum dicto *ſtatim* regulariter ſignificet modicum temporis interuallum, *vt eſt text. in l. cum quidam, ff. de legat. 2. & l. ſi finito, §. Non autem, ff. de damno infecto. & notat Tiraquell. in l. Si vnquam. v. reuertatur, n.120. C. de reuoc. donat.*

Et aliquando importat interuallũ vnius menſis, vt notatur in l. Diuortio facto, alias

eſt l. Fructus 7. §. Papinianus. in gloſ.2. ſtatim, ff. ſol. matr.

Tum quia abſentia Epiſcoporū per ſex continuos menſes, à Concilio non reputatur breuis, vt patet ſeſſ.6. c.1. ibi. *Si quis ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abſuerit, quartæ partis fructuum vnius anni pœnam ipſo iure incurrat*. Idque clarius exprimitur ſeſſ.23. c.1. de ref ibi. *Ne vero ea, quæ de reſidentia ſanctè, & vtiliter iam ante ſub f. r. Paulo Tertio ſancita fuerunt, in ſenſus à ſacroſanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat, &c.*

Tum denique, quia magis inualeſcere poſſunt abuſus, & corruptelæ ex abſentia ſemeſtri continua, quam interpolata.

Vnde à ſimili cum Capitula Religioſorum Prouincialia, *ex c. In ſingulis. De ſtatu Monachor.* fieri debeant de triennio in triēnium, non ſufficit in fine primi triennij facere vnum Capitulum, & ſtatim in principio ſecundi triennij facere aliud: quia hoc potius eſſet facere Capitula de ſexennio in ſexennium ſecundum Io. Andr. in d.c. In ſingulis.

Verumtamen quia in ſacra Congr. Concilij forte fuit aliquando aliter obſeruatū, propterea dictum fuit ſuper hoc non eſſe publicandum aliquod decretum, ſed tantum oretenus ita reſpondendum Epiſcopis de hoc conſulentibus.

Poſtea tamē, vt ab Illuſtriſſimo de Vecchis audiui, ſanctiſſimus conceſſit, vt decretum publicaretur: & idcirco fuit hic etiam ad communem vtilitatem impreſsū.

Secundo quæſitum fuit, an Epiſcopus in caſibus, in quibus habet rationabilem cauſam non reſidendi, debeat vti menſibus per ſacrum Concilium cōceſſis, & non niſi ipſis conſumptis, licentiam petere non reſidendi, quatenus cauſa duret: an vero primo licentiam petere, & ad alios vſus reſeruare bimeſtre, aut trimenſtre tempus à Cōcilio conceſſum.

Ad 2. Sacra Congregatio conſultius putauit nihil generaliter reſpondere: ſed vbi caſus particularis acciderit, maturius deliberare. Licet etiam in hoc ſecundo dubio inclinare viſi fuerint in negatiuam ex ea ratione, quia quando adeſt remedium ordinarium Concilij, quod etiam requirit cauſam æquam, vel adæquatam, licet relinquatur conſcientiæ diſceſſuri; non debet recurri ad extraordinarium licentiæ.

Per Bullam S. m. Vrbani VIII. ſuper reſidentia Epiſcoporum incipit *Sancta Synodus* 27. alias 137. permittitur Epiſcopis ad effectum viſitādi ſtatutis temporibus SS. Apoſtolorum limina, à ſuis Eccleſijs abeſſe per certum tempus, videlicet citra Montes, vel Mari exiſtentibus per quatuor menſes, alijs vero, &c. Hinc

Tertio quæritur, an Epiſcopus viſitans ſacra limina in fine vnius triennij, poſſit immediatè in principio ſequentis triennij iterum viſitare, ac proinde viſitationis titulo abeſſe à ſua Eccleſia per octo continuos menſes.

Ad tertium reſpondit neutrum poſſe, vt ad primum. Ratio quia Bulla dicit tertio, quarto, quinto, ſeu decimo anno, ergo non in principio triennij. Ratio rationis, quia non poterunt reddere adæquatam rationē ſtatus ſuæ Eccleſiæ, quæ eſt principalis, & motiua ratio huius Viſitationis.

Quarto, an Epiſcopo, qui antea per multum tempus, puta decem annos continuos, in ſua Eccleſia reſedit, nec vſus eſt menſibus à Concilio conceſſis, poſſit poſtea obtinere licentiam abſentiæ per aliquod tempus, licet non adſit vlla ex cauſis approbatis ab eodem Concilio.

Ad 4. reſpondit ſimiliter non poſſe de rigore, ſecus de æquitate arbitrio Sanctiſs. Sanctiſſimus approbauit.

Deſumpti ex ijs, quæ refert Fagnan. qui vt ſupra interfuit C. Qualiter. De Cler. nō reſidentibus à n. 40. & quæ nihil oretenus retulerunt nonnulli ex alijs ſupradictis, qui etiam interfuerunt. *

94 *Pœna*. Epiſcopum Canones non ſeruantem, à ſubditis poſſe deſeri tamquā excommunicatum aſſerit gloſ. 1. per DD. putata ſingularis in cap.8. Sacerdotes, 2.q.7.

95 An Epiſcopus in aliena diœceſi delinquens cenſuras incurrat, negatiua probabilior, vt dixi tit. de ſent. excom. n.12.

96 Si Epiſcopus vocatus nō accedat ad audiendum Verbum Regium, non propterea poteſt à Regibus eijci: vt ex Sac. Congreg. retuli in meo Comp. Epiſcoporum v. Epiſ. 33. & v. Immunitas 162. *Vide etiam Dianam tract. de immun. Eccleſ. reſol.* 14.

† EPISTOLA.

CAntari poteſt à Clerico ſuperpelliceū induto, ſinetamen Manipulo, vbi non eſt Subdiaconus. 1604. *Sutri 31. Martij 39.* Immo licet adſit Subdiaconus. *Rubr. Miſſal. Ritus ſeruandus, &c. c.6. n.* 8. v. Euangelium.

Quid ſi non habeat Ordinē Lectoratus? Vide Fagnan. c. Si quis Presbyter. De Cler. excom. n.19. & 20. vel quod ex eo retuli in Can. lib.5. tit.28. n.3.

Clericus vero, qui ſolemniter cantat Epiſtolam cum Tunicella, & reliquis ſacris veſtibus, ſed abſque manipulo, debet petere diſpenſationem Irregularitatis ad cautelam.

telam. C. C. 23. Aprilis 1604.

EPITAPHIVM.

Octo Epitaphia ex cap. 3. §. 11. Prodrom. Ieremiæ Drexelli.

1 EXtat antiquum Epitaphium Bononiæ, quod multorum torſit ingenia: Am. P. P. D. *Ælia, Lelia, Criſpis; nec vir, nec mulier, nec androgyna: nec puella, nec iuuenis, nec anus; nec pudica, nec impudica, ſed omnia. Sublata neque fame, neq; ferro, neque veneno; ſed omnibus. Nec cælo, nec aquis, nec terris; ſed vbique iacet.*

Lucius Agatho Priſcius, nec Maritus, nec amator, nec Neceſſarius; neque mærens, neque gaudens, neque flens; hanc nec molem, nec Pyramidem, nec Sepulchrum; ſed omnia, ſcit, & neſcit, quid poſuerit.

Hoc eſt ſepulchrum, intus cadauer non habens.
Hoc eſt cadauer extra ſepulchrum non habens:
Sed cadauer idem eſt & ſepulchrum ſibi.

Sunt, qui hoc ænigma interpretentur animum hominis, alij nubium aquam, alij Niobem in ſaxum mutatam, alij alia.

2 Quod ſi mores ſpectemus, & ſalubria mortuorum monita, en aliud epitaphium, quod Neapoli tale viſitur.

Hæc mihi lapidea memoria poſita eſt, immo Tibi, qui hæc legis. Quiſquis es, vigila, dum vigilas: & in rem tuam mature propera. Horas ſcit nemo. Vale.

3 Caietæ breuem hanc inſcriptionem Saxum exhibet.

Fui non ſum;
eſtis, non eritis
Siluius Palladius,
vt moriens viueret,
vixit vt moriturus.

4 Non omiſero breuiſſimum illud, ſed non iniucundum.

Quo vadam, neſcio,
Inuitus morior:
Valete Poſthumi,
M. Poſthumius Eques.

5 Præ ceteris ſapere nos doceat, & vana ſpernere, Epitaphium hoc, viro Religioſo, & è gente nobili oriundo, ſcriptum.

Heus viator adſta, & perlege; Pauca te volo. Hoc ſaxum viuus morituro mihi poſui, qui hic anguſte iaceo, & te Hoſpes atque fatalem Angeli tubam in tenebris expecto. An fors quæris meam proſapiam? Ab Adami purpura ſerus nepos ſũ. Fors rogas, & Patriam meam? Mundus fuit. Doctrinam meam? Vmbra fuit. Aetatem meam? Heu punctum fuit, ſeu paulo productius momentum. Noſſe vis, & opes meas? Paupertas fuit. Honores meos? Contemptus fuit. Libertatem meam? Obſequium fuit. Votum meum? Mors fuit: & poſt mortem vera vita; quam ego Tibi viator, Tu mihi reciproca prece ſerio adprecare; & abi lethi memor.

6 Richardus de Mariſcho Dunelmenſis Epiſcopus funebrem Epigraphem ipſe ſibi ſane piam ſcripſit, nec ſine illius ætatis vſitato lepore. Inſcriptio hæc eſt:

Culmina qui cupitis, laudes pompaſque ſititis:
Eſt ſedata ſitis, ſi me penſare velitis.
Qui Populos regitis, memores ſuper omnia ſitis,
Quod Mors immitis non parcit honore potitis.
Vobis Præpoſitis ſimilis fueram; bene ſcitis.
Quod ſum, Vos eritis: ad me currendo venitis.

Nempe hæc priſci ſæculi venuſtas amabilem ſpirat ſimplicitatem.

7 Sed addo mœſtiſſimum illud, & vere lacrymabile, fratris à fratre occiſi Epitaphium.

Hic ante annos iuuenis iaceo, Morti ludibriũ, fratri funus, Patri mæror, Matri lacruma, Muſis luctus, Iuuenibus exemplum, ſenibus ſuſpirium, Mihi tabum, cinis, nihil. Deo quid? Ah? Viator, cur rogas? Eheu iam audiam, quod timeo, quod ſpero. Tu cras ſcies. Curioſe ciuis abi.

8 Iuſtus Lipſius, è ſcriptis notus, è ſepulchro cum viuis ita loquitur.

Quis hic ſepultus, quæris? Ipſe ediſſeram. Nuper locutus, & ſtylo, & lingua fui: nunc altero licebit. Ego ſum Lipſius, cui litteræ dant nomen, & tuus fauor. Sed moriens ipſe abiui, abibit hoc quoque. Et nihil hic orbis, quod perennet, poſſidet. Vis altiore voce me tecum loqui? Humana cuncta fumus, vmbra, Vanitas, & ſcenæ Imago: & verbo vt abſoluam, nihil. Extremum hoc te alloquor. Aeternum vt gaudeam, tu adprecare. Iuſtus Lipſius vixit annos 59. Obijt anno Chriſtiano 1606. ipſo die Chriſti morientis, nempe die 24. Martij.

Sunt, & alia notabilia, ſeu quia ſeria, ſeu quia iocoſa aut ridicula.

9 Vixi dum vixi, bene iam
Mea peracta, mox veſtra
Agetur fabula. Valete,
Et plaudite.

10 Item Neapoli ſimile ſupra num. 3. Sed breuius.

Fui, non ſum;
Eſtis, non eritis:
Nemo immortalis.

11 In via Tiburtina:

Diſpedibus ſaxum
Ciciæ dorſiferæ, & Cluniferæ,
Vt inſultare, & deſultare
Commodetur, Pub. Craſſus Mulæ
Suæ Craſſa benemerenti
Suppedaneum hoc cum riſu poſuit.
Vixit ann. XI.

12 Item Romæ. D. M.

Quiſquis lecturus accedis,
Caue ſi amas. At ſi non amas,
Penſiculà miſer. Qui

Sine amore viuit, dulce exit.
Nihil. Aſt ego tam dulce.
Anhelans me incaute perdidi;
Et Amor fuit.
Equo dum aſpectui formoſiſſima
Durmiona Puellæ Virguncula
Summa puluoria placere cuperem,
Caſu deſiliens, pes baſit ſtapia.
Tractus interij.
In rem tuam mature propera.
Vale.

13 Aliud ridiculum inter virum, & vxorem.
Ohe, hic vir, & vxor non litigant!
Qui ſumus, non dico.
At ipſa dicam. Hic ebrius, ebrius
Me ebriam nuncupat. Non dico
Amplius.
Hei vxor, etiam mortua litigas?

14 Aliud. *C. Iocundo C. F. Exq.*
XII. Annis vixit, & ſepties
Spectantibus Impp. Ser.
Galba, Othone, Saluio, A.
Vitellio, & Populo R.
Saltauit, Cantauit, &c.
Placuit pro iocis, quibus
Cunctos oblectabat. Si quid
Oblectamenti apud vos eſt
Manes, inſontem reficite
Animulam. Fauſtus, nunc infauſtus
Pater filio
Et ſibi fecit.

15 Sunt, & alia poſita ad Infamiam.
Pontia T. Pontij filia
Hic ſum, quæ duobus natis
A me veneno conſumptis, Auaritiæ
Opus miſera mihi mortem conſciui.
Tu quiſquis es, ſi pius es, qui tranſis,
Quæſo à me oculos auerte.

16 Aliud. *Vitiæ C. L. Calybeni libertæ*
Lanæ ab aſſe quæſitum
Lucro ſuo ſine fraude aliorum.

H M H N S.

Hæ vltimæ litteræ, vbicumque reperiũtur in Epitaphijs, ſignificant. *Hoc monumentum hæredes non ſequuntur.*

Hæc octo vltima Epitaphia referuntur à Lauorio t.2. c.18. n.7.

17 *Philippo III. Regi Catholico,*
Integerrimo, Clementiſſimo,
Cuius potentiam vix æquauit
Obiens omnia Sol.
Potentiam ſola Religio ſuperauit.
Hiſpanorum Natio P.

18 Perino Organo, Florentino.
Qui ſingulari morum ſuauitate,
Ac Teſtudinis non imitabili concentu.
Dubium reliquit,
Maior ne eſſet ſumma ingenij bonitate,
An admirabili artis excellẽtia clarior.
Iacobus Marmita Parmen. Amico
M. P.
Vixit annis XXIX.

19 Quem Præneſte dedit Romæ, quem Roma ſepulchro,
Iuſtitia, & Caritas inſeruere Polo.

20 In Baſilica S. Mariæ Maioris de Vrbe ad dexteram ſiniſtræ Portæ poſterioris viſitur hic lapis, nec iniucunde legitur.
Quiſquis es, ſi pius es,
Platinam; & ſuos ne vexes;
Anguſte iacent, & ſoli volunt eſſe.

E R E M I T A. *Excommunicatio.*

E R R O N E S.

P*Roprie* dicuntur ſerui, qui, licet non fugiant, frequenter tamen ſine cauſa vagantur: & tempore in res nugatorias conſumpto, ſerius domum redeunt. *l. Quis ſit fugitiuus. 17. ff. de Aedil. edicto.*

Communiter dicuntur, qui incertis vagantur ſedibus. *Calep.*

Et quia tales vt plurimum de nocte furari, aliterue nocere ſolent S. Ambroſius in hymno, qui canitur in laudibus Dominicarum per annum, accipit pro Furibus, latronibus, & huiuſmodi farinæ hominibus, qui de nocte nocere ſolent. *Hoc*, inquit, ſcilicet tempore Auroræ, luciſque, *Omnis Erronum Cohors viam nocendi deſerit.*

E R R O R. Legatum.

† Quando error conſiſtit in littera vel ſyllaba, omnino corrigi debet. *Othob. deciſ. 35. num. 22.* *

E T I A M. Dictio.

† E V A N G E L I V M.

1 CLericus non Diaconus, qui cantat illud ſine ſtola, puniri debet, ſed non cum multo rigore, 1601. *Lucca 9. Ian.* 46. v. Epiſtola.

2 Liber Euangeliorum deferri non debet oſculandus Magiſtratui ſæculari, 1602. *Lucera 10. Decemb.* 145. v. Gubernator. 1.

Principibus magis ex tolerantia, alius tamen à libro celebrantis. *Gauantus in Rubr. Miſſalis, p. 2. tit. 6. ℣. Ex decretis.*

3 S. Euangeliſta Matthæus inducit authoritates Pſalmorum, & Prophetarũ iuxta LXX. Interpretum translationem, non autem iuxta textum Hebraicum. P.F. 13. Martij 1647. ad 403. n. 15. *

E V C H A R I S T I A.

Confraternitas. Hæreſis. Moniales. Ieiunium. Proceſſio. Regularis. Sacerdos.

1 QVal. Euchariſtiæ confectio eſt miraculoſa. *S. Thom. 3. quæſt. 77. 5. c.*

2 *Renouatio* Sanctiſſimi Sacramenti debet fieri qualibet Dominica, non autem differri ad quindecim dies, 1573. Rauenna 5. April.

5. April.73. *ex c. Permittimus* 57. *de ſent. exc.*

3 *Miniſter.* Si Diaconus deferret Euchariſtiam ad Sacerdotem in articulo mortis conſtitutum, ipſe Sacerdos, ſi commodè poſſit, ſe ſe proprijs manibus communicare debet. *Diana* 2. *tr.*14. *reſol.*53.

Licet 5. *tract.*3. *reſol.*48. probabile quoque putet, quod etiam in tali caſu Diaconus Particulam in os Presbyteri poſſit immittere.

4 *Subiectum recipiens.* Euchariſtia deneganda eſt ei, quem Sacerdos extra confeſſionem occultè nouit, eam ſuperſtitionis, vel conculcandi cauſa petere: etiam ſi publicè petat, ac proinde petentis infamia, ſiue populi ſcandalum ſecuturum ſit. *Bonac. de ſacram. diſp.*1. *quæſt.*6. *pun.*4. *n.*6.

5 Communio negari non poteſt ſub prætextu occupationis bonorum Eccleſiæ, ſi ſunt in lite, 1601. Nullius 17. Maij 60.

6 Sanctiſſimum Viatici Sacramentum deferri debet etiam ad Infirmos in nauibus, quando ſunt in Portu firmæ: licet melius eſſet eos transferre ad Hoſpitale vicinum, ſi fieri poſſet, 1586. Napoli. 4. Nouemb. 811.

7 Euchariſtia in Paraſceue diſtribui nō debet aliis, quam infirmis. *Sac. Rit. Congr.* 19. *Febr.* 1622. *Quicquid dicat Diana* 4. *tr.* 4. *reſol.*227. *&* 6. *tr.*6. *reſol.* 19.

8 Homini rabido, ſiue per morſum canis rabidi, ſiue alterius hominis, non eſt danda communio: quia ſchola Medicorū docet, tales nihil poſſe deglutire. *Poſſeuin. c.*8. *num.* 35. *verſ. Rabido.* Secus ſi poſſent deglutire. *Mancin. pract.*7. *dub.*21.

9 Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrari poteſt infirmo, à iudicio mentis per phreneſim, vel alias alienato: dummodo non timeatur irreuerentia, & dummodo prius aliquod ſignum contritionis oſtenderit, puta tollendo manus, tundendo pectus, vocando confeſſorem aut confeſſionem, dicendo, *Miſerere mei*, vel *Deus propitius eſto mihi Peccatori*, & id genus alia, etiam ſi nec confeſſus fuiſſet, & per multos annos obſtinatus in peccato manſiſſet: tunc enim cenſendus eſt contritus, & in ſacramenta deuotus. A fortiori poterit ei miniſtrari Sacramentum extremæ vnctionis, & abſolutio à cenſuris, immo & à peccatis, vt diſponit Rituale Romanum Rubr. de Sacramen. Pœnit. *Vide c.*8. *Iſqui.* 26. *quæſt.*6. *Nau. cap.*26. *n.* 27. *Bonac. de Sacram. diſp.*4. *quæſt.* 6. *pun.*1. *n.*4. *& ſeq. Diana* 2. *tr.*14. *reſol.* 78.

10 Euchariſtiam poſſe ſæpius in eadem infirmitate ſumi pro viatico à non ieiuno, dummodo ex magna debilitate non poſſit ieiunare, & interceſſerint circiter octo dies ab altero viatico, contra Bonac. ſuſtinet Mancinus pract.7. dub.2. Diana 5. tract. 3. reſol. 37.

11 Ieiunium ad ſumendam Euchariſtiā prærequiſitum, non ſufficit Eccleſiaſticum, ſed requiritur naturale. Qui tamen aliquid parum inſtar aquæ guttæ inaduertēter deglutit, ieiunium naturale fregiſſe non dicitur, quia videtur illud deglutiſſe per modum ſaliuæ. *Diana* 5. *tr.*5. *reſol.*12. infr. Ieiunium.

12 Euchariſtia pro Viatico miniſtranda eſt infirmo, licet eadem die ſanus celebraſſet, vel alias communicaſſet; quia probale eſt, præcepto ſumendi viatici non ſatiſfieri extra periculum: & ſic fuit practicatum cum P. Claudio Aquauiua Generali Societatis Ieſu, qui veſperi viaticum ſumpſit, licet mane ſanus celebraſſet. *Diana* 5. *tr.*4. *reſol.*197. *&* 5. *tr.*3. *reſol* 33. *&* 6. *tract.*6. *reſol.* 18.

13 Euchariſtia deferri non debet Infirmo illam ſumere non valenti ad adorandūm, vel oſculandum deuotionis gratia. *Sac. Congr.* 19. *Nou.* 1575. *Synod Caputaquen.*

14 An ſumens Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum abſque vlla attentione actuali, vel virtuali, & ſic voluntariè diſtractus, peccet?

Quidam dicunt, nullo modo peccare: quia licet ad Orationem requiratur attentio; non tamen requiritur ad manducationem, nec manducando cum voluntaria diſtractione, committitur irreuerentia, dummodo contemptus abſit. *Diana* 3. *tr.*4. *reſ.*31.

Alij quod peccat venialiter. Fundantur in eo, quod dicit S. Thomas 3. quæſt.73.8.c: *Quod effectus huius Sacramenti non ſolum eſt adeptio, ſeu augmentum habitualis gratiæ, vel caritatis, ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis. Quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente diſtractus: non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ, vel caritatis*, & per conſequens non peccat mortaliter. Et hæc eſt communis opinio.

Si tamen attentionis defectus, & voluntaria diſtractio ſit tanta, vt nullo modo neque actualiter neque virtualiter attendat, videtur inde reſultare notabilis irreuerentia, & per conſequens peccare mortaliter. Ratio eſt, quia vt ex S. Auguſtino refert S. Thomas 3. *quæſt.*80. 6. 2. ſumens Corpus Chriſti tenetur illud adorare adoratione latriæ. *Nemo,* inquit S. P. Auguſtinus tr.8. in Pſal.98. circa med. *Carnem Chriſti manducat, niſi prius adoret.* Vide Concil. Trident. ſeſſ.13. c.5.

Adoratio vero eſt quidam virtutis actus, qui ad alterum ordinatur, ſe illi tamquam

Supe-

Superiori, & excellentiori ſubmittendo, eumque honorando. Quia vero, vt ex S. Io. Damaſceno docet *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 89. 2. *c.* Ex duplici natura compoſiti ſumus, intellectuali ſcilicet, & ſenſibili, duplicem adorationem Deo offerimus, ſcilicet ſpiritualem, quæ conſiſtit in exteriori corporis humiliatione. Et quia in omnibus actibus Latriæ id quod eſt exterius, refertur ad id, quod eſt interius, ſicut ad principalius: ideo exterior adoratio fit propter interiorem, vt videlicet per ſigna humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noſter affectus ad ſubijciendum ſe Deo: quia connaturale eſt nobis, vt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamus.

Accedit ad hæc ſecundum eundem S. Thomam 3. *quæſt.* 80. *art.* 7. *ad* 6. quod ſtrictiſſimum Ieiunij præceptum, vt ſcilicet quis non poſſit communicare poſt ſumptam, vel minimam cibi vel potus quantitatem; fuit inductum ad finem, vt hoc Sacramentum à fidelibus cum maiori deuotione reciperetur. *Maxima*, inquit, *deuotio requiritur in ſumptione huius Sacramenti. Quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per ſequentia: & ideo magis eſt inſtitutum, quod homines ieiunent ante ſumptionem huius Sacramenti, quam poſt. Debet tamen eſſe aliqua mora inter ſumptionem huius Sacramenti, & reliquos cibos.*

Deuotio vero, vt idem diffiniuit 2. 2. *quæſt.* 82. 1. *c.* eſt prompta, & parata voluntas exequendi ea, quæ ad Diuinum pertinent cultum. Quæ an maxima poſſit exiſtere ſine attentione ſaltem virtuali, iudicent ſpeculatiui.

Item propter hanc potiſſimum cauſam fuit ab Eccleſia prohibita communio paruulorum: quod hi non poſſint hoc Sacramentum ſuſcipere ea deuotione, & reuerentia, qua decet Rit. Rom. *Iis etiam*, inquit, *qui propter ætatis imbecillitatem nondum huius Sacramenti cognitionem, & guſtum habent, adminiſtrari non debet.* Trid. ſeſſ. 21. c. 4. & Can. 4.

Eadem ratio eſt de prohibitione communicandi Amentes extra dilucida interualla, vel, ſi non ſint amentes à natiuitate, extra periculum mortis: de quo in eodem Rituali.

Denique non habet dubium, quod ait S. Thomas 3. *quæſt.* 79. 3. §. *Sed contra.* quod quædam indeuotio eſt peccatum mortale, quæ ſcilicet eſt cum contemptu huius Sacramenti.

Non obſtat, quod finis præcepti non contineatur ſub præcepto: quia intelligitur, quando finis non præcipitur explicitè, ſed implicitè tantum in præcepto medij: Hic autem adoratio, deuotio, & reuerentia, quæ ſine attentione, ſaltem virtuali, ſubſiſtere non poſſunt, explicitè præcipiuntur, & expreſsè, licet propter aliud. *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 7. *Vide Pauon.* 4. 2. *Medit.* 27. *par.* 1. *num.* 6.

Nec item obſtat ratio Sancij apud *Dianam l. c.* quod cibo non irrogetur irreuerẽtia, ſi diſtractè ſumatur; quia procedit tantummodo in cibo mortuo, non autem in cibo viuo, maximè rationali, & ſuperiori, qui cum diſtractione voluntaria ſumi non poteſt abſque magna irreuerentia. Immo quod ſumptio huius cibi maiorem requirat attentionem, quam ſimplex allocutio, patet ex eo, quod propter diſtractionem inuoluntariam non excuſatur quis ab orãdo, vel recitandis horis canonicis. A ſumptione vero huius viuifici cibi extra caſum neceſſitatis, non ſolum excuſatur, ſed etiã conſulitur abſtinere contra id, quod inaduertenter ſcripſit idem Sancius. Rubr. Miſſalis de defectibus c. 9. n. 2. *Si autem ante mediam noctem cibum aut potum ſumpſit, etiamſi poſtea non dormierit, nec ſit digeſtus, non peccat ſed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, conſulitur aliquando abſtinendum.* & nu. 5. *Si autem certum eſt, non fuiſſe in illa cogitatione peccatum mortale: vel nullam fuiſſe cogitationem, ſed eueniſſe ex naturali cauſa, aut ex diabolica illuſione,* ſcilicet pollutionem, *poteſt communicare, & celebrare: niſi ex corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abſtinendum videatur.*

15 *Modus.* Euchariſtia tempore peſtis adminiſtranda eſt pollice, & indice Sacerdotis, non autem aliquo inſtrumento: quia ſic poſtulat reuerentia Sacramento debita. *Bonac. de Sacram. diſp.* 4. *quæſt.* 5. *pun.* 2. *nu.* 10. *Diana* 5. *tr.* 3. *reſol.* 50.

Licet præciſo lapſus periculo, non ſit improbabilis opinio contraria, quam ſuſtinent Poſſeuin. c. 8. num. 35. & Mancin. pract. 7. dub. 19.

Sacramentum vero extremæ vnctionis, quod non eſt tantæ reuerentiæ, poteſt in tali neceſſitate adminiſtrari virgula argentea, vel lignea: & poſtea virgula argentea purgari, & ad talem vſum ſeruari, lignea vero cremari, proiecto in ſacrarium cinere. *Diana* 3. *tract.* 4. *reſol.* 167. & 5. *tr.* 3. *reſol.* 79.

16 Si Aegrotus res ſiccas traijcere nequeat, poteſt ei communio dari, impoſita parua parte hoſtiæ cum vino in cochleari. *Diana* 4. *tr.* 4. *reſol.* 104. *verſ. Nota etiam.*

17 *Effectus.* Euchariſtia non cauſat gratiam toto tempore, quo eſt in ſtomacho, ſicut nec toto tẽpore manducationis; alias

eſſet

eſſet melioris conditionis, qui communicat cum multis hoſtijs: quod nedum eſt falſum, ſed & de hæreſi ſuſpectum. Vnde puniuntur per Inquiſitores, qui ſunt multum ſoliciti communicare cum multis hoſtijs, vt diutius duret in ſtomacho Corpus Chriſti. *Diana 4. tract.8. reſol. 96. & 3. tr.6. reſol.96.*

18 *Conſeruatio, &c.* Si Panis conſecratus ita puluerizetur, vt panis ſpecies ſoluatur, deſinit eſſe conſecratus *S. Thom.3. q.77. 4.c.*

19 Euchariſtiam in cœna Domini cõſecratam vſque ad annum reſeruare prohibentur Græci. *Innoc. IV. conſt.* 14. ſub Catholicæ §.9. *Clem. VIII. conſt. 34. Sanctiſſimus,* §.2.

20 Tabernaculũ Sanctiſſimi Sacramenti in Cathedralibus nõ debet eſſe in Altari maiori propter functiones Põtificales, quæ fiunt verſis renibus ad Altare. In Parochialibus vero, & Regularium Eccleſijs, debet eſſe in Altari maiori regulariter, tamquam digniori, 1579. Lucca 10. Febr.49. Aquila 29. Aug.101. 1594. Caſerta 28. Nou. 317.

Nec in eo debent eſſe vaſa Sacrorum Oleorum, vel Reliquiæ, vel aliud, 1693. Giorgento 3. Maij 155. *Rituale Rom.*

21 Sanctiſſimum Sacramentum teneri non debet in Vaſculis eburneis, ſed in Pixide argentea, intus inaurata, 1588. Venetia 26. Iulij 137.

22 Conſeruandum in Parochiali, 1603. Senegaglia 28. Ian. 14. 13. Maij 52.

In qua debet eſſe, & ſeruire eius confraternitas, 1593. Imola 14. Decemb. 324.

Et in illis Regularium Eccleſijs, quæ de hoc habent priuilegium, 1635. Nocera de Pagani, 25. Maij 48.

Maximè conſpicuis, 1588. Palermo 24. Octobris 115.

Non autem in Eccleſijs Confraternitatum, niſi de licentia ſpeciali Sac. Congreg. quæ non conceditur, niſi cum clauſula, *ſine Iurium Parochialium præiudicio.* Ibidem & 1639. Aſcoli 13. Decembris 1615.

Et de conſenſu Epiſcopi, 1601. Lodi 20. Auguſti 198. n.1.

23 *Expoſitio. Non liceat Regularibus, etiã in eorum proprijs Eccleſijs, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè adorandum exponere, niſi ex cauſa publica, quæ probata ſit ab Ordinario. Ex cauſa autem priuata poſſint; dummodo ſanctiſſimum Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita vt ipſa Hoſtia videri non poſſit,* 1602. 10. Decembris.

Idem quoque eadem Sacra Congregatio ſeruandum decreuerat in Eccleſijs ſæcularium, 1598. Tortona 1. Septemb. 44.

Pro cuius decreti publicatione, & executione datur facultas Ordinarijs tamquam Delegatis Apoſtolicis contra Regulares, 1603. Nouara 4. Martij 25. Tortona 26. Maij 42. Lodi 14. Nouembris 129. 1606. Siena 15. Martij 28. 1619. Silueſtrini 5. Martij 67.

Dummodo non addant pœnam excommunicationis vel ſuſpẽſionis ipſo facto incurren. 1603. Crema 28. Nouemb. 142.

Poſſunt tamen declarare pœnam priuationis Officij incurſam à Regularibus propter contrauentionem ſupradicti decreti: quæ priuatio incurritur ipſo facto ex decreto eiuſdem Sac. Congr. 1626. Fiorenza 10. Februarij.

† Per decretum etiam S. C. Rituum 26. Febr. 1628. prohibentur Regulares exponere ſolemniter ſanctiſſimam Euchariſtiam ſine licentia Ordinarij. *

24 In Eccleſijs Confraternitatum non poteſt exponi ſine expreſſa Ordinarij licentia, 1601. Lodi 20. Aug. 198. 1652. Pauia 2. Auguſti 1.

Qui tamen id eis permittere debet iuxta ſolitum, niſi quid releuans adſit in contrarium, 1646. Macerata 16. Martij 8.

† Sacra Rituum Congregatio ad tollendam indecentiam aliquibus in locis temere introductam concionandi vel ſermonem habendi ante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè expoſitum capite cooperto, prohibuit in poſterum & vetuit, aliquem concionari vel ſermonem habere ante Sanctiſſimum Sacramentum publicè expoſitum, niſi capite detecto, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, quam S. C. abuſum eſſe declarauit. Et ita ab omnibus etiã quauis ſpeciali nota dignis vbique terrarum ſeruari mandauit die 16. Febr. 1630. Io. Bapt. Card. Detus. T. Tegrimius S. C. R. Secretarius. *

25 *Proceſſio* in ſolẽnitate Corporis Chriſti debet inchoari à Cathedrali, ſeu Matrice, & ad eandem terminari. *Sacra Rituum Congregatio in vna Tiraſonen.* 19. *Aug.* 1629. *Vide infra v. Indulgentia.*

26 Delationes proceſſionales Sanctiſſimi Sacramenti fiant ab Archipresbytero, ſiue Curato, vel à prima Dignitate, ſi Sacerdos ſit. *Sac. Congr.* 18. *Maij* 1602.

27 Si conſuetudo deferendi proceſſionaliter Sanctiſſimum Sacramentum Feria VI. Paraſceues in feretro nigris velleribus contecto, non poteſt abſque grauiori incommodo extirpari, toleranda, 1582. 3. Ian. 18. 1596. Nouara 28. Martij 27.

28 Non debet Ordinarius prohibere, ne dum fit proceſſio, vel cantatur Miſſa Sanctiſſimi Sacramenti qualibet tertia Dominica menſis, pulſentur campanæ, vel celebren-

brentur Miſſæ: maximè quia adeſt in contrarium decretum impreſſum Sac. Congr. 1587. Nocera 1. Decembris 160.

EVICTIO. *Donatio. Dos. Venditio.*

Quando conſtat de iuſtitia euincentis,nō eſt neceſſaria denunciatio. *Rota apud Coccin. deciſ.27. num.3.*

EXAMEN.

Beneficium. Clericus. Concurſus. Dimiſſoriæ. Diſtributiones. Epiſcopus. Hebræus. Hæreſis. Legatus. Ordo. Parochus. Regularis. Teſtis.

1 E*Xaminatores Synodales* in Synodo ad ſummum viginti eligi poſſunt, ad minus ſex debent: quorum officium durat, quouſque alij fuerint electi in noua Synodo. Qui ſi ante celebrationem alterius Synodi moriantur, vel in longinqua recedant, ſiue omnes, ſiue tot, vt non remaneant tres; Epiſcopus cum approbatione Capituli ſubrogabit alios æque idoneos, dummodo ſemper vtatur exiſtentibus. *Sac. Concily Congregatio in vna Cæſarauguſtana* 13. *Martij* 1623. *& in alia Monopolitana* 13. *Iulij* 1630. *Et aſſerit Barboſa Collect.Bullar. v. Examen, ita fuiſſe declaratum à Clemente VIII.*

† Et poſt annum ſi nō ſuperſint ſaltem ſex, etiam reliquorum quinque deputatio, ſeu iuriſdictio expirat, nec adhiberi poſsūt. Eadem S. C. Concilij 18. Febr. 1578. *

Hodie tamen, occurrente caſu, peti ſolet facultas à S. C. Epiſcoporum, vel Concilij: quæ ſubrogationem indulgere ſolent ad ſex menſes, & aliquando vſque ad proximam futuram Synodum: dummodo caſu vacationis occurrente, ſemper vtatur exiſtentibus, c.3. 5. 11.

† Ex pluribus autem examinatoribus, ſiue in Synodo, ſiue extra Synodum deputatis, eos Epiſcopus in quolibet Concurſu debet ſeligere, & adhibere,qui non ſint vlli ex concurrentibus conſanguinei, vel alia ratione ſuſpecti. Bracharen. 2. Sept. 1603. ad 2.

Qui iurare debent de officio fideliter exercendo: alias non ſunt legitimi. *Alben.* 3. *Decembris* 1639.

Et concurſus coram eis factus eſt nullus. *Biſinianen.* 2. *Decembris* 1628.

Secus ſi non habeant alias qualitates, puta quia nō ſint Doctores vel Magiſtri: quia concurſus factus coram eis nihilominus eſt validus. 10. *Martij* 1629. *Turritana.* Aliam 2. Aug. 1607. ex Fagnan. retuli in Can. lib. 3. tit.5. De præb. n.15. *

2 *Ordinandus* ab ordinante debet examinari: nec ſufficit, ſi antea fuiſſet examinatus à Prælato ſuo. *c. Quid eſt,* 2. *diſt.*78. *c.Venerabilem,* 34. *De elect.*

In praxi tamen cum ſæcularibus contrarium obſeruatur: quia ordinantes non curant exteros examinare, modo à ſuo Prælato fuerint examinati, & approbati. Quod videtur conformius Concilio ſeſſ. 23. c. 3. vbi ait. *Epiſcopi per ſemetipſos ordines conferant. Quod ſi ægritudine fuerint impediti; ſubditos ſuos, non aliter quam examinatos & approbatos, ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant.* Vt dixi in Can. lib.1.tit.11. De temp.ordin. num.8.

Si tamen degant Romæ non poſſunt extra eam promoueri ſine examine,& licētia Eminentiſſimi Vicarij,vt ex ſeq. Edicto. *Vniuerſis, & ſingulis Clericis, nunc & in futurum pro tempore in Vrbe commorantibus, ad minores, vel ſacros etiam Presbyteratus ordines promoueri volentibus, de mandato S. D. N. Alexandri Papæ VII. viuæ vocis oraculo deſuper facto, edicimus, & præcipimus, ne de cetero extra eamdem Vrbem, etiam vigore litterarum dimiſſorialium ſuorum Ordinariorum, vel cuiuſuis alterius facultatis, ad dictos ordines promoueri ſe faciant, niſi præuio examine ab examinatoribus in Vrbe deputatis, idonei reperti,& approbati fuerint,ac à Nobis licentiam in ſcriptis obtinuerint. Qui ſecus fecerint,*ab Ordinum executione eo ipſo ſuſpenſi ſint, & exiſtant, donec à S.D.N. Papa, & Sancta Sede Apoſtolica abſolutionis & habitationis gratiam obtinuerint: prout alias tempore fec. rec. Clem. VIII. litteræ deſuper publicatæ fuerant die 24. Nouembris 1603. C. C. lib. 58. fol.562. & in Secretaria noſtra ſemper publicè affixæ permanſerunt, &c. 11. Aug. 1656. M. A. Epiſcopus Ierap. Viceſgerens.

3 Ordinans ſolam litteraturā in ſubditis alienis inquirere debet, 1589. 6.Iun.169.

4 Examinato, & approbato in Vrbe ad curam Animarum, non poſſunt ab Epiſcopo Ordines denegari ſub prætextu inſufficientis litteraturæ, 1594. Sutri 26. Ian. 29.

5 Et generaliter approbatus ad aliquod officium in Curia,non examinatur ad idem ab Ordinario, 1647.31. Maij 15. 19. Iulij 18.

6 *Prouiſus* in forma *Dignum* approbari poteſt intra terminum executionis Bullarum, quamquā ab Examinatoribus ſemel, vel pluries reiectus. Qui tamen fuit reprobatus in concurſu, non poteſt in eodem concurſu amplius approbari in præiudiciū aliorum concurrentium, 1593. Fieſole 6. Iulij 167.

7 Promoti ab Epiſcopo ad Ordines præuio examine, ſi conſequi debeant titulos, qui requirant ſolum illos Ordines,non debent iterum examinari, niſi Tituli eſſent Presbyterales reſpectu curæ Animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum, c. fin. de præ-

præſumpt. 1594. Venetia 26. Iulij 212.

† Conſ. tamen Concilij videtur contrarium cenſuiſſe. c.3. 5. 42. *

8 *Clerus* non poteſt ab Epiſcopo per Edictum generale ad examen vocari: Sed ſi ſingulorum ſufficientiam noſcere cupit, id faciat in viſitatione ſuauiter, 1580. Aſſiſi 20. Iunij 87. † Nec ex c. 3. ſeſſ. 14. examinare poteſt promotos ab anteceſſorũ, niſi ex noua cauſa. C. C. Cordub. *

9 *Confeſſarij* examinati, & ſimpliciter approbati, ab eodem Epiſcopo iterum examinari non poſſunt; à ſucceſſore vero ſic, 1593. Auignone 23. Aug. 222. 1601. Parma 5. Decembris 244. 1602. Napoli 12. Mar. 27.

10 *Prædicatores à ſuis* ſuperioribus Regularibus approbati non poſſunt ad examen cogi, 1593. Auignone 23. Aug. 222. v. *Prædicatio*.

11 *Parochorum*, licet exemptorum, examen, ſpectat ad Epiſcopum, 1601. Auſtria 9. Ianuarij 49.

† Stipendium non aſſignatur Examinatoribus de fructibus beneficiorum vacãtium, maximè Parochialium, ad quæ fit concurſus.

Nam ſacra C.C. 9. Martij 1581. cenſuit, Archiepiſcopum non poſſe huiuſmodi ſtipendium aſſignare: decretum vero Synodi diœceſanæ nullum eſſe ac delendum. *Decretum erat huiuſmodi*.

Placet ne Vobis arbitrio D. Archiepiſcopi congruum, & conueniens ſtatui ſtipendium examinatoribus ex fructibus Parochialium Eccleſiarum, & aliorum Beneficiorum vacantium?

Reſponderunt omnes, Placet. Salernitana lib. 106. 405. Neque ex decreto Concilij Prouincialis. *Abulen. lib.* 108. ad 2. Ratio quia Conc. ſeſſ. 24. c. 18 ℣. Lucrum. vetat quicquam prorſus accipi ante vel poſt occaſione huius examinis. *Bonac. de ſumm. q. 7. pun. 2. diff.* 1. *

12 Examinatus, & reiectus, recurrere poteſt ad S. C. vt eius iuſſu examinetur de nouo, 1603. Crotone 4. Martij 26.

† Attamen à relatione Examinatorum Synodalium ſuper inſufficientia concurrẽtis vel præſentati ad Parochialem nulla per Bullã Pij V. datur appellatio neque deuolutiua. *Latè Garz. t. 2. De Benef. p. 9. c. 2. §. 1. à n.* 239. vbi ſuper hoc plures affert S.C. declarationes. Item Pius IV. 19. Iulij 1560. ſuper Plebaniis ſiue Parochiis Ciuitatis Venetiarum. *Inhibentes ipſi moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in d. Ciuitate Venetiarum Nuncio, & quibuſuis aliis Iudicibus, tam pro parte ipſorum, vt præmittitur, reiectorum, quam aliorum quorumcumque, vt etiã pro tempore exiſtentem Patriarcham Venetiarum ſimiliter in futurum ob illorum inſufficientiam reiiciendorum, &c. ne appellationes huiuſmodi admittant, neque eis deferant, ſed eas penitus reiiciant, nec in cauſis ſupradictis quoquo modo procedere præſumant, &c.* ſi vero intelligantur prohibita alia remedia puta grauaminis, &c. *Pilaia in dec. pontif. tom. 2. lib. 3. d. 1. de beneficiis n.* 153. dicit quod non. *

13 Famuli poſſunt examinari ad defenſam Dominorũ, 1604. Bagnarea 12. Maij 57.

14 *Regulares* non ſunt ad examen compellendi, dum à ſæcularibus poteſt ſufficiẽter veritas haberi, 1636. Amelia 11. Aprilis 125.

Alias ſic, 1652. Ancona 17. Maij 3.

15 *Monialium* examẽ fieri debet ad Crates abſque ingreſſu clauſuræ, 1586. Fano 7. Gennaro 1.

Niſi neceſſe ſit examinare Moniales infirmas: & tunc cum aſſiſtentia Vicarij, & Abbatiſſæ, 1622. Napoli 11. Ian. 11.

16 In criminali neque Commiſſarius A. C. permitti debet examinare Moniales, 1614. Narni 14. Nouemb. 147.

EXCEPTIO.

Compenſatio. Excommunicatio.

1 **F**Irmat regulam in caſibus non exceptis. *Arg. c. 6. 32. q. 7. Infra Reg. litt. E. num.* 20.

2 Exceptio non numeratæ pecuniæ nõ poteſt opponi per confitentem poſt biennium. *Vt per totum tit. C. de non num. pec. & Inſtit. de litt. oblig.*

Piæ tamen cauſæ huiuſmodi exceptio perpetuo competit: ita vt Adminiſtrator Eccleſiæ, vel loci pij, qui licentiam habet accipiendi mutuum, & confeſſus fuerit ſe accepiſſe, poſſit opponere quandocumque exceptionem non numeratæ pecuniæ, niſi conſtet de eius numeratione. *Bald. in c. In præſentia, 8. De probat. col. 2. verſ. Sed quis poſſet. Tiraq. priuil.* 144.

Et neque hoc ſufficit, ſed requiritur etiã, vt probetur in vtilitatem Eccleſiæ verſum. *Auth. Hoc ius porrectum, C. de Sacroſ. Eccleſ.*

3 Exceptio quælibet, ſiue Ordinis, ſiue excuſſionis, non poteſt opponi regulariter poſt litem conteſtatam. *Oinot. de act. famil. erciſc. n.* 7.

4 Exceptio, cum ſit actionis excluſio, ante actionem opponi nõ poteſt: niſi Reus videret, Actorem differre velle actionem vſque ad tempus, quo Reus abfuturus eſt. Tunc enim poteſt adire Iudicem, ac eius Officium implorare, vt cogat Actorem intra certum tempus actionem ſuam proponere, poſtea non audiendum. *Oinot. de except. num.* 9.

EXCOMMVNICATIO.

Abſolutio. Actus. Anathema. Appellatio. Arma. Baptiſmus. Beneficium. Bona. Cardinalis. Cenſura. Clauſura. Clericus. Conſilium. Dos. Epiſcopus. Exemptio. Falſum. Iuramentum. Furtum. Gabella. Hæreſis. Homicidium. Interdictum. Irregularitas. Iubilæum. Index. Iuramentum. Laicus. Matrimonium. Monialis. Monitorium. Mulier. Naufragium. Patronus. Peccatum. Pœnitentia. Prædicator. Presbyter. Prouiſio. Regularis. Reliquiæ. Sacerdos. Sepultura. Sponſio. Suſpenſio. Teſtis. Vſura.

1 QVid, & quot, &c. Eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua homo Chriſtianus bonis fidelium communibus priuatur. Tolet. *Vide* 1. *Timoth. c. in fin.*

2 Eſt duplex, alia maior, alia minor. Item alia generalis, alia ſpecialis. Item alia iuſta, alia iniuſta, quæ ſubdiuiditur in validam, & nullam, vt latius proſecutus ſum in Titulo de ſent. excom. n.3. & ſeqq.

3 Excommunicatio ſimpliciter prolata intelligitur de maiori: quia verba ſunt accipienda in propria ſignificatione. Minor vero non eſt propriè excõmunicatio alias diſpoſitiones pœnales explicantur de minori pœna. *c. penult. de ſent. excom.*

4 Huiuſmodi verba, *ſub pœna excommunicationis, ſub interminatione anathematis excõmunicetur,* & ſimilia, non excommunicant, aliquem ipſo facto, ſed comminantur contrauenientibus, excommunicandos eſſe per ſententiam. Secus eſt, ſi addatur. *Ipſo facto, ipſo iure, latæ ſententiæ, eo ipſo,* vel *ſit excommunicatus*, aut quid ſimile. gloſ. c.1. de ſagit. Felin. in c. Rodulphus 35. col.19. De Reſcript.

5 Si quando poſita eſſet excommunicatio propter homicidium, occidens Clericum duas excommunicationes incurreret, vnam propter homicidiũ, alteram propter violentam manuum iniectionem. Ratio eſt, quia quando vnus actus habet plures circumſtantias mutãtes ſpeciem actus moralis, ſingulas ſub cenſuris prohibitas; tot cenſuræ incurruntur, quot circumſtantiæ violantur: quia quamuis actus ſit vnus materialiter, & entitatiuè, nihilominus formaliter ſunt plura peccata, & plures tranſgreſſiones. Tot autem cenſuræ incurruntur, quot ſunt tranſgreſſiones, & peccata formaliter. *Suar. diſp.5. sect.3. num.13. Sayr. lib.1. cap.10. num.10.*

Vnde ſi quis ſepeliat publicum Vſurarium, qui ſimul ſit denunciatus excommunicatus, ac nominatim interdictus, incurrit tres excommunicationes per Clem.I. de ſepult. quæ excommunicat audentes ſepelire publicum vſurarium, vel denunciatum excommunicatum, vel nominatim interdictum. *Vgolin. de cenſur. tab.*1. *c.*16. *n.*4.

Item ſi quis percutiat Monachum, Ordinibus, vel prima tonſura initiatum, duas excommunicationes incurrit.

Immo per vnicum actum incurruntur plures cenſuræ, quando actus præcipitur à pluribus ſuperioribus diuerſa auctoritate fungentibus; etiamſi præcipiantur ex eodẽ motiuo. Vnde ſi Epiſcopus prohiberet ſub cenſura, ne deferantur arma Saracenis (*Licet* hoc facere non debeat, quia eſſet actus fruſtratorius, & alicuius irreuerentiæ erga Sedem Apoſtolicam) deferens tamen incurreret duas excommunicationes, vnam à Papa in Bulla Cœnæ, alteram ab Epiſcopo. Sicut etiam cum Epiſcopus, & Inquiſitor S. Officii, præceperunt ſeorſum ſinguli denunciari blaſphemos ſub excommunicatione latæ ſententiæ, qui non denunciat, duplicem excommunicationem incurrit.

Neque obſtat dicere; quod qui facit cõtra plura præcepta, vel leges latas ex eodem motiuo, non committit, niſi vnum peccatum. Ergo, & vnam tantummodo cenſuram incurrit.

Non, inquam, obſtat; reſpondetur enim negando conſequentiam. Nam cenſuræ ſumunt vnitatem, & multiplicitatem, non ſolum ab vnitate, & multiplicitate peccatorum, ſed etiam à contumacia. Qui autẽ violat plura præcepta poſita à pluribus ſuperioribus prohibentibus aliquid ſub cenſura, dicitur multipliciter contumax. Ergo, & multiplicem cenſuram incurrit. *Bonac. de cenſur. diſp.*1. *quæſt.*1. *pun.*5. *n.*11. *tom.*1. *Diana* 5. *tr.*7. *reſol.*60.

Secus eſt, quando cenſura ſemel in aliquo Canone, vel conſtitutione inflicta, iterum fertur ab eodem ſuperiore, vel eius ſucceſſore: vnde deferens arma Saracenis vnam tantummodo excommunicationem incurrit; licet hæc excommunicatio lata ſit in iure, & in Bulla Cœnæ: Nam cenſuræ Bullæ Cœnæ non ſunt aliæ ab iis, quæ irrogantur à iure, vtpote latæ ab eodem Superiore, ſcilicet à Papa; vt dixi in tit. de ſent. excom. num.48.

6 Excommunicationes vulgo ignotæ: ideoque vſu non receptæ, non ligant. *Em. Sà Excommunicatio* 16.

7 *Minor Excommunicatio* contrahitur per participationem cum excommunicato vitando, ideſt maiori excommunicatione nominatim denunciato, vel publico Clerici percuſſore, in caſibus contentis in illo verſ. gloſ. c. ſtatuimus, 3. de ſent. excom. in 6.

Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

† Item participare cum excommunicato

to vitando eſt mortale ex genere ſuo, licet participatio fiat per matrim. c. ſacris 5. De his quæ vi. *

Certum eſt autem, quemlibet excommunicatum etiam vitandum, poſſe communicare cum infideli, & e conuerſo: quia Eccleſia per excommunicationem ſeparat à conſortio Fidelium, non infidelium. *Bonac. tom.* 1. *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 6. §. 1. *n.* 3.

Non eſt autem certum, an vnus excommunicatus alteri excommunicato communicare poſſit. Nam affirmatiuā tenet gloſ. fin. c. 27. Deuotam, 27. q. 1.

Negatiuam vero *Sayr. de cenſur. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 34. ne ex ſuo delicto commodum reportet: vbi teſtatur, hanc eſſe communē opinionem Doctorum.

8 Excommunicatio minor non tranſit in tertiam perſonam: quia communicans cum excommunicato minori excommunicatione licet nominatim denunciato tali, nullam cenſuram incurrit. *c. Quoniam multos* 11. *q.* 3. *gloſ. cap.* 100. *Excellentiſſimus. Ibid.*

Excommunicatio tamen minor non ſolet denunciari.

9 Excommunicatio minor priuat electione, & Sacramentorum participatione, paſſiua tantum. Vnde ſi quis ea irretitus, ante abſolutionem, quæ impendi poteſt à quolibet Confeſſario, Sacramentum aliquod reciperet, vel ſe faceret eligi, peccaret mortaliter, quia faceret contra cenſuræ præceptum in materia graui, licet nullam ex hoc irregularitatem, vel pœnam incurreret. *c. fin. De Cler. excom. min. Bonac. de cenſur. diſp.* 2. *q.* 3.

10 Hæc excommunicatio ceſſat in caſibus contentis in illo verſiculo gloſſæ c. cū deſideres 15. v. Contrahit. De ſent. excommunicationis.

Hæc anathema quidem ſoluunt, ne poſſit obeſſe:
Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

11 De excomm. contra legentes libros Hæreticorum dixi in tit. de ſent. exc. n. 51.

12 *Manus violentas* in Clericū quis injicere dicatur, dixi ibidem num. 150.

13 Et quod nomine Clericorum, vel Monachorum, veniunt Eremitæ, non autem Tertiarij, ibidem num. 152.

14 Percuſſor Clerici, non eſt euitandus, niſi ſit denunciatus nominatim, vel niſi ſit notorius notorietate facti, licet eſſet notorius notorietate Iuris. *Bonac. de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 1. §. 1. *n.* 2. *Infra v. Notorium.*

15 Venenum propinans Sacerdoti, quo ille occiditur, & Moniali procurans abortum, niſi compellat ad ſumendum, non incurrit excommunicationem; quia non facit violentiam Perſonæ ſed naturæ. *Rodriq.* 1. *p. cap.* 80. *n.* 13. *Auila* 2. *p. cap.* 3. *diſt.* 3. *dub.* 12.

Contrarium tamen ſuſtinet Bonac. cum alijs: quorum etiam opinio probabilis eſt.

16 *Cauſa efficiens.* Illi ſoli poſſunt excōmunicare, qui iuriſdictionem habent, vt latius proſecutus ſum in tit. de ſent. excom. num. 11.

17 Si vnus Pontifex excommunicationem reſeruatam pro aliquo delicto ferat, ſucceſſor vero renouet excommunicationem abſque reſeruatione: tunc manente excommunicatione, reſeruatio tollitur. *Bonac. tom.* 1. *de cenſur. diſp.* 7. *quæſt.* 5. *pun.* 1. *num.* 2. *verſ. Hinc etiam.*

Nam mutatio verborum mutationem diſpoſitionis indicat. *l. Statutum, ff. i. de adm. Tutor.*

18 *Subiectum.* Poteſt excommunicari homo mortalis, baptizatus, Superiorem habens. *Arg. c. Romana* 5. §. *fin. De ſent. exc. lib.* 6.

Quid de Imperatore, & Regibus, ac Officialibus Sedis Apoſtolicæ dixi de ſenten. excom. num. 17.

Quid vero de Impuberibus, dixi ibidem num. 16.

19 *Effectus.* Exceptio excommunicationis poteſt opponi etiam contra excommunicatum toleratum, vt latius dixi in d. tit. de ſent. excom. num. 32. & 33.

20 Quando excommunicatus vitandus non abſtinet à conuerſatione, proceditur ad aggrauationem, & reaggrauationem cēſurarum, 1620. Milano 14. Iulij 124.

Excommunicando etiam maiori excommunicatione illos, qui contra Iuris terminos ſecum communicant, & reſeruando, ſi opus fuerit, abſolutionem dictorum Participantium, 1621. Oppido 8. Maij 49.

Et ſi eſt curatus, ponitur Oeconomus cum congrua fructuum aſſignatione ad exercendam curam Animarum, 1641. Borgo S. Donnino 13. Septembris.

† Excommunicatus, elapſo anno à declaratione, citatur tamquam ſuſpectus de fide, abſque alia monitione præmiſſa, 22. Maij 1586. *lib.* 43. 725.

Sed ſi in Paſchate abſolutionē obtinuit, non poteſt dici inſordeſcens, licet abſolutus fuiſſet ad reincidentiam, & ſtatim reincidiſſet. *lib.* 160. *Peruſina.*

Congregatio tamen S. Officij procedere non ſolet contra excommunicatos neque inſordeſcentes, niſi conſtet de contemptu clauium: de quo vix conſtare poteſt, antequam citentur, & audiantur huiuſmodi inſordeſcentes, qui poterunt cauſam aliquam allegare, ex qua ceſſet huiuſmodi contemptus. Ita retulit Aſſeſſor S. Officij in Congreg.

greg. de P. F. 7. Aug. 1645. Acta 380. n. 4. *c. Cum contumacia 7. De hæret.* *

21 An excommunicatus priuetur ipſo facto fructibus Beneficij? Affirmatiua dicitur communis, de qua teſtatur. *Ripa in cap.* 1. *num.* 27. *De iudic. quem refert Clar. pract. crim. quæſt.* 73. *verſ. Paciter.* Vbi notari iubet, quod licet Clerico, qui fuit propter crimen depoſitus vel ſuſpenſus, exhibenda ſint alimenta ex redditibus ſui beneficij: Clerico tamen iuſtè excommunicato, licet egeno, nihil datur. *Et ita frequentiſſimo omnium conſenſu receptum teſtatur Couar. lib.* 3. *reſol. c.* 13. *poſt num.* 8. *verſ. XII. Tolet. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 12.

Contrariam tamen negatiuam, nempe quod Beneficiarius per excommunicationem non priuetur ipſo facto fructibus Beneficij, ſed per ſententiã priuandus veniat, probabiliorem, nec minus communem arbitratur. *Bonacina de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 4. §. 2. *num.* 2.

Et vſu receptam teſtatur. *Diana* 5. *tr.* 9. *reſol.* 104.

✝ Diſtributiones tamen iuſte excommunicatis non dantur, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, 1605. *Colimbrien.* 5. *Octobris* 73. licet Diuinis intereſſent, quia Eccleſia non intendit orare per ipſos, & diſtributiones dantur Canonicis in quantum pſalunt, & orant Eccleſiæ nomine.

Nec tempus, quo ob iuſtam excommunicationem coacti ſunt abeſſe, computare poſſunt in tempus vacationis conceſſæ Canonicis perinde, ac ſi abfuiſſent titulo prædictæ vacationis. *C.C. Reatina* 10. *Nou.* 1657. *

22 Eſt prohibitum orare non ſolum cũ excommunicato vitando, ſed etiam pro eo: vnde orans nomine Eccleſiæ pro excommunicato vitando, minorem excommunicationem incurrit. *D. Thom. in* 4. *ſent. diſt.* 8. *Nau. cap.* 27. *num.* 36.

23 Excommunicato vero tolerato, tam viuo, quam mortuo, ſi probabile ſit eſſe, vel deceſſiſſe in gratia, quia ſigna contritionis oſtendit, poſſunt orationes, & Miſſæ applicari. *Diana* 4. *tract.* 4. *reſol.* 192.

24 *Cauſa materialis.* Excommunicatus denunciatus, vel nominatim interdictus, ſi nominatim à celebrante monitus, de Eccleſia exire recuſet, in nouam excommunicationem Papæ reſeruatã incurrit. *Clem. Grauis. De ſent. excomm.*

25 Quando duo ſunt inſolidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito, etiam quod contra vnum tantum deueniri poſſit ad executionem realem & perſonalem; contra alterum, contra quem fieri non poteſt executio realis vel perſonalis, non poſſunt ad inſtantiam Creditoris in ſubſidium relaxari cenſuræ. *Ex Congr. Concilij Rota apud Galleſ. deciſ.* 118. *n.* 12.

26 *Declaratio* excommunicationis fieri debet parte citata, vt latius dixi in tit. de ſent. excom. num. 29.

27 *Cum Pœnitentia* ſalutaris in alicuius excommunicati abſolutione venit imponenda, non debet eſſe pecuniaria, ſed orationum, ieiuniorum, viſitandi Eccleſias, Peregrinationum, & ſimilium. *Sac. Congreg. Epiſcopo Ciuitatis Caſtelli* 9. *Auguſti* 1594. *Synod. Caputaquen. Brançatij ſeſſ.* 3. *cap.* 15. *n.* 12. *Bonac. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun. vlt. num.* 5. *tom.* 1. *ex c. Ad aures* 24. *de ſin.*

28 *Satisfacere* paratus abſoluendus eſt, licet pars ſatisfactionem acceptare nolit. *Bonac. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun.* 9. *n.* 8.

29 Nomine autem Partis intelligitur ille, cui facta eſt iniuria per ablationem honoris, famæ, vel aliorum bonorum; quæ ſi realiter reſtitui ſtatim non poſſint, debet præſtari cautio pignoratitia vel fideiuſſoria, vel ſi Reus non poſſit, ſaltem Iuratoria. Quibus præſtitis, abſolui poteſt, etiam antequam Iura ſoluat Cancellario, vel Iudici. *Diana* 1. *tract.* 11. *reſol.* 22. & 5. *tr.* 9. *reſol.* 11. & 12.

30 Si Rector alicuius Collegij vel loci excommunicatus ob non paritionem, ſeu non ſolutionem, ſuſtineat excommunicationem, donec officio abſoluatur; & poſtea dicat, ſe non poſſe ſatisfacere, quia bonorum adminiſtratio peruenit ad alium, cogendus eſt ad ſatisfaciendum de proprio, alioquin non debet abſolui: niſi Rector nouus ſatisfecerit, qui poſt menſem erit & ipſe excommunicatus. *c. Aduerſus,* 7. *De immunit. Eccleſiæ.*

Quod tamen arbitror reſtringendum ad illos, qui tenentur parere ac reſtituere ex eo, quod Eccleſias, & Eccleſiaſticos viros tallijs, ſeu collectis vel exactionibus alijs aggrauarunt: quia de talibus præmittit Pontifex, nec odia conuenit ampliare. Comprehendi vero in Bulla Cœnæ nõ videtur: quin Bulla Cœnæ loquitur de imponentibus, procurantibus, & auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantibus, non autem de non reſtituentibus.

EXECVTIO.

Cauſa. Educandæ. Gratia. Litteræ. Sententia. Vicarius.

1 CVm Epiſcopus ſine iuſta cauſa recuſat exequi aliquod Breue mandatur alteri executio, 1580. Bitõto 10. Maij 96.

2 Litteræ, licet per errorem alteri directæ, debent expediri à proprio Ordinario, 1650. 27. Maij 4.

3 Lit-

3 Litteræ Apoſtolicæ debent exequi non obſtante recurſu ad Monarchiã, 1605. Catania 18. Aprilis 21.

Vel Rotæ Inhibitionibus, 1645. 21. Iul. 16.

Sicut etiam litteræ Sacræ Congregationis, 1600. Sarzana 12. Decembris 32. 1601. Sulmona 27. Nouembris 243.

Licet ante præſentationem fuiſſent apertæ, 1603. Andria 4. Martij 27. † Modo qualitates verificentur de tempore datæ. *c. Ex litteris, 6. De tranſact.* *

Sed pro ſupradictorum maiori intelligentia notandum, quod licet in Regno per *Pragm. 6. Perche conuiene. De citationibus.* Prouiſiones Apoſtolicæ. vt Reſcripta, Bullæ. Breuia, & ſimilia prohibeantur publicari abſque aſſenſu, & exequatur Regio in ſcriptis obtento. Si tamen non adſit approbatio, vel priuilegium Summi Pontificis, ſaltem præſumptum ex lapſu temporis immemorabilis, & maximè ſi id ſciuit & non contradixit, eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam mordicus ſuſtinent *Bonac. de legib. diſp 10. q. 2. pun. 1. §. 3. n. 13. & Diana 1. tr. 2. reſol. 13. ſect. 12. & 5. tr. 1. reſ. 12.*

Et etiam quatenus d. pragmatica niteretur Apoſtolico priuilegio, non debet extendi ad litteras Sacræ Cõgregationis, quæ debent, vt ſupra dictum eſt, executioni mandari abſque alio exequatur Regio vel Monarchiæ, 1596. Bari 15. Ian. 2. 1606. Siracuſa 15. Nouembris 87. 1616. Napoli 2. Ian. 1. Grauina 9. Ian. 2. 3. 4. 1627. Meſſina 5. Febr. 23. 14. Maij 73.

† Licet Regij prætendant, etiam litteras debere executoriari, dum materiam continent iuriſdictionalem, & ſe promptos ad concedendum exequatur offerant. *

Ordinarius autem non debet exequi dictas prouiſiones Apoſtolicas, niſi ſibi præſententur litteræ originales, licet Partes illi præſentarent exequatur Regium, 1604. Palermo, & altre Città di Sicilia 7. Decemb. 73

Amplia ſupradicta, quia Sacra Congregatio ſuper cõtrouerſijs iuriſdictionalibus, in vna Vercellenſi 30. Iunij 1632. cenſuit Iudices, & Miniſtros laicos non poſſe prohibere executoribus Curiæ, quominus exequantur Mandata, Monitoria, & ſimilia Curiæ Eccleſiaſticæ: dictoſque executores exequi debere, etiam nulla ab eiſdem Iudicibus, & Miniſtris petita licẽtia, ſeu aſſenſu.

Et Sacra Congregatio Epiſcoporũ 1654. Milano 10. Iulij 51. præcepit hoc S.C. Immunitatis decretũ inuiolabiliter obſeruari.

† Non tamen ſunt exequendæ litteræ Apoſtolicæ, quando conſtat de earum ſubreptione vel obreptione. *Othob. deciſ. 115. c. 2. de crim. fal.* *

4 Executio mandati Epiſcopi ſuſpenditur, dum cauſa eſt introducta in S.C. 1604. Meſſina 27. Iulij 22.

5 Litteræ directæ Vicario Capitulari exequi poſſunt à nouo Epiſcopo, 1641. Bari 18. Ianuarij.

† Sed dubium eſt, an hoc habeat locum etiam in Vicario Generali?

Sacra Concilij Cõgregatio in vna Aquilana 14. Nou. 1643. reſpondit, litteras Apoſtolicas Vicario commiſſas, non poſſe ab Epiſcopo executioni demandari, licet Vicarium nullum habeat.

Quæ autem quoque 17. Iulij 1611. cenſuerat, Epiſcopos nequaquam exequi poſſe commiſſiones gratiam vel Iuſtitiam cõcernentes Vicarijs demandatas. Cuius deciſionis adductæ fuerant duæ rationes. 1. Quia Delegatus in ſua cauſa maior eſt Ordinario. 2. Quia Tribunal Vicarij in cauſa Delegata eſt diuerſum à Tribunali Epiſcopi. *v. Diſpenſatio 16.*

Quia tamen eadem ſacra C. C. antiquitus declarauit *in vna Vintimillien. lib.* 15. 358. *ad* 20. diſpenſationem commiſſam Epiſcopo, expediri poſſe etiam à Vicario, & è cõtra, cum Epiſcopi, & Vicarij ſit vnum atque idem Tribunal, dici poſſe videtur, deciſionem Aquilanam eſſe particularem, puta quia S.C. ea occaſione voluit Epiſcopũ arctare ad tenendum Vicarium vel quid ſimile. Rationes vero aliarum deciſionum explicari poſſunt, quando delegatio fit Vicario ſub nomine proprio, & non ſolius Dignitatis: nam eo caſu palam eſt, eum non facere idem Tribunal cum Epiſcopo. *

6 Epiſcopus, qui in vim teſtamenti declarauit deberi diuerſas ſummas varijs creditoribus, non poteſt declarationem ſuam exequi per cenſuras; ſed ſinere debet, Creditores per viam ordinariam actiones ex teſtamento competentes intentare, 1594. Monopoli 7. Iunij 164.

7 Executio ciuilis nulla eſt, quando executores per vim aperuerunt ianuam: niſi in vim decreti interpoſiti, poſtquam debitores citati fuerunt ad tenendam Portam apertam, alioquin ad videndum aperiri per vim, 1617. Fano 11. Auguſti 212.

† Conſuetudo Ciuitatis Raguſine, ne fiat executio ſuper mobilibus domorum, neque pro cauſis ciuilibus, neque pro criminalibus, approbata fuit per Breue S. m. Vrbani Octaui, 1654. 21. Aug. 93. *

EXEMPLVM. Copia.

1 Exempli non probat, licet primum ſit ſolemniter extractum. *Rota in vna Mediolanenſi decurſus Aquarum 4. Nouemb.* 1609. *Coram Ludouiſio c. 2. 22. 1.*

2 Exem-

2 Exemplatio in Cauſa ſpirituali, vel inter Perſonas Eccleſiaſticas, facta de mandato Iudicis laici, nulla eſt, nec ex diuturnitate temporis præſumitur ſolemniter facta. *Rota apud Coccin. deciſ.*101. Infra. v. Inſtrumentum.

3 Exemplo ſuo prauo inducens aliquē ad furtum, homicidium vel aliud delictū, licet peccet, quando præuidit, ſe id probabiliter timere poſſe; non tamen tenetur ad reſtitutionem, niſi conſilio. vel alio ſuo facto induxerit. *Bonac. de legib. diſp. 2. q. 4. pun.2. & de reſtit. diſp.1. q.2. pun.11. n.16. Vidi late Clau. Reg. lib.11. c.1. n.5. & ſeqq.* de reſtitutione facienda ob damna ſpecialia.

E X E M P T I O.

Archiepiſcopus. Cenſura. Delegatus. Dohana. Epiſcopus. Gabella. Muſica. Nuncius. Oratio. Ordo. Subcollector.

1 Q*Vi.* Clerici Cameræ, & Protonotarij Participantes, exempti ſunt à quolibet alio foro, 1627. Mileto 17. Auguſti 114.

2 Clerici Collegiatæ exemptæ non tenentur accedere ad Cathedralem in feſtis ſolemnibus, neque Patroni vel titularis; nec ibi vel alibi aſſiſtere Epiſcopo in Pontificalibus celebranti; nec cum Capitulo Cathedralis ad Proceſſiones, vel exequias accedere. Nec poteſt eis Epiſcopus prohibere, ne celebrent, dum celebratur ſeu prædicatur in Cathedrali, neque franchitias, neque ne molant oliuas ſine licentia: Sicut etiam diſcedere poſſunt à diœceſi ſine licentia Ordinarij, ſed abſque præiudicio reſidentiæ, 1602. Giouenazzo 3. Decemb. 139.

3 A Proceſſionibus, Matutino, communi Menſa, carceribus, & pœnitentijs, ſine licentia Generalis vel Prouincialis, à Sāctiſs. conceſſa Regulari benemerito, 1628. Serui 2. Iunij 175.

Similis à Generali Theologo Cardinalis, à S. C. confirmata, 1628. Serui 28. Iulij 245.

4 Generali, ne concedat exemptionem totalem à iuriſdictione Prælatorum inferiorum, 1646. Trinitarij di Portogallo 9. Settemb. 8. 1647. Oſſeruanti 1. Decemb. 9.

5 *Moniales* Mendicantes exemptæ ſunt etiam à decimis, & alijs impoſitionibus Papalibus, 1604. Terni 5. Octobris 62.

6 *Subcollectores*, & Commiſſarij ſpoliorum, gaudent exemptione, tam durante, quam finito officio, ſed officio finito, in criminalibus tantum, vt patet ex Conſt. fel. rec. Vrbani VIII. tenoris ſubſeq.

Vrbanus Papa Octauus ad perpetuam rei memoriam. Alias recol. mem. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter, indemnitati Miniſtrorum Cameræ Apoſtolicæ, ne vllis moleſtijs, litibus, vel incommodis fatigarentur, opportune prouidere cupiens; quod omnes, & ſingulæ cauſæ tunc motæ, & pro tempore mouendæ, quorumuis prætenſorum exceſſuum, criminum, & delictorum, per quoſcumque ſubcollectores, & Commiſſarios, tam generales, quam particulares, in quibuslibet Prouincijs, Ciuitatibus, & diœceſibus Regni Neapolitani, per tunc, & pro tempore exiſtentem Nuncium Apoſtolicum, & Collectorem generalem deputatos, cōmiſſorum, à tunc & pro tempore exiſtente Nuncio Apoſtolico, in eodem Regno commorante ſolum, non autem à quibuſuis alijs Iudicibus, etiam locorum Ordinarijs, non modo durante eorum officio, ſed etiam poſt ipſum dimiſſum, donec viuerent, audiri, cognoſci, & decidi poſſent, & deberent, ſtatuit, & ordinauit; prædictiſque Iudicibus, & locorum Ordinarijs, ne in illis ſeſe quouis prætextu, vel quæſito colore intromittere quoquomodo quatenus auderent, vel præſumerent, diſtrictius inhibuit, prout in ſuis litteris in ſimili forma Breuis, ſub datum die 4. Ianuarij 1575. Pontificatus ſui anno tertio expeditis, plenius continetur. Cumque poſtea, vt accepimus, fuerit à nonnullis pluries dubitatum, an prædictæ litteræ Greg Prædeceſſoris prædicti, de prætenſis exceſſibus, criminibus, & delictis, durante officio duntaxat, vero etiam de alijs poſt finitum eorum officium, præmittitur, donec viuerent, commiſſis, intel deberent; & deſuper diuerſas reſolutiones, etiam ad inuicem contrarias, emanaſſe aſſeratur. N volentes finem huic dubitationi imponere; & attendentes, quod ijdem ſubcollectores, & Commiſſarij in concernentibus ſeruitium Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ timidiores ac negligentiores fierent, ſi ſub prædictorum Iudicum, & Ordinariorum iuriſdictione poſt finitum eorum Officium ſe relictum iri timerent; & propterea iuſto metu retraherentur à gerendo, vt debent, eorum officio, dubitantes, ne, illo finito, prædicti Iudices, & locorum Ordinarij, in illos, etiam ex cauſis mendicatis, ſæuirent: quod in non modicum præiudicium Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ redundaret. Idcirco motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra conſtitutione perpetuo valitura, cognitionem, & deciſionem cauſarum prætenſorum exceſſuum, criminum, & delictorum, per prædictos ſubcollectores, & Commiſſarios, à Nuncijs, & Collectoribus Apoſtolicis, tam in Regno Neapolitano, quam in alijs Prouincijs, Regnis, & locis, etiam ſpeciali nota dignis, & vbique terrarum, & locorum, per Nuncios ſiue Collectores Apoſtolicos hactenus deputatos, & pro tempore deputandos, quandocumque, etiam poſt finitum eorum officium, commiſſorum, vt prætenditur, & patratorum, ſpectaſſe, & ſpectare ad Nuncios, & Collectores Apoſtolicos pro tempore exiſtentes, priuatiue quo ad quoſcumque alios Iudices, etiam locorum Ordinarios prædictos, declaramus, &, quatenus opus foret, decernimus, ſtatuimus, & ordinamus.

mus. Ne autem inde maior libertas delinquendi, & exceſſus committendi, eiſdem ſubcollectoribus, & Commiſſarijs naſcatur; & ne eorum delicta, ſi quæ patrata eſſent, vel patrarentur in poſterum, impunita remaneant, volumus, quod Collectores Cameræ Apoſtolicæ, nunc & pro tempore exiſtentes, inter ſtatuta per eorum ſubcollectores,& Commiſſarios obſeruanda, tam ab ipſis Collectoribus iam edita, quam etiam in poſterum edenda, etiam impreſſa, addant comminationem de eoſdem ſubcollectores, & Commiſſarios, priuando huiuſmodi priuilegio, & illos ordinariæ iuriſdictioni ſubijciendo, quatenus poſt dimiſſum officium ab exceſſibus, & delictis committendis non ſe abſtineant; quodque prædicta ſtatuta in Cancellarijs Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum, retineantur affixa. Decernentes præſentes litteras, &c.

Datur Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 2. Iulij *1636.*

7 Supradicta tamen conſtitutio limitata, vel declarata fuit non habere locum in Parochis amotis,iuxta decretum Sacræ Cõgregationis Concilij, quod authenticum vidi, & deſcripſi tenoris ſubſeq.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum, facto verbo cum Sanctiſs. D. N. cenſuit die 14. *Aprilis* 1646. *Parochos non poſſe in ſubcollectores, nec in Commiſſarios, quocumque titulo, deputari, & hucuſque deputatos, & in huiuſmodi Officijs quoquo modo deſeruientes, eſſe amouendos; iſtoſque amotos, & alios quoſcumque amplius non ſeruientes in eiſdem Officijs, non debere priuilegio exemptionis à iuriſdictione, & correctione Epiſcoporũ gaudere, etiam ſi poſt deputationem renunciauerint, vel renuncient Eccleſijs Parochialis, de quibus erant prouiſi. Cum derogatione conſtitutionis Gregorij XIII.& aliorum Summorum Pontificũ.*

8 Cum aliquod Oppidum eſt nullius diœceſis, Epiſcopus, cuius Cathedralis eſt proximor, poteſt, & debet illud viſitare, præſertim quo ad curam Animarum.*Conc. Trid. ſeſs.*24. *c.*9.

Ad quem etiam ſpectat facere concurſum, & dare dimiſſorias ipſius Clericis ſæcularibus, vel ipſis ordines conferre, præcedentibus litteris teſtimonialibus Prælati loci, vel Vicarij eius. Sicut fuit deciſum in ſubditis Archipresbyteri Altamuræ reſpectu Epiſcopi Grauinæ,& aliis, &c. 1605. Al Veſcouo di Grauina, 25. Ian. 8. & 9. Nullius Cerignola 14. Febr. 15. 1606. Chiuſi 7. Aug. 66. ✝ Prælatus tamen Nullius poteſt approbare ad Confeſſiones,& abſoluere à caſibus reſeruatis. *

Excipe caſum; quando Prælatus haberet ex indulto Apoſtolico, vel ex quaſi poſſeſſione temporis immemorabilis, opportunam facultatem congregandi Synodum, quam cum effectu conuocaſſet, in eaque deputaſſet Examinatores Synodales: eo enĩ caſu ad ipſum Prælatum ſolum ſpectaret dare litteras dimiſſorias ad Ordines, ac facere concurſus pro Parochialibus vacantibus: nec Epiſcopus vicinus ſeſe ingerere poterit, vt reſoluit Sacra Congregatio Cõcilij, 1595. Nicaſtro 24. Ian. 361. *verbo Dimiſſoriæ.* ✝ Sicut nec etiam in viſitatione. *Othob. deciſ.* 82. c. tamen Concilij non habet locum in dimiſſorijs, niſi ſpecialiter concedantur. *

9 *Quando ceſſet.* Exemptionis à publicis muneribus priuilegium habens, tenetur tamen ad conſtructionem Pontium,& viarum, niſi ſpecialiter huius rei conceſſa ſit Immunitas: quia de iure Ciuili ad hoc etiã Eccleſia tenetur; de Iure vero Canonico non niſi Papa conſulto, & annuente. Vt ſeruari vidi in ampliatione cuiuſdam torrentis, qui vulgo *Marroggia* dicitur, cum ingenti adiacentium Agrorũ pernicie per Spoletanam Vallem, præſertim Trebiatum fines, excurrens. *V. c. Non minus, & cap. Aduerſus. De immun. Eccleſ. l. Ad inſtructiones 7. C. de Sacroſ. Eccleſ. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ, in præfat. §. Item legatum, circa fin. Bonac. diſp.* 2. *quæſt.*9. *pun.* 2. *n.* 3. *tom.* 2. *Diana* 1. *de immun. Eccleſ. reſol.*38. *& decreta, quæ retuli in meo Compend. Epiſcoporum v. Immunitas num.* 124. *& ſeqq.*

10 Laicus Commiſſarius feſtorum nullo extra diœceſim gaudet priuilegio, 1604. S.Seuerino 15. Nouemb.61. *verbo Feſtum* 9.

11 Non prodeſt familiaritas acquiſita poſt commiſſum delictum,1620.Mileto 31. Ian. 16. *v. Subcollector.*

Nec ei, qui actu non ſeruit, 1646. 18. Maij 5.

12 Exemptio conceſſa occaſione litis, expirat ea finita,1602. Aiqui 25.Octob.114.

13 Exempti renunciare poſſunt priuilegijs, 1602. Aſcoli 20. Aug.90. *v.Subcollect.*

14 *Ordinario ſubijciuntur* in multis caſibus.

I. In cauſa hæreſis. *Ad abolendam,* 9. *De hæret.*

II. Cum Religioſi exempti habent præſentare,vel nominare Rectores ad Eccleſias Parochiales, Epiſcopus non debet eos admittere, nec inſtituere, niſi exempti congruam Rectori fructuum portionem aſſignent, vnde poſſit commode ſuſtentari,& Epiſcopalia iura,aliaque incumbentia onera ſopportare, non obſtante conſuetudine in contrarium: niſi ipſi Religioſi vellent huiuſmodi onera ſupportare, Rectorem ipſum, vt fratrem benignè tractando. *c.* 1. *de præben. in* 6. *Clem.*1. *de Iurepat.*

Multo

Multo magis exempti, qui habent Parochiales extra territorium, tenentur in eis deputare Curatum cum approbatione Epiſcopi, 1601. Salerno 16. Iulij 173.

III. Si obtinent Cappellas, & Beneficia non exempta, ratione illorum ſubſunt Ordinario. *c. Cum Capella* 16. *De præſcript.*

IV. In Clauſura Monialium. *c.1. in fine, de ſtatu Regul. cap. 1. eod. in 6. Conc. Trid. ſeſſ.*25. *Regular. c.*5.

Et alias in delinquentes circa perſonas degentes intra ſepta Monaſteriorum Monialium, etiam Regulares. Greg. XV. conſtit. 18. *Inſcrutabili*.

In Monaſterijs tamen ſubiectis immediatè Papæ, Epiſcopus nihil poteſt in temporalibus, ſed tantum in ſpiritualibus. *Sacra Congregatio Concilij ad c.9. ſeſſ.25. vt refert Paſqualigus*. Nec repugnare videtur dicta conſtitutio, ſi rectè aduertatur. Vnde ita reſoluit etiam Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium pro Epiſcopo Lucenſi in Moniales S. Iuſtinæ.

V. Chriſma, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, & Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, & his ſimilia, à Diœceſano Epiſcopo petere tenentur exempti, niſi aliud habeant ex priuilegio, vel præſcripta conſuetudine. *c. Veniens* 19. *De præſcript.* v. Regularis. *& c.1. de Relig. dom.*

VI. Tenentur Interdictũ ſeruare, quod Matrix Eccleſia ſeruat, & dies feſtos, quos Epiſcopus inſtituerit. *cap. Cum inter vos* 5. *de conſuet.*

VII. Tenentur Excommunicatos vitare, & pro manuum iniectione in Clericos, vt excommunicati vitari. *cap. Nulli* 8. *de ſent. excomm.*

Vnde ad hoc, vt euitentur, poſſunt ab Ordinario denunciari, quando in aliquam excõmunicationem inciderunt, 1626. Maſſa 11. Decemb. 203. 1646. Venoſa 9. Nouembris 6.

VIII. Non poſſunt conſtruere Oratoria, vel Cappellas in loco non exempto abſque licentia diœceſani: in exempto vero requiritur Sedis Apoſtolicæ priuilegium ſpeciale. *c.4. De priuileg. in 6.*

IX. Monetarij. Vrb. VIII. conſt.75. *In ſuprema*.

X. Sortilegi, præſertim Aſtrologi iudiciarij, qui iudicia faciunt ſuper ſtatu Chriſtianæ Reipublicæ ſeu Sedis Apoſtolicæ, vel ſuper vita, aut morte Summi Pontificis, vel conſanguineorum eius vſque ad tertium gradum; Eccleſiaſtici ſiue ſæculares, ſiue Regulares, ſubſunt quo ad hoc in Vrbe Vicario, & Gubernatori; extra in ſtatu Eccleſiaſtico legatis, & Præſidibus, vel Prolegatis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis alias locorum Ordinarijs, priuatiuè quo ad omnes, etiam ſuperiores ipſorum Regularium. *Vrb. VIII. cuius conſtitutionem retuli in tit. de ſent. excom. n.*202. §.2. v. Ordinarius.

VI. Clericus ſæcularis delinquens puniri poteſt ab Ordinario non obſtante aliquo priuilegio perſonali. *Trid. ſeſſ.6. c.3.*

De Regulari dic vt infra v. Regularis num.11. & ſeqq.

15 Exemptio conceſſa à iuriſdictione Epiſcopi & Vicarij, non extenditur ad ſucceſſorem, 1604. Giorgento 1. Iunij 66.

Maximè ſi eo mittatur Vicarius Apoſtolicus, 1601. Siracuſa 20. Auguſti 190.

✝ Sacra quoque C. C. in vna Aleriæ 4. Nouemb. 1637. cenſuit, exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi obtentam de tempore, quo quis non erat Canonicus, non ſuffragari poſt obtentum Canonicatum. *

16 Prohibitio innouandi contra Parochum non impedit executionem decretorum viſitationis pro conſeruatione, & adminiſtratione Sacramentorum, ac bono Parochialis regimine, 1617. Teleſio 8. Apr.

Nec quod non teneatur oſtendere Bullas Beneficij, vel litteras teſtimoniales ordinum, & obedire ordinationibus generalibus, 1603. Montalto 14. Nouemb. 132.

17 Dum de exemptione non conſtat, Ordinarius procedere poteſt, 1602. Bouino 17. Decembris 151.

18 Fratribus ab Ordinario carceratis etiam captura debet reſtitui, 1603. Ferentino 13. Maij 35. 27. Maij 41.

EXHEREDATIO Filius. Teſtamentum.

Et quæ dixi lib.2. Ciuilium, tit.13. De exheredatione liberorum.

EXILIVM *Exorciſmus*.

1 Rei mitti poſſunt in exilium, licet torturam ſuſtinuerint, 1604. Marſi 1. Iunij 63.

2 Nullus Ordinarius imponere poteſt exilium ab Vrbe, quia eſſet impedire recurſum contra bullam Cœnæ, 1605. Amalfi 5 Nouembris 80.

3 Sacerdos exul celebrare poteſt, ſi ei aliud non obſtat, 1602. Macerata 4. Sept. 94.

4 Sententia exilij non comprehendit priuationem beneficij. *Regiſtr.* Regul. 1602. 3. Decembris 85.

Et per conſequens Beneficiatus exul, ſoluta, vel aſſecurata mercede ſubſtituti, non amittit reliquos fructus beneficij, 1601. Viterbo 9. Iunij 156.

5 Fractor exilii incidit in pœnam triremium, 1604. Sutri 10. Febr. 21. *Arg. l. Relegati* 4. *ff. n. de pœnis*.

6 Pœna

6 Pœna contrauentionis reſeruatur Sacræ Congregationi, ſi exilium fuit impoſitum ab ipſa, 1601. Bertinoro 7. Nou. 226.

EXORCISMVS.

1 N*On placet*, quod Regulares exorcizent ſine licentia Ordinarij, qui id eis prohibere debet, 1625. Fiorenza 22. Februarij 39.

Et ſi id faciant cruculis,& alijs modis inſolitis, mittuntur in exilium,1603. Venetia 27. Octobris 81.

2 Adhibitis debitis diligētijs ad cognoſcendum, an Monialis ſit reuera vexata, datur licentia Sacerdoti ſæculari, vel regulari, moribus,& ætate graui, eam exorcizandi in Eccleſia exteriori, intra terminum trium, vel ad ſummum ſex menſium, coram confeſſario, & duabus vel tribus feminis conſanguineis, & ianuis clauſis. Modo expleto exorciſmo, ſtatim reducatur in clauſuram. Si vero Spiritus, vt plurimum, erunt ficti; carceres, flagella, ieiunia, compedes,& ſimilia intra clauſuram erunt eiuſmodi energumenarum exorciſmi,1580. Tiuoli 20. Iulij 128. &c. 1600. Fano 18. Aprilis 31. &c. 1616. Vicenza 14. Maij 74. 1649. Bologna 8. Octobris 2.

3 Graue indicium diabolicæ vexationis eſt, quando ex fide iurata Medicorum cōſtat, nulla adhibita medicamenta profuiſſe, 1645. Parma 10. Nouemb. 31. Sulmona 41.

Regulariter non conceditur licentia cōducendi Moniales in domos priuatas ad exorcizandum, 1582. Oſmo 21. Aug. 111. 1612. Aquen. 15. Iunij 82.

Neque ad viſitanda loca ſancta, 1582. Giorgento 3. Octobris 130.

4 *Clauſuram*, ad exorcizandum ingrediendi licentia Ordinarius non concedit, 1601. Reggio 15. Maij 62. 1610. Cremona 1. Octobris.

Neque S.C. illam concedere ſolet, 1606. Vicenza 14. Maij 74. 1617. Mondoui al Nūtio di Turino, 10. Ian. 7.

Et ſi concedatur, intelligitur tantum pro benedicendis cellis, de infectione ſuſpectis, 1495. Imola 22. Febr. 3. Milano 2. Maij 31.

Cum aſſiſtentia Abbatiſſæ, & comitatricum, 1632. Senegaglia 18. Iunij 45.

5 Prorogatio non conceditur, quando ex diuturna exorcizatione nō ſequitur bonus effectus, 1639. Spoleto 1. Iulij 39.

6 Nouitia energumena Patri redditur, ad Monaſterium non reuerſura ſine licentia S. C. 1600. Tortona 20. Nouemb. 9.

EXPECTATIVAE Doctor. Habitus.

EXPENSAE.

Capitulum. Cauſa. Debitor. Doctor. Filius. Informatio. Iuramentum. Calumnia. Pater. Proprietas. Recurſus. Reſtitutio. Reus. Synodus.

1 C*Auſam* probabilem habens litigandi, vel probabilem Doctorum opinionem pro ſe, non punitur in ſumptibus litis. *l. Qui ſolidum* 78. *ff. de legat.* 2. *c. Sacro* 48. *De ſent. excom. Bart. in l. Deſtitiſſe, ff. u. de iudic. v. Doctor.* Alioquin metu expenſarū dimitteret quis ius ſuum indefenſum. *l. Illud* 40. *ff. de petit. Hered.*

Hoc tamen locum non habet in cauſa appellationis: niſi aliquid de nouo fuiſſet probatum, cuius vi fuit aliter iudicandum. *gloſ. in c. Ignorantia* 13. *de Reg. Iur. lib.* 6.

Item quando quis condemnatur, abſente Actore, pro quo ſententia fertur. Nam quandocumque pro abſente ſententia fertur, non condemnatur præſens in expenſis: quia Iudex non tenetur condemnare victum in expenſis, niſi Victore petente, licet eſſet vterque præſens. *c.* 4. *de pœnis.*

2 Quomodo taxandæ ſint expenſæ factæ in lite, retuli deciſionem Rotæ Magiſtralem lib. 4. Ciuilium tit. 6. De action. n. 49.

Et quod expenſæ probantur per iuramētum eius, qui eas fecit. *c. cum olim, il* 2. 14. *iuncta gloſ. v. Iuraueras. De priuileg.*

3 *Monialium* officiales nullæ faciant de proprio expenſas ſui officij, 1642. Foligno 28. Febr. 67.

4 Pro verificandis conditioribus in licentijs Monachandarum appoſitis, non debent mitti commiſſarij, vel exigi viatica, ſed committi Vicario foraneo, 1605. Gerace 14. Nouembris 297.

5 Expenſæ ſuperfluæ non debent permitti Monialibus, neque occaſione feſti de ſancto ſui nominis, 1629. Gerace 9. Settembre 133. 1646. 4. Maij 1.

Neque conſecrationis, 1646. 20. Aprilis 27. 27. Iulij 49.

EXPLORATIO *Habitus. Voluntas.*

1 C*ollocata* in Monaſterio pro exploratione non permittitur aliquem alloqui, præter Abbatiſſam, nec accipere victum à conſanguineis, 1611. Perugia 9. Decembris 151.

2 Exploratio voluntatis Nouitiarum ante profeſſionem fit, vel ad Crates, vel ad feneſtellam Communionis, vel etiam in Eccleſia exteriori, 1621. Napoli 20. Mar. 41.

✝ Exploratio voluntatis pertinet ad Epiſcopum, in cuius diœceſi ſitum eſt Monaſteriū. Rauenna 11. Maij 1582. lib. 3. 343.*

EXTERI *Dos. Educandæ.*

1 I*N locis* numerarijs poſſunt Ciues exteris præferri, maximè ſi Monaſteriū eſt nouiter erectū, 1602. Fano 2. Iulij 40.

Modo non excludantur exteræ, dum pro ipſis etiam adeſt locus: niſi Fundator expreſsè iuſſerit exteras excludi, 1603. Sorrento 8. April. 23. 1611. Polignano 16. Decembris §. 3.

Vel ex decreto S. C. ne propter exteras excludantur ciues, 1604. Nocera 22. Sept. 54.

Vel ex indulto Apoſtolico, vt exteræ nō admittantur in locis numerarijs, 1628. Reggio 21. Ian. 32.

Hoc tamen non habet locum, quando fuit acceptata extera ex eo, quod nulla ciuis comparuiſſet, 1613. Ripatranſona. Nouembris 119.

Dum enim ceſſat concurrentia, poſſunt exteræ acceptari, non obſtante prædicto Indulto, vel decreto, 1614. Camerino 25. Aprilis 50. Terni 19. Decembris 166.

2 Non debet fieri decretum, quod exteræ non recipiantur, niſi ſoluant dotem duplicatam, 1603. Como 10. Ian. 46.

Vel maiorem ciuibus, 1616. Città di Caſtello 30. Sept. 143. 1618. Nola 22. Iun. 104. 1627. Modena 29. Ian. 27.

Niſi de licentia S. C. 1593. Lucca 9. Auguſti 247.

EXTORSIO.

Ordinarius.

1 C*Enſetur extorſio*, accipere pecuniam pro caſſatione querelæ, 1603. Rieti 15. April. 43. & carcer cum 4. ſcutis Adoleſcenti 14. annorum, ſolum quod negaſſet pignus executori Curiæ Eccleſiaſticæ exequenti mandatum Iudicis laicalis, 1655. Nocera 19. Nouembris 306.

2 Et pro ſententia ſportulas exorbitantes, 1603. Reggio 15. Iulij 79.

3 Pœna extorſionis eſt eadem cū pœna concuſſionis; nimirum, vt vltra reſtitutionem extortæ pecuniæ puniatur etiam criminaliter pœna extraordinaria, nec tollitur præſcriptione. Non tamen extorſio præſumitur: vnde accuſatori incumbit eā probare. *Farin. pract. crim. quæſt.* 111. *nu.* 39. 44. 49. 52. 55.

EXTREMA VNCTIO.

Euchariſtia. Maria. Oleum. Parochus.

F

FABRICA.

Actor. Cella. Appellatio. Eccleſia. Epiſcopus. Legatum. Proſpectus.

1 A*Dminiſtratores*, tam Eccleſiaſtici, quā laici, debent expendere redditus cum participatione Ordinarij, vel eius Deputati, non obſtante contrario abuſu, 1586. Cremona 4. Martij 204.

2 Eleemoſynæ pro Fabrica deponi debent, donec incipiatur, 1603. Città della Pieue, 28. Nouembris 140.

In Sacro Monte, quatenus adſit, 1605. Breſcia 20. Decembris 91.

3 De redditibus Fabricæ poſſunt emi annui cenſus, in eius vtilitatem inſumendi, dum in præſentiarum non eſt opus reparatione, 1593. Larino 22. Nouemb. 301. *v. Eleemosyna* 33.

4 Permittenda Cōfraternitati quæſtuatio ad perficiendam Fabricā Eccleſiæ, 1633. Lucca 15. Aprilis 38. *v. Quæſta*.

5 Senex 85. annorum compelli nō debet ad inſeruiendum Fabricæ, 1616. Narni 21. Octobris 128.

6 Nullus Abbas fabricari valeat ſine licentia Generalis, & Viſitatorum in ſcriptis, quam concedere nequeant, niſi Monaſterium illud ſoluerit omnes taxas decurſas, & remaneat quantitas ſufficiens pro futuris, 1633. Camaldoli 8. Apr. 112.

7 *Moniales*, non debent ab ædificijs Fratrum dominari, 1601. Spoleto 3. Sept. 88.

Immo Fabrica Regularium diſtare debet ſaltem per decem palmos ab Eccleſia Monialium, 1604. Coſenza 27. Iulij 27.

Et à quolibet loco pio muliebri, 165[illegible] 9. Septembris 5.

8 Moniales non poſſunt fabricas facere ſine licentia S. C. 1650. Ancona 30. Sept. [illegible]

Neque cum damno Monaſterij vicini, 1603. Arezzo 1. Septembris 66.

Neque debita pro ea contrahere, 1600. Peſaro 5. Decembris 12.

Neque expendere ſortes, ſed tantum fructus, 1603. Caſtell'à Mare, 26. Martij 19.

9 Proſpectus in Monaſteria, & omne id, quod Clauſuræ præiudicare poteſt, debet omnino remoueri expenſis eius, qui fecit: & vbi non eſt tertius, Monaſterij. Ad quod Ordinarius cogere debet etiam in Monaſterijs, quæ reguntur à Regularibus, 1578. Rieti 12. Maij 81. 1647. 15. Febr. 4. 1648. 19. Iunij 5.

FACERE.

Differt ab Agere. v. Actus.

FACIES. Pœna.

FALCIDIA.

Donatio 5. *Legatum. Legitima.*

1 D*Icitur* Quarta hæreditatis, quando hæreditas eſt exhauſta per legata, vel fideicommiſſa: tunc enim inſtitutus hæres poteſt detrahere quartam de ſingulis legatis, vel fideicommiſſis. Quæ Quarta dicitur *Falcidia*, vel à falce, ad cuius inſtar reſecat legata; vel, vt probabilius, à Falcidio Auctore.

2 Falcidia nō debetur de eo, quod pœnæ nomine accreuit. *gloſ. c. Raynaldus de teſtam.* vt dixi in tit. de lege Falc. n. 4.

3 Te-

3 Teſtator prohibere poteſt detractionem Falcidiæ: *Auth. Sed cum Teſtator, C. Ad l. Falcid.*

Et Trebellianicæ, etiam Fideicommiſſarijs primi gradus. *Rota in vna Ciuitatis Caſtelli Fideicommiſſi Mercurij 26. Ianuarij* 1609. *coram Ludouiſio.*

Licet quidam arbitrentur, parentes liberis, ſicut legitimam adimere nequeunt, ita nec Trebellianicam prohibere poſſe.

FALLACIA.

Auaritia. Culpa. Deceptio.

FALSVM.

Inſtrumentum. Moneta. Notarius. Teſtis.

1 QVid. Eſt quod animo corrumpẽdæ veritatis in alterius fraudem dolo malo fit. *Oinot. Inſt. de publ. iud. §. Item lex Cornelia de falſis, n.2.*

2 Quomodo contingat ſcripturas falſificari præſertim litteras Apoſtolicas, dixi in Can. lib. .tit.20. De crimine fal. n. 1. & ſeqq.

3 An amiſſæ ſcripturæ de hæreditate vel nobilitate liceat aliam ſimilem facere: & an liceat Parocho facere fidem de baptiſmo alicuius, dicendo ſe illam de baptizatorum libro deſcripſiſſe, quando liber ille perditus eſt?

Quidam negant: quia nihil aliud eſſe videtur, niſi falſitas, & mendacium, quæ ſunt intrinſecè mala, nec aliqua bona circumſtantia cohoneſtari poſſunt. *Em. Sà, v. falſarius num. 2.*

Quidam, quos refert *Diana* 5. *tr.* 14. *reſol.* 40. probabiliter affirmant, quia non poteſt dici falſum, quod iuuatur primordio veritatis. Licet ipſe *Diana 3. tr.6. reſol.*56. contrarium abſolutè teneat. *Et 5. tr.14. reſ.*40. quoſdam alios refert pro affirmatiua, alia ſimilia exemplificans.

4 Iurans pro certo, quod quis audiuit à fide digno, in foro conſcientiæ excuſatur, non vero in foro exteriori, quia reddere debet rationem ſui dicti. *Diana* 4. *tr.* 4. *reſol.*77. *&* 5. *tract.*7. *reſol.*10. *Et ego in Collect. Prou.*8. 17. 19.

5 Suſpicio falſi habetur pro falſitate. *Zilet. tom.* 1. *Conſil. crimin.*121. *n.*3.

Nam in ciuilibus ſola ſuſpicio falſitatis admittitur pro retardanda cuiuſcumque inſtrumenti executione, aut tollenda illius fide. *Rota in vna Firmana Profeſſionis* 2. *Decembris* 1639. *coram Roias Diana. in fine 6. Par.* vt dixi in Can. 5. tit. 20. n. 1. §. 50.

6 Falſum ſemper excluditur, cum quid producitur cum clauſula, *ſi & quatenus pro me facit*: falſum enim pro eo non facit. *Zilet. conſil.* 139. *n.*19.

7 *Pœna* falſi ſecundum leges in ſeruo eſt mors, in libero vero deportatio cum bonorum omnium confiſcatione. *l.* 1. *ff. n. de fal.*

8 Falſificans Acta debet cauſam perdere. *l. fraudem, §. Quoties. & ibi gloſ. ff. n. de Iure Fiſci. Iaſ. in l. Diuus, ff. n. de iudic. n.*16.

9 Vt quis puniri poſſit propter vſum Inſtrumenti falſi, oportet interrogetur, an velit vti, & reſpondeat quod ſic. *Zilet. conſil.*117. *n.*56.

Vel probare, quod ſcienter, & doloſè vſus fuerit. *num.* 57.

10 *Probatio.* Vna falſitas arguitur ab alia. *Zilet. conſ.*121. *num.*3. *&* 5. *tom.*1.

11 In materia falſi ad plenam probationem ſufficiunt duæ præſumptiones, vt ſcripturæ fides non detur. *Zilet. conſil.*128. *n.*1.

12 Falſitas non præſumitur, quando probationes ipſam neceſſario non concludunt. *Zilet. conſ.* 117. *n.*14.

13 Falſus non præſumitur, qui nullum reportat commodum. *Zilet. conſil.*162. *n.*12.

Non enim datur præſumptio fraudis, vbi non adeſt lucrum. *Aym. conſil.* 75. *num.* 16. *& ſeqq. Corn. conſil.*63. *n.*9. *lib.*3. *Decian. conſil.* 57. *num.* 36. *lib.* 2. *Menoch. lib.* 5. *præſumpt.*2. *num.*18. *Ex Rota.*

FAMA *Detractio. Honor. Teſtis.*

1 QVid ſit, & quam probationem faciat, dixi in Can. lib. 2. tit. 19. De probat. n. 19. & ſeqq. *Vide Clauem Reg. lib.* 11. *c.*3. *n.* 1. *& ſeq.*

2 *Reſtitutio* famæ non eſt neceſſario facienda.

I. Cum quis alterum infamauit, verum crimen, ſed occultum, reuelando: tunc enim ſufficit à tali murmuratione ceſſare, & infamatum, data opportunitate, honorificè tractare, vel laudare.

Probabilius tamen videtur, quod cum quis iniuſtè reuelauit verum crimen alterius, ſed occultum, nec aliquam habet cauſam à reſtitutione excuſantem, non ſufficere reſtituendi modum, quo dicat, ſe male, & iniuſtè crimen illud reuelaſſe: quia hoc apud doctos erit potius renouatio infamiæ, quam reſtitutio famæ. Nec ab infamia ceſſando, & infamatum laudando, quia hoc non ſufficit. Sed cum teneatur omni licito, & poſſibili modo reſtituere famam, debet dicere, ſe falſum dixiſſe, ac fuiſſe mentitum: quia reuera cum iniuſtè, ac deliberatè reuelauit, habuit iudicium practicum, bonum eſſe reuelare Crimen Fratris, quod erat falſum practicum, & mẽdacium, quo ſenſu omnia peccata dicuntur falſitates, & mendacia. *Id quod late proſequitur Clauis Regia lib.*11. *c.* 4. *n.* 21. *& ſeqq.*

II. Quando Infamator famam reſtituere non vult, vel non poteſt, non tenetur pe-

cunia compenſare. Quia tamen opinio cõtraria eſt probabilis, poteſt infamatus ex bonis infamantis ſibi compenſare, ſeruatis regulis compenſationis.

III. Quando duo mutuo ſe infamarunt, ſi infamiæ, & cetera ſint paria.

IV. Interrogatus de crimine vero, ſi neget, nulli tenetur ad reſtitutionem.

V. Quando detractio facta eſt verbis generalibus, puta aliquem eſſe ſuperbum, ambitioſum, mendacem; niſi de Prælato, vel alio graui viro, talia dicerentur.

VI. Quando detractio eſt antiqua. *Supra v. Detractio n.2.*

VII. Probabile eſt, in nullo caſu famã reſtituendam eſſe cum periculo vitæ. *Diana 3. tr.5. reſ.303*

FAMILIARES.

Conuerſa. Exemptio. Grex. Patronus. Teſtis.

EPiſcoporum, & Cardinalium gaudent priuilegio fori, vt ſatis & latè probaui in Can. tit. de ſent. excom. n.109. §.8.

1 ✝ Cardinalis atteſtatio admittitur ſuper vita, & moribus ſui familiaris triennalis. C. C. 16. Maij 1631.

2 Beneficia, quæ ex indulto Apoſtolico conferenda ſunt originarijs, conferri non poſſunt exteris, licet ſint familiares triennales Epiſcopi. Beneuentana 25 Maij 1604.*

FAMVLVS *Seruus.*

CArdinalium famulis ſtipendia non conuenta petere prohibuit ab hæredibus Pius V. Conſt. 5. *Sanctiſſimus*. Aliorum vero Romanæ Curiæ Prælatorum pro biennio tantum: & infra annum à die eorum obitus Paulus III. Conſt. 43. *Cum ſicut*. De qua materia dixi latius lib. 3. Ciuil. tit. 25. loc. n.26.

FASCINATIO.

FAſcinationis cauſæ aſſignantur diuerſæ: ſed illa certiſſima videtur, quam affert *S.Thom.1.q.117. 3. 2.* Nempe quod cum Anima vehementer ad malitiam commota fuerit, immutantur ſpiritus corpori coniũcti, præſertim in oculis, & inficiunt quos intuentur vſque ad determinatum ſpaciũ, præſertim tenellos & impuberes, vt latius dixi in Collect. ad Galat. 3. 1.

FEMINIVM *Filius.*

SVb maſculino in materia pœnali, & odioſa probabile eſt non comprehendi. *Ex Decio Reg. Feminã n. 48. 83. 95. ff. n. de Reg. iur. Salas, & alij. Bonac. t.1. de clauſ. q.4. pun. 6. n.5.*

Et latè quando Maſculinum concipiat Femininum. Decius l. c. n.95. & ſeqq.

FENESTRAE *Clauſura. Eccleſia. Proſpectus.*

1 PArticularium reſpondentes in aliquã Eccleſiam, claudi debent, maximè ſi proſpectum habeant ſuper Altaria, 1583. Siuiglia 5. Iulij 165. 1565. Meſſina 29. Octobris 227. 1602. Sulmona 4. Iunij 57. 1648. 6. Nouembris 4.

2 Vel in Clauſuram Monialium, 1602. S.Benedetto 15. Ian. 5. Milano 5. Martij 10.

Cum Cautela tamen, ſi domus erant Monaſterij, vel ſi via eſt intermedia: dubium eſt enim, an de Iure cogi poſſint, 1602. Giorgento 23. Aprilis 25. v. E ben facto.

3 Feneſtræ vero, & quæuis alia foramina Regularium, ſpectantia in hortum, vel clauſuram Monialium, omnino claudendæ ſunt, 1603. Amelia 23. Decemb. 99. 1639. Napoli 2. Decembris 256.

4 Feneſtræ tam altæ ſint, vt ad lumen tantummodo ſeruiant, 1601. Città di Caſtello 12. Martij 46.

Nec tolerari debet, quod propter vicinitatem, & correſpondentiam feneſtrarum, Moniales poſſint videre vicinos vel videri, 1594. Nicaſtro 16. Aug. 254.

5 Feneſtella communionis deſeruire non poteſt pro Confeſſionario, neque per modum prouiſionis, 1604. Borgo S. Donnino 9. Aug. 36.

6 Ibi miniſtratur chriſma Monialibus, & alijs in Clauſura degentibus. *Ibidem*.

Velum Profitentibus, & cõſecratio Profeſſis, 1617. Bologna 17. Sept. 246.

7 Alias debet eſſe ſemper clauſa feneſtellis ligneis interiùs, & exterius. *Ibidem.*

8 Debet eſſe lata palmo integro, aut dimidio, 1618. Piſa 13. Iulij 242.

9 Et ita reſtringi, vt non poſſit ad alium vſum deſeruire, 1600. Marſi 5. Decemb. n.

FESTVM.

Confraternitas. Exemptio 10. Græci. Iudæi Iudex. Miſſa. Monitorium.

1 QVid. Sabbatum, quod ſignificat primam creationem, mutatur in Dominicam, in qua commemoratur noua Creatura inchoata in Reſurrectione Chriſti. Et ſimiliter alijs ſolemnitatibus veteris legis nouæ ſolẽnitates ſuccedunt: quia beneficia Populo Hebræo exhibita ſignificant beneficia Nobis conceſſa per Chriſtũ. Vnde feſto Phaſes ſuccedit feſtũ Paſſionis, & Reſurrectionis Chriſti. Feſto Pentecoſtes, in quo data fuit lex vetus, ſuccedit feſtum Pentecoſtes, in quo data fuit lex ſpiritus vitæ. Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum Beatæ Virginis: in qua primo apparuit illuminatio ſolis Chriſti per copiam gratiæ. Feſto Tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum. Feſto expiationis ſuccedunt feſta Martyrum, & Confeſſorum. Feſto Tabernaculorum ſuccedit feſtum conſecrationis

Eccle-

Eccleſiæ. Feſto Cœtus atque Collectæ, ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam omnium Sanctorum. *S. Thom. l. 2. q. 103. 3. 4.*

2 *Mutare diem* feſti, ne concurſum ad Cathedralem impediat, non poteſt Epiſcopus, 1604. Tropea 15. Maij 52.

† Petitum fuit declarari, an veniente feſto Sanctiſſimæ Annũciatæ in diebus maioris hebdomadæ, ſeu alio die, quo transferri debeat eius officium, ſit etiam transferenda ipſa feſtiuitas, ſeu ſolemnitas, pro vt transfertur eius officium. Et Sac. Congregatio Rituum reſpondit, in caſu propoſito transferendum eſſe duntaxat officium, non autem ſolemnitatem ſeu feſtiuitatem, quæ ſeruari debet eo die præciſo, quo cadit. 13. Decemb. 1633. C. Epiſcopus Portuen. Card. Pius. Iulius Roſpiglioſus Secr. *

Licet tolerari poſſit conſuetudo, quod aliqua Confraternitas, ſiue conuentus celebret aliquod feſtum particulare alia die, quã celebretur ab Eccleſia vniuerſali, 1602. Bitonto 3. Octobris 82. 83.

† Item S. C. de P. F. 1631. ad 69. ad 5. decreuit, feſta præcepti vniformiter tam à Græcis, quam à Latinis eſſe ſeruanda, deuotionis vero ſecundum conſuetudinem. Infra num. 10. *

3 *Nundinæ*, quæ certis diebus feſtiuis intra annum cadunt, tolerentur, Mercatus vero transfertur in præcedentem diem, vt dixi in tit. de fer. n. 4. 1580. Gallipoli 25. Octob. 184. 1587. Fano 3. Iunij 151.

Nec debet licentia dari, præſertim pro Dominico, 1596. Coſenza 31. Ian. 8.

4 Non debent ab Ordinario multiplicari feſta, 1580. Gallipoli 25. Octobr. 185. 1583. Vgento 23. Aug. 221. Vrb. VIII. 1642. Idib. Sept. *Vniuerſa*. † Nec Conc. Trid. ſeſs. 25. de Reg. c. 12. dat Epiſcopo nouam facultatem indicendi dies feſtos, ſed ſupponit habere. 11. Decembris 1629. C. C. *

5 *Locus*. Non debet eadem die celebrari feſtum in duabus Eccleſijs vicinis; ſed moderna debet eligere alium diem, 1585. Meſſina 19. Martij 51. 1648. Sabina 20. Nouembris 4.

Nec in Oratorio priuato, 1642. 22. Febr. 15

In Oratorio tamen Confraternitas circa celebrationem feſtorum nihil debet innouari, 1645. Auellino 17. Nouemb. 2.

6 Occaſione feſtorum non debent Eccleſiæ Regularium apertæ teneri vltra dimidiam noctis horam, 1602. Molfetta 26. Septemb. 49. *v. Eccleſia*.

7 Prohiberi non poteſt Monialibus, ne ad ornandam earum Eccleſiam in die propriæ ſolemnitatis, accipere poſſint commodato paramenta, 1602. Meſſina 4. Iunij 33.

Hoc ſolum eſt in vſu: reliqua videri poſſunt in meo Compendio Monialium.

8 *Miniſtri, &c.* Feſta, & Vigiliæ non annunciantur à Regularibus, niſi exerceant curam Animarum; vel niſi Parochus conſentiat, 1603. Borgo S. Donnino 15. Decẽbris 146. *v. Miſſa*.

9 Si Epiſcopus vult inſtituere, vel manutenere officium commiſſarij feſtorum, debet pro illo vti perſona Eccleſiaſtica, 1616. Vmbriatico 30. Apr. 50. *v. exemptio* 10

10 *Licentia* debet dari gratis, 1575. Taranto 420. *Vrbano VIII. l. c.*

Et ſi imponatur aliqua eleemoſyna pro locis pijs, non poteſt applicari Cathedrali, vel menſæ Epiſcopali, 1580. Lucera 5. Ian. 24. 1594. Caſerta 28. Nou. 109. 1612. Treuico 25. Septemb. 89.

Vt in piſcatione ad præſcriptum c. licet. De fer. 1602. Gaeta 5. Febr. 17.

11 Decretum Sac. Congreg. Concilij, quod ſit danda licentia laborandi diebus feſtis, vbicumque neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat, retuli in Can. lib. 2. tit. 9. De fer. num. 1. & 2.

Hæc autem licentia danda eſt ab Epiſcopo, vel etiam à Parocho, vbi ſolitum eſt. Vnde Sacra Congregatio Epiſcoporum reſcripſit Archiepiſcopo Materano, 18. Nou. 1597. quod diſpenſare ſuper feſtorum obſeruatione ſpectat ad Vicarium, licet foraneum, non autem ad Archipresbyterum, vel Curatum, niſi Vicario abſente.

12 Eugenius IV. conceſſit laicis, quod laborando in feſtis S. Crucis menſis Maii, & S. Michaelis menſis Septembris, nec non SS. Innocentium, & S. Silueſtri, non peccent mortaliter, niſi venerint in Dominica. *Comp. priuil. v. feſtiuitas, §. Eugenius IV. Nau. cap. 13. num. 15.*

13 *Cauſæ, &c.* Excuſat à feſti obſeruationem metus iuſtus, neceſſitas, pietas, vtilitas, vitatio damni corporis vel animæ: & ſic excuſantur Puellæ laborantes ad vitandum otium, vel ad ediſcendum, vt faciendo recamaturas, ſicut pictores pingendo; *Em. Sà, v. Feſtum, n. 6. Diana 3. tr. 5. reſol. 8. & 6. tr. 6. reſol. 15.*

Vbi dicit etiam, probabile eſſe ea, quæ fiunt ob pietatem vel eleemoſynam, licitè exerceri diebus feſtis; vt Eccleſiarum parietes aulæis, vel tapetibus ornare, ſacras veſtes reſarcire, &c.

Et propter neceſſitatem vel vtilitatem excuſantur, qui tempore belli aggeribus, foſſa aut valle muniunt vrbes vel oppida, aut alia ſimilia faciunt. *Diana 4. tr. 4. reſ. 229.*

14 Extra tempus Diuinorum officiorũ, & Doctrinæ poſſunt vẽdi neceſſaria victui, & Con-

& Concilium de more congregari, 1577. Oſtuni 16. Sept. 14. 1596. Nicaſtro 5. Febr. 15. 1602. Rimini 5. Febr. 16.

Et in locis alpeſtribus, finita Miſſa, ad ſolem ſiccari coria pelles, & lanas extra domos, & apothecas, non tamen in parte Eccleſiæ contigua, 1606. Salerno 15. Martij 33.

Similiter pannos laneos, vel lineos, onerare iumenta pro nundinis, vel panem pro Paſtoribus, 1611. Teleſe 16. Aprilis 38.

Cum licentia ad annum, vel ad beneplacitum, & expreſſione feſtorum magis principalium, in quibus id non videbitur permittendum, 1606. Salerno 3. Iunij 46.

15 Molitores tritici, & oliuarum poſt Miſſas molere poſſunt, eodemque tempore inferri in ciuitatem frumenta, & alia victualia. *Sac. Congr. Epiſcopo Monopolitano* 15. *Februarij* 1595.

16 *Equos, & iumenta* ferrare, & medicare, præſertim in itinere, permittitur, 1616. Terracina 29. Ian. 15. 1637. 11. Decemb.

17 *Laruæ,* ludi, choreæ, & ſimilia tolerari poſſunt poſt Diuinum officium, præſertim diebus Bacchanalibus, 1613. Troia 12. Nouemb. 90. 1616. Segni 13. Maij 53.

Romæ non fiunt, neque diebus feſtis, neque Veneris, neque anno Iubilæi, neque ſede vacante: alijs vero diebus non niſi poſt meridiem.

18 *Panis* aut vinum libere qualibet hora poſſunt exponi venalia, 1596. Nicotera 3. Aprilis fol. 30. §. 8.

Et Medicinæ, 1577. Oſtuni 3. Sept. 8.

19 *Herbæ* deferri poſſunt poſt Miſſam Conuentualem ſeu Parochialem, & Concionem, ſi habebitur, 1596. Nicotera 11. Iunij 52.

Etiam illas, & fructus circumferendo, 1588. Napoli 22. Nouembris 250.

10 *Carnes* vero ceteraque comeſtibilia inter apothecas ſemiapertas venalia poſsũt exponi extra tempus Diuinorum officiorũ tantum, ſcilicet non eo tempore, quo Diuina celebrantur; ſed ante, vel poſt, 1596. Nicotera 2. April. fol. 30. §. 8. nempe ante Miſſam Conuentualem, & poſt veſperas.

Exceptis certis feſtis principalibus, in quibus non licet vendere carnes ſine licentia Epiſcopi, & in tabernis clauſis, 1587. Hieracen. 20. Aprilis 104.

Similiter claudi debet Laniæna ſiue macellum, dum cantatur Miſſa Conuentualis, 1599. Ferentino 14. Iunij 64.

21 *Salſamentarij* ſimiliter, &, ſi ciuitas eſt frequens, ſine præfixione temporis, 1596. Viterbo 4. Nouemb. 94.

22 Non debet innouari conſuetudo, quod poſt Miſſam Conuentualem omnes vendere poſſint ad beneplacitum, 1595.

Monopoli 15. Februarij 379.

23 Quando iubentur ceſſare cõtractus, dum dicuntur Veſperæ, intelligitur de Cathedrali, vel Matrice, 1617. Foligno 18. Aprilis 71.

24 *Aromatarij* tenere poſſunt Apothecas apertas iuxta ſolitum, 1583. Caua 23. Aug. 224. 1602. Faenza 17. Decemb. 149.

Et vendere poſſunt omnibus horis: ſicut & qui herbas, fructus, piſces & aues deferunt. *Sac. Cong. Vicario Andrien.* 16. *Aug.* 1595.

25 *Pauperes,* qui diebus ferialibus ſeu profeſtis, ruri commorantur, poſſunt diebus feſtis ſuos contractus facere: *cap.* 1. *& c. Conqueſtus. De fer. Sac. Congregatio Epiſcopo Gallipolitano* 26. *Iunij* 1590.

26 *Caſus reſeruatus,* ſiue cenſuræ appoſi non debent pro tranſgreſſione feſtorum, 1613. Marſi 29. Nouemb. 102. 1643. Guardia 3. Iulii 72. 1653. Fondi 30. Maij 89. *n.* 2.

27 *Pœna* pro tranſgreſſione feſtorum debet eſſe moderata, diſtribuenda locis pijs, deducta tertia pro executore, 1594. Terracina 14. Decembris 326.

Nec res propterea poſſunt confiſcari, 1613. Termole 29. Auguſti 94. Crotone Iunij 55.

Nec proceſſus formari, præſertim ſi tranſgreſſio leuior eſt, 1596. Nicotera 1. Apr. 29.

Nec vllo modo pœnæ locari, 1619. Cetoſini 14. Iunij 201. *Cetera vide in tit. De ferijs.*

FEVDVM. *Patronus.*

1 I*N hoc ſolum* differt ab Emphyteuſi, & locatione ad longum tempus, quod in Emphyteuſi res traditur cum onere penſionis, in Feudo vero cum onere ſeruitij.

2 Hæc vox *Feudum* eſt neoterica: nam olim dicebatur *Beneficium.*

3 Et licet ſit contractus Iuris Ciuilis, eſt tamen antiquiſſimus: adeo vt T. Liuius de eo lib. quinto decadis quintæ clare meminerit, vbi de ijs, quæ acciderunt poſt deuictum Perſea Macedonum Regem, ac Macedoniæ Regnum ſuppreſſum, & in quatuor Prouincias diſtinctum. Quod bellum cũ quadriennio duraſſet, ab Aemilio Paulo Conſule anno ſui conſulatus finitum fuit, qui fuit annus ab Vrbe condita 585. & ante Chriſtum natum 167. Verba Liuij ſunt hæc. *Et ab Eumene, & ab Attalo, & Athæneo fratribus, communis legatio de Victoria glatulatum venit. Et Maſgabæ Regis Maſſaniſſæ filio, Puteolis nauem egreſſo, præſto fuit obuiam miſſus cum pecunia L. Manlius Quæſtor, qui Romam eum publico ſumptu perduceret. Aduenienti extemplo Senatus datus eſt. Is adoleſcens ita locutus eſt, vt quæ rebus grata erant, gratiora verbis faceret. Commemorauit, quot pedites, equiteſque, quot*

quot Elephantos, quantum frumenti, eo quadriennio Pater ſuus in Macedoniam miſit. Sed duas res ei rubori fuiſſe.

Vnam, quam rogaſſet eum per legatos Senatus, quæ ad bellum opus eſſent, & non imperaſſet. Alteram, quod pecuniam ei pro frumento miſiſſet.

Maſiniſſam meminiſſe, Regnum à Populo Romano partum, auctumque, & multiplicatum habere: vſu Regni contentum, ſcire, dominium & ius eorum, qui dederint, eſſe. Sumere itaque eoſdem, non ſe rogare, equum eſſe: neque emere ea ex fructibus agri ab ſe dati, quæ ibi proueniant. Id Maſiniſſæ ſatis eſſe, & fore, quod Populo Romano ſupereſſet. Cum iis mandatis à Patre profectum, &c.

4 De eodem feudi Contractu circa eadem tempora mentio habetur 1. Machab. 7. 8. de Bacchide Feudatario Regis Demetrij, ad ſuggeſtionem impiorum Hebræorum ab eodem Rege in Iudæam miſſo. *Et elegit Rex ex Amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in Regno, & fidelem Regni: & miſit eum, vt videret exterminium, quod fecit Iudas, &c.* Eſſe autem fidelem, & Feudatarium Regi, vnum, & idem ſunt; vt patet ex libris Feudorum.

Cetera vide lib. 3. Ciuilium tit. 25. n. 9.

FIDEICOMMISSVM.

Alienatio. Falcidia. Filius. Hæres. Legatus. Subſtitutio.

1 F*Ideicommiſſo* facto ſic. *Rogo te, vt Titio, & filijs eius reſtituas hæreditatem.* Titius habebit medietatem, & alterum dimidium habebunt filij eius. Quod ſi per fideicommiſſum ſubſtituantur plures, nec fuerit adiectum, *& filijs eorum*; nihil debetur filijs ſubſtitutorum mortuorum ante diem fideicommiſſi cedentem. *gloſ. c. Raynaldus 18. verſ. Ex Patruis. De teſtam.*

2 In fideicommiſſo nõ detrahitur Trebellianica, niſi à Commiſſario primi gradus. *l. 1. §. De illo, & §. ſed, & quoties, iuncta gloſ. l. Exaſſe, 28. ff. i. Ad S.C. Treb.*

Nec ab eo, ſi Teſtator prohibuit. *Communis DD. in l. Marcellus 3. ff. i. Ad Trebell. Addit. ad Oinot. de fideicom. hæred. § Sed quia ſtipulationes, litt. C.*

Si tamen primus non detraxiſſet, poſſet detrahere ſecundus.

3 Deſcendentes grauati à Teſtatore, vt poſt ſuam ipſorum mortem hæreditatem alteri reſtituant, intelliguntur grauati, *ſi ſine liberis deceſſerint*: ne Teſtator videatur alienas ſucceſſiones ſuis anteponere. *l. Cum acutiſſimi, 30. C. de fideic.*

Nec ſine liberis decedere dicitur, qui Religionem ingreditur; quia Monaſterium ſuccedit loco filij. *c. In præſentia 8. de probat.* De quo tamen latius dixi lib. 3. Ciuilium, tit. 1. de hæred. quæ ab int. num. 97.

4 Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum inducitur ex prohibitione alienationis, addita ratione, quod vult bona perpetuo in familia conſeruari. *Rota apud Farin. par. 1. tit. 1. deciſ.* 10. & 11. & 14. & 19. 2. 23. 2.

FIDEIVSSOR.

Carcer. Monialis. Mulier. Soror. & quæ dixi lib. 3. Ciuilium tit. 21.

1 N*On habet* beneficium excuſſionis contra Creditorem, qui alias eſt ſuus debitor, & vult facere compenſationẽ. *Bald. in l. Exceptione, 11. in princip. C. de euict.*

Nec quando Principalis obligatus eſt naturaliter tantum. *l. Marcellus 25. ff. de fideiuſ.*

Nec quando quis negauit ſe fideiſſorẽ, & poſtea conuincitur de mendacio. *Auth. contra qui propriam, C. de non num. pec.*

Secus ſi negauit narrata, prout narrantur: quæ perpetua cautela eſt in litibus negatiuè conteſtandis. *Alios caſus circa hanc materiam videre poteris apud Oinot. de fideiuſſor, §. Si plures, & apud me ibidem.*

2 Fideiuſſorem idoneum recipere recuſans tenetur iniuriarum, vt latius dixi lib. 4. Ciuilium tit. 4. de iniur. n. 6. Ampl. 11.

Niſi ſit Clericus, qui fideiubere non debet. *c. 1. & fin. de fideiuſſor.*

Licet ſi fideiuſſerit, fideiuſſio teneat, niſi per aliquam ſpecialem conſtitutionem irritetur. *gloſ ibi.*

3 Qui fideiuſſorem dare promiſit, ſi det poſtea pignora, liberatur: plus enim in rem, quam in perſonam, cautionis eſt. *Dec. in l. Plus cautionis 49. ff. n. De Reg. iur. n. 2. Oinot. de ſatiſd. tutor. in princip. n. 4.*

4 Fideiuſſor de reo repræſentando in cauſa criminali recipi poteſt, quandocumque non venit imponenda pœna corporis afflictiua, vel non conſtat, eum commiſiſſe delictum, niſi per præſumptiones, & indicia. Vt latius dixi tit. de fid. n. 3.

5 Fideiuſſor, dum adeſt periculum, poteſt aliquid recipere pro fideiuſſione, vt dixi ibidem n. 14.

FIDES.

Chriſtus 2. Imperium. Inſtrumentum. Iudæi. Magiſter.

1 E*St cognitio*, qua firmiter ita eſſe credimus id, quod non videmus. *c. In domo 11. de pænit. diſt. 4.* vt latius dixi in Collect. ad Heb. 11. 1.

2 Vnuſquiſque faciliter credit, quod appetit. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 60. 3. 6.*

3 Fides ante Chriſtum, vel ſufficientem Euangelij promulgationem, non obligabat ad credendum explicitè, niſi vnum eſſe Deum, bonorum remuneratorem, & per conſequens malorum Punitorem, vt tradit

Apoſtolus ad Hebræos 11. *Accedentẽ ad Deũ oportet credere, quod eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit*. Vniuerſale namque, & euidens principium eſt, Deum eſſe, ad quod omnes articuli fidei referuntur, Deum eſſe, rerumque humanarum prouidentiam habere. *S.Thom.* 2. 2. *quæſt.* 1. 7. *c.*

At poſt Euangelij promulgationem non ſolum obligat ad credendũ implicite, quicquid per Spiritum Sanctum Eccleſiæ reuelatum eſt; ſed etiam explicite, niſi inuincibilis ignorantia excuſet, eos ſaltem articulos, quos ſolemnizat Eccleſia; vt myſteriũ Trinitatis, Incarnationis, Paſſionis, & Reſurrectionis Chriſti, gloriam æternam pro bonis, pœnam æternam pro malis, Purgatorium pro iis, qui deceſſerunt in gratia, ſed non completa in hoc Mundo peccatorum ſuorum pœnitentia. *D.Thom.*2.2. *q.*2. *art.*8. *Nau. prælud.*4. *& c.*11. *nu.* 18. *Bonac. de leg. diſp.*3. *quæſt.*2. *pun.*2. *Diana* 3. *tr.*5. *reſ.*48.

Vbi inter cetera dicit, quod Myſteria Circumciſionis, adorationis Magorũ, Miſſionis Spiritus Sancti, Sanctorum Communionis Sacramentorum, quæ quis non vult nec tenetur ſuſcipere, Virginitatis perpetuæ B.Mariæ, non tenetur quis explicite credere. Quod an ſit probabile, iudicent viri docti, vt etiam dixi Hebr.11. 7. 2.

Mihi certe ſemper in hac materia placuit diſtinctio Pauonij prima par. *Introd. diſt.* 7. *n.*5. *& ſeqq.* quod prima fides, de qua ſcribit Apoſtolus ad Hebræos, neceſſaria ſit neceſſitate medij; ſecunda vero neceſſitate præcepti, & Diuini quidem.

4 Quando vero fides Infideli dicatur ſufficienter propoſita, non eſt omnium vna eademque ſententia. Quorundam dicta refert Sanchez, quem citat Addit. ad Toletum lib.4. cap.6. Et quid ipſe ſentiat, explicat his verbis. *Quando*, inquit, *ita fides rationibus, vitæ ſanctitate, contrariorum errorum confutatione, ſignis aliquibus confirmatur, vt prudenter ratio ipſa incipiat præſcribere, res fidei auditas eſſe credendas, & contrariam ſententiam eſſe falſam; tunc dicitur ſufficienter propoſita.*

5 Quidam putant, vnumquemque teneri elicere actum fidei, non ſolum cum vrget eius Confeſſionis præceptum, vel tẽtatio contraria, vel contritio, vel alicuius Sacramenti ſuſceptio ad amiſſam gratiam recuperandam; ſed etiam per ſe aliquoties in anno, & in articulo mortis. *Diana* 5. *tr.* 13. *reſol.* 19.

6 *Vi, & armis* ad Chriſti fidem propagandam incumbere non licet, vt latius dixi in Can. lib.1. tit.1. De ſumma Trinit. n.6.

7 *Symbolum* fidei, quod fuit conditum, fide iam manifeſtata, & Eccleſia pacem habente, publicè in Miſſa cantatur: Symbolum autem Apoſtolorum, quod tempore perſecutionis editum fuit, fide nondum publicata, occultè dicitur in principio Matutini, & Primæ, ac in fine Completorij, quaſi contra tenebras errorum priorum, & poſteriorum, ſeu præteritorum, & futurorum. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 1. 9. 6.

9 *Profeſſionem* fidei quinam emittere teneantur, dixi in d. tit. de ſumma Trin. n.11.

Et an fieri poſſit per Procuratorem in Can. lib.1. tit.38. n.14.

9 Fides, nec formata, nec informis, manet in illo Hæretico, qui aliquem fidei articulum negat, licet vnum tantum: quia formalis ratio obiecti credendi, ſcilicet veritas prima, quæ manifeſtatur in ſcripturis Sanctis, & doctrina Eccleſiæ, tamquam infallibili regula, non manet in eo. *D.Thom* 2. 2. *quæſt.*5. 3. *Bonac. de legib. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.*1. *num.*10.

10 *Humana*. Hiſpanorum mos eſt fidẽ non ſeruare: vnde fertur adagium. *Caue ergo à Cathalanis.* Baiard. ad Clar. §.fin. n.2.

Sed melius, & verius de Græcis hoc dixiſſet, cum *Græca fides* ſemper deficiens apparuerit, & idcirco in prouerbium abierit.

11 Fides regulariter non facit fidem, vt latius dixi in Can. lib. 2. tit. 20. de Teſtib. num.28.

12 Principi creditur atteſtanti de facto proprio, vt dixi ibidem.

13 Non creditur referenti, niſi conſtet de relato, vt dixi ibid. num.30.

14 Alleganti ſuam turpitudinem nullus cum alterius præiudicio debetur fides. *c. Officij* 9. *& ibi gloſ. De pœnit. & remiſſ. Bonac. de matrim. q.*4. *pun.*15. *num.*21. *tom.*1.

F I G V R A. *Metaphora*.

A*Ctus* peccati mortalis, vt adulterium Thamar, ſtuprum Amnon, homicidium Iephthe: poteſt aliquando figurare aliquod bonum. *S. Thom.* 2. 2. *q.*88. 2.2.

F I L I V S.

Coniux. Diſpenſatio. Græci. Heres. Infamia. Legatum. Mutuum. Neceſſitas. Occiſio. Origo. Pater. Penſio.

1 Q*Val.* Filij Clericorum etiam ex ſoluta, vel Concubina, dicuntur nati ex damnato coitu. *Oinot. lib.* 3. *tit.* 1. *De ſucceſſ. nat. tantum, num.*12.

Diſſimulari tamen debet, quod Presbyteri domi teneant ſuos filios naturales: Nã Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. c. 15. in quo diu tractatum fuit de hac materia, id non accepit cum tanto rigore, 1582. Pampalona 4. Septembris 119.

Et ſi longè præſtaret eos alibi tenere, 1602. 9. Ian. 3.

Præſer-

Præſertim dum ex huiuſmodi cohabitatione oriuntur ſcandala, & inconuenientia. Vnde Sacra Epiſcoporum Congregatio approbauit decretum id prohibens factum à Vicario Apoſtolico Alerien. ex præfatis motiuis, 1653. 7. Febr. 2.

2 Filij nati in Villa, vel oriundorum ex ea, illius Ciuitatis adſcribendi ſunt Ordini, ſub qua Vicus ille, vel poſſeſſio, cenſetur. *l. Si quis, 3. C. de nat. lib.*

3 Filij diebus Dominicis, vel alijs anni ſolemnitatibus geniti ſecundum S. P. Auguſtinum *ſermone 6. de tempore,* naſci ſolent leproſi, vel dœmoniaci, vel aliis infecti morbis. Vnde ſanctiſſime facient coniuges, ſi conſilium ab Eccleſia in nuptiali benedictione ſibi datum ſeruent, diebus Dominicis, aliiſque ſolemnibus, & ieiuniorum ab vſu Matrimonij abſtinendo.

4 Filiorum, præſertim liberorum, nomine, veniunt etiam fœminæ. *Rota apud Coccin. deciſ.* 111. *num.* 9.

Maximè ſi non extant maſculi. *num.*20.

5 *Erga Patrem.* Filius tenetur ad denunciandum Patrem hæreticum, & ad teſtificandum contra illum, niſi credat, quod monitus à ſe, vel ab alio, vere reſipiſcet; *Nau. c.* 25. *num* 50.

6 Filius effectus Monachus non poteſt amplius a Patre exheredari propter ingratitudinem antea commiſſam. *c.fin.* 19. *quæſt.* 3. *Tiraq. priuil.* 3. Dixi in tit. de donat. nu.26. & de exher. liber.

7 Filij deſinunt eſſe in poteſtate Parentum hæreticorum, etiam adhuc per Eccleſiam non damnatorum. *c.* 2. §. *fin. cum gloſ. fin. De hæret lib.* 6. *Dixi in tit. Quib. mod. Ius Pa. po. ſol. num.* 25.

8 Filius poteſt eſſe Cappellanus amouibilis, vbi Pater eius ſimiliter miniſtrauit. *Barboſa alleg.*65. *num.*5. *Dixi in Can. lib.*1. *tit.* 17. *num.*21.

9 Sacra Congregatio ſub die 23. Auguſti 1631. cenſuit, Filium ex legitimo matrimonio natum, egere diſpenſatione, alias ex gratia concedenda, vt poſsit immediatè beneficium obtinere de Iure Patronatus, quod obtinuit Pater: ad quod beneficium in fundatione ſunt vocati proximiores de genere. *Barboſa de Can. cap.*41. *num.*22.

10 Filius, qui cupit ad Sacros Ordines promoueri, poteſt cogere Patrem, vt ſibi competens patrimonium aſsignet, dummodo illud abſque aliorum filiorum incommodo aſsigere poſsit: quæ donatio de Iure irreuocabilis eſt. *Bonac. de legib. diſp.*6. *quæſt.* 1. *pun.*2. *prop.*1. *per tot. Barboſa de poteſtate Epiſcopi par.*2. *alleg.*19. *num.*61.

Et poſtquam fuit ordinatus, vt aſsignatorum liberam, vacuam, & expeditam poſſeſsionem tradat, 1598. Aſti 19. Aug.42.

11 Filius familias ſine conſenſu Patris non poteſt neque legare, neque donare quicquam cauſa mortis etiam ad pias cauſas, niſi ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ſi ea habeat, vel niſi ſit alia loci conſuetudo. *c. licet.* 4. §. *fin. De ſepult. lib.*6.

12 *Regularis* debet eſſe filius illius Conuentus, in quo, vel nomine cuius, emiſit profeſsionem, 1647. Trinitarij 19. Iulij 20.

Et concurrere ad omnia officia, & Prælaturas illius, ac ſi natus ibi fuiſſet, 1654. *Can. Reg. del Salu.* 21. *Aug.* 78.

13 *Conditio.* Filius quoad conditionem ſequitur Matrem: vnde quos gignunt ſerui diuerſorum Dominorum, remanere debent apud Matrem, & eſſe Domini eius. *Exod.*21. 2. *l. Et ſeruum,* 5. *ff. v. de ſtatu hom. gloſ. v. Diſſoluenda, in c.*1. *De coniug. ſeruor.*

Poteſt tamen eſſe conſuetudo, vel lex particularis, quæ iubeat partum ſequi patrem etiam quo ad conditionem: & ſic natus ex libero, & Ancilla liber erit. *c.* 3. *de coniug. ſeruor.* De quo latius dixi in tit. De Iure perſonar. num.4.

14 Filij legitimantur per ſubſequens matrimonium, vt latius dixi in Can. lib.1. tit.17. De fil. Presbyt. n.4. & ſeqq.

15 *Bona, &c.* Filij illorum Hæreticorũ, qui Catholici habebantur, præſcribunt etiã contra Romanam Eccleſiam bona Patrum ſuorum ſpatio quadraginta annorum, ſi ipſi ſint Catholici, dictam præſcriptionem bona fide compleuerint, & hæreſis parentum non fuerit ante completam præſcriptionẽ detecta. *cap. fin. & ibi in margine Io. Fontana, De præſcript. in* 6.

16 Filius ſi renunciet hæreditati paternæ, non poteſt retinere Iuſpatronatum, quia tranſit cum vniuerſitate bonorum, vt latius dixi lib.3. Ciuilium, tit.8. n.6.

17 Filij filiorum Auo ſemper ſuccedũt in ſtirpes: Patruo vero ſi ſoli ſint, in Capita ſuccedunt: Si vero cum alio Patruo cõcurrant, in ſtirpes, & non in capita. §. *ſi igitur defunctus nequ. verſ. Huiuſmodi vero. Auth. de hæred. ab int. ven.*

18 Filij poſiti ſub conditione, vt plurimum cenſentur vocati, & ſemper in Vrbe per ſtatuta, vt latius dixi lib. 2. Ciuilium, tit.25. Fideic. hæred. num.16.

19 Si filius debitor conueniatur vigore Inſtrumenti, in quo ſit obligatus vna cum Patre obligatione contracta, quando erat in Patria poteſtate, & tempore, quo conuenitur, reperiatur ſui iuris, vel per mortem Patris, vel per emancipationem, & ſi per mortem, ipſe filius repudiauerit hære-

ditatem, vel eam adierit cum beneficio legis, & Inuentarij, non tenetur; niſi beneficio l.2. & totius. *tituli ff. v. & l. Quod cum eo*. libere renunciauerit. *Anton. Rub. de liquid. Inſtrum. conſid.4. num.69.*

20 Expenſas, quas filius ſtudiorũ cauſa fecit, non confert in diuiſione, niſi Pater animo eas repetendi ſuppeditaſſe probetur. *l. Quæ Pater 51. ff. n. fam. erciſc. Dixi lib.2. Ciuil. tit.7. num.17.*

FISCVS. Homicidium.

1 F*iſcalem* deputare ſpectat ad ſolum Epiſcopum, non autem ad Vicariũ, præſertim foraneũ, 1619. Spoleto 5.Iul.124.

2 Qui tamen non debet eſſe coniugatus, 1620. Oppido 25. Iunij 112.

3 Et ſi habet incerta, non poteſt prætendere ſalarium, 1602. Rimini 15. Ian. 6.

4 Si vero colludat cum Parte, vel pro ea patrocinetur, debet remoueri, 1655. Roſſano 3. Septembris 208.

FRAVS.
Auaritia. Culpa.

FRVCTVS.
Beneficium. Bona. Diſtributiones. Heres. Inquiſitor. Nouitius. Precarium. Venditio. Vſusfructus.

1 I*ntelliguntur* illi, qui reliqui ſunt, deductis oneribus. *l. fructus 7. ff. ſol. matr. Felin. in c. Ad noſtram 7. De iureiur.*

Et ideo Penſionarius tenetur, & cogi poteſt ad ſoluendam mercedem ſui ſeruitij Beneficiario, cui beneficium reſignauit, retenta ſibi, etiam cum eius conſenſu, penſione omnium fructuum; niſi ſeruitium etiam, & adminiſtrationem ſibi reſeruaſſet. *Nau. cap.25. num.104.*

2 Fructus rei pignoratæ debent in ſortem computari, exceptis nonnullis caſibus, quos retuli lib.4. Ciuilium, tit.6. num.116.

FRVMENTVM. *Feſtum 15.*

1 V*ltra* vſum vnius anni pro familia propria emi prohibuit Pius V. Conſt.19. Excommunicatio tamen hodie non incurritur; quia ſublata fuit ab Vrbano VIII. niſi in caſu num. ſeq. *Bonac.tom.3. diſp.2. 4. 3. pun.42. n.2.*

2 Frumenta, blada, legumina, vel oleũ, cauſa mercaturæ extrahentes, vel extrahi facientes de ſtatu Eccleſiaſtico, etiam de locis immediatè ſubiectis ad loca mediatè ſubiecta, ſunt ipſo facto excommunicati: ſed reſeruatio ſublata fuit per regulam relatam ſupra verbo Excommunicatio num.17. Vt latius dixi in tit. de ſent. excomm. n. 202.

FVGA. *Honor.*

1 F*ugere* non dicitur, qui ad Superiorem vadit, 1604. Meſſina 22. *April.* 47. *Em. Sd. fuga.* v. Præceptum 5.

2 Fuga ante tranſmiſſam inquiſitionem eſt ſufficiens inditium ad torturam. *Clar. pract. crim. n.22. Maſcard. de probat. concl.* 819.

Non autem poſt accuſationem, niſi quis fugiat ex carceribus. Nam fuga de carcere, etiam attentata, dummodo non probetur facta animo reuertendi, eſt ſufficiens inditium ad torturam. *Diana 4. tr.6. reſol.14.*

3 Monialis fugitiua non poteſt ab Ordinario carcerari in alieno Monaſterio, ſed reduci debet ad ſuum, ibique detineri in carceribus, Monialibus licet inuitis, 1628. Manfredonia 10. Nouembris 343.

Cum priuatione veli, Collocutorij, & vtriuſque vocis, 1652. Pauia 29. Febr.89.

4 Capti in bello, etiam iuſto ex parte capientium, & iniuſto ex parte captorum, ad ſuos fugere poſſunt abſque peccato, modo non adſit ſcandalum, vel promiſſio *non* fugiendi: nam pœna ſeruitutis adeo naturæ repugnat, vt eam ſuſtinere valde *difficile* ſit, ſi quis effugere poſſit. *Diana 3. tr.5. reſol. 96.*

FVNDATOR.
Clauſura. Suſpenſio. Monaſterium.

1 F*undatori* Cõuentus licet ſuper portis eius apponere ſua Arma gentilitia, & in pariete lapidem Fundatoris, 162 Nullius ſeu Granaten. 28. Aug.

2 Sacra, &c. cenſuit, Fundatores Monaſteriorum Monialium non poſſe earumdem clauſuram ingredi, nec à Monialibus recipi, niſi in litteris Apoſtolicis erectionis ſecus expreſsè caueatur, 1629. Regolari 1. Auguſti 261.

Multominus Mulieres eorum conſanguineæ, 1606. Dominicani 14. Iunij 5.

FVRIOSVS.
Homicidium. Irregularitas. Iuramentum.

N*ouitia* furioſa debet remitti domum, 1607. Narni 7. Aug. 18.

Profeſſa vero ſecus, 1601. Parma 25. Iunij 72. &c. 1588. Amelia 15. Nou. 123.

FVRTVM.
Iuramentum. Neceſſitas. Presbyter. Promiſſio. Reſtitutio. Seruus.

1 Q*uid ſit*, quod mortale, quod veniale, quæ quantitas ad mortale ſufficiat, quæue excuſent cauſæ. *Nau. cap. 17. num.3. lit. d. & ſeqq. Bonac. de contr. diſp.2. quæſt.8. pun.1. per tot.*

2 Chriſtiani captiui, ſiue remigantes apud Turcas, poſſunt abſque peccato metu mortis domos Chriſtianorum perfringere, vineas deuaſtare, ac bona ſurripere: nec tenentur ad reſtitutionem, ſaltem de eo, quod ad ipſos non peruenit. Ratio eſt, quia ſunt in extrema neceſſitate ſurripiendi bona illa, nec defuiſſent alij ſurripientes.

Poſſunt

Poſſunt item ex ſimili metu remos agere, arma ferre in locum certaminis, prædam humeris afferre, porrigere ſulphur, &c. quia hæ ſunt ex ſe actiones indifferentes. *Diana 5. tr. 7. reſol.* 30.

3 Probabile eſt, licere in graui neceſſitate clam ſurripere, in extrema certum. *Bonac. de reſtit. diſp.* 1. *quæſt.* 9. *& vlt. pun.* 1. *n.* 32.

4 Pauperes, qui tẽpore meſſis aut vindemiæ auferunt notabilem quantitatẽ tritici, vel vuæ auferendo modicam à ſingulis, ſecundum aliquos Doctores excuſantur, tam à peccato, quam à reſtitutione: nam ſi Domini noſſet conditionem auferentium, non eſſent rationabiliter inuiti. Secus dicendum de illis, qui hoc modo auferunt non indigentes. *Bonac. diſp.* 2. *quæſt.* 8. *pun.* 1. *num.* 1.

5 An peccent Chriſtiani, qui ſine ſcandalo res Turcarum ſurripiunt, quidã aiunt, quod peccent, quidam negant. *Diana* 5. *tract.* 13. *reſol.* 98. *ſup. v. Deceptio* 2.

6 Occidens furem nocturnum, qui ſine periculo deprehendi non poterat, non eſt reus homicidij; quia diſcernere non poterat, an ad furandum, an autem ad occidendum veniret. Diurnum vero non licet occidere, niſi telo ſe defendat. *C. Si perfodiens* 3. *De homicid. l. furem nocturnum* 9. *ff. n. Ad l. Corn. de Sicar.*

Latronem autem itineribus inſidiantem cuilibet occidere licet. *l.* 1. *&* 2. *C. Quando liceat vnicuique ſine Iudice ſe vindicare.*

7 Surripientes ornamenta de Eccleſijs, vel ſcripturas, aut alias res ad Cameram Apoſtolicam ſpectantes, excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt. *Sixt. IV. Conſt.* 3. *Iulius III. Conſt.* 24. *Panon. deff.* 587, §. 9. *n.* 14. *&* 15.

8 Occultè accipiens ab eo, cui diſplicet acceptio occulta, non autem manifeſta, non peccat mortaliter: quia ſolus modus accipiendi non facit peccatum mortale. *Nau. cap.* 17. *num.* 39.

G

GABELLA.

Clericus. Contributio. Dohana. Eccleſia. Immunitas:

2 QVid. *Gabella* deſcendit à *Gabbaia* voce ſyriaca, ſignificante Publicanos, qui conducebant vectigalia exigenda, & Miniſtros earum: apud Romanos quidem functionem honeſtiſſimam, quæ non niſi equeſtri ordini conferri ſoleret, apud Iudæos autem, & Græcos infenſiſſimam, & plane inuidioſam, vt eorum libertati contrariam. *Spondan. an.* 31. *n.* 26.

2 *Exemptio.* Epiſcopus non poteſt præcipere Gabellarijs, ne dent Clericis franchitias ſine ſua licentia, 1603. Trani 23. Iulij 78.

3 Quoad Clericos, qui vendunt furnarijs, vel alijs ſchedulas ſuæ franchitiæ, nihil debet innouari, 1619. Mileto 25. Iunij 116.

4 Familiares, qui ſeruiunt actualiter Eccleſiaſticis, exempti ſunt à gabellis, 1602. Lecce 12. Martij 27.

5 Clerici non tenentur ad gabellas, neque ratione Paſcui Animalium, 1612. Capaccio 14. Aug. 77. *v. Immunitas.*

Neque pro pane, & vino determinato, licet emerent à laicis, 1604. Brindiſi 10. Augusti 27. 1612. Oria 31. Iulij 74. *v. Immunitas.*

Neque pro vino, &c. collecto in proprijs vineis, licet illud vendant laicis, 1610. Trani 13. Ian. 5. 1612. Manfredonia 11. Septẽbris 84. 30. Octobris 100.

Vel ad minutum, 1613. Manfredonia: Trani 22. Ian. 8. 1617. Lauello 24. Septembris 81. *v. Clericus* 36.

Neque pro paleis, & ſerico collectis in proprijs bonis, & alteri venditis, 1621. Reggio 3. Aug. 25. c. 5. 39. 123. Ampl. 16.

6 Moniales non comprehenduntur in gabellis prædialibus, neque in Statu Eccleſiaſtico, 1617. Oſmo 19. Maij 138. 30. Iunij 174.

Neque impoſitis pro vino, & lignis, quæ introducunt in ciuitatem pro vſu Monaſterij, 1619. Ancona 15. Ian. 8. Leodien. 12. Aprilis 121.

7 *Imponens* noua vectigalia, incidit in l. Iuliam de vi publica. *l. fin. C. Ad l. Iul. de vi publ.*

Et in excommunicationem bullæ Cœnæ, vt ibi dixi n. 66. & ſeqq.

8 *Abſolutio* non conceditur, niſi facta reſtitutione eiſdem Eccleſiaſticis: vel ſi id minus fieri poſſit, alicui loco pio arbitrio Ordinarij, 1582. Tropea 24. Aprilis 55.

Modo reſtituta non applicet Cathedrali, vel ſuo Palatio, 1603. 16. Martij 35.

9 *An fraudantes* gabellam peccent mortaliter, & teneantur ad reſtitutionem, vtraque probabilis. *Diana* 1. *tr.* 10. *de legib. reſol.* 18. *&* 19.

10 Res, quæ propter non ſolutum vectigal, incidunt in commiſſum, ipſo iure efficiuntur Fiſci, vel eius, cui vectigal ſoluendum erat. *l. Commiſſa* 14. *ff. n. de Publica n. & Vectigal. c. Cum ſecundum leges* 18. *De Hæret. lib.* 6. *Oinot. lib.* 3. *tit.* 1. *De ſucceſſione Fiſci n.* 11.

GALLI.

1 GAllorum naturam paucis, ſed egregiè deſcribit Paulus Diaconus libro 3. *Gallorum*, inquit, *quidem animi feroces,*

corpora pluſquam humana, ſed experimento deprehenſum eſt, quod virtus eorum, ſicut primo impetu maior quam virorum eſt, ita ſequens minor quam fæminarum. Alpina enim corpora, humecto cælo educata, habent quiddam ſimile niuibus ſuis; cum mox calore exarſerint pugnæ, ſtatim in ſudorem eunt, & leui motu, quaſi ſole, laxantur.

2 Gallos amicos eſſe tenendos, vnde prouerbium: Francum amicum habeas, vicinum ne habeas.

GAZOPHILACIVM.

E*St locus* vel Arca, vbi reponuntur oblationes: & dicitur à Gaza, quod eſt *diuitiæ*, & Philacai, quod eſt ſeruare. *gloſ.2. c.9. Oblationes 90. diſt.*

GENERALIS.

Auguſtiniani. Epiſcopus. Præſidens. Titulus.

1 Q*Vod ſupremus* ſuperior Religionis S.Pauli primi Eremitæ Luſitaniæ, qui ante dicebatur Prouincialis, in poſterum vocetur Generalis, 1642. 12. Aug. 282.

2 Generalis S. Baſilij durat, & vacat ſexennio, 1620. 25. Aprilis 115.

3 Officiales, præſertim aſſiſtentes, eligi ſolent ſimul cum Generali, licet primi non compleuiſſent tempus, 1647. 10. Maij 5. 1650. Aug. 7. Ian. 3.

4 Generalis non debet cōdemnare fratres de facto, cauſaque prius non cognita, 1602. Conuentuali 26. Nou. 80.

Nec eſt certum, an habeant facultatem mittendi ad triremes. *Ibidem*.

Non poteſt contra conſtitutiones anticipare conuocationem capituli, 1645. Oliuetani 31. Martij 9.

Nec amouere ſine cauſa ſuperiores ante tempus, n.10.

Nec exemptionem totalem à Prælatis inferioribus concedere, 1646. Trinitarij di Portogallo 9. Sept. 8. 1647. Oſſeruanti 1. Decembris 9.

Nec deputare Priorem, durante electiuo, 1645. 5. Iulij 24. ſed tantum per modū prouiſionis, eo impedito. Mercede 6. Martij 20. 1653.

† Sacra quoque C. C. cenſuit, non licere Generali Auguſtinianorum conſtituere Priorem, ſiue Commiſſarium, ſiue Vicarium ſine electione, niſi ex graui cauſa, & per modum prouiſionis, & ad modicum tempus, 3. Octobris 1585. ad 3. lib.50. 579.

Non tamen tali ſic conſtituto conferre titulum Prioris, ſeu Prouincialis. *ad* 4.

Sed Priorem in Conuentu Romano ponere poteſt. *ad* 5. *

Nec electus Epiſcopus poteſt ſe amplius in negotijs Religionis ingerere, 1650. B.Pietro di Piſa 9. Aprilis 7.

Nec conſtituere locumtenentem ſine neceſſitate, 1648. S.Girolamo di Fieſole 11. Iulij 18. Nec exercere Pontificalia, ita vt litteræ Apoſtolicæ ſuper hoc obtentæ exiſtimentur falſæ, 1653. S. Gio: Euangel. di Port. 6. Febr. 20. n.15.

Nec deputare Vicarios Generales in Prouincijs, 1650. 28. Ian. 1654. B. Pietro di Piſa 26. Iunij 10.

5 Priuilegia Generalium abſolutorum non competunt Vicarijs, 1648. B. Gio. di Dio 24. Aprilis 4.

6 Generalis abſolutus eligit ſibi Conuentum, 1618. Mercede 13. Iulij 211. 1633. Camaldoli 8. Aprilis 112. §.7.

7 Generalis nedum appellationes recipere, ſed & cauſas in prima inſtantia auocare poteſt, quia Concilium non loquitur de Regularibus, 1654. Oſſeruanti d'Araceli 2. Octobris.

GENVFLEXIO.

1 *Quando* debeatur Cardinalibus *v. Cardinalis* 7.

2 Cur non fiat Dominicis, & tempore Paſchali. *Ieiunium* 7.

GERVNDIVM v. Nouitas.

GLORIA Honor. Vanagloria.

GLOSSA.

1 R*Eferens* plures, opiniones, poſteriorem tenere videtur, ſi nullam earum expreſsè approbat. *gloſ. fin. l. Qui filiis, 74. §. Sabinus, ff. Ad S. C. Trebell. Oinot. de action. §. ſed iſtæ n.25.*

2 Gloſſa ordinaria melior teſtis haberi non poteſt. *Oinot. poſt Bald. de vſucap. De ſpeciebus præſcript. n.16.*

GRADVATI. *Habilitatio.*

D*Ecretum*, quod qui non eſt graduatus in aliqua vniuerſitate, non poſſit habere officia, vel beneficia in aliquo Regno, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, 1603. Caſtellaneta 25. Iunij 71.

GRAECI.

Euchariſtia 19. *Feſtum. Fides* 10. *Oleum. Præcedentia.*

1 R*Itus*. Græci prohibentur celebrare Miſſas Latino more, ſicut & Latini Græco. Pius V. Conſt.12. quæ incipit: *Prouidentia Romani Pontificis* 3. Kal. Septembris 1566.

Vbi reuocat Priuilegia conceſſa in contrarium, 1628. Larino 12. Ian. 4.

† Vnde Sacra C. C. in vna Hydruntina 13. Iulij 1630. cenſuit, facultatem conſecrandi vice Panis Hoſtiam, cui aliquod fermenti ſit admixtum, nequaquam Græcis eſſe concedendam. *

Per hoc tamen *Diana* 3. *tr.6. reſol.99.* nō putat prohiberi, quin Latinus in Eccleſia Græca, & inter Græcos, vbi non ſunt Eccleſiæ

cleſiæ Latinæ, Græco ritu celebret, & e cõuerſo.

2 Tolerandus eſt apud Græcos eſus carnium in die Sabbati, in locis ipſorum, & inter eos tantum, vbi ſine ſcandalo fieri poteſt. Item vt non teneantur ad ieiunium Sabbatorum Quadrageſimæ, ſed ad abſtinentiam tantum, vno Sabbato Sancto excepto: ipſi enim qualibet feria iv. & vi. ieiunant. *Clem.* 8. *Conſt.* 34.

3 Ritum Latinum retinere debent Latinæ nubentes Græcis, 1590. Trahu. 20. Februarij 56.

4 Filij Patris Latini educari non debẽt ritu Græco, 1592. Monreale 24. Sept. 358.

† *Decretum S. m. Vrbani VIII. in Congr. de P. F. habita die* 7. *Februarij* 1624. *de tranſitu Ruthenorum vnitarum de Græco ad Latinum Ritum.*

Ad conſeruandam pacem, & concordiã inter Ruthenos vnitos, & ob alias grauiſſimas cauſas, Sanctiſſimus in Christo Pater, & D. N. D. Vrbanus Diuina Prouidentia Papa Octauus, de conſilio Ven. Fratrũ ſuorum S. R. E. Cardinalium Congreg. de P. F. decreuit, ne de cetero Ruthenis vnitis, ſiue laicis ſiue Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus quam Regularibus, & præſertim Monachis S. Baſilij, ad Latinum Ritum quacumque de cauſa etiam vrgentiſſima, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, tranſire liceat.

Et proinde omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Officialibus Ruthenorum vnitorum diſtrictè præcipiendo mandauit, ne deinceps licentias pro huiuſmodi tranſitu ſubditis ſuis cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, concedere præſumant: & Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prælatis Latinis, ac eorum Officialibus, ne Ruthenos prædictos vnitos ad Ritum Latinum tranſire volentes, quouis prætextu aut cauſa, etiam cum licentia Ruthenorum Prælatorum ſuorum, recipere audeant, ſub pœnis nullitatis actus, & alijs arbitrio Sanctitatis Suæ, & Romanorum Pontificum ſucceſſorum ſuorum, tranſgreſſoribus infligendis. Non obſtantibus, &c. *Ruſſia to.* 3. *ad* 510. *

5 *Subijciuntur* Græci Ordinarijs circa ea, quæ ad Dei cultum, & Sacramentorum adminiſtrationem attinent. *Pius IV. Conſt.* 73.

6 Græci poſtquam diuiſa fuerunt Imperia, & à Latinis ſeparati, licet adhuc Eccleſiæ Romanæ ſubiecti remanſerint, quia ſubeſſe Summo Pontifici de neceſſitate ſalutis eſt: non tamen tenentur legibus Pontificijs, vel Conciliorum generalium, etiam Oecumenicorum, niſi nominatim exprimantur, quia ipſorum mens, ſtante huiuſmodi ſeparatione; non eſt illos comprehẽdere. *Diana* 5. *tr.* 1. *reſol.* 25.

Hinc eſt quod Matrimonium ſine Parocho, & teſtibus apud Græcos valet: quia Concilium Tridentinum non meminit expreſsè de ipſis.

Et poſſunt promoueri ſine titulo, vt dixi in Can. lib. 1. tit. 11. n. 30.

† An Summus Pontifex intendat Græcos, & alios ſedibus Patriarcharum Schiſmaticorum ſubiectos, comprehendere in Bulla Cœnæ alijſque cõſtitutionibus Apoſtolicis; in quibus caſus ſibi, & Sedi Apoſtolicæ reſeruat.

Congregatio particularis ſuper hoc Romæ deputata poſt late diſcurſum articulũ, conuenit in negatiuum, excepta materia dogmatum fidei, & quando Papa meminit de eis expreſsè, & explicitè, vel tacitè, & implicitè, vt in caſu Schiſmaticorũ, appellationis ad futurum Concilium, delationis armorum ad infideles vt in Bulla Cœnæ, & alijs ſimilibus, 4. Iunij 1631. P. F. Vnde Græci non ſeruant interſtitia, ſed conferunt omnes ordines ſacros eodẽ die. Cong. Euchol og. 10. April. 1639. ad 269. P. F. & Epor. 1645. Palermo 6. Octobris 26. *

7 *Feſtos* dies Latinorum tenentur obſeruare Græci inter Latinos exiſtẽtes. *Clem. VIII. Conſtit.* 34. *Sanctiſſimus.*

8 *Matrimonio*, ante ſacros Ordines cum vnica, & virgine contracto vtuntur Græci: quia votum continentiæ in Miniſtris Altaris Orientalis Eccleſia non admiſit. *c. Nuper* 12. *c. penult. & fin. per totam diſt.* 31.

Quam vero rationabiliter Eccleſia Latina illud admiſerit, dixi in Collect. ad tit. Pſal. 45. num. 4. & 5. & ad 1. Cor. 7. 3. 4. 5.

9 Presbyter Græcus coniugatus, ante celebrationem abſtineat ab vxore per hebdomadam, vel ſaltem per triduum. *Clemen. VIII. Conſtit.* 34. *Sanctiſſimus.*

10 *Ordines* ſecundum morem Eccleſiæ Latinæ Græci conferre tenentur. *Innocentius IV. Conſtit.* 14. *ſub Catholica.*

Et ſuſcipere ab Epiſcopo Diœceſano, vel cum eius dimiſſorijs ab alio Catholico Antiſtite, 1583. Tropea 5. Iulij 165.

Qui debet antea eos diligenter examinare ſuper doctrina Christiana fideique dogmatibus, præſertim circa errores Græcorũ Orientalium, à Concilio Florentino damnatos, 1594. Larino 26. Ian. 31.

11 Congregatio S. Officij aliquãdo prohibuit, ne in aliqua Diœceſi Græci, vel alij Clerici Albanenſes, ad Ordines promouerentur, niſi prius de ipſius mandato circa dogmata noſtræ fidei examinati, 1616. Roſſano 29. Aprilis 49.

12 Fi-

12 Filius legitimus, & naturalis Sacerdotis Græci poteſt inter Latinos etiam ad Epiſcopatum promoueri, niſi conſuetudo, vel ſcandalum obſiſtat. *c. cum olim 6. de Cler. coniug.*

13 Græci ordinati ab Epiſcopo conſecrato de auctoritate Patriarchæ Conſtantinopoli reſidentis, qui non habet communionem cũ Sede Apoſtolica, ſunt ſuſpenſi, 1593. Otranto 6. Septembris 224. *c. 1. cum ſeqq. 1. q. 1.*

Donec abſoluantur à Sede Apoſtolica: & inſuper debent carcerari per menſem, 1594. Larino 26. Ian. 31.

14 Vicarius Epiſcopi non poteſt concedere dimiſſorias Græcis coniugatis ad ordines, neque Epiſcopo in remotis agente, 1614. Lucera 21. Nouembris 111.

15 Ordinario, vt abſtineat à promotione Græcorum bigamorum, vel qui exercuerunt Chirurgiam, 1652. Brindiſi 23. Auguſti 30.

16 *In Beneficijs* Curatis aſſequendis, vbi ritus Latinus promiſcue ſeruatur cũ Græco, regulariter Latini præferuntur, 1595. 21. Iunij 43.

† Sacramenti. Non eſt concedenda facultas Sacerdotibus Græcis, vt extra caſum neceſſitatis Latinorum confeſsiones audeant iuxta decretum Clem. VIII. Conſtit. 34. *Sanctiſſimus.* vbi §. 3. dicet: *Presbyteri Græci Catholici in caſu neceſſitatis poſſint Latinos abſoluere.* Ergo ſecus extra caſum neceſſitatis, ſi ſit dandus locus argumento à contrario ſenſu.

Sacra tamen Congregatio de P. F. 1. Iunij 1626. cenſuit eſſe caſum ſufficientis neceſſitatis euitare occaſionem diſſenſionis, & turbandæ vnionis inter Ruthenos vnitos, & Latinos: vnde non prohibendum, ne Latini confiteantur Ruthenis vnitis, & e contra, vt magis eo modo coaleſcat vnio Acta ad 59. n. 6. *

GRATIA DIVINA. *Circumciſio.*

1 D*Iffinitur* multi modis.

I. Qualitas animæ infuſa, per quam efficimur cõſortes diuinæ naturæ. *S. Thom. 1. 2. q. 110. art. 3. & 4.*

II. Quædam forma ſupernaturalis, quæ confert nobis eſſe, & vitam ſupernaturalẽ.

III. Veſtis, & ornamentum animæ, quo ſic grata, & pulchra efficitur coram Deo, vt in Dei ſponſam accipiatur, & filiam.

IV. Acceptatio ad gloriam. *Sed diffinitio communis eſt.*

V. Qualitas animæ infuſa, per quam efficimur grati, & amabiles Deo.

2 De augmento gratiæ per opera meritoria hæc S. Thomas 1. 2. q. 114. 8. 3.

Quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiæ, ſicut & gratiæ conſummationem, quæ eſt vita æterna. At ſicut vita æterna non ſtatim redditur, ſed ſuo tempore: ita nec gratia ſtatim augetur, ſed ſuo tempore; cum ſcilicet ſufficienter quis fuerit ad augmentum gratiæ diſpoſitus.

Non tamen videtur improbabile, quod homo gratiæ augmentum promeritum ſtatim conſequatur, vt ex Suarez dixi in Collect. ad Luc. 1. 28. 27.

3 Sac. Congregatio ab anno 1625. decreuit, ne de diuinæ gratiæ auxilijs amplius ſcribi poſſet, niſi tractatus ad ipſam ſacram Congregationem mittantur examinandi. *Oreg. tr. 1. c. 14. quæſt. 3. verſ. ſed his noſtris.*

GRATIAE HVMANAE.

Dimiſſoriæ. Diſpenſatio. Habitus. Obreptio. Viuæ vocis oracula. Vox.

1 G*Ratias* ſiue conceſſiones omnes, à Summis Pontificibus viuæ vocis oraculo factas, reuocauit Gregorius XV. in conſt. 27. quæ incipit: *Romanus Pontifex in ſpecula*: quam confirmauit, & ampliauit Vrbanus Octauus conſt. 119. quæ incipit: *Sanctiſſimus.*

Excipiuntur tamen eæ, quæ iam ſortitæ ſunt effectum. *Vide Diana 5. tr. 14. reſol. 17.*

Licet habeant tractum ſucceſſiuum. *Sac. Congr. Reg. 1625. Regolari 11. Apr. 86.*

Et quæ factæ ſunt Officialibus in ijs, quæ ſpectant ad eorum officium. Vrb. VIII. Append. conſt. 29. *Alias felicis.*

2 Gratia, ſuper qua fuerunt litteræ expeditæ, non euaneſcit morte Pontificis, ſed ſuum effectum ſortiri debet iuxta earum tenorem; modo ratione, vel alia ſuſpicione careant, & non ſint in forma Commiſſaria, quia tunc re infecta remanente, morte Mandantis mandatum expiraret, 1589. Vcapaten. 26. Septembris 302.

3 Quando gratia conceditur cum clauſula *ſi eſt ita*, ſi adeſt alteratio alicuius momenti, non mandatur executioni vſque ad nouum Ordinem, 1601. Imola 20. Nouembris 238. *cap. Si quando, de reſcript.*

4 † Gratia Principis, ſi eſt in præiudicium tertij venit reſtringenda, alias regulariter amplianda. *Othob. deciſ. 175.* *

GRATIS.

Baptiſmus. Beneficium. Nuncius. Ordo. Scriptura. Status. Taxa.

1 O*Rdinarius* nihil debet accipere.

I. Pro Bullis Ordinum aut Beneficiorum, ſeu dimiſſorijs quibuſcumque, vel illarum præſentatione.

II. Pro decretis viſitationum, & prorogationibus adimplendi. † Pro quibus neque Cãcellarius aliquid accipere poteſt. C. C. 23. Febr. 1581. *

III. Pro reuiſione rationum, non obſtante qualibet contraria vel immemorabili conſuetudine. C. C.

IV. Pro licentijs quæſtuandi, & docendi. *c.* 1. *& ſeqq. De Magiſtris*.

V. Pro abſolutione Excõmunicationis.

VI. Pro habilitatione, vel relaxatione Iuramenti.

VII. Pro liberatione, vel redintegratione à ſuſpenſionibus.

VIII. Pro qualibet re ſpirituali, excepta Scriptura, pro qua recipi poteſt merces congrua iuxta ſacrum Concilium Tridentinũ ſeſſ. 21. c. 1. 1586. Capaccio 29. Apr. 354.

† Licentia vero confeſſiones audiendi, vel prædicandi gratis concedi debet etiam quo ad Cancellarium. *C. C. Patauina* 7. *Ianuarij* 1654. *

IX. A Monialibus pro ingreſſu, exploratione, vel traditione veli, 1608. Trani 30. Maij 54. 1642. Iſernia 6. Iunij 196.

† Sacra quoque C. C. cenſuit, non licere Ordinario, vel eius Vicario quicquam à Monialibus etiam ſponte oblatum accipere, neque pro vectura Equorum occaſione profeſſionis, Nouitiarum, electionis Abbatiſſæ, vel aliarum Officialium, vel ſimili. 12. *Febr.* 1622. Vide *Pilaiam in dec. pontificijs tom.* 1. *l.* 1. *d.* 12. *n.* 113. vbi de his donationibus fusè. *

X. Occaſione cauſarum inter Regulares, quas Ordinarius cognoſcit ex delegatione S. C. 1653. Off. di Vigeuano 7. Febr. 2.

Neque Nuncius: immo, & proceſſum gratis trãnſmittere tenentur, 1654. Conuentuali 4. Septembris 100.

XI. † Pro diſpenſationibus non licet Ordinario, vel Vicario aliquid recipere, neque ex taxa ab immemorabili obſeruata, neque pro mercede laboris, quam ea in re ſuſciperent Notarijs vero pro examine Teſtium quartam partem aurei ſiue ducati licebit accipere. *C. C. Burgen.* 16. *Maij* 1580.

XII. Cũ nonnulli Procuratores Generales Ordinum Regulariũ conquesti fuiſſent, ſe ab aliquibus Epiſcopis, ſeu eorum Vicarijs cogi ad ſoluendas ſportulas aliaque ſubire diſpendia pro executione gratiarum, quæ in dies à S. C. conceduntur ipſis Regularibus circa alienationes bonorum ſtabilium, alioſque contractus, etiamſi in decretis, ſeu licentijs ipſarum conceſſionum prefatis Ordinarijs directis, expreſſa ſit clauſula *Gratis*. Ideo ſub die 15. Decemb. 1657. actum fuit in S. C. circa huiuſmodi querelas: ac tandem Eminentiſſimi Patres iniunxerunt Secretario, vt rem ad Sanctiſſimum referret. Ad quem facta relatione, Sanctitas Sua ſub die 14. Februarij 1658. mandauit, vt in quibuslibet Commiſſionibus, quæ Ordinarijs locorum alijſque, etiam S. R. E. Cardinalibus diriguntur, apponatur clauſula *Gratis*: ac proinde ipſas commiſſiones abſque vllo partium diſpendio executioni demandandas. Notarium vero duntaxat proportionatam labori ſuę ſcriptionis mercedem exigere poſſe.

Pro litteris autem abſolutionum, & diſpenſationum in foro conſcientiæ tantum nihil omnino à quocumque accipi poſſit, quemadmodum Romæ obſeruatur. 3. Auguſti 1572.

2 Parochus extorquere nõ debet à nolente ſoluere, nec quicquam petere, pro benedictione ſponſorum, vel Mulieris poſt partum: ſed ſi quis ei ſponte quicquam donare voluerit, poterit recipere, 1579. Marſi 15. Decembris 354.

† Sacra quoque C. C. in vna Albiganen. 25. Maij 1641. cenſuit, Parochum pro publicandis reſignationibus, & permutationibus beneficiorum, Monitorijs, & Patrimonijs Clericorum, quicquam accipere nõ poſſe. *

G R E X.

GRegem ouium decem oues: Porcorum vero quatuor vel quinque faciunt. *l. Oues* 3. *ff. n. de Abig.*

Item Congregationem tres faciunt: vt mortuo Prælato, vel vno ex ipſis, remaneant ſaltem duo. *cap.* 1. *de elect.*

Item ad conſtituendum Collegium requiruntur tres ſecundum leges. *l. Neratius* 8. *ff. n. de verb. ſign.*

Retinetur tamen in vno ius Collegij. *l. Sicut* 7. §. *vlt. ff. n. Quod cuiuſque vniu. nom.*

Item decem homines faciunt Populum. *Arg. c. vnic.* 3. *in fin.* 10. *quæſt.* 3.

Item plures quam decem vel quindecim turbam. *l. Prætor ait.* 4. §. 1. *ff. n. Vi bon. rap.*

Item ad familiam requiruntur plures duobus. *l. Deteſtatio* 40. *ff. n. de Verb. ſign.*

G V B E R N A T O R.

Conuertitæ. Legatus. Vicaria.

1 GVbernatori non debetur locus in Choro, oſculatio Euangelij, vel ſimilia, 1586. Trani 30. Maij 436. Ruuo 19. Aug. 642. 1594. 16. Aug. 237. 1596. Otranto 16. Decembris 99.

Neque Miniſtris Audientiæ Regiæ, 1596. Coſenza 5. Febr. 13.

2 Gubernator Epiſcopus indiſtinctè incenſatur, & recipit pacem ante Vicarium, & etiam non Epiſcopus, ſi ſit Prouinciæ: ſi vero ſit Ciuitatis particularis non Epiſcopus præſente Epiſcopo ante Vicarium, eo vero abſente, poſt Vicarium, 1592. Ceſena 30. Iunij 113.

3 Epi-

3 Epiſcopus Gubernator poteſt extra ſuam diœceſim portare Rocchettum cum Mozzetta, ſed mantelletto cooperta, 1579. Macerata 8. Decembris 13.

4 Gubernatio, ac ſuperintendentia Eccleſiæ vacantis commiſſa Epiſcopo viciniori tamquam proprio, 1604. Matera 26. Octobris 55. 1605. Mineruino 25. Ian. 8.

Aliquando abſque prohibitione eligendi Vicarium capitularem, 1600. Trani 8. Martij 20.

Qui poſt annum concedere poſſit dimiſſorias, & intra annum arctatis, ac ſi non adeſſet ſuperintendens, modo bene vtatur tali facultate, 1605. Trani 25. Ian. 7.

5 In dubio non intelligitur S.D.N. cōcedere alicui Regulari regimen ad vitam, 1651. Monte Vergine 30. Martij 6.

6 Pro gubernio Monaſteriorum debēt mitti fratres originarij petētibus Communitatibus, ſi ſunt idonei, 1604. Perugia 17. Maij 40.

7 Vices abſētis Prioris ſuppleri per Hebdomadarium, abuſus eſt nō ferendus, 1627. 7. Maij 212.

8 Quādo alicui Religioni aufertur Cōuentus, aufertur etiam per conſequens regimen Monialium illius loci, 1597. Toſcana Montepulciano 20. Octobris 114.

9 Superiores Regularium non poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate priuari gubernio Monialium, 1642. Nannneten. 18. Iulij 247.

10 Ordinarius nō poteſt præcipere renuntiari ſibi numerum locorum vacantiū in Monaſterijs Regularibus ſubiectis: quia in his non poteſt ſe ingerere, niſi circa ea, quæ reſpiciunt clauſuram, & adminiſtrationem bonorum, 1593. Caſale 9. Nou. 26.

Vt circa renunciationes, depoſita, inueſtimenta, & ſimilia, 1651. Oruieto 17. Nouembris 24.

11 Ordinarius non poteſt cedere Regularibus gubernium Monialium ſibi commiſſarum, 1604. Siluanecten. 13. Iulij 41.

12 Quando regimen Monaſterij aſſignatur Ordinario vicino, vel alteri priuatiuè quoad Epiſcopum, tunc Epiſcopus proprius non poteſt ſe ingerere in clauſura, vel alijs, quæ pertinent ad Ordinarium in Monaſterijs exemptis, 1642. Sauona 17. Ian. 18.

13 *Confeſſarius* non debet habere iuriſdictionem, & regimen temporale, vel ſpirituale externum Monaſterij, 1604. Pauia 3. Octobris 32.

Neque ſe ingerere in adminiſtratione temporalium, 1599. Meſſina 17. Nou. 106.

14 Deputati à Ciuitate pro gubernio Monialium permitti poſſunt, dummodo ab Epiſcopo confirmentur, & non ſint perpetui, 1582. Reggio 16. Ian. 25.

15 Regulariter tamen ius non competit Ciuibus, nec quibuſcumque laicis, etiā Principibus, nominandi Oeconomos pro regimine Monialium, nec in eo ſeſe ingerere, 1616. Reggio 29. Ian. 19. 1645. Città di Caſtello 6. Octobris 120. 1650. 23. Sept. 1.

G V L A. *Abortus*;

GVlæ peccatum non incurritur comedendo, vel bibendo ſimpliciter propter delectationem, ſi inde aliquid nocumenti ſecuturum non ſit, nec adſit prohibitio, nec modeſtiæ leges lædātur, nec aliud ſequatur inconueniens: alias non poſſet quis ob ſolam delectationem aſpicere pulchra, audire Muſicā, olfacere aromata, &c. *Sancius diſp. 2. num.* 14. Vbi declarat, quomodo ſit intelligendus ille Verſiculus.

Præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe.

H

HABILITATIO.

Carcer.

1 PRo cauſa non nimis ardua concedēda eſt habilitatio cum fideiuſſione de ſe repræſentando, 1645. Palermo 27. Iulij 7.

2 *Ad Gradus* ſimpliciter, & gratioſè cōceſſa non finitur primo vſu, 1648. Lateranenſi 19. Iunij 2.

HABITATIO.

Canonicus. Cella. Confeſſarius Confraternitas. Domus. Nouitius.

1 NOn eſt permittendum, quod Milites habitēt prope Moniales, 1614. Aſcoli 21. Martij 38.

Quæ tamen ſeruare debent indemnem Dominum domus, 28. Iunij 82.

2 Fratres non debent ſub quouis prætextu pernoctare in domo Factoris Monialium, 1618. Oſſeruante 7. Decembris 384.

HABITVS.

Clauſura. Clericus. Epiſcopus. Hebræus. Nouitius. Profeſſio. Quæſta. Regularis. Reformatio. Soror. Veſtis. Vidua. Virgo. Vita.

1 NOn debet Epiſcopus ſine cauſis multum vrgētibus Eccleſiaſticis præcipere, vt mutent habitum; vel Rectoribus, vt diuerſo modo induantur ab alijs, 1607. Ferrara 5. Febr. 9. 12. Martij 15.

2 Propter temporalem prohibitionem recipiendi ad habitum, non ſunt dimittendi iam recepti, 1650. 28. Ian. 2.

Idem de Monialibus, 1614. Porto 21. Februarij 14.

3 Deuotionis habitus Regularis permitti debet Mulieribus ſæcularibus, 1646. Terracina 13. Iulij 50. 27. Iulij 42. *verbo Tertiariæ.*

Dum-

Dummodo ſit lanæ ſimplicis, & non phrygiatus, 1583. Napoli 13. Aprilis 88.

4 Dedecet Moniales deferre crines criſpatos, vela concinnata, & veſtes coloratas, vel pretioſas, 1610. Milano 26. Nouembris. *71. Monialis 3.*

Multo magis habitum virilem, vel arma, etiam occaſione recreationis, 1604. Ferrara 12. Aprilis 32.

5 Ordinarius cogere non poteſt Moniales ad mutandum habitum, 1602. Arbe 23. Iulij 45.

6 Auctoritas reſeruata Confraternitati, quæ fundauit, vel dotauit Monaſterium, in puellis acceptandis, non ſe extendit ad ſuffragia ferenda, ſed tantum ad informationes capiendas, 1599. Oſmo 8. Iunij 57.

Et puellas proponendas, 1616. Perugia pro Monaſterio Bartolello recens conſtructo 13. Maij 69.

Ac conſenſum præſtandum, 1635. Ruuo 26. Ian. 32.

7 Regulariter admitti poſſunt puellæ; non obſtante cõtradictione laicorum, licet Monaſterij Sindici ſint, 1604. Aſſiſi 12. Ian. 4. 1614. Rimini 12. Decembris 163. 1619. 16. Auguſti 286.

8 Non eſt tolerabilis recurſus ad laicos pro recipiendo habitu Monaſtico, 1618. Montepulciano 31. Auguſti 301.

9 Puellæ ad habitum recipi non poſſunt, niſi in loco numerario, & cum licentia Ordinarij, etiam in Monaſterijs Regularibus ſubiectis, 1650. 10. Iunij 55.

Et exploratione voluntatis per eumdem facienda, 1582. Faenza 9. Nouembris 141.

In Monaſterijs tamen Regularibus ſubiectis non ſe intromittit in introductione, & traditione habitus Monaſtici, 1617. Sulmona 14. Martij 64.

10 *Examen* Puellarum exiſtentium intra clauſuram fieri non debet, niſi bene videantur, & recognoſcantur, ne aliqua ſubſit ſuppoſitionis fraus, 1597. Arezzo 8. Decembris 327.

11 *Acceptatio.* Decretum generale. *Supranumerariæ. Quemadmodum, &c. Et ſi quæ ſupra ſtatutum numerum reciperentur, duplicem eleemoſynam afferre, & ſupranumerarium locum tenere deberent.*

12 Non ſubintrant. *Verum, &c. ſtatuit, & declarat, &c. In locum Monialium decedentium intra numerum nequaquam ſubrogari, neque impedimento eſſe, quin aliæ in locum earumdem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in ſingulis Monaſterijs Moniales intra numerum poſſunt admitti. Quinimmo eaſdem ſic ſupra numerum receptas, ſupranumerarias ſemper quo ad hoc remanare, etiam ſi in cæteris ab alijs nihil differant, &c.*

13 Dos duplicata. *Declarat inſuper eadẽ S. C. duplicis eleemoſynæ nomine intelligi ſemper debere duplicatam ſummam eius, quæ in receptione cuiuſcumque Monialis intra numerum in quolibet Monaſterio conſtitutum, erogari pro tempore conſueuerit. Ita tamen, vt vbi ſumma, quæ confertur, minor eſt ſcutis ducentis, ibi ſaltem ratione duplicatæ eleemoſynæ ſoluenda ſint ſcuta quadringenta, & non minus.*

14 Expectatiuæ. *Eadem quoque S. C. diſtrictè prohibet, ne loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam Puellæ concedantur, neque promittantur, niſi ſecuta vera, & reali illorum vacatione, &c. Dummodo tunc temporis Puella ipſa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requiſitas: quibus etiam præditas eſſe debere vult, quæ ſupra numerum recipiendæ ſunt, iam tunc, cum eis loca promittuntur, vel dantur.*

15 Nullitas, & Pœnæ. *Si quid vero contra ã quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & eſſe decernit. Ac nihilominus Abbatiſſas, Prioriſſas, & alios quoſcumque Monaſteriorum Superiores, &c. priuationi vocis actiuæ, & paſſiuæ, alijſque einſdem Congregationis arbitrio infligendis pœnis, obſtrictos, & obnoxios fore declarat, &c.* 1604. 6. Septembris 49. & 50.

16 Non licet in locis numerarijs recipere ſupranumerarias maioris dotis gratia, 1630. Nullius S. Oreſte 11. Ian.

17 Epiſcopus debet admittere in locis numerarijs habentes requiſita, 1645. 9. Septembris 43. 1646. Parma 27. Iulij 31.

Permittendo Monialibus liberam acceptationem in eiſdem locis, 1610. Piacenza 13. Ian. 2. 1611. Sorrento 15. Iulij 77. 1615. Gerace 8. Maij 53.

18 Epiſcopo, vt recipiat ad aures vota Monialium propter periculum conſpiratiuæ excluſionis, à paucis maleuolis proueniens, 1621. Auerſa 8. Iunij 100.

19 *Conſenſus.* Sacræ Congregationis legibus cautum eſt: ne Puellæ ad Monaſtici habitus ſuſceptionem admittãtur, niſi Epiſcopo annuente, ac Monialibus habito capitulo ſecretoque ſuffragantibus, 1616. Atrebaten. 7. Septemb. 32.

Ad Educationem ſimiliter, 1645. 28. Iulij 48. 1646. 7. Sept. 32.

Nec vis inferri debet arbitrio Monialiũ, 1646. 7. Martij 1.

Vbi tamen in fundatione cautum eſt, vt recipiantur cum ſolo conſenſu Epiſcopi, & Deputatorum, ſeruari poteſt, non obſtante clauſula. *Dummodo Moniales capitulariter, ſecretiſque ſuffragijs conſentiant*, vt Peruſiæ in Mon. Bartolello, 1614. 14. Nou. 146.

20 Proponere acceptandas ſpectat ſolum ad Abbatiſſam, & Moniales, 1648. 6. Nouembris 43. n.6.

21 *Prælatio* Ciues, ſi exiſtant, præferuntur exteris, 1595. Aſſiſi 9. Iunij 411. 1645. 13. Ianuarij 40.

Præſertim in Monaſterijs Ciuitatis Prati, 1624. Piſtoia 7. Maij 115.

22 Puellæ acceptatæ debent habitũ ſuſcipere infra ſex menſes, 1628. Piacenza 10. Nou. 342. 1614. Aſſiſi 14. Mar. 32. *v. Monialis.*

Immo acceptatio nulla redditur, niſi ſuſcipiatur habitus intra duos menſes. *Ibidem.*

23 *Illitteratæ* profeſſæ carent vſu vocũ, quouſque diſcant officium recitare: & interim conueniant in Chorũ, & recitabunt ſubmiſſa voce tot coronas, 1627. Terni 23. Aprilis 175.

24 *Imped.* Puella monachari poteſt in eodem Monaſterio cum Auia, ſeu Matertera, 1620. Fiorenza 30. Iunij 188.

Immo Mater cum filia, & e conuerſo, 1620. Siuiglia 14. Iulij 104. 1652. Nocera 2. Auguſti 41.

25 *Aetas* vltra duodecim annos nõ impedit ſuſceptionem habitus, 1617. Nocera 11. Auguſti 216.

26 Nec ex eo, quod pacem in ſcriptis concedere nolit, 1606. Ferrara 26. Ian. 7.

27 Suſceptio habitus in Monaſterio extinguendo nulla eſt, 1604. Siena 5. Octob. 63

28 *Ad quæſtuandum* Profeſſas mittentes, etiam ſub prætextu nõ poſſidendi ſtabilia, non poſſunt ad habitum recipere ſine licentia S. C. 1605. Vicenza 10. Ian. 1. 1611. Aquila 21. Ian. 7.

29 In Monaſterio vbi non eſt numerus præfixus, veſtiri non poteſt ante præfixionem, 1609. Sora 22. Maij 33.

Niſi cum licentia S. C. & depoſito conditionali duplicato, 1645. Gubbio 2. Iunij 19. 1646. 18. Maij 9.

30 Nunquam per gratias ſpeciales intelligitur derogatum prohibitioni generali niſi pro illa vice, 1646. Napoli 7. Sept. 27. 1650. Bologna 15. Iulij 30. &c.

31 Prohiberi debet receptio ad habitũ in illis Monaſterijs, quorum Moniales recipere nolunt ordinationes Epiſcopi pro ſecuritate clauſuræ, 1618. Decreto 12. Iunij 192.

Vel quæ non poſſunt induci ad integrã obſeruantiam ſuæ Regulæ. *v. Caro 3.*

32 Puella furtim in Monaſterio prohibito veſtita educitur & in alio, vbi non adſit prohibitio, collocatur, 1619. Piſtoia 10. Maij 147.

33 Licentia veſtiẽdi in Monaſterio prohibito eſt ſubreptitia, niſi prohibitionis expreſſa derogatio fiat, 1627. Parma 22. Ian. 19.

HAERESIS.

Arma. Cibus. Confeſſio. Dos. Excommunicatio. Fides. Filius. Inquiſitor. Oratio. Papa. Regularis. Sententia.

1 M*Multa*, quæ ſapiunt hæreſim, vel manifeſtam, vel præſumptam, retuli lib. 4. Ciuilium, tit. 18. n. 15.

2 Vt vero meridiana luce clarius appareat Hæreticorum delirium, inſigniores, eoque ſtultiores aliquas, noſtri præſertim temporis hæreſes enumerabo, deſumpta vt plurimum ad verbum e libris Hæreſiarcharum à Iodoco Coccio Canonico Iuliacenſi in ſuis duobus tomis controuerſiarũ Chriſtianæ Religionis. Ex antiquis igitur.

I. Nicolaus Antiochenus, vnus e ſeptẽ Diaconis, dicebat, eum, qui ſingulis diebus Venerem non exerceret, vitæ æternæ participem non poſſe fieri: vnde etiam vxorẽ ſuam alijs communicabat. *Ex Irenæo, & Epiphanio refert Coccius tom. 2. lib. 2. art. 8.*

Sed vbi quæſo Deus rem tantopere nobis ad ſalutem neceſſariam declarauit? *Vide quæ de intellectu præcepti generandi dixi in Collect. ad tit. Pſal. 45. n. 4. & 5. & 1. Cor. 7. 34. 5.*

Baronius tamen *an.* 68. *n.* 9. ex S. Ignatio, & alijs verius exiſtimat, Nicolaum fuiſſe virum bonum, & Catholicum: falſo vero Nicolaitas illius ſibi nomen vſurpaſſe.

II. Baſilides ex eo, quod in hiſtoria Paſſionis ſcriptum eſt, Simonem quemdam à Iudæis coactum, Crucem Domini geſtaſſe, affirmauit, non ipſum Chriſtum, ſed ſub eius effigie Simonem Cyrenenſem paſſum eſſe: Chriſtum vero eminus ſtetiſſe, & Iudæorum riſiſſe ſtultitiam, quod putantes ipſum Chriſtum crucifigere, alium crucifixiſſent. *Tertullianus, Epiphanius, Philaſtrius, & Theodoretus de Baſilidi: quos refert Coccius tom. 1. lib. 2. art. ...*

Hanc hæreſim refello in Collect. ad Philipp. 3. 2.

III. Hebionis, Cerinthi, Fotini, & Pauli Samoſateni hæreſis fuit, quod Chriſtus nõ fuit ab initio Deus, nec extitit ante Matrẽ, ſed purus Homo: Deitatem tamen pro meritis conſecutus eſt. *S. Thom. 3. quæſt. 2. 11. c.*

Et quod Chriſtus ex viri ſemine conceptus eſt contra illud Iſai. 7. *Ecce Virgo concipiet.* & contra totum Euangelium. *S. Th. 3. quæſt. 28. 1. c.*

IV. S. Hilarius, referente Coccio l. c. ſentit, Humanitatem Chriſti ſuapte natura fuiſſe miſeriæ, ac doloris expertem: famem tamen, ſitim, mœrorem, timorem, ceteraſque tum animi, tum corporis infirmitates, non fuiſſe illi naturales, ſed vltro aſſum-

aſſumptas noſtri gratia. *Biblioth. lib.*5. *annotat.* 186.

Sed adduci non poſſum, vt credam, ſanctiſſimum Virum, qui ab ipſa pene infantia contra hæreſes pugnauit, hæc vel ſenſiſſe, vel ſcripſiſſe. Si enim ita ſcripſiſſet, quomodo S. Hieronymus, Catholicæ fidei Propugnator acerrimus, ſcriberet ad Lætam his verbis: *Hilarij libros inoffenſo decurrat pede*? Putarim potius ab aliquibus Hereſiarchis tamquam zizania bono ſemini ſuperſeminata, quo ſub Hilarij celeberrimo nomine nugas ſuas carius venditarent: ſicut & Origeni accidiſſe ipſemet queſtus eſt: cuius epiſtolam retuli ſupra v. Dæmon num. 5.

Hilarium egregiè purgat S. Thomas, quē retuli in Collect. ad Iſa. 53. 3. 16.

V. Arius credidit, Dei filium eſſe minorem Patre & creaturam, & per conſequens Perſonas Diuinas differre eſſentialiter. *Vide D. Thom.*1. *q.*31. 2. *c.*

VI. Cataphrygarum hæreſis erat, quod non baptizabant in nomine trium Perſonarum, ſed in commemoratione mortis Chriſti, quem credunt purum hominem, & Spiritum Sanctum eſſe Montanum. *Contra quem S. Thomas* 3. *quæſt.*66. 1. *Et ego ipſe in collect. ad Hebr.* 6. 4. 16.

VII. Donatiſtæ rebaptizabant homines. *S. Thom. ibid.*

VIII. Eunomius hęreticus dicebat, quod Filius eſt omnino diſſimilis Patri. *Contra quem vide S. Thom.* 1. *quæſt.*42. 1. 2.

IX. Eutyches hæreticus dicebat, quod in Chriſto eſt tantum vna natura, compoſita ex Diuina & humana. *S. Thom.* 3. *quæſt.* 54. 3. 5.

X. Euthychius Patriarcha Cōſtantinopolitanus ſcripſit, quod corpora Chriſti, & reſurgentium non erunt palpabilia, ſed vētis, aereque ſubtiliora. A Gregorio tamen conuictus, eiuſque libro per Imperatorem exuſto, quæ ſcripſerat in morte retractauit.

XI. Heluidij hæreſis, quod Mater Chriſti non manſit virgo poſt partum. *S. Thomas* 3. *quæſt.* 50. 5. *Vide quæ dixi in Collect. ad Ezech.* 44. 2.

XII. Manichæorum hæreſes:

Prima, quod principia ſunt duo, vnum bonorum & ſpirituum tantū, ſcilicet Deus: alterum malorum & corporalium, ſcilicet Diabolus. *S. Thom.*1. *quæſt.*8. 3. *c.*

Secunda, quod Deus eſt corpus, & lux infinita. *S. Thomas* 1. *quæſt.*19. 1. *c.*

Tertia, quod Chriſtus eſt iſte ſol viſibilis. *S. Thom. ibid.* ex eo, quod Chriſtus cum ad cælos aſcendit, corpus ſuum in ſolis globo reliquit, quod illud vltra non potuiſſet eleuare, ad quod perperam referunt illud Pſal. 18. *In Sole poſuit tabernaculum ſuū.* Et ideo Solem adorant. Vide Bibliothecam ſanctam lib.5. annot. 160.

Quarta, quod Diabolus eſt naturaliter malus. *S. Thom.*1. *quæſt.*63. 5. *c.*

Quinta, quod quædam animæ ſunt de ſubſtantia Dei. *S. Thom.*1. *quæſt.*90. 1.

Sexta, quod caro hominis non eſt bona nec à Deo, ſed à Diabolo. *S. Thom.*2.2. *quæſt.* 25. 5. *c.*

Septima, quod Manes eorum Hæreſiarcha ſit Spiritus Sanctus. *S. Thom.*1. 2. *q.*196. 4. 2. *& multa alia.*

XIII. Montanus hæreticus dicebat, ſe eſſe Spiritum Sanctum, Prophetaſque fuiſſe arreptitios, nec habuiſſe lumen iudicandi. *S. Thom.* 22. *quæſt.*173. 3.

XIV. Nazaræorum hæreſis erat, quod fides Chriſti ſine legis operibus nō ſufficiebat ad ſalutem. *S. Thom.*3. *quæſt.*74. 4. *c.*

XV. Neſtorius & Dioſcorus, quod in Chriſto ſunt duæ Perſonæ, & quod B. Virgo non eſt Mater Dei. *Vide S. Th. quem retuli in Collect. ad Matth.*1. 16. 12.

XVI. Nouatianorū hæreſis, quod peccans poſt baptiſmum, non poteſt reſurgere per Pœnitentiam. *S. Thom.*3. *quæſt.*84. 10. *c.*

XVII. Origenis hæreſes.

Prima, quod Verbum Dei non eſt Deus eſſentialiter, ſed participatiuè:

Secunda, quod Perſonæ Diuinæ differunt eſſentialiter.

Tertia, quod Anima Chriſti cum alijs ſpiritualibus Creaturis creata fuit ante corpora, & à Verbo aſſumpta: in fine vero vnita corpori.

Quarta, quod Animæ ſunt vnitæ diuerſis corporibus propter diuerſa peccata.

Quinta, quod beatitudo terminabitur, ſimiliter & pœna. *Contra quem S. Thom. locis citatis in Indice v. Hæreſis à num.*29.

XVIII. Hæreſes Pelagij.

Prima, quod omnia præcepta Dei ſeruari poſſunt ſine gratia. *Contra quod vide quod dixi Thren.* 1. 9.

Secunda, quod principium bene operandi eſt ex nobis, ſed conſūmatio ex Deo.

Tertia, quod Pueri non cōtrahunt peccatum originale, ſed baptizantur propter regnum Dei.

Quarta, quod Matrimonium æquatur Virginitati. *Vide c.*38. *Quidam Hæretici* 24. *quæſt.*4. *& Indicem mearum Collectanearum.*

XIX. Iuliani & Galliani hæreſis, quod Corpus Chriſti non fuit mortuum. *S. Th.*3. *quæſt.*50. 5.

XX. Abbatis Ioachim hæreſis, quod Diuina eſſentia generat & generatur. Ipſe

tamen non fuit hæreticus, quia defuit pertinacia. *cap.1. de ſumma Trin. & fine Cath. S. Thom.1. quæſt.39. 5.*

3 Ex recentioribus vero Martinus Lutherus.

I. *De Sacram. Cœnæ contra Fanaticos.* Credimus, quod Ieſus Chriſtus ſit iuxta humanitatem ſuper omnes cælos collocatus, & omnia impleat, quomodo Paulus ſcribit ad Epheſios: & quod Chriſtus ſit omnium rerum Dominus, etiam ſecundum humanitatem, & habeat in manu ſua, & ſit vbique præſens.

Quod omnia impleat, & ſit vbique præſens ſecundum humanitatem, hæreſis eſt. Non poteſt enim Corpus infinitum eſſe, neque tam immenſum humanum corpus eſſe decet. Vide meam Collect. Epheſ. 4. 10.

II. *In Confeſſione maiori in Cœna Domini.* Cum credo, quod ſola humana natura pro me paſſa ſit, Chriſtus ille vilis, nec magni pretij eſt; immo ipſe quoque ſaluatore opus habet.

Vera diceret impoſtor, niſi Filius Dei humanam naturam aſſumpſiſſet in vnionem Perſonæ: vnde actiones, ac Paſſiones illius ſunt infiniti pretij vt pote à Diuino ſuppoſito procedentes, cum actiones ſint ſuppoſitorum. Hæc autem Lutherana hæreſis coincidit cum Neſtoriana, duas in Chriſto naturas, & perſonas ponente, ac per neceſſarium conſequens, Incarnationem negante.

III. Idem Lutherus approbat hæreſim Gnoſticorum, Chriſtum ignorantem, & ſub cuiuſdam Pædagogi ferula alphabetum diſcentem pingentium: quod, & Caluinus aſſerit contra illud Pſal. 93. *Qui finxit oculum*, ſcil. intellectum, *non conſiderat?* Iren. lib.1. c.17. Coccius art.3.

IV. Chriſtus ad inferos deſcendens, Damnatorum igne cruciatus fuit, eorumque pœnas ſoluit. *Quomodo Chriſtus dolores inferni ſoluerit, dixi in Collect. ad Act.2. 24. abſque eo quod cruciaretur igne, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.*

V. Maria Deipara, *inquit ſacrilegus ſerm. Domin. infra oct. Epiphaniæ*, eo vſque errauit, vt neſciret, vbi Chriſtus quærendus eſſet. Quid potuit cogitare Maria, niſi ſua culpa amiſſum Filium Dei, & Deo Patri viſam indignam, cui Filium ſuum commiſſum denuo relinqueret? Melius fuiſſet, nō factam fuiſſe Matrem, quam auferri ab eo ex improuiſo. Et quis inter homines maior peccator, quam hæc ipſa Mater Dei?

Ipſa per ſe blaſphemia peſtilentem ac diabolicam oſtendit animam.

VI. *Serm. de Natiuitate Beatiſs. Virg.* Sumus pares Matri Dei, & æque Sancti, ſicut illa; niſi quod non poſſumus eſſe Dei Matres, ſicut illa fuit. *Delirium clare patet, ſicut & in ſeqq.*

VII. Paulus, vt apparet, quaſi per contumeliam, Matrem Filij Dei Mulierem tantum appellat. *lib.3. art.5.*

Id facit Paulus ad Chriſti humilitatem commendandam, quod ex infirmiori ſexu, nempe muliebri, carnem aſſumere dignatus ſit.

VIII. Ferte neque, vt Maria dicatur ſpes, & vita mea. Vide Biblioth. lib.5. annot. 104.

IX. Lutherus, & Caluinus Angelos inuocandos eſſe, vel ſingulis hominibus vnū ad cuſtodiam deputari, negant. *Hanc hæreſim quo ad primam partem ſolidiſſimis ſcripturis, & auctoritatibus ego refello in Deut. 3. 27. 12. & in Matth. 6. 7. n. 5. & Luc.1. 28. 126. Quo vero ad ſecundam in Collect. ad Pſal.* 141. *n.4.*

X. *Ad c.45. Geneſis.* Sancti dormiunt, & neſciunt, quid hic agatur: & tamē quieſcunt. *Sed hoc eſt hæreticum, quia eſt illis adimere beatitudinem. vt ſupra v. Anima, & infra v. Mors.*

XI. D. Petri merita nec aſſe quidem redemerim. Quomodo enim mihi auxiliabitur, qui neque ſibi ipſi tulit opē? *Sed oportebat exemplo Magiſtri paſſionem antea ſuſtinere.*

XII. *De Adoratione Sacramenti ad Vualdenſes.* Non poſſum vos pro hæreticis habere, quemadmodum Sophiſtæ noſtri faciunt: quod neque Dei Matrem, neque quemquam Sanctorum inuocatis; ſed in ſolo, & vnico Mediatore Chriſto acquieſcitis. Et ſi hic alius pro alio intercedere debet: tamen de Sanctorum mortuorum inuocatione, & interceſſione nihil in ſcripturis extat.

Et tamen 2.Machab.15. de Ieremia iam mortuo dicitur: Hic eſt qui multum orat pro Populo.

XIII. *Aduerſus Regem Angliæ.* Ego aduerſus dicta Patrum, Hominum, Angelorum, Dæmonum, pono, non antiquum conſenſum, non multitudinem hominum, ſed vnius Maieſtatis æternæ Verbum, Euāgelium, quod ipſimet coguntur probare. Hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic triumpho, hic inſulto Papiſtis, Thomiſtis, Henriciſtis, & omnibus Portis Inferi; nedum dictis Hominum quantumlibet Sanctorū, aut conſuetudini fallaci. Dei Verbum eſt ſuper omnia. Diuina Maieſtas mecum facit, vt nihil curem, ſi mille Auguſtini, mille Eccleſiæ Henricianæ contra me ſtarent. Deus errare, & fallere non poteſt. Auguſtinus, & Cyprianus ſicut, & omnes electi, errare potuerunt, & errarunt. Dogmata mea ſtabunt, & Papa cadet. Papatus eſt Principis Satanæ peſtilentiſſima abominatio, quæ vnquam ſub Cælo fuit, aut futura eſt. Viuus Papatus hoſtis ero: exuſtus

bis hoſtis ero. Facite porci Thomiſtæ quod poteſtis: Lutherum habebitis Vrſum in via, leænam in ſemita: vndique Vobis occurret, & pacem habere non ſinet, donec ferreas veſtras ceruices, & æreos frontes contriuerit.

Si tot homines ſanctiſſimi potuerunt errare: cur de facto errare non potuit, errauitque ſpurciſſimus ipſe?

Obiter etiam notandum, quod Lutherus volens nolens confitebatur, aut metuebat fore, vt combureretur: quæ propria eſt Hæreticorum pœna.

XIV. In libello, cui titulum indidit. *Aduerſus execrabilem bullam Papæ.* Parati ſumus pro hac noſtra ſententia ſtultas veſtras cenſuras non modo cum gaudio ferre, ſed etiam rogare, vt nunquam nos abſoluatis. *Hæreticorum obſtinatio.*

XV. *De captiuitate Babylonica.* Principio mihi neganda ſunt ſeptem Sacramenta, &c. *Vide quo fundamento ſomniauit negare ſeptem Sacramenta, quæ ab initio Apoſtolus, & Eccleſia tradiderunt, immo & ipſe Chriſtus.*

XVI. Tranſubſtantiatio Panis, & Vini in Sacramento à Magiſtrollis Louanienſibus, ſine omni fundamento, ſine vllo verbo, ex mera inſcitia traditur.

Magnum reuera fundamentum habet Lutherus ad aſſerendum, æque ſacrum eſſe ſtercus fœtidum, ac Hoſtiam conſecratam ex eo, quod Corpus Chriſti eſt vbique.

XVII. *Contra Zuinglium, & Oecolampadiũ.* Maxima mea peccata ſunt, quod tam ſanctus fui Monachus, ac tot Miſſis per annos quindecim Dominum meum tam grauiter offendi. *Forte vera dicit, quia eas indigne celebrauit.*

XVIII. *In libro de Miſſa angulari Lutherus ipſe ſe ſuam à Diabolo doctrinam accepiſſe confitetur ſub his verbis.* De meipſo incipiam; & coram vobis doctiſſimis Patribus paruam faciam confeſſionem: reddite mihi bonam abſolutionem, & quæ vobis non ſit dedecori.

Aliquãdo media nocte experrectus, qua Diabolus huiuſmodi mecum in corde diſputationem orſus eſt: quemadmodum ille ſæpiſſimè alijs noctibus multum mihi negotij faceſſit.

Audi vir doctiſſimè. Noſti etiã te quindecim annis celebraſſe Miſſas priuatas pene quotidie? Quid ſi tales Miſſæ priuatæ horrenda eſſent idololatria? Quid ſi ibi non adfuiſſet Corpus & Sanguis Chriſti, ſed tãtum Panem & Vinũ adoraſſes, & alijs propoſuiſſes ad adorandũ? Cui ego reſpondi.

Sum vnctus Sacerdos: Accepi vnctionem, & conſecrationem ab Epiſcopo: & hæc omnia feci ex mandato, & obedientia

Maiorum. Quare non conſecraſſem, cum verba Chriſti ſerio pronunciarim, & magno ſerio Miſſas celebrarim?

Hoc noſti: hoc totum eſt, inquit, verum: ſed Turcæ etiam, & Gentiles omnia faciunt in ſuis Templis ex obedientia, & ſerio ſacra ſua faciunt. Sacerdotes etiam Ieroboam faciebant omnia certo zelo, & ſtudio. Quid ſi tua ordinatio, & conſecratio etiam falſa eſſet, ſicut Turcarum: & Samaritanorum falſa cõſecratio, falſus, & impius cultus eſt?

Hic certe ſudor mihi erupit, & cor tremere, ac palpitare cœpit. Diabolus argumenta, ſua commodè ad oppugnandum diſponere, & vrgere nouit, habetque grauem, & fortem vocem: & huiuſmodi diſputationes non diu multumque deliberãdo peraguntur; ſed in momento vna reſponſio aliam accipit. Atque ego tum bene expertus ſum, quomodo fiat, quod plane homines in lecto mortui inueniuntur. Poteſt occidere corpus, hoc vnum eſt: poteſt etiam animas diſputando in tales anguſtias redigere, vt illis in momento migrandum ſit e corpore, quo me ſæpe numero proximè adduxit. Certe in hac diſputatione compræhendit me. Ego vero tam innumerabilium blaſphemiarum cumulum inuitus coram Deo portaſſem, ſed innocentiam meam libenter defendiſſem. Itaque attendebam illi, quas cauſas contra meum ſacerdotium, & conſecrationem haberet.

Primo. Noſti, inquit, nullam hactenus te habuiſſe cognitionem Chriſti, nec verã fidem. Et quoad fidem attinet, nihil melior fuiſti quolibet Turca. Nam Turca, immo ego, omneſque diaboli etiam, credunt, quæ de Chriſto ſcripta ſunt Iacobi 3. Hoc eſt, quomodo ſit natus, mortuus, & ad cœlos aſcenderit. Sed inde noſtrum nullus quicquam conſilij capit tamquam de ſuo Saluatore: ſed timemus eum tamquam ſeueriſſimum Iudicem. Quam fidem, & tu habes: quia vos omnes, relicto Chriſto, ad Mariam & Sanctos acceditis; illos pro Chriſto vt tutelares imploratis: hoc nec tu, nec quiſquam Papiſtarum negare poteſt. In hanc fidem ordinatus es, & Miſſas celebraſti, tamquam Ethnicus, & non vt Chriſtianus. Quomodo ergo conſecrare potuiſti, qui non fuiſti perſona, quæ conſecrare poſſet?

Secundo. Ordinatus es, & conſecrati præter ordinationem, & voluntatem Chriſti. Nam Chriſtus vult, vt ſacrificium vel Miſſa ita adminiſtretur, vt Chriſtianis, & alijs porrigatur. Nam ſacrificulus erit Miniſter Eccleſiæ, qui non diſtribuat Sacramenta,

menta, & concionetur: quemadmodum verba Chriſti in Cœna Domini, & 1. Cor. 11. expreſsè requirunt. Vnde & à veteribus Patribus Communio dicitur: quod nō ſolus Sacerdos ſumere, ſed etiam alij ſimul accipere debent. Tu vero contra huiuſmodi Chriſti voluntatem, per quindecim annos ſemper huiuſmodi ſacramenta ſolus accepiſti, nec cuiquam porrexiſti: immo hoc prohibitum tibi fuit, ne omnino liceret alijs porrigere. Qualis eſt hæc ordinatio, & conſecratio? Qualis Sacerdos fuiſti, qui tibi ſoli, & non Eccleſiæ miniſtraſti? De tali ordinatione Chriſtus nihil nouit.

Tertio. Chriſtus vult, vt coram Sacramento, de ſeipſo, & ſua morte fiat concio, quemadmodum dicit. *Hoc facite in meam commemorationem*. Hoc eſt, *Annunciate*, quēadmodum Paulus loquitur, *meam mortem, donec venio*. Sed tu angularis ſacrificule nullum verbum concionatus es, & in omnibus angularibus tuis Miſſis ſolus ſumpſiſti, ſolus tecum muſſitaſti. Hoccine eſt Chriſti voluntati ſatisfacere? Hiccine eſt verus Sacerdos? Hæccine eſt ſancta ordinatio? Siccine Clericalem dignitatem, & ordinationem accepiſti, & exercuiſti?

Quarto. Chriſtus vult, vt ſit commune Sacramentum, quod alijs Chriſtianis cōmunicetur: Tu autem ordinatus es, quod Deo offeras, nec in ſacerdotem ſacramenti, ſed in ſacerdotem oblationis ordinatus es: quemadmodum ſonāt verba Epiſcopi Suffraganei, cum calicem tibi traderet in manus ac diceret. *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium pro viuis, & mortuis, &c.* Hæccine eſt peruerſa ordinatio, quam tu tamquam priuata perſona ex eo diuinam oblationem facis, quod in commune ſacrificium à Deo per miniſterium Sacerdotis Chriſtiani porrigendum ordinatum eſt? O abominationum abominationem!

Quinto. Chriſtus vult, quemadmodum dictum eſt, vt Sacramentum hoc diſtribuatur, quo Chriſtiani eo in fide confirmentur, & Chriſtum publicè laudibus celebrēt. At tu priuatum inde opus feciſti; quod tuum ſit, quod perfeciſti abſque opere aliorum, & huiuſmodi opus alijs applicaſti, & pecunia vendidiſti. Quid horum negare potes? Vbinam ordinatus es, qui vera fide caruiſti, qui contra omnem ordinationem, & voluntatem Chriſti ordinatus es in priuatum ſacrificulum, non in publicum Eccleſiæ ſacerdotem: qui nulli ſacramentum porrexiſti, nihil in eius præſentia concionatus es, qui nihil omnino operatus es, qui ſolum contra Chriſtum ordinatus es, vt agas, quicquid illi aduerſetur. Si vero contra Chriſtum ordinatus es; ordinatio tua falſa, Antichriſtiana, ac re vera nihil eſt. Quamobrem nec conſecraſti, ſed merum panem, & vinum obtuliſti, ſumpſiſti, adoraſti, aliiſque adorandum oſtendiſti. Vide hic in tua Miſſa.

Primo nec perſonam eſſe, quæ conſecrare debeat vel poſſit, nimirum hominem Chriſtianum, & fidelem.

Secundo. Nec adeſt perſona, cui debeas conſecrare, & porrigere, nimirum Chriſtiana plebs: ſed tu impie, & infidelis ſacerdos ſolus hic ſtas, & arbitraris, Chriſtum tua tantum cauſa conſtituiſſe & velle, vt tu ſolus ſuum corpus & ſanguinem conſecres; cum tamen reuera ipſius non membrum, ſed hoſtis exiſtas.

Tertio non adeſt ipſiſſima intentio, & fructus aut vſus, qualia Chriſtus requirit. Nam inſtitutum eſt Sacramentū, quo Chriſtiani eo cibentur, & confirmentur: Chriſtum prædicent, & celebrent. Iam Chriſtiana plebs de tua Miſſa nihil nouit: ſed tu taces illic in angulo, deuoras omnia ſolus, qui tam incredulus es & indignus: neminem eo paſcis, ſed vendis tamquam opus ſupererogationis.

Cum nunc non adſit perſona, quæ conſecrare debeat; neque perſona adſit, quæ ſumat, & omnino Chriſti voluntas inuerſa ſit, & tu in huiuſmodi peſſimum, & inuerſum ſacerdotem ordinatus ſis, ordinatio, & conſecratio tua nihil aliud eſt, quam tentatio, & blaſphemia in Deum: nec tu ſacerdos es, nec panis in Corpus Chriſti in tua Miſſa tranſmutatur, &c.

In hac anguſtia, & neceſſitate conſtitutus, diabolum à me propellere volebam, arripiens veterem clypeum ſiue ſcutum, de quo in Papatu edoctus eram, ſcilicet intentionem & fidem Eccleſiæ. Nam etiam ſi ego non rectè credidiſſem, nec intendiſsē; rectè tamen credere & intendere Eccleſiā: & propterea putabam meam Miſſam, & ordinationem legitimam eſſe. Hic eiuſmodi verbis mihi reſtitit.

Amabo dic mihi, quo loco ſcriptum ſit, quod impius, & infidelis homo poſſit in fide, & intentione Eccleſiæ conſecrare? Vbi Deus hoc docuit, vel præcepit? Quibus verbis probas, quod Eccleſia huiuſmodi tibi opinionem porrigat & tradat, ad tale angulare opus perficiendum: ſi homines dixerunt præter expreſſum Dei verbum; omnino mendacium eſt: adeo in tenebris omnia agitis ſub nomine Eccleſiæ, & veſtras abominationes tamquam Eccleſiaſticas doctrinas prætenditis, &c.

Sapientiſſimus vir, qui adhuc non nouerat, diabo-

diabolum patrem eſſe mendacij.

XIX. Crede mihi, bene, immo valde bene, diabolum noui. *Eo inexcuſabilior, quod eius pedicas euitare noluerit, immo illis illaqueari, & obſtringi volens, & prudens elegerit.*

XX. *In colloquijs menſalibus.* Malo per Diabolum, quam per Cæſarem interire: ſic enim per magnum Dominum interirem. *Deſiderium animæ eius tribuit Luthero Dominus, permittens Diabolo, vt eum repentina morte ſuffocaret in lecto.*

XXI. Diabolus frequentius, & propius mihi condormit, quam mea Catharina.

XXII. Narrat Lutherus, quod nonnunquam in dormitorio cum Diabolo deambulet: & ſe habere vnum atque alterum miraculum diabolos, à quibus diligenter, & intente admodum obſeruetur. Exiſtimat eos non vulgares, ſed magnos dæmones; immo Doctores Theologiæ inter dæmones eſſe. *Vltimum ridiculum, cætera poſſunt eſſe vera.*

XXIII. *Ac. 1. Galat.* Eſto Eccleſia, Auguſtinus, & alij Doctores; item Petrus, Apollo, immo Angelus, e cælo, diuerſum doceant: tamen mea doctrina eſt eiuſmodi, quæ ſolius Dei gloriam illuſtret.

XXIV. *In Colloquijs.* Hieronymum legere licet propter hiſtoriam: nam de vera fide, & doctrina ne Verbum quidem in ipſius ſcriptis extat. Quin te Hieronyme cõculcamus cum tua Bethleem, deſerto, & cuculla. Hieronymus enim inter Eccleſiæ doctores numerari nõ debet, quia fuit hæreticus: puto tamen, quod per fidem in Chriſtum ſaluatus ſit.

XXV. Chryſoſtomum nullo loco facio: non eſt niſi loquaculus. Baſilius nihil valet; totus eſt Monachus: ne pilo quidem illum redimerem. Apologia Philippi omnes Eccleſiæ Doctores ſuperat, etiam Auguſtinum.

XXVI. Auguſtinus nihil ſingulare habet de fide: ſed vbi Pelagianos oppugnat, excitatur, & in virum euadit.

XXVII. Hieronymus mihi obijcitur: homo nullius iudicij, neque intelligentiæ. Quid carnalius, immo quid magis impium, ſacrilegum, & blaſphemum dici poteſt, quã id, quod Hieronymus ſcribit. Virginitas cœlum, coniugium terram replet?

XXVIII. *Contra Regem Angliæ.* Quis eſt Auguſtinus? Quis nos coget illi credere? Qua auctoritate verbum eius eſt articulus fidei?

XXIX. Gregorij quoque Conciones ne teruncij quidem valent: Diabolus enim eum in dialogo ſuo craſſe decepit.

XXX. *In Colloquijs.* Si vino te impleueris,
Dormire ſtatim poteris;
Et poſt ſomnum ventriculum:
Vino replere iterum:
Nam Alexandri regula.
Præſcribit hæc remedia. *& infra.*

XXXI. Iacobus Concionator Bremenſis in die Palmarum inter alia fercula gallinam mihi parauit dicens: ſi docemus, quare non facimus? Tandem depoſui habitũ. Ego enim niſi cucullam exuiſſem, carnem manducaſſem, & vxorem duxiſſem; Papiſtæ meam doctrinam tamquam non veram calumniati fuiſſent.

XXXII. *Dom. 1. Aduentus.* Satanæ commentum eſt, & nocentiſſimum figmentũ, quod illæ formæ Temporum vulgo ſunt pro ſpiritualibus bonis, &c. Ex animo velim, ſuggeſtus ſimul vniuerſi, vna cum Monaſterijs, Collegijs, Templis, Cellis, Sacellis, igne flagraſſent pridem, redactaque eſſent in cinerem, propter horrendam Animarum ſeductionem atque cladem, quæ ab iſtis in Orbem redundauit.

XXXIII. *In ſolemnitate S. Stephani.* Nullus finis hactenus fuit Templa, & Sacella extruendi; vt nullus hodie locus illis vacet. Satius multo erat omnia Collegia funditus euertere, igneque conſumere, etiamſi id temere, & ſine iuſſu Magiſtratus fieret, quam vnam animam adductam in hunc errorem perire. Etenim Deus nihil de Templis, de ſolis animabus præcepit. Et hinc liquere poteſt, quæ cauſa ſit, quod Templa crebrius reliquis Aedibus fulmine feriuntur; nimirum quod Deus nulli æque ſit infenſus: ſicut in nullis alijs, immo in nullis ſpeluncis latronum, in nullis proſtribulis, tanta cædes animarum perpetratur.

Loca altiora, vt Campanilia, naturali ratione fulmine feriuntur crebriùs: quia cum fulmen non recta, ſed tortuoſe deſcendat, in altiorem locum prius offendere ſolet. Præceptis Diuinis circa Templa plena eſt tota ſacra pagina.

XXXIV. *In epiſtola ad Leonem X.* Quare beatiſſime Pater, proſtratum me pedibus Beatitudinis tuæ, offero cum omnibus, quæ ſum & habeo. Viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vt tibi placuerit. Vocem tuam vocem Chriſti, in te præſidentis, & loquentis agnoſcam.

O beatum Lutherum, ſi hæc opere compleſſet! Vide Coccium tom. 1. lib. 8.

4 *Ioannes Caluinus harmonia Euangelica ad cap. 1. Lucæ verſ. 34.*

I. Non magnopere laborandum eſt, vt Mariam ab omni purgemus vitio. *Concedo, quia hoc tamquam articulum fidei diffiniuit Eccleſia, ſcilicet quod Beatiſſima Virgo nec venialiter vnquam peccauit. Trid. ſeſſ. 6. can. 23.*

Licet hunc ſenſum non intenderet impius Hereſiarcha, nolens tamen expreſſit, vt alter Caiphas.

II. *Lib.3. Inſtit. c.26. §.6.* Stultum & temerarium eſt inquirere, in quo loco ſint animæ iuſtorum, & an fruantur gloria æterna necne.

Non quia ſit hoc incertum, ſed quia certo certius; cum hanc veritatem Eccleſia declarauerit vt ſupra v. anima.

5 Henricus VIII. Angliæ Rex ſeipſum appellauit totius Anglicanæ, & Hibernicæ Eccleſiæ caput immediate ſub Chriſto. *Coccius.*

6 Eliſabetha Angliæ Regina ſeipſam ſcribit Eccleſiæ Gubernatricem in omnibus rebus, & cauſis, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus. *Iodocus Coccius.*

7 *Bernardinus Ochinus in præfatione ſuorum Dialogorum.*

I. Conſiderans, quemadmodum Chriſtus Eccleſiam ſuam potentia, bonitate ſumma fundauerit, extruxerit, ſtabilierit, ſuoque ſanguine lauerit, & ſpiritu ditauerit; eamdemque rurſus funditus euerſam videns, non potui ſane non mirari: ac tantæ ruinæ cauſam ſcire cupiens, comperi fuiſſe Papas.

Papa eſt viſibile Eccleſiæ poſt Chriſtum fundamentum: quod hæretici conantur euertere, ſed fruſtra.

II. *Contra Vveſtphalum fol.60.* Scimus quidem verba Chriſti eſſe Chriſtianiſſima, & veriſſima, *Hoc eſt corpus meum*, ac pro veris admittimus. Reſpōdemus tamen fieri poſſe, vt cum Dominus dixerit, *Hoc eſt corpus meum*, dicere voluerit, *Hic panis ſignificat corpus meum*: ſi quidem in Scripturis ſacris Spiritus Sanctus ſæpe tropis locutus eſt.

Non tamen licet ſacram Scripturam tropice interpretari euertendo ſenſũ literalem contra vnanimem conſenſum SS. Patrum.

Sed faceſſant hæreticorum deliria.

8 Hæreticus occultus, ſi aliquo ſigno externo hæreſim prodat, etiam occultiſſimo, incidit in cenſuras, & pœnas hæreticorum, vt latius dixi lib. 4. Ciuilium tit. 18. num.6.

9 Apoſtata vel Hæreticus pure mentalis, vel pure externus, qui ore, non mente fidem negauit, à quolibet approbato Confeſſario poteſt abſolui; cum hæreſis non ſit reſeruata, niſi ratione excommunicationis, quæ non incurritur ab Hæretico pure mētali, vel pure externo. *Clau. Reg. lib. 4. c. 5. num.11. Bonac. de cenſur. diſp.2. quæſt.5. pun.2. Diana 3. tr. 4. reſol. 143. & 4. tr.4. reſol. 211. verſ. Nota ſecundo, & reſol.240.*

10 Hæretici non poſſunt habitare neque in Italia, neque in Inſulis adiacentibus, vt ex Gregorio XV. & Vrb. VIII. latius dixi in Collect. ad Matth. 13. 26. n.3. & ſeqq.

11 *Quomodo ſint examinandi Hæretici ab Inquiſitoribus, refert Diana 4. tract.8. reſol.78.* In cauſis, *inquit*, ſpectantibus ad ſanctam fidem, cautiſſimè incedendum eſt pro examine callidi verſutiq; Hæretici. Ideo Reus in cauſa violatæ Religionis primo examinandus eſt de genere ſuo, de parentibus, & patria, de educatione, & diſciplina, de bonitate, & prauitate, ac ſocietate, & amicitia, de moribus, & verbis: An ſciat, propter quam cauſam ſit captus; an aliquos habeat ſuſpectos, quos, & qua de cauſa. Inſiſtat autem Inquiſitor in omnibus, quæ ad negotium Fidei faciunt, ſuperflua. & aliena omnino reſecando.

Secundo intra primos dies capturæ ſuſpecti de fide benigne erunt admonendi ad dicendam veritatem: & dum Inquiſitores eos examinabunt, poterit eis humile ſedile concedi, vt habeant animum magis quietũ.

Tertio ad habenda indicia eorum ſtatus, ſciſcitetur ab eis conſueta Catholicæ Religionis: quas deuotiones habeant; quas preces in Eccleſia, vel alibi fundere ſoleant; quando, & à quo confeſſi ſunt; ſi communicauerunt, ſi frequentauerunt Eccleſias, & ſimilia.

12 † Matrimonia inter Hæreticos coram Magiſtratu loci, vel Miniſtro Hæretico contracta, ſi eo loci publicatum fuit Cōcilium Tridentinum, nequaquam eſſe valida: ſed omnino vt valida ſint, coram Parocho, & Teſtibus ab ipſis quoque Hæreticis eſſe contrahenda. *Antuerpien. 18. Iulij 1602. 13.* Die 14. Martij 1630. S. D.N. Vrbanus Papa VIII. in Congr. S. Officij fer.v. coram Sanctitate Sua habita, decreuit, quo ad matrimonia iam inita, tolerari poſſe, Mulieres Hæreticas, quæ Maritos habent Catholicos, cohabitare arbitrio Ordinariorum, quamdiu fuerit aliqua ſpes conuerſionis, & nullum ſubuerſionis periculum, ita tamen vt proles Catholice educatur. *

HEBDOMADARIVS.

Chorus. Præcedentia.

1 NOn debet celebrare valde diluculo, 1601. Aliffe 20. Febr. 86. n.2.

2 Abſens ex cauſa, ex qua conceduntur diſtributiones; nihil tenetur dare ſupplenti hebdomadam pro ipſo, nec ipſe ſupplere, quando redit, 1602. Anagni 5. Martij 21. ex c. 1. de Cler. ægrot.

HEBRAEVS.

Iudæi. Supranumeraria.

1 NOn poteſt prohiberi Regularibus, ne prædicent, vel ne confeſſiones audiant, ſub prætextu, quod originem duxe-

duxerint ad Hebræos, 1621. Elboren. 16. Nouembris 165.

Vel à Neophitis, 1617. Euora 24. Nouẽbris 304.

Nec puella propterea impediri à ſuſceptione habitus, 1614. Lisbona 28. Febr. 15.

Dummodo in Monaſterio non adſit ſtatutum, vel conſtitutio particularis id prohibens, 1622. Coimbra 21. Ian. 16.

2 Non permittatur Hebręis acceſſus ad Moniales: & accedentibus ſine licentia infligatur exilium à Ciuitate, & diœceſi, 1594. Rauenna 28. Nouembris 371. 1655. Fiorẽza 25. Iunij 175.

HENOCH. Elias.

HENRICVS. Hæreſis 5.

HAERES.

Electio. Fideicommiſſum. Homicidium. Illegitimus. Legatum. Patronus. Relictum. Sepultura. Subſtitutio. Teſtamentum.

1 QVis. Hæres in certis rebus inſtitutus, habetur loco legatarij, nec tenetur creditoribus. *l. Quoties 13. C. de hæred. inſtit. gloſ. in c. Raynutius, 16. De Teſtam.*

2 Hæredes inſtitui poſſunt, quicumque non prohibentur à Iure, ſiue ſint homines liberi, ſiue ſerui, & ſiue ſerui alieni, ſiue proprij. Item Patresfamilias, Filijfamilias, Muti, Surdi, Furioſi, Prodigi, Milites, Laici, Clerici, Princeps, Eccleſia, quilibet locus pius ac venerabilis.

Qui nam vero prohibeantur hæredes inſtitui, dixi in lib. 2. Ciuilium tit. 14. de hæred. inſtit. num. 5.

3 Nepos ex filio ſpurio, vel nepos ſpurius ex filio naturali, & légitimo, poteſt ab Auo non Clerico hæres inſtitui, niſi Pater Clericus ſit. *Ex Pio V. & l. fin. C. de nato. lib.*

4 Hęreditariæ res nõ dicuntur amplius poſt aditam hæreditatem. Vnde bonis paternis cum iuramẽto renuncians, ſi poſtea, adita per alios fratres hæreditate, vnus ex fratribus moriatur, ſuccedit cũ alijs, etiamſi defunctus non haberet alia bona quam illa, quæ acquiſiuit ex hæreditate Paterna: nã tunc non dicuntur amplius bona paterna, ſed proprium patrimonium ipſius Fratris. *Oinot. de interdictis, §. ſequens diuiſio, n. 28.*

An autem hoc habeat locum, etiam quando filia non renunciauit, ſed excluditur per ſtatutum, vide quæ dixi lib. 1. Ciuilium tit. 2. num. 43.

5 *Adiri* per Procuratorem hæreditas nõ poteſt. *l. Paulus reſpondit per Procuratorem, ff. de acquir. hæred. Rota apud Ludou. deciſ. 460. n. 3. & dixi in Can. lib. 1. tit. 38. n. 14.*

6 Ordinarius non poteſt præcipere Monialibus, vt aſſignent Profeſſæ vſumfructũ ſuæ hæreditatis, 1614. Borgo S. Sepolcro 13. Iunij 77.

7 *Inuentarium* hęres conficere volens, creditores, & legatarios citare tenetur: Tutor vero minimè, vt latius dixi in tit. de hæred. qualit. n. 10. §. 2.

8 Hęres Creditor defuncti, ſi confecit Inuentarium, poteſt ſuum creditum detrahere, ac ſi non eſſet hęres, vt latius dixi libro 2. Ciuilium tit. 19. n. 16.

9 *Obligationes.* Hęres infra tempus conficiendi Inuentarij moleſtari non poteſt à Creditoribus, & legatarijs. *Ibid. n. 18. §. 6.*

10 Hęres percipiens fructus ex negligentia non petentis fideicommiſſum, nec eos reſtituere; nec in quartam Trebellianicam computare tenetur. *l. In fideicommiſſarijs 18. l. Mulier 22. §. ſi hæres. l. Ita tamen 27. §. Hæres ex aſſe, ff. Ad S. C. Trebell.*

Licet alias non ſolum teneatur fructus à tẽpore litis conteſtatæ perceptos in quartam Trebellianicam computare, ſed etiam, ſi quid ex eis ſupereſt, reſtituere. Si tamen perciperet fructus ex voluntate defuncti, vt quia rogatus eſt poſt tempus reſtituere, tenetur quidem fructus perceptos in quartã computare; ſed non reſtituere, ſi qui ſupereſſent. *d. §. hæres. & gloſ. d. c. Raynutius ver. conteſtatæ. De quo lib. 2. Ciuilium tit. 14. de hæred. inſtit. n. 5.*

11 Hęres non tenetur parere conditioni adiectæ in codicillis: vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 25. n. 5.

12 *Non poteſt* hęres venire contra factũ Defuncti. *l. Cum à matre 14. C. de rei vind.*

13 Hęreditatis iacentis curator præſentare poteſt ad beneficium Iuriſpatronatus dictæ hęreditatis. *Barboſa alleg. 71. n. 6.*

14 *Pœna.* Hęres negligens ſoluere legata pia intra ſex, menſes à die inſinuationis teſtamenti, cogitur in pœnam legatum reddere cum omni emolumento, quod ex eo percipi potuit à die mortis Teſtatoris: & huius rei executionem omnia hereditaria bona debent ei per Epiſcopum ſequeſtrari. *c. ſi hæredes 6. & ibi Couar. de teſtam.*

Et ſi illa neget, vel ſoluere differat, quouſque in iudicio cõueniatur, poteſt ad duplum condemnari. *§. ſed furti, Inſt. de action.*

Et ſi ſemel monitus, non ſolum publicè per Iudicem, ſed etiam priuatim per Rectorem, vel Oeconum, voce, vel nuncio, vel epiſtola, illa intra annum ſoluere neglexerit; perdit ipſo iure omne lucrum ex teſtamento ſibi proueniens, excepta legitima: adeo vt non ſolum hæreditatem, ſed etiam prælegata, poſt ſententiam Iudicis amittat. *Auth. Hoc amplius, C. de fideic.*

Quæ loquitur de quolibet legato: re-

quirit tamen admonitionem per Iudicem faciendam. *Sed Auth. licet Teſtator, C.de Epiſcopis, & Cler.* loquitur ſolum de legato ad pias cauſas, in quo ſufficit quælibet admonitio. *Sanchez lib.4. Moral. c.1. dub.56.*

15 Hæredes venientes ab inteſtato, qui ſunt in poſſeſſione bonorum, priuari non poſſunt per viam executiuam, ſed procedi debet cũ libello, Iuris ordine ſeruato, 1593. Monopoli 18. Octobris 266.

HIEROSOLYMITANI.

Mercatura.

1 TRanſeuntes ad aliam Religionem, ſi redeant, non facta profeſſione, redintegrari debent in primum locũ, 1601. Gieroſolim. 3. Iulij 34. *Sed hoc eſt generale pro quibuslibet Religioſis tranſeuntibus.*

2 *Remittuntur* Magno Magiſtro id petẽti, non obſtante quod S. C. mandauerit Ordinario, vt eos puniat, 1603. Nicotera 19. Auguſti 95.

Etiam cum delinquunt extra Clauſtra, 1602. Hieroſolym. 12. Martii 13.

Eo tamen caſu puniri poſſunt ab Ordinario in terminis Concilij, 1600. 13. Nouembris 2. 1603. Trani 17. Iulij 70. Nicotera 19. Auguſti 65.

† Nam etiã Hieroſolymitani delinquẽtes extra clauſtra puniuntur ab Epiſcopo ad terminos Concilij ſeſſ.6. c.3. *Mediolanen. lib.* 11. *ad* 29. 13. *April.* 1581.

Laudatum à Sanctiſſimo. 17. *Iunij* 1581. *ad* 32. *

Solet etiam id committi Nuncio, 1602. Trani 1. Septembris 69.

3 Ordinario quoque aliquando committitur, vt procedat contra eos, maximè ſi non communicant in Paſchate, 1610. 10. Decembris 1616. 26. Febr. 33.

4 Ordinarius iterum affigere debet cedulones contra Hieroſolymitanũ, à ſe pro diuerſis exceſſibus excommunicatum, ſicut & Epiſcopus loci, vbi habitat excommunicatus, non obſtante declaratione nullitatis cenſuræ, facta ab ipſis Militibus, cum ſint Iudices incompetentes, 1615. Chiuſi 6. Febraro 14.

† Sacra, &c. cenſuit, poſſe Archiepiſcopum ſuis ſubditis præcipere, vt Equitũ Hieroſolymitanum, qui Clericum publicè percuſſerat, vitent tamquam excommunicatum; & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, & alijs Sacerdotibus prohibere, ne eum admittant intra Eccleſias eidem Archiepiſcopo ſubiectas. *lib.* 12. 1. *Salernitana.* *

5 Poteſt procedere contra eoſdem, ſi accedant ad Monaſteria Monialium contra formam decreti, 1599. Napoli 12. Iulij 68.

1605. Gieroſolim. 18. Febraro 15. 1614. Parma 29. Auguſti 109.

6 Clerici, Presbyteri, vel alii Miniſtri delinquentes, qui actu ſeruiunt Eccleſiis Hieroſolymitanis, puniuntur ab Ordinario iuxta Bullam 67. Greg. XIII. *Circumſpecta*, & Conc. Trid. *ſeſſ.*24. c.11. Modo non viuant intra clauſtra ſubiecti obedientiæ dictorum Militum copulatiuè, 1582. Genoua 14. Auguſti 107.

Tunc tamen poterit eos carcerare, & ſuperioribus conſignare, ad terminos Concilij puniendos, 1598. Coſenza 18. Febraro 9.

† Qui vero geſtant ſolũ dimidiã Crucem ſubduntur ord. *C C.* 21. *Iulij* 1640. *

7 *Parochiæ, & Viſitatio.* Si Commendatarius infra terminum, &c. non præſentet Epiſcopo perſonam idoneam inſtituendam, Epiſcopus prouidebit, 1578. Perugia 11. Ian. 48. Siena 8. Martij 61.

8 In Parochijs Religionis Hieroſolymitanæ, in quibus Populus habet ius eligendi ſiue nominandi Parochum, examen & approbatio ſpectat ad Epiſcopum, ſola inſtitutio ad Priorem, 1620. Meſſina 1. Septẽbris 258.

9 Curati Religionis Hieroſolymitanæ tenentur interuenire conſecrationi oleorũ, ſi tenentur alij, 1586. Faenza 20. Maij 418.

Similiter ad proceſſiones, & alia, 1599. Ceſena 28. Aprilis 37.

Et ad exponendas 40. horas per turnum, 1619. 27. Septembris 331.

Non tamen ad ſubſidium caritatiuum, vel Cathedraticum, vel contributionem Seminarij, vel ad procurationem pro viſitatione, niſi in conceſſione Eccleſiæ ſibi eam Ordinarius reſeruaſſet, 1581. Aſcoli 11. Iulij 95. 1604. Elnen. 27. Iulij 18. *C. C. lib.*14. 454. *Auguſtana.*

10 Ordinarius compellere poteſt Hieroſolymitanos ad executionem decretorũ viſitationis Apoſtolicæ, etiam in Bulla Pij Quinti non comprehenſorum: alias enim ea viſitatio quo ad ipſos raro haberet effectum, 1580. Pauia 26. Iulij 129.

† Cũ Ordinarius viſitat Parochias Religioni Hieroſolymitanæ ſubiectas, debet declarare, ſe id facere tamquam Delegatũ Apoſtolicum, 1614. Meſſina 23. Maij 62. Ex Pio V. conſt. 1636. *Expoſcit.* Sicut dum viſitat alias Eccleſias exẽptas. C.C.lib.15.33.

Sed quando Epiſcopus per ſe vel per aliũ viſitat Parochiales aliorum Regularium, non eſt opus vt declaret, ſe id facere tamquam Delegatum Apoſtolicum. *Portugallen. S. Benedicti Portugalliæ* 1. *Nou.* 1607. *

11 *Priuilegium* habent Hieroſolymitani expendendi ad duos annos fructus Commen-

men-

mendarum vacantium in ſeruitium Religionis: adeo vt durante biennio ij fructus non poſſint ſequeſtrari neque in executionem viſitationis Apoſtolicæ, 1586. Turino 10. Iunij 478.

12 Priuilegia exemptionis Militum Hieroſolymitanorum habent verba ampliſſima, etiam à quibuſuis impoſitionibus ex quauis cauſa, & quouis prætextu; apta comprehendere etiam caſum ineuitabilis neceſſitatis publicæ: maximè attentis cauſis, & meritis, propter quæ dicta priuilegia conceſſa fuerunt Militibus antedictis; quia ſcilicet non modo facultates, & fortunas, verum etiam ſanguinem, & vitam pro defenſione Reipublicæ Chriſtianæ profundunt. *Rota apud Farin. par.*1. *tom.*1. *deciſ.* 72. *num.* 6.

13 Milites Hieroſolymitani priuilegiũ habent ſeu Statutum à Sede Apoſtolica confirmatum, *vt qui Patre aut auo ſcriba, vel Notario aut Tabellione natus fuerit, minime in Ordine pro Fratribus Militibus admittatur.* Habent tamen aliud Statutum, in quo expreſsè declaratur, deſcendentes à Notariis, admitti poſſe in Ordinem Cappellanorum, & fratrum ſeruientium.

Item licet Mercatura obſtet ſuſceptioni habitus illius Religionis; tamen eadem Religio interpretatur, hoc non habere locum in Ciuitate Florentiæ, & ſimilibus, vbi Mercatores habentur pro Nobilibus.

Et ſi hæc interpretatio non extendatur ad Notarios, & deſcendentes ex eis. Nam hi licet ſint e ditione Comi, vel Mediolani, vbi Notarij habentur pro Nobilibus: Nihilominus tamen excluduntur à ſuſceptione habitus Fratrum illius nobiliſſimæ Religionis. Ratio, quia officium Notariatus ex ſui natura ſonat in quid vile, & per multos annos adminiſtratum fuit à ſeruis publicis, donec *per l. penult. C. de Tabell. lib.* 10. fuit id eis prohibitum.

Prætetea in quibuſdam Ciuitatibus omnes Nobiles ſolet eſſe Mercatores: ſed nullibi omnes Nobiles ſolent eſſe Notarij. *Rota apud Farin. par.*1. *to.*1. *deciſ.*297. *& dec.* 504.

14 Prohibere non poteſt Epiſcopus, ne celebretur in Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ à Sacerdotibus, tam Fratribus, quam Cappellanis dicti Ordinis, abſque ſua licentia, 1606. Siracuſa 29. Aprilis 34.

15 *Sepulturam* eligere poſſunt in teſtamento Milites Hieroſolymitani, ſi à Religione eius condendi facultatem habeant, ſine tamen præiudicio iurium Religionis, & quatenus exiſtant, etiam Parochialium, 1637. 4. Septembris.

HILARIVS.

Hæreſis 2. §.4.

HISPANI. Fides 10.

HISTORIA. Figura.

PRæclarum eſt, mentem Hiſtoriarum cognitione inſtructam ac refertam habere: Hiſtoria enim conglobata quædam, & coaceruata ſapientia eſt, hominumq; multorum mens in vnum collecta. *S. Gregorius Nazianzenus ad Nicobulum de hiſtoria legenda Elogium.*

HOMICIDIVM.

Delictum. Excommunicatio. Furtum. Irregularitas. Occiſio. Reſtitutio.

1 **H**Omo occiſus non autem vulneratus ſolum, adhuc viuens, præſente homicida voluntario, non autem caſuali, ſanguinem e vulneribus, præſertim recentibus, fundere ſolet: idque, quia remanſit infectum à ſpiritibus doloſi occiſoris, quod locum non habet in homicida caſuali. Vulneratus autem non fundit ex ſola præſentia vulnerantis: quia natura retinet ſanguinem, quamdiu poteſt, ad conſeruationem Indiuidui. *Simon. Maiol. dierum canicularum colloq.*1.

2 Homicida occultus, propter quem alter innocens eſt in carceribus cum periculo perdendæ vitæ, non videtur obligandus ad ſe prodendum: nemo namque turpitudinem ſuam propalare tenetur; magiſque vitam noſtram quam alterius conſeruare debemus. Si vero falſum teſtimoniũ tuliſſet, ob quod alter eſſet in periculo perdendi vitam, deberet teſtimonium ſuum reuocare, atque omnem operam ad innocentem eripiendum adhibere, licet ob id oporteret eum perdere vitam. *Ex ſot. lib.*7. *quæſt.*6 *art.*3. *de iuſt & Iure. Nauar. c.*15.*n.*18.

3 *Reſtitutio.* Homicida, vel latro punitus à Iudice, tenetur nihilominus ſatisfacere Parti læſæ, cum qui duobus diuerſas res debet, non liberetur, ſoluendo vni, quod alteri debet. *c. ea te* 22. *de iureiuran. c. ſicut dignum* 14. §. *eos. De homicid. & ibi gloſ. in ver. Non tamen aliena.*

Et illa punitio, quæ in vindictam irrogatur, eſt compenſatio iniuriæ Reipublicæ illatæ. *c. vt famæ* 35. *de ſent. excom.*

Ergo ſatisfaciendo Reipublicæ non manet liber à ſatisfactione partis: niſi pars læſa contenta exiſteret, vt per pœnam, quam infligeret Iudex, etiam ſibi ſatisfieret.

Ex quo ſequitur, hæredes eius, qui decollatus, vel ſuſpenſus eſt, teneri ad reſarciendum damnum illarum parti, ſicut ad ſoluendum alia debita: ad quod etiam tenetur Fiſcus, ſi occiſi bona confiſcata ſunt. *l. Non poſſunt* 11 *l. In sũma* 17. *ff. n. de iure Fiſci.*

Contrarium tamen *Diana* 5. *tr.*4. *reſol.*60. probabile putat, nempe capitis ſententiam compenſare omnem iniuriam,& damnum homicidii.

Vnum tamen certum eſt, quod non tenetur homicida ſoluere debita creditoribus occiſi, quibus debitor ſoluiſſet, ſi non fuiſſet occiſus, niſi ad hunc finem occidiſſet; quia nullam creditoribus intulit iniuriam, ſed hoc damnum ſecutum eſt omnino per accidens. Ad obligationem vero reſtitutionis inducendam non ſufficit damnum illatum, ſi non adſit etiam iniuria. *Clau, Reg. lib* 11. *cap.*3. *n.*24.

4 *De pœna* filium,vel patrem deliberatè occidentis dixi tit.9. lib. 1. de patria pot. num.7.

5 Iuris naturalis eſt, ne quis inauditus, & indefenſus damnetur. *Clem. paſtoralis,* 2. §. *cæterum de ſent. & re iud.*

Quare mortaliter peccant Reges,& Principes, qui propter ſolam ſcientiam priuatã alicuius delicti, delinquentem veneno,vel alio mortis genere, e medio tollunt; aut beneficijs, officijs,vel honoribus,ad nutum non amouilibus, priuant; & ſimiliter taliũ ſententiarum executores, quando certo ſciunt eas eſſe iniuſtas, tunc enim Deo potius obedire tenentur. *c. ſi Dominus* 96. & *c.*99. *Qui reſiſtit* 119. 3. *Caietan. v. homicidiũ. Vide latius Dianam* 3. *tr.* 5. *reſol.*98. *Bonac. de præcept. diſp.*10. *quæſt* 2. *pun.*2.

E contra licet Iudici ſecundum allegata, & probata judicare, etiam quem ſcit innocentem ad mortem condemnando: ſi omnia fecit, vt veritas detegeretur, & ne de illo caſu iudicaret. *D.Thom.* 2.2. *quæſt.*64. 6. *ad* 3. *Pauon.* 1. *p. introd prop.* 1848. *Quicquid dicat Bonac. de legib. diſp.*10. *quæſt.*2. *pun.*2.*n.*2.

6 Si homicida damnatus ad mortem, ante executionem efficiatur furioſus, ſententia non debet amplius executioni mandari; quia furioſus habetur loco abſentis; autem in perſona puniri non poteſt. *Oinot. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* §. *præterea num.*13.

7 Si lata ſit cenſura, vel pœna ſpiritualis contra occidentem in aliqua Eccleſia vel territorio, incurrere cenſuram, ſecuta morte; licet percuſſus expirauerit extra: ſatis enim dici poteſt compleuiſſe delictum in actu externo, quando vulnerauit. Nam effectum ſequi magis in vno, quam in alio territorio, per accidens eſt. *Bonac. de cenſur. diſp.*1. *quæſt.*1. *pun.*11. *n.*12. *tom.*1.

8 An Clericum, vel Monachum veneno propinato necans incurrat in excommunicationem, dixi ſupra v. excom. n. 15.

9 Homicidæ non audiendi, niſi ſe conſtituant in carceribus: nec remittuntur ad locum, vbi habitant hæredes occiſi, niſi habita pace, *Pius IV. Conſt.*52. *Et ſi cuncta*, iuxta eius declaratione. *Cum nos dudum.*

10 Homicidæ minori contumaci poſt decimum quartum annum nõ ſuffragatur Minoritas: ſecus ſi eſt in carceribus. *Ibid.*

11 Homicida licet ſit priuandus beneficijs, non tamen eſt priuandus penſione. *Riccius* 1. *par. deciſ.*254.

† Immo poſt abſolutionem à delicto, etiam antequam diſpenſetur ab Irregularitate, poteſt etiam de nouo obtinere penſiones. *S. C. Concil.* 12. *Februarij* 1639. *c.* 1. 12. 1. *

12 Homicidæ damnati ſiue diffamati, tametſi remiſſi fuerint, habere tamen non poſſunt officia, vel dignitates, nec teſtimonium ferre. *Pius II. Conſt.*8. *Ad reſtituendas.*

13 Permitti non debet, quod homicida voluntarius vadat in Chorum, multo minus quod participet de diſtributionibus, niſi prius diſpenſetur à Sede Apoſtolica, 1580. Taranto 14. Iunij 100.

† Vnde Sacerdoti Caſſanenſi, qui fratris vxorem adulteram occiderat, licentia ſtandi in Choro cum ſuperpelliceo fuit negata, C.C. 26. Octobris 1613. *

HONOR.

1 HOnoraria bona ſunt quinque.

I. Laus, quæ eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis.

II. Honor in ſpecie, qui eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium alicuius excellentiæ.

III. Fama, quæ eſt atteſtatio popularis de re aliqua.

IV. Gloria,quæ eſt clara cum laude notitia. *S. Thom.* 2.2. *quæſt.*103. 1. 3.

V. Reuerentia, quæ eſt animi reputatio, qua bonitas alterius magni fit. *Nau. c.*23. *num.*9.

2 Honor, qui ſoli Deo exhibetur, latria dicitur, quod Latine ſeruitus interpretatur, in quantum dominium conuenit Deo ſecundum propriam, & ſingularem quamdam rationem; quia ſcilicet ipſe omnia fecit, & quia ſummum in omnibus obtinet principatum. *S.Thom.*2.2. *quæſt.*81.1.3.

3 Honor vel honeſtas viri tollit ſiniſtrã ſuſpicionem. Vnde ſi Poteſtas non cuſtodiuit diligenter, ſed curialiter nobilem ſibi commiſſum, qui communiter reputabatur integræ exiſtimationis, & fidei: ſi poſtea aufugiat, non tenetur; ex quo non erat veriſimile, quod aufugeret, propter qualitatem perſonæ ſuæ, cui credendum erat. *Oinot. de vſucap. in princip. num.*41.

HO-

HORAE CANONICAE.

Beneficium. Diſtributiones. Ieiunium. Officium. Penſio.

1 T*Empus.* A primo die Nouembris vſque ad primam Maij excluſiue, Matutinum incipiat cum hora diei, ſcilicet apparente Sole ſuper noſtrum hæmiſphe-rium in Oriente. A prima vero die Maij vſque ad vltimam Octobris incluſiue per horam ante ſolem. Recitandæ vero ſunt preces matutinæ cum laudibus, & Prima continuatę, deinde congruo tempore ceteræ. *Sac. Congr. pro Eccleſia Aretina 30. Martij 1599. De quibus in meo Epiſcoporum Compendio v. Canonicus, & Officium diuinum.*

At in Baſilicis Canonicorum ſæculariũ Almæ Vrbis recitantur continuatè Matutinum vſque ad Nonam incluſiue, cantando Miſſam vnam vel plures pro tempore & locis ſuis: deinde poſt prandium Veſperę cum Completorio. In Quadrageſima vero poſt Miſſam de feria, quæ cantatur poſt Nonam, intra quam poſt Euangelium vel ea finita fit Concio, dicuntur Veſperæ, antequam à Choro diſcedatur, & prope noctẽ Completorium.

2 Sed an & qua hora poſſit recitari Matutinum hodie pro craſtina die, *S. Thom. quodlib. 5. art. 28. Caiet. v. Hora, & alij* antiquiores docuerunt, recitari poſſe Veſpere præcedentis diei Matutinũ pro die ſequenti: non tamen explicarunt, an ante, vel poſt occaſum Solis.

Nau. cap. 25. num. 107. docuit, ita licere Matutinum diei ſequentis recitare ante Solis occaſum, ſicut poſt illum; antea tamen toto horarum illius diei penſo perſoluto. Non tamen explicauit per quantum tempus ante occaſum ſolis poſſet recitari.

Bonac. tom. 1. de hor. Can. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 3. num. 15. 16. 17. docuit, poſſe pro die ſequenti ex recepta conſuetudine dici Matutinum tertia, vel quarta hora poſt meridiem.

Alij melius hoc explicantes docuerunt, Matutinum pro die ſequenti recitari poſſe ante Solis occaſum, tranſactis tribus partibus præcedentis diei. Si enim diuidas diem in quatuor partes æquales ab ortu Solis vſque ad occaſum; tranſactis tribus ex illis partibus, & incipiente iam quarta parte diei, poteris recitare Matutinum pro ſequenti die. Quod in tantum obtinuit cõſuetudo, vt vulgo, præſertim in ordinarijs recitandi officij, circumferantur tabellæ huius horæ, diſtributæ per totum annum, iuxta diuerſitatem climatum huius hæmiſperij.

Nec deſunt, qui probabiliter dicãt, quouis tempore, ſiue æſtiuo ſiue hiemali, poſſe dici abſque peccato mortali pro ſequenti die Matutinum ſecunda hora poſt meridiẽ præcedentis diei: quia inquiunt, tunc incipit hora veſpertina, quæ pertinet ad ſequentem diem; quantum enim attinet ad officium diuinum, dies incipit à Veſperis. Et ſecundum ipſos etiam antiqui Doctores, qui docuerunt ſimpliciter, poſſe recitari Matutinum diei ſequentis in veſpere pręcedentis diei, fuerunt huius opinionis. *Doctores refert, & ſequitur Diana 4. tr. 4. reſol. 9.*

Sanchez lib. 7. Conſil. moral. cap. 2. dub. 38. ponit duas probabiles concluſiones, quæ videntur tuta conſcientia poſſe practicari.

Prima concluſio. Si quis recitet hodie mane ante meridiem Matutinũ ſequentis diei, non ſatisfacit præcepto; ſed tenetur iterum ſub mortali, & obligatione reſtitutionis reſpectiuè quo ad Beneficiatos, recitare Matutinum: ſi vero recitet poſt meridiem, ſaltem ſecunda hora, ſatisfacit præcepto, nec peccat mortaliter, nec tenetur ad reſtitutionem.

Probatur prima pars, quod recitari non poſſit ante meridiem; quia nondum cenſetur incœpiſſe dies ſequens, & ſic non diceretur recitare Matutinum intra ſuum diem.

Probatur ſecunda pars, quod ſatisfaciat præcepto, recitando Matutinum ſequentis diei ſecunda hora poſt meridiem. Quia iam illud tempus, cum ſit hora Veſperarũ, pertinet ad ſequentem diẽ. Ergo qui tunc recitat Matutinum, videtur recitare ſequẽti die. Ergo non peccat mortaliter, quia non eſt peccatum mortale præterire tempus intra diem.

Probatur etiã ex Rubrica Breuiarij poſt Completorium, vbi dicitur, quod *ſi poſt Completorium ſtatim ſubſequatur Matutinum, bis dicitur Pater noſter, Aue Maria, & Credo: quia Completorium, quod eſt finis Officij, ſic terminari debet: & ante Matutinum iterum repetitur pro principio Officij ſequentis diei.*

Sed Completorium, etiam in Choro, dicitur communiter, præſertim à Canonicis ſęcularibus, Veſperis adiunctum ſecunda hora poſt meridiem. Ergo, &c.

Probatur etiam ex ſacra Rituum Congreg. quæ in vna Tarentina Cryptaliarum 5. Decemb. 1605. approbauit conſuetudinem recitandi ex aliqua cauſa Matutinum poſt Completorium, quod non ignorabat ſolere dici ſecunda hora poſt meridiem.

Probatur demum ex conſuetudine approbata diuerſarum Cathedralium, præſertim Viterbienſis, & Cornetanæ, in quibus quolibet tempore Matutinum ſequentis

diei dicitur in Choro poſt horam vigeſimam, & ſic hyeme vix vna hora poſt meridiem.

Hanc opinionem tenuerunt etiam quidam recentiores Magiſtri, quorum quidam addidit, quod ſi poſt medium diem hodiernum recitaret quis Matutinum diei craſtinæ, ſaltem in Quadrageſima, quando Veſperæ dicuntur ante prandium, ſatisfaceret præcepto, quia iam videretur incœpiſſe dies ſequens: nec in rigore videtur obligandus ad mortale, vel ad iterum recitandum, & per conſequens nec ad reſtitutionem.

Amplia ſupradictam concluſionem eſſe veram; licet quando quis hora ſecunda poſt meridiem recitat Matutinum pro ſequenti die, nondum recitaſſet Veſperas, & Completorium, immo nec aliquam partem Officij hodierni diei. Nam adhuc ſatisfaceret, nec peccaret, niſi venialiter; & cum ſufficienti cauſa nec venialiter quidē; quia horarum ordinem abſque cauſa peruertere non eſt niſi veniale, cum cauſa vero nullum. *Bonac. diſp.1. quæſt.3. pun.3. n.15. Diana 4. tract.4. reſol.9.* Vbi pro contraria etiam opinione refert Nauarrum, & alios aſſerentes non ſatisfacere; quia quouſque non eſt completa recitatio Officij hodiernæ diei, non poteſt dici, neque quoad Officium incœpiſſe dies ſequens: quæ opinio tutior eſt; ſed prima quoque probabilis eſt & tuta.

Secunda concluſio. Qui abſque cauſa ſufficienti recitaret hodie ſecunda hora poſt meridiem Matutinum diei craſtinæ, peccaret, quia ſolum qui ſine cauſa non recitat debitis temporibus, venialiter peccat. *Sic quidam docti iuniores.*

Nota tamen, quod quo maior eſt anticipatio, eo maior cauſa requiritur; quia magis diſceditur à Regula. *Sic Nau. c.quando, & c.3. num.68. & 70.*

Qui vero recitat Matutinum ſequentis diei ſub occaſum Solis, vel per vnam horam ante illius occaſum, nullo modo peccat, etiamſi hoc abſque vlla cauſa faciat: nam id non dicitur tempus præuenire. Ratio, quia Matutinum dicitur Officium nocturnum, & tota nox aſſignatur pro hora congrua ad illud recitandum. Qui vero recitat per horam ante noctem, recitare videtur in ipſa nocte: quia nox pro Matutino non aſſignatur phyſicè, ſed moraliter. At moraliter cui parum deeſt, nihil deeſſe videtur.

Idem dicendum de ijs, qui Matutinum huius diei recitant vna vel duabus horis poſt ortum Solis, vt in Eccleſijs ſæcularibus communiter practicari videmus. *Sanch. ibidem. Diana 4. tr.12. reſol.39.*

Quæ tamen dicta ſunt, limitari debent primo non procedere in prima, & alijs horis, in quibus non fuit introducta conſuetudo; vt recitari poſſint, niſi poſt mediam noctem. *Sanchez ibid. Diana 4. tr. 4. reſol. 9.* Vbi ſubdit, non peccare ſcholaſticum, qui differt horas in veſpertinum tempus, eo quod Matutinum ſit magis aptum ad ſtudendum.

Limita ſecundo, non procedere in Matutino Defunctorum in die Commemorationis eorum, qui recitari debet poſt *Benedicamus Domino* Matutini diei, non autem pridie Veſperi, recitando poſtea mane Matutinum diei. *Sacra Rit. Congr. 1. Sept. 1607.*

Secus ſi etiam Matutinū ſequentis diei recitetur Veſpere, vel nullo modo, ſed ſolum Matutinum Defunctorum; quia tunc poteſt recitari Veſperi, vt videmus in Cappella Pontificia, & multis Eccleſijs Almæ Vrbis. *Vide Cærem. Epiſcopor. lib.2. c.10. Gauant. in Rubric. Breuiar. ſect.7. c.13. num.3. & ſect.9. cap.2. num.16.*

3 *Locus.* Dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, nemo ex laicis recitātes perturbare præſumat, neque ijdem laici ingredi valeant, ſicut etiam dum Miſſæ ſolemnes cantantur, niſi de licentia Superioris in Choro, qui tamen Presbyterium laicis commune facere nequeat. *Sac. Congreg. Epiſcopo Sauonen. 12. Ianuar. 1604. Synod. Caputaquen. Brancatij de hor. can. num. 2. 3. & 5.*

4 *Reſtitutio.* Horas Canonicas Beneficiarius omittens, excuſari poteſt à reſtitutione propter tantumdem eleemoſynarum factarum, licet non hac intentione. *Diana 3. tract.6. reſol.57.*

Quod tamen nimis laxum viſum fuit eidem 4. tract.4. reſol.120. in fine.

5 Reſtitutio iuxta Bullam Pij V. anno 1571. ita facienda eſt, vt ſi quis vna die omiſerit totum Officium, ad omnes fructus illi diei correſpondentes reſtituēdos teneatur. Si Matutinum cum Laudibus, dimidiam: ſi reliquas omnes horas, alteram dimidiam. Si Laudes, vel aliquam ex alijs horis, ſextam partem dimidiatæ, totius vero duodenam. Pius tamen non meminit de Laudibus. Et bene nota, quod vt dixi, ſexta pars intelligitur ſexta dimidiæ, & ſic duodecima pars omnium fructuum illius diei. Quam Bullam ita ſeruari tradit *Diana 4. tract.4. reſol.111.* in beneficijs, quæ non habent aliud onus, niſi Officij recitandi: alij vero non tenentur omnes fructus reſtituere, ſed proportionabiliter facta excomputatione onerum. Puta Epiſcopus,

& Pa-

& Parochus quintam partem, Canonicus tertiam,vel quartam: reliquas ratione oneris, & tituli retinere poſſunt. Ipſe tamen Diana nihil circa hoc certi affirmare voluit ſed tantum aliorum dicta referre: & ego ſimiliter.

6 Modo reliquum eſt, vt ſupradictam conſtitutionem Pij V. vna cum Concilio Lateranenſi referam: quorum tenor eſt vt ſequitur.

Tenor Concilij Lateranenſis ſub Leone X.

Statuimus quoque, & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes, obtento beneficio, Diuinum Officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, Beneficiorum, ſuorum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij, ſed eos tamquam iniuſte perceptos, in fabricas huiuſmodi Beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas, erogare teneatur. Si vero vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permãſerit; legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur Beneficium. Intelligitur autem officiũ omittere quo ad hoc, vt beneficio priuari poſſit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit: Deo tamen; vltra præmiſſa, de dicta omiſſione redditurus rationem. Quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties ſit, quoties contra facere conuincatur.

7 Hoc decretum declaratum, innouatum, & auctum fuit à Pio V. 12.Kal.Octobris 1571. in hæc verba. *Ex proximo Lateranenſi Concilio ſanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium Eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, Diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus, pro rata omiſſionis officij, & temporis ſuos non faciat: ſed eos tamquam iniuſte perceptos, in fabricas ipſorũ beneficiorum, vel Pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius atque expreſſius prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas Canonicas, vno, vel pluribus diebus intermiſerit; Omnes beneficij ſeu Beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur: Qui vero Matutinum tantum, dimidiam: Qui vero cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat. Tametſi aliquis Choro addictus non recitans, omnibus horis Canonicis cum alijs præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas, ſola præſentia, vel alias, ſibi lucrifeciſſe prætendat. Is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Ita ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatũ intelligat admiſiſſe. Declarantes, Præſtimonia, Præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum ſeruitium omnino habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, vt Clericus, percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B.Mariæ Virginis, decernimus obligatum: & Penſionum fructuum rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo, &c.*

HORTVS.

Clauſtrum. Monialis.

HOSPES.

Iuramentum.

HOSPITALE.

Cauſa Pia. Confraternitas. Eccleſia 1. Epiſcopus. Neceſſitas. Quæſta. Seminarium.

1 QVid. Hoſpitaliũ genera ſunt multa.

I. Xenones, ſeu Xenodochia, locus venerabilis, ad pauperes Peregrinos recipiendos:

II. Pochotrochium, locus, vbi Pauperes paſcuntur.

III. Bebotrochium, locus, vbi ſenes & Valetudinarij, ac propter ſolam ſenectutẽ infirmi homines curantur. Quod adeo piũ opus eſt, vt ſupprimi non debeat, quo ibi ponantur Religioſi, etiam reformati, 1603. Capoa 29. Nouembris 82. 1604. Brugnetto 3. Febr. 19. 1605. Capoa 25. Ian. 7.

IV. Orphanotrophium eſt locus venerabilis, quo Pueri Parentibus orbati educantur.

V. Ierothoconium eſt locus, in quo Infantes Pauperum aluntur. *Gloſ. c. Tributum. 21. §. Sancimus 23. q. 8.*

2 Hoſpitale venit nomine Eccleſiæ in fauorabilibus. *Sayr. lib. 5. cap. 5. n. 21.* Vnde hoſpitalium, & confraternitatum bona potiuntur priuilegijs Eccleſiaſticorum bonorum, vt dixi in Can. lib. 5. tit. 39. De ſent. excom. num. 121.

3 *Regimen.* Senes centum annorũ poſſunt ad inſtar infirmorum ab Hoſpitali alimenta recipere, 1602. Monte feltro 10. Decembris 147.

4 Inſtituta Hoſpitalis alterari non poſſunt ab Epiſcopo, 1602. Ceſena 17. Apr. 38.

5 Scripturæ, decreta, ordinationes, & ſtatuta omnia Hoſpitalis, ſeruari debent in Archiuio ſiue Camera tuta intra ipſum, 1606. Toledo 24. Iulij 61.

6 Adminiſtrantes bona Hoſpitalium, ſi ea ſibi approprient, vel aliter dilapident, remouendi, & ad rationem reddendam cogendi, 1595. Sarſina 9. Ian. 343. 1615. Liſbona 26. Febr. 20. 1646. 22. Nouemb. 2.

7 Singuli Priores ſuas claues teneant,

1602.

1602. Rieti 2. Iulij 65.

8 *Quæſtuandi* licentia cōcedi debet Miniſtris Hoſpitalis, præſertim ſi de hoc à sūmis Pontificibus priuilegium habent pro diœceſibus conuicinis, 1641. Sarno 26. Apr.

Sicut Hoſpitale S. Antonij priuilegium habet quæſtuandi per totum dominium Genuenſium, 1603. Sarzana 19. Aug. 97.

9 *Alia priuilegia.* Hoſpitale, quod actu hoſpitalitatem exercet, non ſolet contribuere Seminario, 1579. Nepi 10. Nouembris 121.

Neque pro eleemoſyna Prædicatoris Cathedralis, 1602. Tolentino 31. Maij 52.

Neque pro ſubuentione Monialium, ſi non habet ſuperflua, 1604. Arbe 27. Apr. 49.

10 *Oblig.* Hoſpitale locuples, cui, debitis ſupportatis oneribus, redditus ſuperſunt, compelli poteſt pro aliquo tempore ad dādum aliquid annuatim Patrono Pauperi, 1649. 17. Maij 3.

Et quid ſuppeditare pro filio eiuſdem ſtudente, 1604. Pauia 9. Martij 31.

Puta 40. ſcuta pro quolibet anno: maximè ſi deſiderium præſefert capeſſendi Militiam Clericalem, 1587. Pauia 27. Ian. 37.

HOSPITIVM. *Clauſtrum.* *Conuentus.*

1 SImplex habere non poteſt Eccleſiā, ſed tantum Oratorium priuatum, cuius ingreſſus in viam publicā immediatè non reſpondeat, nec ſit in plano, nec habeat campanam, nec ibi miniſtrari poſſint Sacramenta. Nec continuam permanſionem Religioſorum, niſi Infirmorum, & ſeruentium; nec ſepulturam, niſi ſpecialiter concedatur, 1617. Oſſeruanti 7. Ian. 3. 1618. 3. Aprilis 118. 1646. Ciſterc. 16. Nou. 16. 1649. Capuccini 10. Decemb. 4. 1651. Oſſeru. & Carm. di Salerno 26. April. 24.

Nec ideo deſerant Eccleſiam principalem, 1638. Serui di Corneto 17. Decem. 330.

In qua celebrent Miſſam Conuentualē, & alia officia publica, 1639. Serui di Corneto 9. Septembris 150.

Nec reducant Hoſpitium in Conuentū, & Oratorium in Eccleſiam, 1641. Oſſ. Rif. 14. Iunij 163. 1646. Serui di Corneto 27. Aprilis 6. 16. Nouembris 3. 1647. 1. Febr. 13. 12. Aprilis 20.

2 Hoſpitia in futurū intelligentur omnia ſuppreſſa, & extincta: & Fratres in eis degentes incidant in pœnas degentium extra clauſtra, 1629. Oſſeru. di Genoua 14. Septemb. 291. 1647. 12. Aprilis 11. 1649. Capuccini 10. Decemb. 4. 1651. 16. Iunij 1.

Non obſtante qualibet exēptione, 1650. 15. Iulij 11.

HYPOCRISIS. Vanagloria.

HYPOTHECA.

Alienatio. Creditor. Dos.

1 ACtio hypothecaria non oritur ex aſſignatione reditus certi fundi, ſed tantum perſonalis. *l. liberto 21. in princip. ff. de ann. legat.*

Si quis tamen aſſignauerit reditus huiuſmodi in fauorem piæ cauſæ: fundus cenſetur tacitè obligatus, in quamcumque manum deuenerit: etiam ſi Teſtator eum fundum poſt conditum Teſtamentum alienaſſet. *Tiraq. de priuilegijs piæ cauſæ, priuil. 63.*

2 Calices, Altarium tobaliæ, & alia ſacra ſuppellex, auferri non poſſunt pro aliquo debito, 1579. Spoleto 1. Decemb. 10.

3 Conſtitutiones Vrbanæ *c. 4. tit. 2. §. 17.* quæ concedunt Guardianis Minorum Cōuentualium mutuo pecuniam accipere pro vrgentibus Conuentuum neceſſitatibus, non ideo dant facultatem hypothecandi bona, 1652. 3. Octobris 7.

I

IACTANTIA. Vanagloria.

IAPONES. *Infidelis. Matrimonium.*

CAudam Vaccæ ad os morientium apponunt, vt exiens Anima in vaccinū ſe corpus recipiat: & ideo vetitum eſt illis vaccas occidere. *Iul. Lauor. tit. 2. c. 1. n. 14.*

2 † Referente Illuſtriſſimo D. Card. Borgia tria dubia à Chriſtianis Iaponiæ propoſita, ſacra Congreg. de P. F.

Ad primum reſpondit, non poſſe Iapones fideles, vt periculum mortis vel exilij euitent, Altaria, vel Templa Idolis fabricari, vel eorum fabricæ cooperari.

Ad 2. dixit, non poſſe Iaponios Catholicos Anglis, vel Hollandis Hęreticis Arma, aut alia inſtrumenta vendere, quibus ſciunt eoſdem Anglos, & Hollandos contra Catholicos vſuras, vel contra innoxios Gentiles.

Ad 3. dixit, non poſſe coniuges fideles ob alterius coniugum reditum ad Infidelitatem aliud matrimonium cōtrahere cum alio licet fideli, 7. Decembris 1626. Acta 149. num. 5. *

IEIVNIVM.

Capuccini. Græci 2. In explic. Can. lib. 3. tit. 46.

1 QValitas. Ieiunantibus magis interdicitur vſus carnium, quam vini, vel leguminum. Ratio eſt, quia ad actum generationis tria concurrunt, ſcilicet calor, ſpiritus, & humor. Ad calorem quidem maximè cooperatur vinum, & alia calefacientia corpus, vt Piper, &c. Ad ſpiritus autem cooperari videntur inflatiua. Sed ad humorem maximè cooperatur vſus carnium, ex quibus multum de alimento genera-

neratur. Alteratio autem caloris, & multiplicatio ſpirituum cito tranſit: ſed humoris ſubſtantia diu manet. *S.Thom.2.2. quæſt.* 147. 8. 1.

2 Ieiunium quatuor anni temporum, & vigiliarum extra Quadrageſimam poteſt impleri comedendo oua, & lacticinia, niſi contraria conſuetudo, inducta, non ex errore Iuris, inualuerit, vt inualuiſſe videtur in tota fere Italia. Sola enim abſtinentia carnium eſt de ſubſtantia ieiunij. Immo non frangeret quis ieiunium comedendo oua, & lacticinia etiam in Quadrageſima: quamuis ſi id faceret abſque licentia, vel cauſa legitima, mortaliter peccaret ex alio capite, nempe quia quadrageſimali tempore oua, & lacticinia ſunt prohibita. *S.Thom.* 2. 2. *quæſt.*147. 8. 3. *Rodr.*1. *p. c.*23. *nu.* 10. *&* *c.*24. *n.*1. *Diana* 2. *tract.*9. *reſol.*5. *&* 41. *&* 5. *tract.*14. *reſol.*13.

3 Religioſus creatus Epiſcopus licite carnibus veſci poteſt Feria ſexta, vel Sabbato, in quæ Natale Domini incidit, licet is eſus alias ſecundum ſuæ regulæ conſtitutiones eſſet interdictus: quia iam liber eſt ab obſeruatione Regulæ. *Et dum c. Explicari. De obſeru. ieiun.* hoc priuilegium denegat adſtrictis obſeruantia regulari ad abſtinendum carnibus ea die, intelligitur de adſtrictis debito legali, non autem ſolo morali, eo vel maximè, quod tunc tale morale debitum ceſſat: cum conſentaneum ſit, Epiſcopum in tanta ſolemnitate conformari cum ceteris Populi ſui.

Quod Ampliatur vt procedat, etiam in Epiſcopo creato ex Religione Minimorũ: quia Religioſus Epiſcopus immunis manet à votis, quæ præter tria ſubſtantialia, ex preſcripto alicuius Religionis emittuntur. *Sanchez in ſumma lib.* 6. *c.* 6. *n.*15. *&* 20. v. Epiſcopus 8.

4 Qui ex iniuncta pœnitentia, ſeu etiã ex voto, tenetur pane, & aqua ieiunare, ſi forte panem non habeat, poteſt veſci leguminibus, vel piſcibus, vel alijs cibis, quos poſſit habere: dummodo his non ad delicias, ſed ad neceſſitatem tantum vtatur. *c. licet* 6. *De pœnit. & remiſſ.*

5 Ad ſoluendum naturale ieiunium, vt quis ea die communicare non poſſit, duo copulatiuè requiruntur.

Primum quod ſumatur aliquis cibus vel potus.

Secundum, quod talis cibus vel potus ſumatur per actionem, quæ ſit comeſtio vel potatio: Vnde deglutire aurum integrum, vel plumbum, vel papyrum, vel oſſiculos fructuum, vel ſimilia, non frangit ieiunium naturale.

Item ſumere tabaccum vel aquam per nares, vel in os alio fine, puta ad lauandũ, vel contra noxium aerem, ſi ſtilla, vel modicum quid, vt etiam reliquiæ cibi in ore remanentes, deglutiantur præter intentionem, vt conſtat ex Rubrica Miſſalis Romani de Defectibus c.9. n.3.

Et generaliter ſumere aliquid per modum cibi, vel potus, eſt accipere aliquid ore ea intentione vel fine (ſaltem naturali, propter illos, qui comedunt, vel bibunt dormiendo, vel phræneſi aut alias impediti nõ aduertendo) vt propria actione vitali per os traijciatur in ſtomachum. *Diana* 5. *tract.* 13. *reſol.*1.

6 *Horam* comedendi in die ieiunij licet ad libitum, ſine ſuperſtitione tamen, protrahere, non autem præuenire ſine diſpenſatione, vel iuſta cauſa. *Nau. c.*21. *n.*27.

Sed non deſunt, qui horam comedendi ieiunio accidentalem putant, nec obligare ſub mortali. Vtriuſque neotericos aſſertores affert Diana 2. *tract.* 9. *reſol.* 27. Vbi ſubdit, quod Religioſi, præſertim qui de nocte ſurgunt ad Matutinum, priuilegium habent anticipandi prandium per horam ante meridiem.

7 Ieiunium vel genuflexio non ſeruantur tempore Paſchali, nec quibuſcumque diebus Dominicis per totum annum: quoniam ijs diebus ſpecialiter recolitur memoria Reſurrectionis Dominicæ: quod myſterium cum ingenti gaudio celebrandum eſt. Ieiunium vero non conuenit tempore lætitiæ, vt patet ex verbis Chriſt. Matt.9. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere vel ieiunare, quamdiu cum ipſis ſponſus eſt?*

Genuflexio quoque veluti luctus ac pœnitentiæ ſignum eſt: vnde non ſeruatur ijs diebus: niſi in Miſſa; in qua non tantum eſt ſignum Pœnitentiæ, quantum adorationis latriæ erga Chriſtum, qui in auguſtiſſimo illo Sacramento ac ſacrificio realiter, & præſentialiter continetur. *c. ſi quis in fin.* 30. *diſt. Caſſian. collat.* 8. *c.*20.

8 *Excuſatio.* Si ieiunans ſentiat ſe procliuem ad luxuriam, vel ſeminis fluxum, ſiue ex naturali conditione: ſiue ex vitio: non ideo poteſt ieiunium propria auctoritate diſſoluere; quia ieiunium de ſe non inducit ad hoc malum, immo cohibet. Eſt tamen hoc ſufficiens cauſa, vt diſpenſationem obtinere poſſit. *Sanch.conſil.moral.lib.*5. *c.*1. *dub.*11. *n.*6.

* I E S V I T AE.

1 Dimittere poſſunt eos, qui emiſerunt vota biennij, vel libere, vel cum onere tranſeundi ad aliam Religionem, 1620. 14. Februarij 48.

2 S. m. Innocentius X. per ſuum Breue ſub 1. Ian. 1646. expreſsè prohibuit, ne aliquis Societatis Superior (incluſis etiam Miniſtris, & excluſis tantum Magiſtrorum Nouitijs) deinceps in officijs vltra trienniū durent: quo tranſacto antequam ad aliam ſuperioritatem promoueantur, ſeſqui anno ſaltem valent. P. F. 1647. t. 5. 237. *

IGNORANTIA.

Fides. Suſpenſio.

1 *Nuincibilis* poteſt etiam eſſe Iuris Diuini, & myſteriorum fidei, & iuris naturalis, & rerum ad proprium officium pertinentium, quando nulla adfuit aduertentia, vel dubium, vel ſaltem ſcrupulus de malitia actus. *Diana 4. tr.4. reſol.36.*

Multo magis excuſat ignorantia pœnæ à Iure poſitiuo impoſitæ, licet ſit impoſita propter peccatum contra ius naturale. *Diana 3. tr.6. reſol.41. c.5. 39. 38.*

Si autem ſit vincibilis, & per conſequēs à mortali non excuſet eum, qui potuit, & debuit illud ſcire: excuſat tamen, ne quis peccet, ſi peccatum illud cum tali ignorantia commiſſum non confiteatur: Vnde poſtea, cum id in mentem venerit, non tenetur confeſſiones iterare; ſed ſolum peccata per talem ignorantiam omiſſa, confiteri. *Nau. c. 9. num.12.*

2 Ignorantia comitās inuincibilis, ſicut excuſat à peccato externo, ita & à reſtitutione propter damnum illatum facienda. *Bonac. de legib. diſp.2. quæſt. 8. pun. 3. num. 34. 36. 37.*

Idem dicendum de inaduertētia, & obliuione naturali, quæ ignorantiæ æquiparatur. Vnde qui vouit non fornicari, vel non ludere ſub pœna centum aureorum, vel ingrediendi Religionem, vel peregrinandi, vel ſeruandæ caſtitatis, ſi poſtea fornicetur, vel ludat, immemor voti, ſeu licet memor voti, immemor tamen pœnæ, non tenetur ad pœnam. *Diana 3. tr.6. reſol.41.*

ILLEGITIMVS.

Educandæ. Irregularis. Matrimonium. Profeſſio.

1 *Anzer* dicitur de ſcorto natus; ſpurius de Concubina, quæ non tenetur in domo. Naturalis de vnica Concubina, quam quis vxoris loco domi retinet. Nothus de adulterio. Sed hæc nomina quandoque confunduntur. Hi omnes ſucceſſionis ſuorum beneficio excluduntur, præter Naturales, & ſpurios, qui in bonis maternis ſuccedunt etiam cum filijs legitimis, & naturalibus. Et ſi filij legitimi, vel vxor non ſupereſſent, Naturales ſuccedent ſimiliter in duabus vncijs paternæ ſubſtantiæ ab inteſtato: ſed non ſpurij, qui neque Matri illuſtri ſuccedunt, quando alij legitimi, & naturales non deſunt. *l. Si qua illuſtris 5. C. Ad S.C. Orfic. Auth. licet Patri, C. de nat. lib. gloſ. v. Manzeres c. Niſi cum pridem 10. de renunc.*

De hac materia dictum eſt latius in explicatione Inſtitutionum Ciuilium lib. 3. tit. 1. de hæred. quæ ab int. nu.23. & ſeqq.

2 Illegitimi non ita ſolent eſſe morigerati, ſicut legitimi: tum quia geniti cum peccato; tū quia non ita ſolicitè inſtruūtur à Parentibus. *Lambertin. lib.2. par.7. q.1. art.11. n.5.* Vnde vulgo dicitur, che *I Muli ſempre tiran calci, c.1. 17. 7.*

3 Illegitima non poteſt eſſe Abbatiſſa, vel Prioriſſa, niſi habilitetur à Sanctiſſimo, vel à S. C. 1625. Meſſina 15. April. 90.

Ad alia vero officia habilitari poteſt ab Epiſcopo, 1602. Padoua 27. Maij 41.

† Facultas cōceſſa Generali diſpenſandi cum ſuis Regularibus ſuper defectu Natalium ad Dignitates ordinis non includit facultatem diſpenſandi cum Monialibus, 3. Iulij 1610. *

4 Illegitimi, Patre viuente, non poſſunt ingredi Religionem, in quam Pater ingreſſus eſt. Greg. XIV. conſt. 3. *Circumſpecta c.1. 17. 16.*

5 Non tenetur ſoluere dotem maiorē ex hoc ſolum capite, quod ſit illegitima, 1616. Valentin. 23. April. 59. 30. Septembris 142. Sebenico 24. Martij 85.

6 *Legitimatio ad ordines, & alia.* Illegitimus promoueri poteſt ad minores, & vnicum beneficium ſimplex, itemque ad Canonicatum Collegiatæ etiam inſignis, & ad dimidias portiones Cathedralis, ex diſpenſatione Epiſcopi: ad ſacros vero, vel ad quaſcumque dignitates, aut Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, non niſi ex diſpenſatione Papæ. Nec refert, an ſit illegitimus ſecretè vel publicè, quoad forum conſciētiæ, *vt dixi in Can. lib. 1. tit. 17. n.9.*

Si vero Religionem ingrediatur, fit habilis de Iure communi etiam ad Presbyteratum, ſed non ad dignitates. *c.1. de fil. Presbyt. Nau. c.25. n.69. Barboſa de can. c.13. n.24. Vide quæ dixi in d. tit. de fil. presbyt.*

7 Illegitimi naturales tantum per ſubſequens matrimoniū fiunt legitimi, & habiles etiam ad Epiſcopatum, non autem ad Cardinalatum. *c. Tanta. Qui filij ſint legit. Sixtus V. Conſt.50. Poſtquam vetus, §.12. latius in Can. lib.1. tit.17. n.4.*

8 Illegitimus Monaſterium ingreſſus à patre poteſt hæres inſtitui: quia ingreſſus Religionis omnem maculam abſtergit, etiā illegitimitatem. *Auth. de Monachis, in princip.*

Et quia oblatus Curiæ Principis terreni cenſe-

cenſebatur olim legitimari quoad ſucceſſionem offerentis. *l. communium 9. Cod. de nat. liber.*

Ergo à fortiori, ſi ſit oblatus Curiæ Principis cœleſtis.

Alias illegitimus, exiſtentibus legitimis, & naturalibus, à patre nec inſtitui, nec ſubſtitui poteſt. *l. vlt. ff. i. de his quib. ind. Tiraq. priuil. 29. ſupra num. 1.*

IMAGO. *Auguſtiniani. Chorus. Eccleſia. Eleemoſyna. Oblatio. Proceſſio.*

1 IMagines loquentes aſtrorum virtute fieri poſſe nō videntur abſque cooperatione diabolica. *S. Thom. 1. quæſt. 115. 5. c. & latius 2.2. quæſt. 96. 2. 2.*

Vnde fabula cenſetur anilis, quam referunt quidam de ſtatua loquente facta per B. Albertum Magnum; quam cū D. Thomas, quod diabolicam putaret, capite truncaſſet, Magiſtrum indoluiſſe ferunt, ac diſcipulo dixiſſe. Eia, inquit, fili, quid feciſti? Deſtruxiſti opus quadraginta annorū.

2 Tolerari non debet, quod in locis publicis, & ſordidis, ſtent depictæ diuerſæ Cruces, ac Sanctorū Imagines in deriſum Chriſtianæ Religionis, 1596. Venetia 22. Maij 4.

3 Translatio Imaginis non miraculoſæ priuatè facienda, 1617. Perugia 17. Nouēbris 293.

† Sacra item C.C. die 4. Decemb. 1632. cenſuit, c. 7. ſeſſ. 21. eiuſdem Concilij de Eccleſijs collapſis transferendis, non habere locum in translatione Imaginis de vno ad alium locum eiuſdē Eccleſiæ facienda. *

4 Non debet ad quamcumque ſanctam Imaginem impediri concurſus, 1620. Turino 30. Iunij 116.

Modo non publicentur miracula prius non approbata, 1603. Montefeltro 15. Septembris 110. 1621. Triuento 22. Decembris 183.

5 Si Imagines publicantur miraculoſæ abſque interuentu Ordinarij, ipſe debet eas claudere, informationes capere, Romamq; tranſmittere, 1617. Modena 6. Octob. 265.

6 Adminiſtratio oblationum Imagini factarum, intus aliquam Parochiam, etiam Regularium exiſtenti, ſpectat ad Ordinarium, qui eas erogabit in Eccleſia inibi ædificanda, & alios pios vſus, 1605. Perugia 20. Septembris 68. 1608. Breſcia 22. Aug. 76.

† Non ad Regulares, neque ad Capitulum. Vnde S. C. C. in vna Peruſina 5. Maij 1646. ſuppoſita acquieſcentia Parochi, cenſuit, adminiſtrationem oblationū, quæ fiunt Imagini Sanctiſſimi Saluatoris, ad Eccleſiam Cathedralem translatæ, ſpectare ad Epiſcopum, non autem ad Capitulum: ita tamen vt ab eodem Epiſcopo conuertantur in pium vſum eiuſdem Imaginis, aut alium ſimilem. *

6 Vrbanus VIII. fel. rec. comburi iuſſit imaginem, cum tribus buccis, tribus naſis, & quatuor oculis, & alias ſi quæ inuenirentur ſimiles: hæc enim noua inuentio repræſentandi Sanctiſſimam Trinitatem tolerabilis non videtur, 1628. Milano 11. Auguſti 96.

8 De adoratione Imaginum. Vide Bibliothecam Sanctam, lib. 5. annot. 247.

IMMVNITAS.

Auditor. Debitum. Exemptio. Priuilegium. & lib. 1. Ciuilium tit. 8. à num. 19.

1 COgnitio, an extractus gaudeat immunitate, tam ſæcularis, quam Regularis, de Iure cōmuni ſpectat ad Epiſcopum, etiam præciſa Bulla Gregorij XIV. quæ loquitur de laicis, 1602. Mileto 25. Octobris 112. 1610. Roſſano 10. Martij 26.

Non ad Nuncium, niſi ſpecialiter commiſſa, 1627. Fiorenza 16. Iulij 96. 17. Septembris 128.

2 Cognitio delictorum commiſſorum à confugitis, ſpectat ad Ordinarium, cui conceſſa fuit extrahendi licentia, 1607. 26. Iunij 15.

3 Epiſcopus permittere non debet, vt de curribus, ſeu iumentis onuſtis Eccleſiaſticorum auferātur in porta lignorum fruſta, ſeu faſciculi, 1616. Modena 15. Nouembris 147.

4 Magiſtratus ſæcularis non poteſt prohibere, ne Clerici reponant frumentum in Aedibus laicorum, & è conuerſo. Epiſcopus tamen prouidere debet, ne committatur fraus, 1596. Nouara 16. Septemb. 77.

5 Permitti non debet, quod Clerici ſe conſtituant in carceribus laicalibus, etiam pro copia proceſſus habenda, 1609. Otranto 19. Nouembris 121.

Nec ideo Iudex laicus poteſt contra eos in contumacia procedere, 1623. Napoli 9. Octobris 105.

Sed ſufficit habere certam notitiam extraiudicialem, quod carceratus ſit perſona Eccleſiaſtica ad hoc, vt eum remittere teneatur, 1589. Aquila 16. Febr. 41.

Et debet credere Ordinario, 1596. Cremona 13. Febr. 17.

IMPEDIMENTVM.

IMpediens aliquem à conſecutione officijs vel beneficij precibus, blandiſijs, &c. etiam malo animo, non tenetur ad reſtitutionem, niſi in duobus caſibus.

I. Quando impediuit per modos Iuſtitiæ contrarios, ſcilicet per vim, metum, mendacium, dolum, fraudem, &c.

II. Quando impeditus acquiſierat ius

in re, vel ad rem. Tunc enim quouis modo impediat, tenebitur reſtituere, non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam ipſi impedito: at in præcedenti caſu ſoli Eccleſiæ. *Nau. c. 17. num. 69. & ſeqq.*

Licet contraria, quod quando quis impediuit, etiam per vim, dolum, metum, vel fraudem, à bonis, in quibus impeditus non habebat ius in re, vel ad rem, non teneatur ad reſtitutionem, ab aliquibus, vt probabilis ſuſtineatur. *Azor. to. 3. Inſt. moral. lib. 4. c. 9. Vide Dianam multa exemplificantem 3. tr. 6. reſol. 33. & Bonac. to. 2. de reſtit. diſp. 1. quæſt. 2. par. 12.*

IMPERIVM. *Excommunicatio.*

1 IMperio mero conceſſo, venit pœna mortis. *Arg. l. Imperium, 3. ff. d. de iuriſd. omni Iud. Vinc. de Franch. deciſ. 275. n. 5.*

2 Imperator neque de Iure, neque de facto, eſt Dominus totius Mundi; licet ſit Imperij Turcarum, & eorum, quæ quondam Imperatorum Chriſtianorum fuerunt, vt latius dixi in Rubr. Inſt. Ciuil. n. 16.

3 Conſtantino Imperatori falſo impingitur, quod ſubditos ad fidem ſuſcipiendam coegerit, vt latius dixi in Can. lib. 1. tit. 1. De Sum. Trin. num. 6.

4 Inſignia Romanorum Imperatorum, nempe generaliſſimorum alicuius exercitus Ducum, dum adhuc multis ante Chriſtum natum annis incolumis erat Romana Reſpublica, breuiter enumerantur à T. Liuio, dum refert Scipionem, qui poſtea dictus fuit Affricanus, exercitum defectionis arguentem. *Faſces, inquit, Imperatoris veſtri ad eos, quibus ſeruus, cui imperarent nunquam fuerat, Romanus exercitus detuliſtis. In Prætorio tetenderunt Albius, & Atrius; Claſſicum apud eos cecinit; ſignum ab ijs petitum eſt: Sederunt in tribunali Proconſulis Scipionis; Lictor apparuit; ſubmouente eo, inceſſerunt; Faſces eam ſecuribus prælati ſunt, &c.* lib. 28.

IMPVBES. Puer.

IMPVNITAS.

1 COncedi poteſt ſolum à Principe, 1628. Albenga 6. Octobris 119.

2 Concedi ſolet complici, etiam Mandanti, vel Mandatario, modò non ſit ſolus, 1630. Oſſeruanti 11. Ian.

3 Apponi ſolent huiuſmodi conditiones.

I. Non ſit principalis, vel ſolus.

II. Det inditia ſufficientia, ex quibus veniri poſſit in cognitionē delinquentium 1628. Faenza 14. Iunij 9. Beneuento 11. Aug. 98. 1629. Aliffe 1. Decemb. 145.

III. Dicat veritatem, tam contra ſe, quā contra omnem alium Conſpiratorem, Auctorem, Conſultorem, Auxiliatorem, Cōplicem, Participem, ſeu quolibet alio modo culpabilem, Explicando debitas circumſtantias locorum, temporum, cauſarum, conuentionum, & tractatuum, ita vt ex tali depoſitione procedi poſſit ad punitionē reorum: alias Impunitatis cōceſſio nullius ſit roboris, vel momenti, 1638. Rimini 26. Februarij.

INCENDIVM.

Clauſura. Infirma.

1 PRæſumitur plerumque ſecutum culpa inhabitantium, leuiſſima tamē: vnde conductores non tenentur, niſi lata, vel leuis culpa probetur. *Oinot. de action. §. Actionum. Vbi de Act. locati num. 24. late Rota apud Ludouiſ. deciſ. 278.*

Nec in foro conſcientiæ tenetur ad reſtitutionem, niſi ex lata culpa proceſſerit ſecundum Barboſa *alleg. 51. n. 75. par. 3.*

Niſi tamen quis ad emēdationem damni cogatur per Iudicem ex tertio capite legis Aquiliæ, in qua venit etiam leuiſſima culpa, vt dixi lib. 4. Ciuilium tit. 3. De lege Aquil. n. 15. verſic. 3.

2 Si domus aliqua deſtructa ſit, ne totam viciniam ignis conſumeret; tunc illud damnum omnibus vicinis debet eſſe commune. *Oinot. de rer. diuiſ. §. fin. n. 5. Vide infra v. Naufragium.*

INCENSVM.

Gubernatio. Vicarius.

1 ABuſus, eſt non tolerandus, quod in Eccleſia incenſetur aliqua Mulier, licet ſit vxor Domini loci, 1594. Caſtellaneta 26. Aprilis 117.

2 Locumtenens nō debet incenſari ter, 1601. Bagnarea 14. Febr. 80.

INCESTVS.

1 INceſtum non committit, qui duas ſorores cognoſcit, alteram præpoſtere, alteram in vaſe debito. *Ledeſma de matrimon. q. 55. art. 4. Addit. Toleti lib. 5. c. 13.*

2 Inceſtuoſi primi gradus Canonici, præſertim matrem, & filiam nefario coitu cognoſcentes, vel Mulieres ſimiliter ſe cum Patre, & filio commiſcentes, in ſtatu Eccleſiaſtico vltimi ſupplicii pœna puniuntur. *Sixt. V. Conſt. 54. Volentes.*

3 Inceſtus an ſit punibilis in foro exteriori vſque ad quartum gradum, vtraque probabilis. *Riccius reſol 63.*

In pœnis tamen benignior eſt interpretatio facienda.

4 Probabiliter ſuſtineri poteſt, Gradus in Inceſtu non mutare ſpeciem, ſicut nec an ſit commiſſus cum conſanguinea, vel Affine. *Diana tract. de circumſtantijs reſol. 31.*

INCIRCA. Dictio.

INCONTINENTI.

F*Ieri* dicitur, quod ſit intra triduum. *l. fin. C. de errore Aduocator.*

In Iuramento vero, antequam Partes ad alios actus diuertant. *Oinot. de action.* §. *Item ſi quis, num.* 77.

INCONTINENTIA.

1 I*Ncontinens* per ſe loquendo eſt, qui nõ ſequitur rationem rectam: per accidens autem, qui non ſequitur rationem, falſam. *Ex Philoſ.* 7. *Ethicor. S. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. *corp. in fin.*

2 Temperatus differt à cõtinente: quod Temperatus non habet prauas concupiſcẽtias, quas continens patitur. Et continentia hoc modo accepta non eſt virtus, ſed aliquid minus virtute. *Ex eodem ibidem S. Thom.* 3. *q.* 7. 3.

Vnde intemperatus dicetur, qui prauas concupiſcentias ſequitur ex habitu: Incontinens vero, qui aliquando, vel etiam ſæpius, ex fragilitate cadens, illis conſentit.

INDITIVM. *Fama.*

I*Nditia* ſunt circumſtantiæ, & ſigna, ex quibus prudenter, & rationabiliter de operibus, & actionibus aliorum iudicare ſolemus. *Clau. Reg. lib.* 12. *cap.* 10. *n.* 13.

INDIVIDVVM.

D*Icitur* quatuor modis.

I. Natura.

II. Ratione formæ.

III. Voluntatis contrahentium.

IV. Dependentiæ, vt principale, & Acceſſorium.

Quo ad primum quantitas de ſui natura eſt diuidua.

Quo ad ſecundum requiritur, quod aliqua verba apponantur, quæ formam inducant.

Quo ad tertium, obligatio rem tradi eſt indiuidua, rem vero dari eſt diuidua.

Quartum per ſe patet. *Rota apud Coccin. deciſ.* 402. *n.* 5. *& ſeqq.*

INDVLGENTIA.

Iubilæum. Quæſta.

1 Q*Vid*. Nihil aliud eſt niſi remiſſio, vel condonatio pœnæ, pro peccatis actualibus quantum ad culpam remiſſis debitæ, per Eccleſiæ Prælatum exiſtentibus in gratia extra Sacramentum diſcrete conceſſa, ex theſauri Eccleſiaſtici diſpenſatione. Quam lucratur, qui præſtat requiſita, licet ignoret conceſſionem illius. *Diana* 4. *tr.* 4. *reſol.* 24. *&* 5. *tr.* 12. *reſol.* 6.

† Globuli aſſerti à Chriſto benedicti, de B. Ioanna nuncupati, eorumque Indulgentiæ, non ſunt approbatæ. *S. C. de P. F.* 1626. *Acta ad* 125. §. 2. *ad* 133. *n.* 6. *

2 *Sanctiſſimi Sacramenti*. Confratres, & Conſorores Cõfraternitatis Sanctiſs. Corporis Chriſti, Sanctiſſimum Sacramentum ad infirmos comitantes, quinque annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentijs, Indulgentiæ conſequuntur. Eamdem Indulgentiam conſequuntur alij Chriſti fideles, etiam in præfata confraternitate non deſcripti, qui interſunt Proceſſioni Sanctiſſimi Sacramenti. *Paulus V.* 3. *Nouemb.* 1606.

In Bulla aggregationis Confraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti Terræ Farneſij, Cõfratribus prædictis, Sanctiſſimum Sacramẽtum ad Infirmos comitantibus; conceduntur ſeptem anni, & totidem quadragenæ, alij vero quinque anni, & quinque quadragenæ.

Eamdem Indulgentiam quinque annorum, & totidem quadragenarum conſequuntur etiam Confratres aliarum Confraternitatum ex proprijs priuilegijs, iuxta reformationem Pauli V. circa ſingulas confraternitates: cuius Conſtitutiones ſuper hoc editæ non fuerunt poſitæ in Bullario, exceptis paucis, vt Montis Carmeli, &c.

3 Pro feſto Corporis Chriſti, & eius Vigilia, ac tota Octaua, multas Indulgentias conceſſerunt Summi Pontifices. Vrbanus IV. conſt. 1. §. 4. *Nos enim Chriſti fideles ad colendum tantum feſtum donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus vere pœnitentibus, & Confeſſis, qui Matutinali officio feſti eiuſdem in Eccleſia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: qui vero Miſſæ, totidem: qui autem in primis ipſius feſti Veſperis interfuerint, ſimiliter centum: qui vero in ſecundis, totidem. Illis vero, qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, ac Completorij officijs interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarum quadraginta. Illis autem, qui per octauas illius Feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum Horarum officijs interfuerit, centum dies ſingulis ipſarum octauarum diebus, in Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apoſtolorum eius Petri, & Pauli auctoritate confiſi, de iniunctis pœnitentijs relaxamus.* Refertur etiam in Clem. de reliq. & ven. Sanct.

Quas Indulgentias Martinus V. conſt. 12. *Ineffabile*. §. 2. duplicauit ſub his verbis. *Singulis ex eis vere pœnitentibus, & Confeſſis, qui & quoties in ipſius Sacramenti pro feſto Ieiuniũ, vel loco illius alium pium iuxta ſuorum conſilia Confeſſorum opus fecerint, centum; & qui præmiſſis in Eccleſijs, quibus illa celebrari contigerit, officijs interfuerint, necnon Epiſcopis, & alijs Prælatis Superioribus, qui dictis Officijs libenter intereſſent, ſed quo minus eis in ipſis Eccleſijs intereſſe poſſint, pro conſeruandis ſuarum Dignitatem Iuribus, & alias legitimè tunc impeditis, pro Matuti-*

tutinali ducentos, & pro Miſſæ Officijs totidem, ac pro qualibet Veſperarum etiam ducentos; reliquarum vero Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, ac Cõpletorij ſingulis octoginta. Rurſus autem in quibuslibet octauarum diebus pro ſingulis Matutinalium, Miſſarum, & Veſperarum, ſimiliter centum, necnon reliquarum Horarum Officiorum huiuſmodi quadraginta. Illis autem præterea, qui proceſſiones, &c. De Omnipotentis Dei miſericordia, &c de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxamus.

Quas omnes Eugenius IV, conſt. 6. *Excellentiſſimum* §. 2. iterum duplicauit ſub his verbis. *Relaxationes, & conceſſiones prædictas Apoſtolici robore muniminis, &c. præmiſſis per eundem Martinum Prædeceſſorem, vt præfertur, relaxatis diebus, alios totidem dies pariformiter, ab ipſis Fidelibus conſequendos, adijcimus per præſentes.*

4 *Regularibus* Indulgentiæ conceſſæ, & per Paulum V. reuocatæ, an reuixerint per confirmationem priuilegiorum, gratiarum & indultorum ſpiritualium, ab eodem Minoritis factam; negatiua tutior, & probabilior: affirmatiua notam improbabilitatis non inurit. *Diana 4. tr. 4. reſol. 20.*

5 Minores, & Prædicatores poſſunt in ſuis concionibus concedere annos 18. Indulgentiæ, & quoſdam dies. *Diana reſol. 22.*

6 In Bulla antiquas Regularium Indulgentias reuocante, & nouas concedente, non comprehenduntur conceſſæ eorum Eccleſijs, & eas viſitantibus, 1614. Palermo 8. Aug. 98. 1620. Minimi 17. Nouemb. 295. Memorata conſtitutio Pauli V. eſt in Bullario num. 21. & incipit. *Romanus Pontifex.*

7 Quando Papa concedit aliquam Indulgentiam omnibus Eccleſijs alicuius Religionis, *Eccleſias vbicumque conſtitutas viſitauerint*, intelligitur conceſſa etiam Eccleſijs in poſterum erigendis, 1626. B. Pietro di Piſa 3. Aprilis.

8 *Moniales* conſequuntur Indulgentias conceſſas Regularibus, licet ſint Ordinario ſubiectæ, 1614. Perugia 26. Septembris 121. 1619. Regolari 30. Aug. 399.

9 *Publicari* non poſſunt Indulgentiæ de nouo conceſſæ abſque licentia Ordinarij loci, neque ab Exemptis. *Bonac. tom. 3. q. 3. pun. 30. n. 9.*

10 Epiſcopus debet dare licentiam publicandi Indulgentiam conceſſam Eccleſiæ nondum conſecratæ, 1648. Agoſt. di Lomb. di Crema 5. Martij 2. 11. Decemb. 6.

11 *Pro defunctis* Indulgentiæ conceſſæ, per generales reuocationes vel ſuſpenſiones, non cenſentur reuocatæ vel ſuſpenſæ, niſi de eis expreſſa mentio fiat; vnde in Anno Sancto non ſuſpenduntur Altaria Priuilegiata. *Diana 3. Addit. 22.*

Et generaliter quæ Indulgentiæ ſuſpendantur in Anno Iubilei, vide Bonac. *tom. 1. de Sacram. diſp. 6. quæſt. 7. pun. 8. n. 2.*

INFAMIS.

Iniuria. Matrimonium. Notarius.

1 *INfamia* facti eſt frequens vox bonorum, & proborum virorũ, quæ hominem de tali crimine rationabiliter ſuſpectum reddit. *c. Qualiter, & quando il 2. de accuſat. Clau. Reg. lib. 12. c. 10. n. 12. in fin.*

2 Infamis infamia facti, licet non poſſit eſſe teſtis omni exceptione maior; à teſtimonio tamen regulariter non repellitur, niſi in criminalibus, & alijs arduis cauſis. *Oinot. de action. §. Plane autem furum n. 9. Addit ad eund. in tit. De cap. dimin. §. fin. num. 4. litt. d.*

3 Infamia Patris non infamat filios de Iure, ſed de facto tantum. *l. Ea, quæ 13. C. Ex quib. cauſ. infam.*

4 In quibus caſibus incurratur Infamia Iuris, dixi in primo Ciuilium tit. 16. De capit. dimin. n. 5.

Et quod ex ea non incurratur Irregularitas, niſi delictum ſit notorium, in Can. lib. 5. tit. 12. n. 5. *Diana 4. tr. 2. reſol. 9.*

INFIDELIS. *Matrimonium.*

NOn *debet* permitti, quod ingrediantur in Eccleſiam, dum celebratur Miſſa, neque Sacerdotes celebrẽt coram eis, 1603. Milano 23. Iulij 85.

2 † Fuit dubitatum, ſi quando in Terris Infidelium permiſſa eſt Chriſtianorum Parochia, & in ea Concilium Tridentinum rite promulgatum fuit. Vtrum poſtea, eiecto inde ab Infidelibus Parocho, vel ad tam longum tempus deficiente, vt veriſimiliter non credatur eſſe reſtituendus, validum ſit Matrimonium, ſi abſque forma Concilij celebretur?

Sanctiſſimus audita relatione Congregationis dixit, quod ſi alius Parochus vel Sacerdos Catholicus in propinquo loco ſit; adeant eum, & coram ipſo ac Teſtibus contrahant. Quod ſi id commode facere nequeant, contrahant coram Teſtibus: & ſi fieri poterit, etiam coram Notario, factis tamen prius in vtroque caſu denunciationibus in Parochia, & nullo detecto legitimo impedimento, alijſque ſeruatis ex Cõcilij decreto ſeruandis. *lib. 78. 273. 279.*

Quoad Matrimonia Iaponiæ in futurum contrahenda, ſacra Congr. de P. F. de mãdato S.D.N. conceſſit, vt non obſtante decreto Concilij Tridentini de Matrimonio, iampridem in ea Inſula publicato, Matrimonia in præſentia duorum Teſtium tantum valide contrahi poſſint, ſi tamen in loco,

loco, vbi Matrimonium contrahitur, vel in vicino, ad quem ſine periculo accedi poſſit, Parochus vel alius Sacerdos ſiue Sæcularis ſiue Regularis non exiſtat ab Epiſcopo deputatus. Cui Epiſcopo ſacra Congregatio diſtrictè præcipiendo mandauit, vt ad maiorem contrahentium commoditatem in diuerſis Iaponiæ locis Sacerdotes ſæculares, vel Regulares conſtituat cum facultate ſpeciali aſſiſtendi Matrimonijs. *13. Iunij* 1625 *Acta* 232. *n.* 20. §. 7.

Quo vero ad Matrimonia iam contracta cenſuit, per S. D. N. eſſe declarandum, Concilium etiam publicatum non obligare in Iaponia: & propterea Matrimonia ibi contracta ſine Parocho, fuiſſe & eſſe valida, dummodo tamen coram duobus Teſtibus celebrata fuerint. 27. Iunij 1625. ad 237.

Die 2. Iulij 1625. S.D.N. Vrbanus VIII. approbans ſententiam ſacræ Congregationis prædicta Matrimonia in Iaponia ſine Parocho, vt præfertur, contracta, fuiſſe, & eſſe valida iuxta declarationem Cardinaliū Concilij Tridentini Interpretum pro Hollandis, Zelandis, & Friſijs editam. Quam declarationem in authenticam formam redactam Sanctitas Sua iuſſit cum hac ſua in Iaponiam emitti. Ibidem.

Tenor ſupracitatæ declarationis pro Hollandia, Zelandia, Friſia, &c. Vbi conſtat, decretum Concilij eſſe publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tamquam decretum Cōcilij obſeruatum, ſed Parochialis Eccleſia vtpote vacans, proprio Parocho careat, & Cathedralis itidem Epiſcopo atque Capitulo, habentibus à Concilio facultatem aliū Sacerdotem ad id delegandi, nulluſq; alius ibi ſit, qui vices Parochi vel Epiſcopi ſuppleat, Matrimonium valere abſque præſentia Parochi: ſeruata tamen in eo, in quo poteſt, forma Concilij, nempe adhibitis ſaltem duobus Teſtibus. *Refertur in Reg. de P. F. Iaponia tom.* 1. *ad* 528.

3 Ad hoc vt Infidelis concurſus contrahere poſſit aliud matrimonium, nō ſufficit voluntas coniugis infidelis quod nolit cohabitare præſumpta, puta ſi Regio, vbi degit, valde diſtet, vt Perſia ab Hiſpania. *lib.* 78. 299. *ad* 3.

Attamen Gregorius XIII. conſt. *Populis* 25. Ian. 1585. conceſſit Conuerſis poſſe cōtrahere priori coniuge prius non præmonito, ſi vix poſſit præmoneri. *lib.* 78. 310.

Nam licet ſola locorum diſtantia non ſufficiat, vt Conuerſus poſſit aliud matrimonium contrahere, priori infideli Coniuge prius non præmonito ac requiſito, an conuerti velit, vel ſaltem cohabitare ſine iniuria Creatoris: eſt tamen cauſa ſufficiens, vt Papa diſpenſare poſſit, prout reipſa diſpenſauit Gregor. XIII. Clem. VIII. & Paulus V. & ita fuit etiam reſolutum in S. C. de propaganda Fide.

In vna Neapolitana, in qua exponebatur, quod elapſis annis, capto à Cæſaris Militibus Belgrado in Vngaria, Mulier iuuenis Turcæ vxor capta, & Neapolim ducta, vendita fuit Nobili matronæ: quæ poſt nonnullos annos eam ad fidem conuerſam baptizari fecit, ac deinde libertate donauit. Dicta Mulier alteri nubere deſiderabat. Et cum ei fuiſſet dictum, quod Maritum ſuū Turcam requirere debebat, num Neapolim venire, & cum ea cohabitare vellet: reſpondit id fieri non poſſe ob loci diſtantiā, & quia dictus Maritus erat Turca, qui ſine libertatis periculo Neapolim venire non poterat, & veriſimile etiam erat, ita ipſum eſſe reſponſurum. Vnde licet in Archiepiſcopatus Neapolitani Tribunali eſſet cōſuetudo, quod dicta requiſitio non attenderetur; ad cautelam tamen ſacram Congregationum conſuluit, quid in dicto caſu eſſet agendum.

Cum tempore fel. rec. Clem. Papæ VIII. de ſimili materia actum eſſet in Congregatione Concilij propter Perſas, qui Legatū Regis Perſarum in Hiſpaniam comitati, & ad fidem conuerſi, vxores inibi ducere volebant, non requiſitis vxoribus, quas duxerant in infidelitate ob diſtantiam, & difficultatem. Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe hos conuerſos alias vxores accipere, niſi prius conſtiterit, an priores vxores vellent ad fidem conuerti, vel etiam non conuerſæ cum eis cohabitare abſque iniuria creatoris. Loci autem diſtantiam, & difficultatem non ſufficere, vt poſſint ducere alias vxores, non requiſitis prioribus vxoribus infidelibus: ſed ſubeſſe ſufficientem cauſam diſpenſandi, vt poſſent contrahere abſque requiſitione: atque ita Clemens diſpenſauit, ſecutus aliud exemplum Gregorij XIII. cum Indis, qui conceſſit Ordinarijs, vt in illa Regione poſſent diſpenſare cum Chriſtifidelibus ad fidem cōuerſis, qui ante baptiſmum ſuſceptum matrimonium contraxerant, vt ſuperſtite eorum coniuge infideli, matrimonia cum quouis fideli contraherent: dummodo cōſtet etiam ſummariè, & extraiudicialiter, coniugem abſentem moneri legitimè non poſſe, aut monitum intra tempus eadem monitione præfixum ſuam voluntatem nō ſignificare.

Die 18. Iunij 1611. Sacra, &c. cenſuit concedendam facultatem Illuſtriſſimo Ordinario iuxta exemplum Gregorij XIII. & Cle-

Clementis VIII. ſupra relatum: itaque agendum cum Sanctiſſimo D. N. Qui die 21. Iunij 1611. iuxta Congregationis ſententiam facultatem conceſſit. *

I N F I R M V S.

Clauſura. Confeſſio. Diſtributiones. Euchariſtia. Irregularitas. Iudæus. Medicus. Nouitius. Sedes.

1 NOn poteſt Epiſcopus edictum facere, præſertim cum pœnis cenſurarum, vt qui infirmatur extra Ciuitatem, teneatur ſe deferri facere intus in domum ſuam, vel conſanguineorum, vel Amicorum, vel Hoſpitalis, 1613. Ventimiglia 27. Septembris 80.

Multo minus prohibere Curato, ne adminiſtret Viaticum infirmis ſine ſua licentia, 1640. S. Marco 30. Octobris 117.

2 Infirmi confiteri poſſunt cuicumque probato Confeſſario, 1645. Ancona 6. Octobris 2.

3 *Regularibus* prohiberi non debet, ne audiant confeſſiones infirmorum in ipſorum domibus, 1603. Oſſeruanti 13. Iun. 48.

4 *Pro Monialibus* vbi fieri nō poteſt Valetudinarium formale, accipiendæ erunt pro ipſo cellæ, & aliæ Cameræ, pro vt melius fieri poterit, vt infirmæ maneant in loco ab aliis ſeparato, vbi eis de ſeruitio debito prouideatur, 1593. Napoli 12. Octobris 14. 1600. Virdunen. 13. Nouemb. 2. 1601. Aſſiſi 13. Febr. 39. 1604. Sorrento 27. Aprilis 31.

5 Ingredi quis non poteſt in clauſuram ad celebrandum in Valetudinario, 1600. Ferrara 2. Maij 25.

Multo minus conſanguineæ Monialium ad eas viſitandas, licet ſimul cum Medico; nec datur talis licentia, 1616. Nocera 10. Iunij 83. v. Clauſura.

6 Monialis egredi non poteſt extra caſus Bullæ Pij V. incendij lepræ, vel Epidimiæ, licet alias adeſſet periculū vitæ, 1578. Aſſiſi 3. Nouembris 1.

† Nomine autem *Epidimiæ* eam tantū *Epidimiam* intelligi, quæ eſt vera, & realis *peſtis*: ita vt ob alias infirmitates aliquo pacto huic conſimiles, ſed tamen benigniores, etiamſi Epidimiæ nuncupentur, nullo pacto Monialibus Profeſſis ex Monaſterio exire liceat. Atque hoc decretum ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruari mandauit. *lib.* 135. 698. *

I N F O R M A T I O.

Cadauer. Cancellaria. Iudex. Proceſſus. Teſtimonialis.

1 QVando capiuntur informationes contra Epiſcopum, Vicarius reſidere non debet in iis locis, vbi manet Commiſſarius, 1586. Sora 8. Iulij 544.

2 Dum vacat Eccleſia, committi ſolet Ordinario vicino, 1601. Cariati 27. Nouēbris 242.

Item quando proprius Ordinarius ſuſpectus eſt, 1655. Fondi 1. Octobris 258.

3 Ad dandam informationem non eſt neceſſarium, quod Ordinarius, ſiue Gubernator videat proceſſum authenticum, ſed ſufficit, quod acta viderit talia qualia, vel etiam aliunde fuerit informatus, 1625. Ancona 2. Decembris 282.

4 Qui inſtat mitti ad capiendas informationes, debet etiam expenſas ſubminiſtrare acceſſus, receſſus, ac victus, pro commiſſario, & familia, toto tempore, quo eum propterea morari oportuerit: alioquin datur facultas ipſi commiſſario eas accipiendi propria auctoritate, 1640. Caiazzo 2. Mar. 21

5 Informationes Iudiciales non Iudici ſolum, ſed & Notario dari poſſunt, 1601. Città di Caſtello 3. Iulij 162. 1602. Caſtellaneta 20. Aug. 93.

6 Informationes extraiudiciales ſecretè capi ſolent ab Epiſcopis vicinis contra Epiſcopos de aliquo graui crimine accuſatos, 1603. Capo d'Iſtria 4. Nouembris 132. Larino 22. Aprilis 467. Vel de inhabilitate: & aliquando mandatum fuit Epiſcopo vicino, vt eo ſe perſonaliter transferret, 1655. Narni 4. Iunij 97.

7 Similiter etiam ſecreto capiuntur informationes de cōuerſationibus minus honeſtis, vel delictis carnalibus Monialium, 1601. Ferrara 10. Martij 45.

I N H I B I T I O.

A. C. Metropolitanus. Rota.

† DIe 29. Ian. 1629. vt habetur lib. 14. Decretorum pag. 7. Congregatio ſpecialis à fel. rec. Vrbano VIII. deputata ad reformandos abuſus Inhibitionum, mādauit omninò ſeruari diſpoſitionem Concilij, ac propterea iniunxit ipſi A. C. vt mediante præcepto pœnali mandet Locūtenentibus ac Notarijs, ne huiuſmodi Inhibitiones, & monitoria concedant, niſi ad præſcriptum eiuſdem Concilij, necnon iuxta formam reformationum Pij IV. & Pauli V. fel. rec. Et quod Inhibitiones, & Monitoria aliter conceſſa reuocentur, ac Locumtenentes, & Notarij excedentes ab eodem A. C. rigoroſè puniantur.

2 In vna Segobien. contra Archiepiſcopum Valentinum lib. 28. memor. ad 241. C. C. cenſuit, hanc Inhibitionem, in qua concedenda nec forma, nec tenor ſacrarum Conſtitutionū, vt cauetur decreto ſeſſ. 22. c. 7. ſeruatum fuit, tamquam nullam iure poſſe contemni.

Et

Et in vna Feltren. lib. 7. litterarum ad 272. Ad Archiepiſcopum ſcias inhibitionẽ à Te decretam contra præceptum Epiſcopi Feltren. quo Rectorem S.Blaſij ad debitam cogebat reſidentiam, ab eodem Epiſcopo iure merito ſperni poſſe,9.Septemb.1601. *

INIVRIA. *Seruus.*

1 M*Atremfamilias*, notæ ſcilicet auctoritatis fœminam, ſeu mulierem honeſtam; & prætextatum ſiue prætextatam, ideſt pueros ſiue puellas ingenuas,aſſectans, ideſt frequenter inſequens quocumque vadant, iniuriarum tenetur: nam aſſidua frequentia præbet quaſi nõnullam infamiam. Idem dicendum eſt, ſi eos appellat, ideſt blando ſermone eorum pudicitiam tentat, vel turpibus verbis alloquitur; niſi tales incedant in veſte meretricia: talis enim quis eſſe præſumitur, in quali habitu reperitur. *l. Item apud* 15. §. *ſi quis virgines, ff. n. de iniur. Oinot. inſt. de iniur.* §. *iniuria num.* 21. & 22.

2 In verbali iniuria procedi non debet ad alium rigorem, niſi ad aſſignandum domum pro carcere, donec offenſo ſatisfiat, & partes inuicem recõcilientur, 1595. Reggio 17. Ian. 349. 1654. S. Seuerino 2. Octobris 157.

INOBEDIENTIA.

Obedientia. Vanagloria.

INQVIETITVDO MENTIS.

Auaritia.

INQVISITOR.

Anima. Blaſphemia. Confeſſarius. Confeſſio. Doctor. Epiſcopus. Hæreſis. Irregularitas.

1 I*Nquiſitores* hodie de iure nouo Sixti Quinti procedunt contra quoſcumque ſortilegos, & maleficos. *Diana* 4. *tr.* 3. *reſol.* 10. & *tr.* 8. *reſol.* 107. *Quicquid dixerint Clar.* §. *hæreſis nu.*23. *Barboſa alleg.* 311 *nu.*133. & *ſeqq.*

Et etiam contra Aegyptiacas, ſiue Zingaras, quæ bonam, vel malam fortunam diuidant. *Diana* 4. *tract.*8. *reſol.*128.

Et hoc quo ad Ordinarios Eccleſiaſticos cumulatiuè,quo vero ad Iudices laicos priuatiue. *Diana* 4. *tr.*8. *reſol.*122.

2 Inquiſitores hæreticæ prauitatis de blaſphemia hęreticali priuatiue cognoſcũt: & vbi non ſunt Inquiſitores, Ordinarij locorum. *Barboſa* 3. *alleg.*51. *n.*89.

De blaſphemia vero nõ hæreticali tunc ſolum cognoſcere poſſunt, quando blaſphemans monitus deſiſtere nollet, & eſſet incorrigibilis. *Baiard.* §. *blaſphemia n.* 18.

3 Inquiſitores non poſſunt procedere contra Epiſcopos conſecratos, licet ſolum titulares ſint, niſi ad receptionem teſtium pro informatione Papæ tranſmittenda, neque in crimine hæreſis vero. *c. Inquiſitores, de hæret. Conc. Trid. ſeſſ.*24. *c.*5.

Neque in præſumpto, qualis eſt ſollicitatio in Confeſſione. *Sancius diſp.*11. *nu.* 53. *contra Bonac. de onere denunc. pun.*3. *n.* 8.

Et contra neminem procedere ſolent in contumacia.

4 Inquiſitores fructibus, & diſtributionibus in abſentia gaudẽt,*ex priuil.Paul.III.* & *IV. necnon Py IV.* & *V. Barboſa alleg.* 53. *num.*156. *Diana* 4. *tract.*8. *reſol.*71.

† INSIGNIA.

1 E*Piſcopus* non debet amouere Arma ſeu Inſignia, & Monumenta, ſeu Memorias ſuorum Prædeceſſorum ab Eccleſia,vel Palatio Epiſcopali,maximè ſi fuerunt conſtructa proprijs ipſorum expenſis. 1593. *Meſſina* 9. *Martij* 64. 1603. *Aiqui* 21. *Nouemb.* 135. 1604. 26. *Ian.* 12. 1606.18. *Septembris* 76. 1609. *Saſſari Turritano* 4. *Apr.*42.

Neque de Paramentis, non obſtante Concilio Prouinciali, ſi in Metropolitana tolerantur, 1604. *Aiqui* 26. *Ian.* 12.

Vnde à fortiori coactus fuit cum cenſuris Baro, qui eraſerat inſignia Epiſcopi à quibuſdam Paramentis factis ab Archipresbyteró, & ſua ſubſtituerat, ad reſtituendum omnia in priſtinum, 1615. *S. Angelo, e Biſaccio* 27. *Nouemb.* 116.

Nec Fundatorum Eccleſiæ, vel Monaſterij. 1618. *Perugia* 9. *Octobris* 344.

Et ſi fuerunt amota, reſtitui debent vt prius. 1645. *Oſſeruanti* 11. *Aug.* 22. 6. *Octobris* 23.

2 Arma eius, qui Cappellam ornauit, non debent amoueri. 1604. *Anagni* 10. *Februarij* 21.

Sed eius,qui nihil contulit, vel cui fuit erogata pecunia reſtituta, debent amoueri. 1607. *Amalfi* 15. *Octob.* 221.

Maximè ſi eſt laicus 1596. *Bologna* 28. *Septembr.* 80. 1600. *Sarzana* 20. *Martij* 23. *l. Opus* 3. *ff. n. de oper. publ.*

E contra Vniuerſitati permitti debet ſculpere, ſeu apponere ſua inſignia in Eccleſia, à ſe erecta, dotata, & reſtaurata; abſque tamen eo, quod per appoſitionem huiuſmodi inſignium ſibi acquiratur, vel augeatur aliqua ratio Iuriſpatronatus ſuper ipſa Eccleſia. 1645. *Auellino* 11. *Auguſti* 4.

Attamen per inſignia familiæ ab antiquiſsimo tempore ſculpta in Eccleſia, probatur Iuſpatronatus, etiam ad fauorem Vniuerſitatum & aliorum, in quibus præſumitur vſurpatio. *Rota apud Farin. tom.* 1. *deciſ.*518. & 545.

3 Capitulum nõ poteſt de nouo addere ſuis Inſignijs ſiue Armis, Mitram & Baculũ ſiue Paſtorale. 1611.*Fermo* 20.*Nou.* 106. *

INSTITVTIO. *Collatio*. *Hæres*.
INSTITVTRIX. *Translatio*.

1 D*Ebet* eſſe ex maturioribus, & quæ libenter acceptet hoc onus, 1607. Spoleto 26. Iunij 9.

Nec transferri ad Monaſterium Ordinis diuerſi, 1626. Ceſalù 4. Maij.

2 Si Inſtitutrix detegitur inhabilis, priuatur Abbatiſſatu, & remittitur ad prius Monaſterium, 1645. Mileto 6. Octob. 83.

3 Inſtitutrici non cōceditur reditus ad antiquum Monaſterium, donec nouum ſit ſatis, & ſufficienter in obſeruantia Monaſtica ſtabilitum, 1655. Napoli 9. Iulij 204.

INSTRVMENTVM.
Apocha. *Debitum*. *Depoſitum*. *Doctor*. *Dos*. *Falſum*. *Notarius*. *Scriptura*.

1 Q*Vid*. Eſt ſcriptura facta ad alicuius rei probationem in poſterum faciendam. *Oinot. in Rubr. Proem. Inſt. num.*2. Vbi ego quoque n.4.dixi, quodnam Inſtrumentum dicatur publicum, quodnam priuatum.

2 *Moniales* non poſſunt Inſtrumenta celebrare ſine licentia Ordinarij, & etiam Superiorum Regularium, ſi ſunt ſub eorum regimine, 1605. Cremona 22. Aug. 54. iuncta Conſt. 18. Greg. XV. quæ incipit. *Inſcrutabili*.

3 *Liquida* Inſtrumenta quæ dicantur, tradidi in tit. de action. num. 334.

4 Tutori, pupilli nomine Inſtrumentū liquidare volenti, ſemper opponi poteſt, quod exhibeat ſolemnia tutelæ; nempe confectionem Inuentarij, & ſatiſdationem, niſi fuerint per Teſtatorem remiſſa. *Io. Paulus Gualter. de liquid. Inſtrum. prima ſecunda partis, rubr.2. n.3.*

5 *Productio*. Epiſcopus non poteſt recipere decimam partem pro quolibet Inſtrumento producto in Tribunali, ſed ſolùm quod ſoluitur pro decretis Eccleſiaſticis, non obſtante pragmatica, quæ ſeruari non debet in foro Eccleſiaſtico, 1610. Otranto 15. Octobris 167. 1645. Oppido 6. Octobris 25.

Vel eſſe contentus vigeſima, vbi ita fieri conſueuit, 1605. Lecce 28. Febr. 19. §. 3. *v. Mandatum*.

6 Inſtrumentum captæ poſſeſſionis, ad hoc vt illam probet, exhiberi debet in forma probanti; nec ſufficit fides Notarij atteſtantis ſe fuiſſe rogatum de Inſtrumento apprehenſionis poſſeſſionis. *Rota apud Buratt. deciſ.688. n.16.*

7 *Probatio*. Inſtrumenti verba dubia interpretanda ſunt contra producentem, & ſe fundantem in eis. *Rota apud Farin. to. 1. p.1. deciſ.29. n.3. Vide iudicium 2. v.3. 14.29.*

8 Contenta in Inſtrumento deperdito probari poſſunt per Teſtes, qui illud perlegerunt, ſi deponant de tenore, & quod erat ſine vitio. *c.Cum olim 12. il primo, de Priuileg.*

Ex eo enim, quod Inſtrumentum non reperiatur, non ſequitur, quod non fuerit factum; cum potuerit amitti, vel ſubtrahi, vel non protocollari. *Rota apud Farin. p. 1. tom.1. deciſ. 525. n.6. can.5. 33. 8.*

9 Antiquioribus Inſtrumentis minus creditur. *Azo in ſumma. Brocard. Reg.14. nu. 14. can.2. 22. 4.*

10 Venditor, vel cedens non tenetur tradere Inſtrumentum ceſſionum, ſed ſufficit oſtendere cum cautione de exhibēdo, quoties opus erit, vt Ceſſionarius oſtendere poſſit ius ſuum. *Rota apud Galleſ. deciſ. 137. num.8.*

Fallit primo ſi ceſſio fieret à Negotiorum geſtore, qui in redditione computorum tenetur tradere ſcripturas iuxta tex. in *l. Cum ſeruus, ff. i. de condit. & demonſtr.*

Fallit ſecundo in hærede, qui tenetur tradere Legatario Inſtrumentum fundi legati, quando originalia ſunt apud ipſum hæredem, nec haberi poſſunt aliunde. *Rota ibi num.9. & 10.*

Sumptibus tamen, & expenſis ipſius Legatarij. *Rota num.11.*

Vnde quia hodie Inſtrumenta deſumi poſſunt ex publicis Archiuijs, regulariter iſtæ fallentiæ non habent locum.

11 Additio facta in margine Inſtrumēti non probat, niſi de ea Notarius in ſubſcriptione ſua faciat mentionem. *Rota apud Coccin. deciſ.101. n.10.*

12 Inſtrumentum inter perſonas Eccleſiaſticas exemplatū authoritate Iudicis laici qui citare non poterat habentes intereſſe in illo, non dicitur eſſe in forma probanti. *C. fin. de fide inſtrum. Rota apud Coccin. deciſ. 101 ſupra v. Exemplum 2.*

13 *Subtrahens* Inſtrumentum incidit in pœnam falſi. *l. Paulus 16. ff. n. de fal.*

INTELLECTVS.

1 S*Peculatiuus*, qui ſolum conſiderat rationem veri, non mouet; ſed bene Intellectus practicus, qui conſiderat etiam rationem boni. *S. Thom. 1. quæſt. 79. 11. & 12. quæſt.9. 1. 2.*

2 Intellectus ſpeculatiuus, extenſione fit practicus. *3. de Anima. S. Th.1. q.79.11.*

3 Quia ſenſitiuum patitur à ſenſibili cū corporis immutatione, excellentia ſenſibilium corrumpunt ſenſum: quod in intellectu non contingit. Nam intellectus intelligendo maxima intelligibilium, magis poteſt poſtmodum intelligere minora. Si vero in intelligēdo defatigetur corpus, hoc eſt

eſt per accidens, inquantum intellectus indiget operatione virium ſenſitiuarum, per quas ei phantaſmata præparentur. *S. Th. 1. quæſt. 75. 3. 2.*

INTEMPERANTIA.

Incontinentia. Luxuria.

I N T E N T I O.

1 EST *actus* voluntatis in finem: & differt ab Attentione, quæ eſt actus Intellectus, conſiderans id, quod homo agit. *Bonac. de Sacram. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 2. §. 3. num. 1. & 2.*

2 Intentio virtualis ſeu tacita, & actualis ſiue expreſſa, æquiparantur. *c. Quemadmodum 24. de iureiur. l. Cum quid, 3. ff. u. ſi cert. pet. Nau. cap. 17. num. 216.*

3 Quamuis ſtodiosè curare debeat Sacramentorum Miniſter, vt etiam intentionem actualem adhibeat: ſi tamen cum accedit ad Sacramenta miniſtranda, intendit facere, quod facit Eccleſia, perficitur Sacramentum ex virtute huius primæ intentionis; licet poſtea in ipſo exercitio actus cogitatio ad alia rapiatur. Habere namque ſemper intentionem actualem non eſt totaliter poſitum in hominis poteſtate, quia cum homo vult multum attendere, vel intendere, incipit alia cogitare ſecundum illud Pſal. 39. *Cor meum derelinquit me.* S. Th. 3. quæſt. 64. art. 8. ad 3.

INTERDICTVM.

Clericus 17. Decretum. Epiſcopus. Excommunicatio. Exemptio. Sacerdos.

1 TRIPLEX *eſt*, locale, perſonale, mixtum: & quodlibet horum aut generale, aut ſpeciale. *Nau. 27. n...*

2 Poteſt quis interdici ſolum propter culpam alienam abſque culpa propria: vnde ſecundum aliquos in Interdicto generali comprehenduntur infantes, & amentes. *Nau. c. 27. n. 108. Bonac. diſp. 5. pun. 5. n. 9.*

Secundum alios vero non, niſi Interdictum ſit locale, quia non ſunt capaces præcepti, vt dixi in can. num. 228.

3 Interdictum Eccleſiæ, etiam ſpeciale, non includit Cœmeterium, & Sacella, niſi quando ſunt contigua. *l. ſi Ciuitas 17. de ſent. excom. lib. 6.*

4 Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ non peccat, ſi ingrediatur in eam tempore, quo Diuina Officia non peraguntur: nec fit irregularis, ſi extra Eccleſiam in aliquo Oratorio celebret. Peccat tamen audiendo Diuina Officia, quæ peraguntur in Eccleſia; licet audiens maneat extra illam. *Gloſ. c. fin. v. Eccleſiæ, de off. ord. lib. 6. Bonac. de cenſur. diſp. 5. pun. 5. n 11.*

5 Admittentes Interdictos, vel excommunicatos vitandos ad participationem Diuinorum, incurrunt ipſo facto interdictũ ab ingreſſu Eccleſiæ. *c. epor. de priuileg. in 6.*

INTERESSE. *Mercator.*

INTERROGATIO.

Fama. Teſtis.

INTERROGATUS ſecundum Iuris ordinem quis dicitur, quando tria concurrunt.

I. Quod interrogetur à Iudice competenti.

II. Quod delictum ſit plene, vel ſemiplene probatum, ſaltem per vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel per indicia illi æquipollentia, vel per infamiam plene probatam, & dicta probatio iam in proceſſu poſita ſit.

III. Quod huiuſmodi probatio ſit reo notificata vt videre poſſit, in quo ſtatu ſit, & an teneatur Iudici reſpondere nec ne. *Nauar. cap. 18. n. 57.*

Et nihilominus ſi ſpem habet euadendi mortem, vel aliud grauiſſimum damnum, probabile eſt, adhuc ſub æquiuocatione reſpondere poſſe. *Diana 2. tr. 15. reſol. 27.*

Hæc tamen notificatio non requiritur in crimine hæreſis, & alijs exceptis. *Diana 4. tract. 8. reſol. 130.*

INVENTARIVM.

Concilium. Hæres. Inſtrumentum. Scriptura.

INVENTIO NOVITIATVM.

Vanagloria.

IOACHIM. Anna. Hæreſis. 2. §. 20.

† B. IO. DE DEO.

RELIGIO B. Io. Dei cum ſuis Hoſpitalibus, tam ex lege fundationis, quam ex conſtitutionibus Apoſtolicis, ſubeſt iuriſdictioni Ordinarii: & Fratres tenentur ſingulis annis eidem Ordinario reddere rationem adminiſtrationis Hoſpitalium. *Fagnan. c. Ad hæc, de Relig. domib. n. 49.* *

I O C V S. *Reſtitutio.*

IOCOSE dictum, vel factum non meretur pœnam, niſi ſit contra fidem. *l. ſicut ſemel, C. de lib. cauſa. & aliæ huiuſmodi, quas congerit Clau. Reg. lib. 6. c. 12. n. 22.*

IRREGVLARITAS.

Corpus. Iudex. Ordo. Proceſſus. Sacerdos. Teſtis.

1 SI *puer* ante pubertatem occidat aliquem. *Auila, Diana 3. tr. 6 reſol. 87.* & alii probabile putant, irregularitatem nõ incurrere: quia *in c. 1. de delict. pueror.* habetur, non eſſe eorum delicta eadem pœna punienda, qua maiorum, ſed minori.

Mihi tamen probabilius videtur, incurrere quidem, ſed eſſe diſpenſabilem facilius, quam in maioribus, vt etiam dixi in Can. lib. 5. tit. 12. n. 5. limit. 1.

2 *Inquiſitores*, & eorum Miniſtri non incur-

currunt irregularitatem ex eorum officio: & ſi aliquo caſu incurrunt, diſpenſari poſſunt ab alio Inquiſitore, vt dixi ibidem n.6. limit.7. & n.8. in fine.

3 *Homicidium caſuale*, vel ad ſui defenſionem committens ſine aliqua culpa; non incurrit irregularitatem: quia Trid. ſeſſ.14. de reform. c. 7. intelligi debet, cum adeſt aliqua culpa. *Sacra Congr.* 1. *Septemb.* 1588. *Vide Sayr. lib.*6. *c.*17. *n.* 10. *infra n.*5.

Si vero adfuit aliqua culpa mortalis, eſt irregularis, nec promoueri poteſt ad maiores, vel miniſtrare in eo quo reperitur ſuperiori ordine ſine diſpenſatione Papæ: in inferiori ſine diſpenſatione Epiſcopi. *Alexan. III. c.continebatur de homicid. Clem.III. c. ad audientiam* 12. *eod.*

4 Puerum intuitu diſciplinæ percutiẽs, qui poſtea percuſſione, vel alia infirmitate ex ea orta moritur, etiam ſi conualuerit, & poſtea recidiuauerit, irregularis efficitur, debetq; deponi. *Alex III. c.Presbyterum* 15. *eod. Vide Sayr. lib.*7. *c.*4. *n.*16.

5 Si ex duobus ſimul ludentibus, alter alterum proſternat in terram, caſuque proſtrati cultello occidatur, ſuperſtes non eſt irregularis. *c. lator.* 9. *eod.*

6 Qui dat operam rei licitæ, præſertim neceſſariæ, puta fœnum de curru, vel campanam de campanili deponendo, ſiue Clericus, ſiue laicus, ſi tranſeuntes voce, vel conſueto ſigno appoſito ad ſibi cauendum monuit, non eſt irregularis, ſi ipſo mouente aliquid corruat, & caſu prætereuntem occidat. *Innoc. III. c. ex litteris* 14. & 15. *de homicid. c. Ioannes* 27. & *fin. eod.*

7 Qui iniuria affectus, prohibuit ſuis, ne vindictam facerent, non eſt irregularis, licet poſtea illi in vindictam mutilent, vel occidant. *c. Petrus* 17. *iuncta gloſ. v. præſertim de homicid.*

8 *Defenſio*. Si furioſus, infans, aut dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit, & idẽ de illo, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem. *Clem.*1. *de homicid. late Sayr. lib.*6. *c.* 17.

9 Omnibus, tamen Clericis, quam laicis, licet occidere, pro neceſſaria defenſione facultatum, honoris, & pudicitiæ ſuæ, vel ſuorum, vel cuiuſcumque proximi innocentis, ſine peccato ſecundum omnes. *Nau. c.*15. *n.*2. *Bonac. de contr. diſp.*2. *quæſt.vlt. ſect.*1. *pun.*10. *n.*1.

Secundum multos etiam ſine irregularitate ex regula, quod Irregularitas ex delicto non incurritur ſine peccato mortali. *Bonac. de cenſur. diſp.*7. 4. *q. pun.*6.

† Sacra tamen C. C. cenſuit, quod qui cauſa honoris inſequitur inimicum, & occidit, incurrit irregularitatem, 20. Decembris 1631. *

10 Secus dicendum eſt, quando mors vel damnum aliter vitari poterat. *Alex.III. c. ſuſcepimus* 10. *de homicid.*

11 *Qui percuſſit* aliquem lethaliter, irregularis cenſetur, licet percuſſus fuerit ab aliis interemptus. Idem ſi non appareat, an lethaliter, ſi percuſſus ab aliis fuerit interẽptus, nec apparet, ex cuius vulnere deceſſerit. Idem ſi percuſſit non lethaliter, ſed animum occidendi habuit, & aliquo modo fuit in cauſa, vt alij alia vulnera infligerent ex quibus percuſſus expirauit. *c. Significaſti* 18. *eodem.*

12 *Medic.* Clericus, vel Monachus, qui per inciſionem vel aduſtionem medetur, etiam ſecundum regulas artis, ſi inde etiam ex infirmi culpa, qui eius præcepta non obſeruauit, mors ſequatur, eſt irregularis ex homicidio caſuali, quia dedit operam rei ſibi illicitæ periculoſæ homicidij: Poteſt tamen per Epiſcopum diſpenſari, ſi id fecit cauſa pietatis, & non lucri. *c. Tua nos* 19. *De homicid. Tolet. lib.*1. *c.* 85. *n.* 5. *Diana* 4. *tr.*2. *reſol.*23. Vbi contrariam quoque reputat probabilem, hunc ſcilicet non eſſe irregularem.

13 Habens curam infirmorum, ſi non peccat in cura eorum, non fit irregularis, licet eis per accidens mortem acceleret. *Rodriq.* 1. *p. c.*177. *n.*15.

14 Qui alicui mortem accelerat per aliquod breue tempus, quod arbitrium boni viri notabile non reputetur: & qui reuoluendo Infirmum, vel miniſtrando ei cibũ aut potum ea cautela, quæ in aliis huiuſmodi ſimiliter adhibetur, licet ei præter intentionem acceleret per notabile tempus mortem, non incurrit irregularitatem. Ratio, quia non peccat mortaliter. *Diana* 3. *tract.*5. *reſol.*79. *Bonac. de cenſur. diſp.*7. *quæſt.*4. *pun.*7. *n.*12.

15 *Accuſans* reum de leui crimine, qui poſtea coniectus in carcerem grauiora cõfitetur, vel ab aliis accuſatur de criminibus capitalibus, ob quæ poſtea, vel ob malitiã, aut ignorantiam Iudicis, adiudicatur morti, non eſt irregularis, licet proteſtationem omiſerit: quia ipſe non cooperatur morti. *Bonac. de cenſur. diſp.*7. *quæſt.*4. *pun.*2. *n.*7.

16 Clerici poſſunt conqueri de ſuis, vel ſuorum, vel Eccleſiæ iniurijs, expreſſe proteſtantes (licet id faciant animo ficto ſecundum probabiliorem) ſe ſolam ſatisfactionem, non vero vindictam, ſeu pœnam ſanguinis, intendere. *c.* 2. *Prælatis, eod. in* 6.

17. Sufficit vero ſaltem externam proteſta-

teſtationem præmittere, vel cum ipſa accuſatione, vel poſt, dummodo ante prolationem ſententiæ. *Bonac. de cenſur. diſp.7. quæſt. 4. pun.3. n.5.*

18 Conſulens aliquem, vt accuſet cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis, non incurrit irregularitatẽ, licet accuſans omiſerit proteſtationem, vel alia via ſecuta fuerit mors accuſati. *Bonac. ibid. n.12.*

19 *Aduocatus* Rei ſiue Accuſati non incurrit irregularitatem, licet ex ſuis allegationibus ſiue defenſionibus Accuſator adiudicetur morti tãquam calumniator, niſi eum pœna talionis, vel ſanguinis puniri expreſsè petierit quia mors ex opera Aduocati non ſequitur, niſi per accidens; directè vero ſequitur ex calumnia ipſius Accuſatoris. *Bonac. pun.3. n.5.*

20 *Is, qui mandat* aliquem verberari, licet expreſsè prohibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, Irregularis efficitur, ſi Mandatarius mandati fines egrediens mutilet, vel occidat: cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe debuerit cogitare. *c. fin. eod. in 6.*

Culpa enim, & mora aſtringunt ad caſus, qui ſequuntur. *l. fin. C. de condit. ob turp. cauſ. l. 2. C. de cond. furt. c. vnico de commod. c.2. de deſponſ. Impub.*

21 Iſta tamen irregularitas, quam incurrit Mandans, non eſt indiſpenſabilis, ſicut ea, quæ oritur ex homicidio voluntario; quia mandanti caſualis eſt. *Sacra Congreg.* 1587.

22 *Eadem 2. Sept. 1604. Si Barboſæ credimus in collect. Bull. v. Irregularitas,* declarauit, quod Irregularitatem nõ incurrit mandans aliquem baculo verberari, ſi Mandatarius armis percuſſit, & occidit.

Sed mihi probabile non videtur, talem declarationem, textui generaliter, & ſine diſtinctione loquenti expreſsè contradictoriam, à S.C. emanaſſe. *Vide late Sayr. lib.7. c.2.*

† *Sed & idem non obſcure colligitur ex ipſo originali decreto quod ſic habet.* An is, qui mãdauit aliquem baculo verberari, eo expreſſo ne occideretur, ſi Mandatarius armis percuſſerit & occiderit, intelligatur incidiſſe in decretum Concilij *ſeſſ.14. c.7.* ita vt omni ordine ac officio, & beneficio Eccleſiaſtico abſque ſpe diſpenſationis perpetuo carere debeat.

C. C. 20. Nouemb. 1587. cenſuit non incidere.

Ratio ibi expreſſa huius deciſionis fuit, quia tale homicidium non eſt doloſum, & per inſidias, neque volitum in ſe, licet poſſit eſſe volitum in cauſa, & per conſequens poteſt diſpenſari. *lib.22. 59.*

Et generaliter quando Mandatarius occidendo exceſſit limites mandati, irregularitas Mandantis non eſt indiſpẽſabilis. *C.C. Alben. ſeu Mantuana 4. Sept.* 1604.

Idem dicendum de mandante occidi Titium, ſi Mandatarius ex errore, vel ſaltem ea occaſione, occidit Caium, 9. Iun. 1587. licet enim adſit irregularitas. *Pilaia tom. 2. deciſ.11. de irreg. n.7.* *

23 *Participans*. Conſilio, præcepto, ope, vel ſuggeſtione dans cauſam homicidio, eſt irregularis, homicidio ſecuto. *c. De cætero 11. De homicid.*

Vnde ſarcinas homicidarum ſcienter cuſtodientes, ſicut fecit Saulus in morte S. Stephani, ſunt irregulares: quia ex hoc animantur Interfectores ad ſecurius, & expeditius interficiendum. *c. Sicut dignum 14. §. Hi quoque. De homicid. Nau. c.27. n.234.*

Licet S. Paulus non fuerit irregularis: tum quia non conſtat, tunc temporis aliquem canonem editum fuiſſe, in quo pro homicidio imponeretur Irregularitas; tum quia Irregularitas ex delicto ante baptiſmũ non incurritur, vt dixi in d. tit. de homicidio, limit. vlt. n.5.

24 Qui dat cauſam abortioni, Irregularis eſt, ſi fœtus erat animatus, alias non. *cap. ſicut 20. eod. Sayr. lib.7. cap.1. n.2. & ſeqq.*

25 Qui non aliter cooperatur morti, quam tradendo inter ſignia Iudici petenti, non eſt irregularis. *c. Tua nos, §. Ad vltimum. De homicid.*

26 *In dubio* facti homicidij reputari quis debet irregularis. *c. Ad audientiam 12. eod.*

Et difficulter conceditur diſpenſatio, 1581. Vmbriatico 26. Febr. 45.

27 *Mutilatio* digiti &c. non facit irregularem Mutilantem, vt latius dixi in Can. lib.5. tit.12. n.5. limit.8.

28 Nec abſciſſio membri ex cauſa medicinæ, *vt ibid. limit.* 5.

29 *Bigamia*. Contrahentem nulliter cũ Vidua, & conſummantem, incurrere irregularitatem ex ſententia Rotæ tradit Bonac. *de cenſ. diſp.7. quæſt.2. pun.5. num.2. verſ. Hinc ſequitur.*

Et de conſtituto in ſacris mihi videtur caſus expreſſus *in cap. fin. de Bigam. & c. Tam litteris 33. De Teſtib. Quicquid dicat Diana 1. tract.11. reſol.115. & tr.2. reſol.38.*

De laico vero, vel etiam Clerico in minoribus conſtituto, tam affirmatiua, quam negatiua probabilis.

30 In affirmatiua tamen nota, quod talis Bigamus non perdit priuilegium clericale; quia non eſt Bigamus propriè, vel interpretatiuè. *Tolet. lib.1. cap.67. n.6.*

† Epiſcopus diſpenſare nõ poteſt cum Biga-

Bigamo vero vel interpretatiuo, vt miniſtret in ordine ſuſcepto. *Feretrana* 13. *Aprilis* 1630. *Pilaia citatus n.*23. *

31 *Ad triremes* condemnati presbyteri, ſi actu remigauerunt, efficiuntur irregulares, vt latius dixi in Can. lib. 5. tit.12. De homicid. n.6. §. 13.

32 *Expoſitos* regulariter eſſe irregulares; probabilius cenſui in Can. lib.1.tit.17.n.10.

33 *Occulta* Irregularitas, etiam Illegitimitatis, tantum nocet in foro conſcientiæ, quantum publica, & æque neceſſaria eſt diſpenſatio in vtraque. *Nau. cap.*27. *num.*194. Vide quæ dixi l. cit. n.9.

34 *Celebrare* tamen poteſt pro defenſione famæ Sacerdos irregularitate aliqua ſeu cenſura occulte innodatus. *Nau. cap.*27. *nu.* 239. *Bonac. de Cenſur. diſp.*1. *quæſt.*2. *pun.*3. *n.*6.

33 An Irregularis denunciatus valide abſoluat pœnitentem accedentem bona fide, ſi ſit Parochus, vel alius Sacerdos approbatus ab Ordinario, vtraque probabilis. *Diana* 4. *tr.*2. *reſol.*68.

36 *Beneficij* collationem præcedens Irregularitas reddit eam ipſo iure nullam, non autem ſubſequens, neque regulariter ex homicidio: ideoque quouſque priuetur per ſententiam, poteſt fructus bona conſcientia percipere. *Arg. cap. Clericis* 5. *Ne Cler. vel Mon. Nau. c.*27. *n.*279. *Rodriq.* 1. *p. c.*180. *n.*1.

Contrariam tamen, nempe quod Irregularitas præcedens collationem beneficij, non faciat eam ipſo iure nullam, probabilem putat Diana 4. *tr.*2. *reſol.*37. *&* 79.

37 *Diſpenſatio num.*26. Irregularitas ſiue ex defectu, ſiue ex delicto, non tollitur per Iubilæa, & alias conceſſiones in quibus datur facultas abſoluendi à cenſuris, & pœnis: quia Irregularitas non tollitur abſolutione, ſed diſpenſatione. Pœnæ vero, quæ tolli poſſunt in Iubilæis, ſunt illæ, quæ per ſolam abſolutionem tolluntur, vt pœna abſtinendi per menſem, &c. ab Euchariſtia, vel quid ſimile: quia ſola facultas abſoluēdi, non diſpenſandi, concedi ſolet in Iubilæis. Ex quo infertur, Beneficij collationem à Papa factam cum ordinaria clauſula abſolutionis à ſententijs, cenſuris, & pœnis, eſſe nullam, ſi fiat Irregulari: quia abſolutio non tollit irregularitatem, ſed eſt neceſſaria diſpenſatio. *Tolet. lib.*1. *c.*85. *n.*8.

† Dum conceditur diſpenſatio cum ſuſpenſione ad annum, vel bienniū vel trienniū, tempus ſuſpenſionis incipit currere à die expeditionis datæ, non autem à die executionis. *Fanen.* 12. *Aug.* 1628.

Sub facultate diſpenſandi in Irregularitate occulta non intelligitur data facultas diſpenſandi circa retentionem beneficiorū, & fructuum. 12. *Decembris* 1577. *lib.*90.19.*

ISAAC. *Iſmael.*

CVr ſacrificium obtuliſſe non legitur, *v. Adam num.*1.

ISMAEL.

FAciebat luteas Imagines, & eas Iſaac adorare cogebat. *Gloſ. ver. ſeducere*. *c. Recurrat* 2. 32. *q.* 4.

Vide quæ dixi in Collect. ad Galat.4.29.

ITALIA.

Hæreſis 10. *Ordo.*

1 ITalia nomine non comprehenduntur in odioſis Sicilia, Sardinia, Corſica, aliæque Inſulæ adiacentes, niſi ſpeciatim exprimantur. *Diana* 5. *tr.*14. *reſol.*88.

Contrarium declarauit Sacra Epiſcoporum Cōgregatio 1581. *Siracuſa* 14. *Aug.*109. nempe ſupradictas Inſulas cōprehendi ſub nomine Italiæ etiam in materia odioſa.

2 Itali proficiſcentes ad habitandum extra Italiam, id ſuis Ordinarijs ſignificare debent; nec extra Italiam habitare poſſunt in ijs locis, vbi fidei Catholicæ liber cultus non permittitur, niſi illuc pergant de licētia Sedis Apoſtolicæ. *Clem. VIII. conſt.* 42. *Cum ſicut.*

3 Itali ad primam tonſuram, vel minores Ordines falſis dimiſſorijs promoti, fori priuilegio non gaudent. *Vrb. VIII. conſtit.* 33. *Secretis.*

IVBILAEVM.

Irregularitas 37.

1 IVbilæo durante, poteſt quis à cenſuris, & peccatis reſeruatis abſolui, licet ea commiſerit ſpe Iubilæi, vel poſt confeſſionem, ſi reincidat in eadem hebdommada. *Emanuel Sà verbo Indulgentia num.*11. *Bonac. de legib. diſp.*3. *quæſt.*7. §.4. *n.*13. *Lauor. de Iubilæo par.*1. *cap.*21. *num.*63. *&* 69. *Quicquid quo ad vltimam partem dicat Bonac. de Sacram. diſp.*5. *quæſt.*7. *pun.*5. §.2. *n.*17.

† Se quando ſi concede il Giubileo da pigliarſi in vna ò due ſettimane, ſi poſſa far parte delle coſe ordinate in vna ſettimana, & il reſto nell'altra.

Feria v. 21. Febr. 1630. Sanctiſs. Auditis votis, &c. decreuit, eſſe obſeruandam formam præſcriptam in Iubilæo, quæ ſcilicet ſolet eſſe diſiunctiua non coniunctiua quo ad duas hebdomadas. *

2 An qui peccati mortalis conſcientiā non habet, teneatur nihilominus venialia, vel mortalia alias confeſſa, denuo confiteri pro conſequendo Iubilæo, vtraque probabilis, affirmatiua tutior, negatiua probabilior. *Diana* 3. *tr.*4. *reſol.* 126.

3 Vigore Iubilæi poteſt abſolui quis etiam in vltima Dominica.

I. Quia

I. Quia licet primus hebdommadæ dies ſit Dominica: Septem tamen dies duarum hebdommadarum Iubilæi incipiunt computari poſt diem publicationis Iubilæi; quæ communiter fieri ſolet in Dominica: tum quia in Bulla dicitur, duas hebdommadas computari debere poſt publicationem Iubilæi; tum quia dies termini non computatur in termino.

II. Quia ita ſeruat communis vſus, & praxis Vrbis, & Orbis, volente, & approbante Pontifice: conſuetudo vero eſt optima legum interpres.

III. Quia Gregorius XIII. ita declarauit die 10. Maij 1576.

IV. Quia in Bulla Iubilæi habetur expreſsè, quod ſufficiat communicare in vltima Dominica. Ergo ſufficiet etiam confiteri, quod prærequiritur ad Communionem. Alioquin ſi quis peccaſſet mortaliter peccato reſeruato poſt mediam noctem, nō poſſet amplius communicare nec lucrari Iubilæum.

Contraria tamen tutior opinio ſua probabilitate non caret, quouſque de dicta declaratione authenticè non conſtat. Vtriuſque opinionis aſſertores affert. *Diana 2. tract. 15. reſol. 28.*

4 Epiſcopus tempore Iubilæi prohibere non debet, ne quis confeſſiones audiat extra Parochialem, & multo minus ne abſoluatur, qui damnum dedit in bonis Eccleſiæ, niſi prius damnum reſtituerit, & iniunctam pœnam ſoluerit, 1620. Chiuſi 21. Februarij 35.

† Sacra C. C. cenſuit, Bullam Iubilæi, vbi fit mentio de Sacerdotibus ab Ordinario approbatis, intelligi de Ordinario ipſorum Sacerdotum, non autem de Ordinario Pœnitentium. *

5 Excommunicatus abſolutus vigore Iubilæi prætendere non poteſt amotionem Cedulonum, 1637. Biretto 3. Iulij.

6 *Regulares* tempore Iubilæi confiteri poſſunt cuicumque Confeſſario approbato, tam ſæculari, quam cuiuſuis Ordinis Regulari, & abſolui etiam à caſibus ſuo Superiori Regulari reſeruatis, 1583. S. Carlo 19. Aprilis 93.

De quo clare loquitur Breue S. D. N. Alex. XII. editum die 14. Maij 1655. quod incipit, *Vnigenitus*.

7 Diſtribuere eleemoſynas collectas in Eccleſijs Regularium tempore, & occaſione Iubilæi, pertinet ad Ordinarium, 1628. S. Domenico 16. Iunij 195.

8 *Monialibus* tempore Iubilæi dari debet Confeſſarius extraordinarius, 1628. Brugnetto 21. Martij 83.

IVDAEVS.

Dos. Hebræus. Iuramentum.

1 TRibus. Iudæi, qui hodie apud Nos ſunt, aut de Tribu Iuda, aut de Tribu Beniamin, aut de Leuiticis ſunt. *Rota apud Farin. p. 1. tom. 1. deciſ. 414.*

2 *De fœtore* Iudæorum hæc Baronius an. 72. num. 21:

An non perpetuæ illis infamiæ nota inuſta videtur, cum eorum corporibus tam grauis fœtor inhæret? Ex eo enim, & nomen ſunt aſſecuti, vt fœtentes Iudæi appellarentur. Vnde Ammianus Marcellinus hæc ſcribit lib. 2. de Maco Imperatore. *Ille enim cum Paleſthinam tranſiret Aegyptum petens, fœtentium Iudæorum, & tumultuantium ſæpe tædio percitus, dolenter dicitur exclamaſſe. O Marcomanni, O Quadæ, O Sarmatæ: tandem alios vobis deteriores inueni.*

3 *Lex*. Iudæorum ſucceſſiones, & alia deciduntur ſecundum legem Moſaicam, vt latius dixi lib. 3. Ciuilium tit. 1. De hæred. quæ ab inteſt. n. 3.

4 *De libelli Repudij*, quo vtuntur hodie Iudæi, forma, dixi in Collect. ad Deut. 24. 1. 3.

5 De Repudij vero Diuini libello, ad Superioris forſan ſimilitudinem dicto, quē Deus tradidit Synagogæ Iudæorum tamquam Adulteræ, in Collect. ad Iſa. 50. 1.

6 *Tolerantur* Iudæi in memoriam Paſſionis Dominicæ. *Iulius 3. 29. Maij* 1554.

A ſtatu tamen Eccleſiaſtico, excepta Roma, Ancona, & Auenione, eos expelli iuſſit Pius V. conſt. 80. *Hebræorum gens ſola.*

7 *Libros Thalmud*, vel alios, in quibus nomen Chriſti cū ignominia, vel blaſphemia nominatur, Iudæi retinere non poſſunt. *Iulius 3. Ibidem.*

Aliquot ex inſignioribus Thalmudicorum librorum blaſphemias, & ineptias retuli in Collect. ad Matth. 15. 1.

8 *Synagogam* vnam tantum in qualibet Ciuitate ſtatus Eccleſiaſtici habere poſſunt Iudæi: & tamen tenentur quotannis ſoluere ducatos decem pro qualibet Synagoga, etiam demolita, ſeu demolienda, Domui ſeu Hoſpitali Catechumenorum de Vrbe. Paulus IV. conſt. 9. *Dudum* 23. Martij 1556.

9 *Meretricū* domos ingredi quouis prætextu non poſſunt Iudæi, neque illas in ſuas apothecas recipere, ſed ſolum permittuntur ad portam alloqui, vt præcepit Pius V. per ſuum Vicarium 20. Maij 1566.

10 *Ad Moniales* acceſſus multo minus permitti debet Iudæis, vt decreuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Reg. in vna Rauennaten. 28. Nou. 1594. & retuli etiam ſupra v. Hebræus, licet in multis locis non ſeruetur.

11 *Signum, &c.* Iudæi in ſtatu Eccleſiaſtico tenentur portare galerum glaucum. Diebus feſtis publicè laborare nō poſſunt. Cum Chriſtianis ludere, comedere, vel familiaritatem habere prohibentur. Chriſtianos Infirmos curare nequeunt, neque Chriſtianas nutrices habere: neque Domini vocandi ſunt. *Iulius* III. 19. *Maij* 1554. *Paulus IV. conſt.*9. *c. Nullus* 13. *cum ſeqq.* 28. *q.* 1. *c. Ad hæc. De Iudæis.*

12 *Exequiarum* Iudæorum ritus eſt huiuſmodi. *Requieſcat Anima eius ſuper ſtratu ſuo in pace, donec veniat conſolator pacem annuncians. Patres æterni dormientes in Hebron, Paradiſi Portas aperite illi dicentes, In pace venias. Angeli pacis egredimini in occurſum ſuum: Paradiſi portas aperite illi dicentes, In pace venias.* Lauor. tit.2. cap.15. num.141.

13 *Conuerſio*. Iudæi non ſunt ad fidem cogendi. Si tamen eam ſuſceperunt, coguntur retinere, licet ſuſcepiſſent inuiti. *c.*4. *licet plerumque* 45. *diſt. c.*1. 1.

14 Iudæis ad fidem conuerſis debetur legitima, & ſucceſſio Paternorum bonorum. † Niſi ſint illicitè acquiſita, quia tunc ſunt reſtituenda proprijs Dominis ſi ſint certi. Si vero ſint incerti, applicantur conuerſis tamqnam Pauperibus. * *Paulus* III. *conſt.* 32. *Cupientes Iudæos.*

† Sacra Congregatio S. D. N. approbante, non ſolum dixit obſeruari poſſe ſupradictam Conſtitutionē Pauli Tertij quo ad licitè acquiſita, vel illicitè ab incertis: ſed etiam alias fuiſſe factam gratiam filijs Hebræorum conuerſis ad fidem Chriſtianā etiam de bonis illicitè acquiſitis à certis Perſonis. P. F. 15. Iunij 1646. ad 118. n.17.

Rationem habes apud Clauem Regiam lib.10. tract.3. c.6. n.31.

Nec debent arceri à Canonicatibus, & Beneficijs Eccleſiaſticis ex eo capite præcisè, quod fuerint conuerſi à Iudaiſmo. *cap. Eam te 7. de præſcript.* *

15 Iudæi ad fidem conuerſi efficiuntur ciues loci, vbi baptizantur: ſed non debēt poſtea conuerſari cum Iudæis nondum cōuerſis, niſi poſt longum tempus. *Ibid & cap.*12. *Nullus* 28. *quæſt.*1.

Lauari tamen interdum cum Iudæo in balneo, nonnunquam excipi, vel excipere conuiuio, & alia id genus rarius effecta, non ſunt peccata mortalia, ſi non ſit occaſio ruinæ: ſed ſunt peccata venialia ob materiæ leuitatem. *Diana* 5. *tr.* 5. *reſol.* 21. *in fine. & tr.*13. *reſol.*11.

16 Quod vero filii Iudæorum inuitis Parentibus baptizari nō debeant, dixi lib.1. Inſt. Can. tit.1. n.7.

IVDEX.

Aduocatus. Auditor. Cauſa. Citatio. Concubina. Delictum. Excommunicatio. Fideiuſſor. Homicidium. Legatum. Matrimonium. Minor. Monitorium. Princeps. Reſtitutio. Sepultura. Teſtis. Tortura.

1 QVis. Iudex loci delicti cognoſcere debet de cauſa, non Originis, vel domicilij, 1618. Bari 18. Septemb. 196. *v. Cauſa. Delictum.*

2 Laici poſſunt in cauſis profanis conueniri à Clericis coram Iudice laico, non obſtante prohibitione ſynodali, 1602. Caſtellaneta 20. Aug. 93. 1605. Lecce 28. Febr. 19. §.4. *Verbo Citatio. Clericus.*

3 *Delegatus* ad Vniuerſitatem cauſarum habetur pro Iudice Ordinario. *Maranta* 4. *p. Indic.*5.

4 Iudici Ordinario dicenti ſe delegare cauſas meri, & mixti imperij ex aliqua iuſta cauſa, poteſt credi ſecundum aliquos, licet multi alij DD. contradicant; quia cum de illius iuriſdictione conſtet, præſumendum eſt pro æquitate: ſecus in Delegato, vel Arbitro, quorum iuriſdictio pendet ab alterius conceſſione. *Rota apud Farin. p.*1. *to.*1. *decis.*553. *n.*6.

5 *Acta* per Iudicem mente captum non valent, quamuis communi errore reputaretur ſanæ mentis. *Bonac. de matrim. quæſt.*2. *pun.*8. *n.*37.

6 In his, quæ coram Iudice fiunt, dolus & metus abeſſe præſumitur. *l.* 1. *C. de præd. minor.*

7 Iudex Eccleſiaſticus procedere debet vt Pater, non informationes capere pro qualibet re leui, neque reuoluere proceſſus antiquos, 1602. Andria 10. Decemb. 147.

8 Non debet dare ſuos proceſſus Iudici laico, 1600. Meſſina 5. Decemb. 23.

Nec ipſe vti proceſſu Iudicis laici, niſi pro inditio ad capiendam informationem, 1602. Cirenza 4. Iunij 54. 1655. Lodi 23. Aprilis 26.

9 *Sententiam* diffinitiuam Iudex reuocare non poteſt, interlocutoriam vero ſic. *l.*2. *C. de ſent. ex breui c. recit. l. Quod iuſſit* 14. *ff. n. de re iud. c. Cum ceſſante* 60. *De Appell.*4. 6. 34.

Immo etiam diffinitiuam ſi nulliter lata fuit. *Tiber. pract. iudic. cap.*53. *n.*3.

Sed diffinitiuam ſolus Ordinarius, interlocutoriam etiam Delegatus, *num.*4.

10 Iudices Eccleſiaſtici poſſunt etiam pœnam pecuniariam infligere, applicandā locis pijs ſecundum Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap.3. *c. Statuimus* 55. *& ibi gloſ. v. Bannum* 26. *quæſt.*1. *vt dixi in tit. de nup. n.*82.

11 Iudices laici poſſunt pœnas imponere

nere contra non obſeruantes dies feſtos: verum ſi Epiſcopus alicui licentiam dederit, non poſſunt illum punire. *Sacra Conc. Congregatio in vna Placentina* 28. *Aug.* 1628. *Vide in Can. lib.*2. *tit.*9. *n.*6.

12 Iudex ſi aliquid accipiat ab vno Collitigantium, vt pro eo ſententiam ferat ſecundum opinionem probabilem, relicta alia probabili, vel etiam probabiliori, ſiue vt citius, & diligentius cauſam expediat, non tenetur ad reſtitutionem, vt probabile cenſet *Diana* 3. *tr.*5. *reſ.* 45. *&* 55. *Romæ tamen incurrit pœnas Bullæ de datis ex promiſſ.*

13 Iudex dicitur procedere nulliter, quando non fuit præſtitum iuramentum calumniæ petitum, vel non fuit facta citatio in ſpecie ad ſententiam, vel quando ſẽtentia non iuſtificatur ex Actis. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 209.

14 *Priuil. &c.* Iudices Eccleſiaſtici, in aliqua Eccleſia deputati, niſi ſint Vicarij generales, non debent habere locum in Choro, neque præſente, neque abſente Epiſcopo. *Sac. Rit. Congregatio in vna Compoſtellana* 10. *Iunij* 1600.

15 Iudices etiam Delegati eſt cognoſcere, an ſit ſua iuriſdictio. *l. Si quis ex aliena* 5. *ff. u. de iudic. Diana* 4 *tr.*7. *reſol* 13.

16 *A tutela* non excuſantur Iudices ſeu Magiſtratus Municipales. *l. Propter* 23. *ff. i. de excuſ.*

17 *Pœna.* Iudices intromittentes ſe in officio A. C. ext. Papæ reſ. incurrunt. *Pius Quartus conſt.* 53. *Ad eximiæ.*

18 Iudex Eccleſiaſticus ferens ſententiam iniuſtam contra conſcientiam, eſt ſuſpenſus, modo non ſit Epiſcopus: & per conſequens ſi celebret ante abſolutionem ab ea, ſit irregularis. *c.*1. *de re ind. lib.*6. *Nauar. c.*15. *num.*12.

19 *Minores*, Pupilli, Viduæ, aliæque miſerabiles Perſonæ, & Vniuerſitates, quæ Pupillorum, & Minorum priuilegio gaudent, ex priuilegio eis conceſſo de Iure cõmuni. *in l. vnica, C. quando Imp. inter Pup. & Vid.* & etiam in Regno Neapolitano in conſt. *Statuimus*, alijſque Regnis, habent electionem, & variationem fori: dummodo iurent perhorreſcere potentiam Aduerſariorum, vbi lis eſt cœpta, vel debet incipi. *Vt ex c. Statuimus*, §. 1. *De reſcript. lib.*6. *habetur etiam in d. conſt Statuimus.*

Et ſtatim facta electione, ac variatione, Iudex, coram quo fuit cœpta lis, efficitur incompetens, licet ei non fuerit inhibitum. *Galluppus in Praxi p.*2. *num.*56. *&* 57.

Et Orphanorum nomine veniunt etiam, qui Parentes habent quidem, ſed inutiles; & Viduarũ, quæ Viris inutilibus reperiuntur nuptæ. *Diana* 2. *tract.* 16. *reſol.* 52.

Limita tamen primo, quando lis eſſet cœpta in vita Defuncti. *Rota apud Galleſ. deciſ.* 93. *n.*21.

Limita ſecundo in cauſis Camerali obligatione vallatis. *Rota deciſ.*93.

Limita tertio, quando Defunctus expreſsè ſubmiſit ſe, & ſuos hæredes iuriſdictioni alicuius Iudicis, licet litem non incœpiſſet. *Rota n.*21. *Vide alia in Can. lib.* 5. *tit.*39. *ſent. exc. num.* 114. §. 17.

20 *Laici* Iudices non debent habitare, vel exercere iuriſdictionem in locis immunibus, maximè criminalem. c. 1. de immun. Eccleſ. 1602. Certoſini 5. Martij 9.

Neque in Palatio Epiſcopali. *ſupra Epiſcopus* 84.

21 Cauſa Laici, qui facit inſultum curiæ Laicali, ſpectat ad Iudicem laicum priuatiuè, 1655. Todi 25. Iunij 138.

22 *In cauſa ſuſpicionis* Iudicum inter Regulares, procedendum eſt ſecundum Ius commune, vbi conſtitutio particularis Religionis non prouidit, 1654. Oſſeruanti 20. Nouemb. 214. ad 4.

23 † Synodalis.

Epiſcopus non poteſt ſibi reſeruare nominationem Iudicum Synodalium faciendam extra Synodum, cum reperti fuerint præditi qualitatibus requiſitis: ſed ſi non adſunt idonei in diœceſi, danda facultas deputandi alios de conſenſu Capituli, 25. *Maij* 1600. *Mazarina.*

24 Sacra Congr. Conſulta, an decretũ Concilij c.10. ſeſſ.25. quo tribuitur facultas Epiſcopis ſubrogandi alium in locum Iudicis Synodalis defuncti, procedat etiam in caſu diuturnæ abſentiæ alicuius ex Iudicibus Synodalibus.

Reſpondit d. c. 10. comprehendere etiã diuturnam abſentiam, quæ morti æquiparatur. *c. Præſentata, de teſtib. Card. conſ.* 54. *facit text.* 12. *l. ſi longus, ff. u. de Iudic. & in c. Quod ſedem, de off. Ord. Fagnan. c. Nullus, de elect. n.*54.

25 Sacra C. C. die 13. Nou. 1627. cenſuit, Epiſcopum Piſtorien. non potuiſſe præcipere, vt Iudices Synodales in cauſis ſibi delegatis vti tantum debeant opera Notariorum Curiæ Epiſcopalis. *

IVDICIVM. *Sibylla.*

1 Aſtiterunt *Reges Terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Pſal. 2.

Horum verba reperi deſcripta in quadã pia tabella Eccleſiæ S. Mariæ de Tempetellis Eremitarum S. P. Auguſtini, intra limites Parochiæ Terræ Coperſiti, Caputaquẽ diœceſis, cui olim Archipresbyter præfui.

Vt ſequitur.

Iudicium ſanguineum cōtra *Ieſum Chriſtum* Saluatorem Mundi.

Chieris. Iuſtus ſit: morietur tamen: maximè quam Populum ſuis concionibus ad ſeditionem excitat.

Tareas. Exterminemus ſeditioſum, in Patriæ perniciem natum.

Ioram. Quare ſinemus, Virum hunc, quia iuſtus eſt, ad mortem damnari?

Ioſaphat. Catenetur, & in vinculis perpetuis teneatur.

Raphnit. Siue iuſtus ſit, ſiue iniuſtus, quia Maiorū legibus non paruit, ferendus nō eſt.

Ptolemæus. Si nec iuſtus eſt, nec iniuſtus, quid tamen moramur? Cur non cito, vel morte, vel exilio ipſum damnamus?

Tareas. Præſtat ipſum, vel exilio damnare, vel ad Cæſarem mittere.

Meſa. Si iuſtus eſt, conuertamur ad ipſum: ſin iniuſtus, expellamus ipſum à nobis.

Simon leproſus. Qua lege tenetur ſeditioſus?

Rabam. Sed cur latæ ſunt leges, quam vt ſeruentur?

Nicodemus. An lex noſtra aliquem inauditum, & incognita cauſa, condemnat?

Diarbias. Cum igitur populum ſeducat, morte dignus eſt.

Ioſeph ab Arimathia. Turpe ſane erit & flagitioſum, ſi non in tota Ciuitate ſit, qui innocentem defendat.

Surath. Nulla lex vnquā immerito mortem irrogat. Quid ergo hic homo peccauit?

Riphar. Lex in nullos, niſi ſontes, lata eſt. Quare fateatur hic homo crimen ſuum, deinde condemnetur.

Putiphares. Seductor patriæ, & populum perturbat: ergo exterminandus.

Samech. Ita tranſigamus, ne nobis reſiſtat: ſi recuſet parere, punietur.

Ichias. Reus non eſt incognita cauſa morti obiiciendus.

Caiphas Pontifex, in cuius ſententiam tranſierunt omnes, præter Ioſeph & Nicodemum. Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota Gens pereat.

Vxor ad Pilatum. Nihil tibi, & iuſto illi: multa enim paſſa ſum per viſum hodie propter eum.

Populus ad Pilatum. Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Tolle, tolle: crucifige eum. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

Sententia Pilati, omnium quæ vnquam extiterunt iniquiſſima.

Ego Pontius Pilatus Iudex in Ieruſalem ſub potentiſſimo Cæſare Tiberio, cui felix, & fauſtum ſit Imperium. Cum ſederem pro Tribunali, vt ius omnibus, etiam Synagogæ Iudæorum, dicerem, audita, & cognita cauſa *IESV Nazareni*, quem Iudæi vinctum adduxerunt, ſic iudico. Quando ipſe quidem arrogantibus verbis ſe fecit Filium Dei, & ſe Regem Iudæorum prædicauit, tametſi pauperrimis parentibus ſit prognatus, & ſe Templum Salomonis deſtructurum dixit, cum duobus latronibus ad crucem damnetur.

2 In iudicialibus, & libellis de ſui natura ordinatis ad acquirendum, ſemper ſit interpretatio ad fauorem petentis: in contractibus vero ſemper fit interpretatio contra illum, qui potuit clarius loqui. *Rota apud Farin. p.1. to.1. deciſ. 561. n.7. Vide ſupra v. Inſtrumentum n.7. 3. 14. 29.*

3 Iudicium temerarium nō eſt mortale, niſi quatuor concurrentibus.

I. Vt fiat ſine ſufficientibus indicijs, ſiue coniecturis.

II. Vt ex plena deliberatione.

III. Vt certo, & ſine vlla formidine. Vnde opinari, vel ſuſpicari, non erit peccatum mortale: quia opinioni, & multo magis ſuſpicioni, ineſt formido oppoſiti. *Diana 3. tr.5. reſol.31.*

IV. Vt de re valde lædente exiſtimationem proximi.

IVRAMENTVM.

Debitor. Donatio. Dubius. Falſum. Incontinenti. Liber. Matrimonium. Monitorium. Ordo. Teſtis. Vis. Votum.

1 QVal. &c. Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quem cadit. *l.fin. C. de non num. pec.*

2 Ad ea, quæ ſunt neceſſaria, & per rationem inueſtiganda, non inducitur iuramentum. Deriſibilis enim ac temerarius videretur, ſi quis in diſputatione alicuius ſcientiæ vellet propoſitum per iuramentū confirmare. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 79. 1. corp. Clau. Reg. lib.5. c.4. n.3.*

3 Iurans per pudenda Chriſti, vel Sanctorum, eſt blaſphemus propter magnam irreuerentiam, & vti blaſphemus puniendus eſt. *Farin. pract. crim. quæſt.20.n.21. & 25.*

4 Iurans obiectum verum, quod ignorat, puta quod ſcholaris confecit curſum, vel quod Petrus eſt nobilis, ſi doctus eſt aliquod fundamentum, ex quo hoc probabiliter credit abſque vlla probabili ratione dubitandi de contrario nō peccat. *Ex Hurtado de Mendoza Diana 5. tr.7. reſol.10. Quem retuli in Collect. ad Prou.8. 13. 19.*

5 Laici iurant tactis ſcripturis. *cap. 20. Hor-*

Hortanus 3. quæſt. 5.

Clerici, præſertim Sacerdotes, tacto pectore. *Riccius reſol. 23.*

Milites tacta Cruce, Hebræi vero tacto calamo. *Tiber. form. lib. 3. clauſ. mutui, §. iurauit.*

6 An non adimplens iuramentum promiſſorium factum cum animo adimplendi, ſed in re leui, etiamſi illa res leuis ſit materia totalis iuramenti, peccet mortaliter; affirmatiua probabilis, & tutior; negatiua minus tuta, ſed fortaſſe probabilior. Rationes vtriuſque apud Clauem Regiam. *lib. 5. c.4. n.28.*

7 *Effectus*. Iuramentum vltroneum nõ releuat. *Oinot. de act. §. item ſi quis n.73.*

8 Quando, & quomodo teneatur ſeruare iuramentum, qui iurauit æquiuocè, vel ſub conditione in mente retenta, vel contra intentionem eius cui iurauit, *dixi in Collect. Prou. 8. 13. 4.* Nempe quod tenetur ſeruare ſecundum intentionem alterius, ſi id dolo malo, vel ſine iuſta cauſa fecit: alias ſecundum intentionem ſuam. *Clau. Reg. lib. 5. c.4. n.20.*

9 Si Hoſpes tradit Cauponi valliſiam ſigillatam, quæ ſibi poſtea diſſigillata reddatur, de quantitate, & valore rerum ſtabitur iuramento deponentis, qui dicit ſibi res ex valliſia ſubtractas: ſicut alias vbi dolus, & perfidia verſatur. *Oinot. inſt. de verb. oblig. §. fin. num.27.*

10 Qui agit rei vendicatione, ita concludenter debet probare dominium, vt in ſupplementum non admittitur iuramentũ. *Rota apud Coccin. deciſ.69. 4. 6. 33. 152.*

11 Iuramentum ſufficit ad probandam primam tonſuram, 1601. Camerino 29. Maij 143.

12 Licet ſimplex promiſſio ſoluendi vſuras non obliget; iuramentum tamen obligat in conſcientia. Ideoque qui promiſit vſuras ſub iuramento, & ad ſtatutum diem non ſoluit, peccat mortaliter; niſi à Iudice Eccleſiaſtico ſe abſolui fecerit, vel à parte remiſſionem obtinuerit. Soluens tamen repetere poterit, niſi iuraſſet etiam non repetere. *c.1. & c. debitores 6. de iureiur. Abb. in c. fin. de pact. n.2. Nau. c. 17. n.245.*

13 Iurans, vel vouens concubinam vlterius non cognoſcere, nihilominus poteſt cum ea contrahere matrimonium: quia votum, vel iuramentum huiuſmodi intelligitur ſolum de coitu illicito. *Gloſ. c. Illud 3. verſ. claudatur, 31. quæſt.1.*

Quod verum eſt, etiamſi iuraſſet expreſsè non contrahere matrimonium cum ea, relicta ſibi facultate cum aliis contrahendi: quia tale votum, vel iuramentum eſt impeditiuum maioris boni. Nam melius eſt contrahere cum concubina, quam cũ alia. At ſeruare caſtitatem eſt melius vtroque: & ideo caſtitatem vouere poteſt. Et iuramentum quoque nullum eſt ſicut & votũ, quando impedit maius bonum, niſi factum ſit in fauorem tertij, à quo fuit acceptatũ. *Bonac. to.2. diſp.4. de voto quæſt.2. §.5. n.9.*

14 Iurans ſe non luſurum, donec pater Roma redeat, vel aliquid aliud faciat, iurans non poteſt ludere. Secus ſi iurauit, quouſque pater vellet: quia mortui nulla eſt voluntas, vel conſenſus: ſecus furioſi. *Bonac. de legib. diſp.4. quæſt.1. pun.16. n.6.*

15 *An Princeps* laicus poſſit per ſtatutũ, vel alias irritare iuramentum? Quidam negant. *Diana 1. tr. 2. reſol. 73.* Quidam probabilius affirmant poſſe indirectè præſumẽdo ſimulationem, vel dolum. *Vt dixi lib.3. Ciuilium tit.21. n.16.*

16 *Pœna*. Iurantes aut iurare facientes contra Eccleſiæ libertatem, aut contra Decreta Concilij Tridentini, ſunt ipſo facto excommunicati, & abſolutio Papæ reſeruatur. *Greg. XIII. Conſtit. 103. quam retuli in Can. lib.5. tit.39. num.172.*

IVRAMENTVM CALVMNIAE.

Iudex 13.

1 QVinque debet continere, vt latius dixi lib.4. Ciuilium, tit. 16. nu.2. quæ breuius habentur in quatuor verſiculis poſitis à gloſ. c.1. v. Calumniæ iuramentum, De Iur. cal.

Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur,
Et ſi quæretur, verum non inficietur:
Nil promittetur, nec falſa probatio detur;
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

2 Iurans de calumnia ante litem conteſtatam non debet in expenſis condemnari, licet deficiat in exceptione oppoſita: quia non eſt veriſimile, aliquem eſſe ſuæ ſalutis immemorem. *c. Sancimus penult. 1. quæſt. 7. gloſ. in c. Finem, 5. ver. expenſas. De dolo, & contum.*

Et iuramentum calumniæ ad omnia, quæ incidunt, & emergunt poſt litem conteſtatam, extenditur. *Auth. Hoc Iuramentũ, C. de iuram. cal.*

3 Pœna recuſantis iuramentum calumniæ, cum præſtandum fuerit, eſt, vt Actor ab inſtituta cadat actione, & Reus haberi debeat pro confeſſo. *c. vlt. §. fin. de iuram. calumn.*

IVRISDICTIO.

Epiſcopus. Generalis. Gubernium. Iudex. Iuramentum. Peccatum. Vicarius.

1 VOluntaria dicitur, quando fit aliquid abſque neceſſitate, & diſceptatione Partium: contentioſa vero, quæ

redditur in inuitum. *Oinot. de libertin.* §. *ſerui num.* 2.

Illa poteſt etiam extra territorium exerceri hæc ſecus regulariter. *Nouit. de off. leg. Clem.* 1. *de foro comp. cum ſuis gloſſis.*

2 Par in parem non habet poteſtatem. *c. Innotuit.* 20. *De elect. l. Nam Magiſtratus* 4. *ff.n. de recept. arb. l. Ille à quo* 13. §. *Tempeſtiuum, ff.i. Ad Trebell.*

Niſi Par Pari; vel etiam Superior Inferiori voluntariè ſe ſubiiciat. *c.* 39. *Nos ſi incompetenter* 2. *quæſt.*7. *l. Eſt receptum* 14. *ff. u. de iuriſd. omn. Iud.*

Dicuntur autem duo pares, quando habent eandem iuriſdictionem, diuiſa inter ſe adminiſtratione: ſecus ſi vnus habeat iuriſdictionem criminalem, alius ciuilem. Nam Capitaneus Iuriſdictionis criminalis punit Capitaneum Iuriſdictionis ciuilis: niſi deliquiſſet intuitu Officij; quia tunc in Regno ſola magna Curia cognoſceret. *Vinc. de Franch. deciſ.*274. *&* *deciſ.*326. *n.*4.

3 In Tribunalibus communibus datur locus præuentioni, quando cauſa eſt mere laicalis, & laicus eſt reus, 1647. 12. April. 1.

I V S. *Impedimentum.*

1 IVs in re, & Ius ad rem, differunt. Nã Ius ad rem eſt poſſe aliquid Iure petere, quemadmodum electi, vel Præſentati poſſunt petere beneficium. Ius autem in re eſt, quod ex collatione competit; & hoc eſt vtilius, quam Ius ad rem. *Gloſ. in c.* 1. *ver. Ius ad rem, De conceſſ. Præben.*

2 Iura diſſimilia rationis diſſimilitudo inducit. *l.* 1. §. *largins, ff. i. De ſucceſſorio edicto. l. vlt. C. de Codicil. Gloſ. extr. Ad conditorem* 3. *Io.* 22. *ver. Noluimus. De verb. ſign.*

3 Iurium correctio nec ex identitate rationis inducenda eſt. *l. Præcipimus* 32. *in fin. C. de appell. Oinot. de Interd.* §. *Poſſidere num.*186. *verſ.*5.

IVS CONGRVI. Venditio.

IVS PATRONATVS.

Altare. Patronus.

1 SAcra, *&c.* Cenſuit, Fundatori Conuentus cõcedendum eſſe Iuſpatronatus honorificum; & quod in collectis exprimantur nomina Defunctorum, non autem viuorum, 1606. Carm. Scal. 14. Ian. 52. 1620. Valliſoletana 3. Aprilis 102.

2 † In conferendo beneficio attendatur vltimus ſtatus, ſi fuit pacificus, ſecus ſi litigioſus, maximè ſi conſumptam vacationem conſtet. *Othob. deciſ.*234.

3 In Eccleſia Collegiata, ſeu Conuentuali nõ acquiritur Iuſpatronatus ſine priuilegio Apoſtolico. *c. Hinc eſt etiam* 164. 1. *c. Nobis, & ibi Fagnan. n.*14. *De iurep. Ep.*20. 21. *v. Summa* 4. *

L

L A I C V S.

Citatio. Habitus. Horæ Canonicæ. Iudex. Iuramentum. Peccatum.

1 CLerico iniuriam inferens puniri poteſt ab vtroque Iudice. *c. Cum ſit generale* 8. *De foro comp. c.*2. *de priuileg. Clar. pract. crim. quæſt.*36. *n.*42. *Bonac. de legib. diſp.* 10. *q.*2. §.1. *num.*32.

2 Laici accipiẽtes oblationes factas Sacerdotibus in Eccleſia, ſunt ipſo facto excommunicati. *S. Damaſus Papa. cap. Hanc.* 10. *quæſt.*1.

3 Laici tentantes ſubornare teſtes in cauſa pendente coram Iudice Eccleſiaſtico, poſſunt per Epiſcopum puniri. *Sac. Congreg. Immunitatis in vna Rhegienſi* 18. *Martij* 1631.

4 Laici cogi poſſunt ad declarandum, eorum edictum generale non ligare neque Eccleſiam, neque Clericos. *Ead.* 7. *Decembris* 1632. *Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ* 10. *n.*81. *De conſtit. Anchar: conſ.* 155. *Hier. Gabr. conſ.* 34. *n.* 3. *vol.* 2. *Barb. Collect. Bullar. v. Laicus.*

5 Sacra, &c. De mandato S. D. N. declarauit, clauſulam *De licentia Superiorum*, in Breuibus pro tranſeundo à ſtatu laicali ad Clericalem appoſitam, eſſe intelligendã de Generali Ordinis, ac Prouinciali Oblatorum huiuſmodi: ita vt pro eorũdem Breuium executione vtriuſque conſenſus, & licentia requiratur, 1624. Oſſeruanti Recolletti di Francia, 16. Iulij 178.

L A M E C H.

CVm eſſet cæcus, occidit Cain. ſecundum Gratianum in §. *Itaque, verſ. ſed obycitur. ſub c.*2. 15. *q.*1.

Sed an hoc ſit probabile, latius expendi in Collect. ad Gen. 4. 23.

L A T R I A. Honor.

L A T R O. Furtum.

L A V S. Honor.

L E C T O R E S.

Paupertas. Priuilegium.

STudij Romani, Aduocationis, vel cuiuſlibet publici Officij munus exercere prohibiti ſunt à Leone X. conſt. 4. præterquam, ſi voluerint, domi conſulendo.

L E G A T V M.

Alimenta. Cauſa pia. Diminutio. Donatio. Dos. Eccleſia. Electio. Epiſcopus. Hæres. Meretrix. Notarius. Relictum.

1 PIum. Legata pro incertis, & male ablatis, vel ad ſatisfaciendum Creditoribus, dicuntur ad pias cauſas. *Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. Proem. verſ. Item relictum pro incertis cum ſeq.*

2 Ea, quæ generalibus ſtudijs legantur, piis legatis æquiparantur, de quibus quartam non deberi, ſacri Canones manifeſtè diſpo-

diſponunt, 1616. Gerunden. 13. Maij 53. *c. fin. de teſtam.*

3 *Pro Sacriſtia, & infirmaria* conuerti nō debent in alium vſum, 1600. Domenicani 18. Decembris 20.

4 Minores de Obſeruantia ſunt huiuſmodi legatorum capaces, 1602. Oſſeruanti 26. Martij 19.

5 Licet Cappuccini, & Obſeruantes ſint incapaces legatorum annuorum; non tamen ſunt incapaces recipiendi ſubſidiū, quod eis daret aliqua Cōmunitas, vel Perſona particularis, ad hoc à Teſtatore grauata, 1632. Cappuccini 12. Nouemb. 194.

6 *Pro Miſſis* celebrandis legata non ſunt beneficia. Si tamen non habeant Eccleſiam determinatam, Ordinarius curabit, vt determinetur, vbi ſit, qui notet, quando ſatisfiat obligationi, 1593. Fondi 20. Ian. 26. §. 2

7 *Pro maritandis* Puellis Pauperibus legatum relictum, dari debet ijs, quæ victum quotidianum laborando ſibi quærūt. *Oinot. De excuſ. tutor. §. Sed & propter nu. 2. Et alia notabilia de huiuſmodi legatis omnino videnda apud Dianam 2. tr. 16. reſol. 52. Ex quo ego libro 1. Ciuilium, tit. 25. n. 9.*

8 Legatum relictum Maritandis poteſt dari Monachandæ, 1616. Peſaro 26. Aug. 127. 1622. Macerata 21. Ian. 21. 1648. 7. Februarij 11. 1649. 11. Martij 24.

Etiam in ſpecie: vnde legatum dotis debetur legatariæ Monaſterium ingredienti. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 301.*

Licet Teſtator dixerit, quod moriente coniugata ſine filijs, dos reuertatur ad aliquem locum piū, 1625. Amelia 5. Apr. 71.

Fabr. 9 Legata pia intra triennium à die obitus Teſtatoris non impleta, exequuntur Commiſſarij Fabricæ S. Petri, retenta eorum medietate pro dicta Fabrica. Pius V. conſt. 97. *Exigit.*

Si tamen legata ſunt incerta, conuertuntur in beneficium Pauperum, non Fabricæ. Alex. VII. *Superni* 30. Aug. 1655.

10 Grauati ab Executoribus Legatorū piorum, tam Eccleſiaſticis, quam laicis, recurrere debent ad Iudicem Eccleſiaſticum, 1589. Monopoli 20. Martij 80.

11 *Conditio* exiſtens in legatis non trahitur retro, niſi fauore piæ cauſæ. *Tiraq. priuil. 59.*

12 Pluribus Conditionibus diſiunctim in diuerſis partibus teſtamenti eidem legato appoſitis, vltima debet adimpleri pro legati conſecutione. Fauore tamen piæ cauſæ neque vltima, neque prima, neque media attenditur, ſed tantum leuior. *l. Quod traditum 87. & l. ſub diuerſis 51. ff. i. de condit. & demonſtr.*

13 Legatum relictum ſub conditione deficientis primi gradus in ſecundo gradu ad pias cauſas, debetur, quamuis non deficiat primus gradus. Verbi gratia. Si Teſtator dixerit: *Titius hæres eſto: & ſi Titius hæres non erit, Stychus hæres eſto, Stychus liber eſto.* Certe licet Titius hæreditatem adierit, nihilominus Stichus liber erit. *Caſus expreſſus in l. 2. ff u. de manum. teſtam. Quam ad omnem piam cauſam extendunt allegati per Tiraquel. priuil. 61.*

14 An Teſtator adijcere poſſit legato conditionem ſiue clauſulam, ne Epiſcopus in illius executione ſe intromittat; & ſi fundet cappellam, illam eximere ab Epiſcopi iuriſdictione; vel prohibere, ne Hoſpitale à ſe fundatum Epiſcopus viſitet poſt ſuam mortem (quia viuente fundatore, certum eſt, ab Epiſcopo viſitare non debere) Quidam negant; quia talis clauſula de Iure Ciuili fauore piæ cauſæ habetur per non appoſita. *Auth. Licet Teſtator, C. de Epiſcopis, & Cler.*

Quidam ſecus de Iure Canonico, & Cōcilij Tridentini; quia ſic ſæpius reſoluit ſacra Congregatio, vt dixi in Can. tit. De cenſibus num. 4. §. 8.

Nec Epiſcopus ſe intromittere poteſt, niſi in caſu negligentiæ. *Diana 1. tr. 2. reſol. 83. Ex c. Tua nobis. De teſtam.*

15 *Relinqui* poſſunt hodie etiam extra teſtamentum legata, & fideicommiſſa: cum legata ſint per omnia fideicommiſſis exequata. *Oinot. Inſt. Ad S. C. Trebell. §. Præter ea num. 4. & 5.*

16 *Almæ Domus* legata Notarij, &c. reuelare tenentur. *Pius V. conſt. 96. v. Notarius remiſſiuè.*

17 *Mobilium* legatum regulariter intelligitur de exiſtentibus tempore teſtamenti. *l. Si ita, ff. i. de auro, & arg. leg.*

Fallit. I. Quando legatum factum eſt vxori, vel coniunctæ Perſonæ.

II. Quando per verba geminata, prægnantia, & ampla, puta omnium, ſingulorum, cuiuſcumque generis, &c. Vide quæ dixi in tit. de legat. n. 2.

III. Quando Teſtator concedit legatario licentiam capiendi legatum propria authoritate: in quibus caſibus intelligitur de extantibus tempore mortis. *Rota apud Coccin. deciſ. 43.*

18 *Falcidia*, vel Trebellianica non detrahitur de legatis ad pias cauſas, niſi hæres quoque eſſet cauſa priuilegiata. *Auth. Similiter, C. Ad l. Falc. Barboſa alleg. 75. n. 2.*

19 *Præſtanda* ſunt legata, deducta legitima, licet filius non confeciſſet Inuentariū; quia legitima deducitur tamquam æs alienum.

num. *Oinot. de hæred.qualit.* §.*Extraneis n.*23.

20 *Accipiens* legatarius legatum propria auctoritate, tenetur illud reſtituere hæredi, ſi eius interſit ratione Falcidiæ, vel alia, & ſi illud ita occupauit poſt aditam hæreditatem, & captam ab hærede poſſeſſionem, legatum ipſum perdit. *l. Vnica, C. Quor. legator. Oinot. de Interd. Quor. bonor*

Eccleſia tamen, vel cauſa pia huic legi non ſubiacet. *Tiraq. priuil.*45.

21 *Electio* legati in genere relicti, eſt legatarij, non hæredis, niſi Teſtator aliud diſpoſuerit. §. *Si generaliter. Inſt. de legat. & ibi Oinot. n.*15.

22 Legatarius hæredẽ cogere non poteſt ad adeundam hæreditatem, ſicut nec fidei commiſſarius ſingularis: Vniuerſalis vero ſic. *l.Cogi.* 16. *ff. i. Ad S.C. Trebell. Oinot. de fide. com. hæred.* § *ſed quia n.*11.

23 *Translatum* in dubio in alium intelligitur legatum cum onere ſuo. Vnde ſi Pater filio libros emit, & in teſtamento diſpoſuit, vt conferret, ſi filius viuo Patre moriatur, & Pater alteri filio tradat libros illos, iſte quoque tenebitur eos conferre. *l. Caio* 13. *& ibi Bart. ff. i. de alim. & cib. legat.*

24 Legatum tranſire cum onere ſuo, intelligitur de legato vniuerſali, ſecus de particulari. *l.Cum Pater* 77. §. *Menſæ* 16. *ff.i. de legat.*2.

Quem textum ibi Iaſon inducit ad caſum, quod ſi ſit Patriæ conſuetudo, quod mortuo Parochiano, Parochus habere debeat illius veſtes, inter quas aliquæ eſſent oppignoratæ, hæres non tenetur eas luere: quia hoc eſſet veluti quoddam legatum vniuerſale.

25 *Pœna*. Legata relicta Eccleſijs negãs, vel eorum ſolutionem differens quouſque in Iudicio conueniatur, condemnari poteſt ad pœnam dupli. §. *Sed furti. Inſt. de action.*

26 *Quando legatum perdatur ſeu deficiat*. Legatarius occultans Inſtrumentum Teſtamenti, perdit legatum. *l. ſi legatarius* 25. *C. de legat. Iaſ. in l.ſi teſtamentum* 10. *n* 7. *C.de teſtam.*

27 Legatum inductum, & deletum nõ debetur, ſi Teſtator illud conſulto, deditaque opera deleuit: idque præſumitur in dubio, niſi eſſet relictum ad pias cauſas. *Tiraq. priuil.*6.

28 Extinguitur legatum, ſi res legata à Teſtatore alienatur animo legatum adimẽdi.: ſed in dubio non præſumitur, præſertim in pijs cauſis. §. *Si in rem ſuam. Inſt. de legatis. Ang. v. legatum*, §.26. *Tiraq. priuil.*40. 41. & 42.

29 Item extinguitur legatum, ſi pendente conditione, Legatarius maiori capitis diminutione minuatur: adeo vt non reuiuiſcat, etiam ſi ea conditione pendente, reſtituatur. *l. Interdicit,* 59. *ff. i. de condit. & demonſtrat.*

Niſi eſſet legatum libertatis. *l. Ariſto,* 46. *ff. n. de manum. teſtam.*

Vel alias ad pias cauſas. *Tiraq. priuil.* 50.

30 Incertum ratione rei legatæ non debetur. *l.Titia* 74. *ff. i. de legat.*2.

Sicut nec ſtipulatio. *l.Si ita ſtipulatus* 120. *ff. n. de verb. oblig.*

Ad pias tamen cauſas æſtimabitur ex Patrimonij quantitate, Perſonæque legantis qualitate, & validum reputabitur. *l. Si cui* 14. *ff. i. de ann. legat. l.Stichus* 12. *ff. i. de legat.* 3. *Tiraq. priuil.*55.

31 Legatum deficit, ſi non adeatur hæreditas; niſi fuerit appoſita clauſula codicillaris; vel niſi ita relictum fuerit, vt etiam à venientibus ab inteſtato præſtetur. *gloſ. c. Raynaldus* 18. *v. Adeunte. De teſtam. Oinot. de legat.* §. *Sed olim num.*14.

32 Si Legatarius rei alienæ legatæ dominium conſecutus eſt aliunde ex titulo lucratiuo, non debetur amplius æſtimatio; ſecus ſi ex oneroſo, vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit.20. num.11.

33 Error nominis, ſicut & falſa demõſtratio, vel cauſa non vitiat legatum. *l. Si quis,* §. *Huic,* §. *longe. Inſtit. de legat.*

Secus conditio, vel modus: nam legatũ ſub conditione non debetur, niſi conditione exiſtente, legatum vero ſub modo debetur ſtatim præſtita cautione de modo implendo, vel de accepto reſtituendo, ſi modus non impleatur. *gloſ. d.* §. *longe.*

34 Legatario non competit ius accreſcendi, licet hæres hæreditatem non adeat, ſed remanet venientibus ab inteſtato: immo aliquando etiam legatum deficit *vt ſupra num.*31. Secus in Inſtituto, cui altera portio accreſcit, ſi alter cohęres non adeat hæreditatem. *Oinot. de inoff. teſtam.* §.*Sed hæc ita accipienda ſunt n.*5.

35 *Religioſo* factum legatum cum conditione, ne Monaſterium in illud ſe intromittat, alioquin illud perdat: ſi Superior voluerit, valet, in vſus pios, & licitos ab eodem Religioſo inſumendum: Sin autẽ, deficit, & apud hæredem remanet, tamquã deficiente conditione, vt *latius dixi in tit. de legatis num.*43.

36 *Notario*, vel alij Teſtamentum ſcribenti nihil in eo relinqui, ſeu legari poteſt. *l. Qua in teſtamento* 4. *C. de his, qui ſibi adſcrib.*

Dictantibus tamen, & teſtibus relinqui poteſt, dummodo ipſi non ſcribant. *l. Dictantibus* 22. *C. de teſtam.*

Ratio eſt quia nemo in rem ſuam author fieri poteſt. *l.*1. *ff. i. de auth. tutor.*

L E-

LEGATVS. *Papa.*

1 DE *latere* confert beneficium incõſulto patrono Clerico, dummodo non competat ei præſentatio ratione ſui patrimonij. *c. dilectus 6. cum gloſ. penult. de off. legati.*

2 Legatus etiam de Latere non poteſt delegare cauſas non habentibus dignitatẽ, vel perſonatum in aliqua Eccleſia, vel Canonicatum in Cathedrali, qui ſint deſignati Iudices Synodales contra *c. ſtatutum 11. de reſcript. in 6. Clem. 2. eod. tit: Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. & conſt.9. Gregor. XV.* quæ incipit *Sanctiſsimus*, licet id faciat ex certa ſcientia: quia eum coarctat conſtitutio maioris. *gloſ. fin. d. Clem. 2.*

3 Legati etiam de Latere non poſſunt amplius hodie cognoſcere in prima inſtantia de cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus: quia priuilegium eis ſuper hoc conceſſum, *in c. 1. de off. Legati* fuit reuocatum per *Concilium Trident. ſeſſ. 25. c. 20.* Vbi prohibetur eis, & multo magis Nuncijs, & Gubernatoribus, contra Clericos, aliaſue perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo requiſito, eoque negligente, procedere; alias eorum proceſſus, ordinationeſue, nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati teneantur. Et Innoc. X. prohibuit Card. Sabellio Legato Ferrariæ, &c. ne ſe intromitteret de materijs ſpiritualibus, quas Concilium Tridentinum Ordinario remittit, vt eſt clauſura Monialium, approbatio Confeſſariorum, &c. 1650. Bologna 30. Septembris 29.

4 Legati Apoſtolicæ Sedis, cum ſint Delegati Principis, ſubdelegare poſſunt etiã nudum miniſterium ſibi cõmiſſum, vt excommunicare, abſoluere, diſpenſare in irregularitatibus, &c. Alias is, cui ab alio, quam à Principe, nudum miniſterium cõmittitur ſubdelegare non poteſt. *cap. fin. §. cæterum, de off. Deleg.*

5 Legati, & Gubernatores Status Eccleſiaſtici, pœnas, & mulctas ex delictis prouenientes, ad manus Theſaurarij remittere tenentur, nec poſſunt reis condonare. *Sixtus V. Conſt. 93. Ad Romanum Pontificem.*

6 Legati, & Nuncij debent per ſeipſos examinare promouendos ad Epiſcopatum. *Greg. XIV. Conſt. 6. Onus Apoſtolicæ.* Formã ſeu Inſtructionem ad conficiendos huiuſmodi proceſſus fel. rec. Vrbani VIII. iuſſu editã retuli in Can. lib. 1. tit. 6. de elect. n. 20.

7 Legatus natus, ideſt qui ratione ſuæ dignitatis eſt Legatus Apoſtolicus, vt erant multi Archiepiſcopi in Anglia, & nunc plerique ſunt in Gallia & Germania, non poteſt exercere iudicium in Regulares exemptos, niſi de Latere quoque Legatus ſit, vel ampliorem à Papa facultatem obtineat, ſicut Nuncij ſolent obtinere. *Diana 1. de immunitate Eccleſiæ reſol. 16. & latius dixi in Can. lib. 1. tit. 3. in fin.*

Monaſteria tamen Monachorum S. Benedicti per priuilegium Eugenij IV. & aliorum Romanorum Pontificum, exempta ſunt ab omni iuriſdictione Legatorum ac Nunciorum Apoſtolicorum, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecta. *Rota apud Coccin. deciſ. 83.*

LEGITIMA.

Dos. Falcidia. Iudæus. Legatum.

1 DEbetur filijs, etiamſi bona parentũ confiſcata ſint: nullo enim facto Patris poteſt liberis auferri. *Oinot. inſt. de publ. iud. §. publicè n. 5.*

Excipienda ſunt hæreſis, ac læſæ Maieſtatis crimina. *Vide Diana 4. tr. 8. reſol. 45.*

2 Legitima hodie relinqui debet iure inſtitutionis; nec ſubtrahi poteſt, niſi ex cauſa ingratitudinis. Et ſi filij ſint quatuor, vel pauciores, debent habere tertiam partem: ſi verò quinque, vel vltra, debent habere medietatem eius, quod eis delatum foret ab inteſtato. *Vide quæ dixi lib. 2. Ciuilium tit. 18. de inoff. teſtam. num. 4.*

LEX. *Papa. Ratio.*

1 QVal. In materia Eccleſiaſtica, & concernente peccatum, item in foro Eccleſiaſtico, ſeruantur Canones: alias quando Leges, & Canones contradicunt inuicem, Canones ſeruantur in foro, & terris Eccleſiæ, Leges in terris Imperij, *vt latius dixi in tit. de nupt. n. 9.*

2 Leges vel Canones non obtinent auctoritatem ex eo ſolo, quod à Gratiano ſũt inſerti in Decreto, *vt dixi in proœm. inſt. Can. num. 3.*

3 Lex ſiue diſpoſitio ſemper eſt accipienda de caſu dubitabili. *l. 1. ff. n. ad municipal. Rota apud Farin. p. 1. tit. 1. deciſ. 167. n. 36.*

4 Commiſſoriæ legis pactum ſit hoc modo. Vendo tibi meum fundum centum aureis cum pacto, quod ſi infra certum tempus, puta infra annum, pretium non ſolueris, fundus ſit inemptus. Eſt autem in poteſtate venditoris, vtrum velit venditionem reſolui. Quod tamen pactum in pignoribus eſt reprobatum. *c. ſignificante 7. de pignor. iuncta gloſ. v. commiſſoriæ. Azor. in ſumma, C. de pignor. n. 4.*

5 Lex promulgata in dubio præſumitur acceptata. *Bonac. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 4. n. 44. dixi in proœm. inſtit. Ciuil. n. 13. v. Regula f. 15.*

Vnde alleganti nõ vſum incumbit onus probandi. *Rota apud Farin. p. 1. tit. 1. dec. 30. n. 5.*

6 *Eſſe-*

6 *Effectus*. Lex ſiue Conſtitutio poſterior corrigit priorem, licet de ea non faciat mentionem: *L. non eſt nouum 26. ff. v. de legib.* Secus eſt in reſcriptis, & priuilegijs, vt habetur in eorum titulis.

7 Lex humana pure pœnalis, puta qui arma tulerit, vel frumentum aſportauerit, capite plectatur; ſiue pœnam mutilationis, confiſcationis bonorum, aut aliam ſimilem incurrat. Item lex mixta, quæ præcipit, vel prohibet aliquid fieri, & poſtea pœnā adijcit; præſertim lex Eccleſiaſtica, niſi excōmunicationem, vel cenſuram aliam notabilem adiiciat, non obligat in conſcientia, ſaltem ad mortale, vt ſuſtineri probabiliter poſſe, licet contraria ſit tutior, & valde probabilior, dixi in Collect. ad Prouerb. 8. 12. 2. Et ſupra v. arma n. 3. & infra v. ſacramentum 4.

Et generaliter quotieſcumque legislator aliquid prohibet principaliter propter vtilitatem priuatam, vel alienationem fundi dotalis, ad obſeruantiam ſub culpa obligare non intendit. *Ex Bart. & alijs Bonac. t. 2. de contract. diſp. 3. quæſt. 11. pun. 7. n. 7.*

LIBELLVS.

Iudæus. Iudicium. 2. Sententia.

1 SCriptura, in qua continetur res, quæ petitur, nomen Auctoris, & rei, ac coram quo Iudice. *Gloſ. c. 1. de libelli oblat. in princip.*

2 Pro ſuſtentatione libelli licet etiam verba impropriare. Vnde ſi quis petat ſibi reſtitui, quod antea nunquam habuit, talis libellus ſuſtentari poteſt. *Oinot. de interdictis, §. ſumma autem diuiſio, num. 72.* Vide quæ de libellis latius dixi in tit. de action.

LIBER.

Excommunicatio. Hæreſis. Luxuria. Miniſter. Sapientia. Scriptura.

1 IMpreſſio. Vrbanus VIII. fel. rec. conſtit. 50. quæ incipit *Sanctiſſimus*, volēs pro debito ſui Paſtoralis officij corrigere nonnullorum abuſus, in Statu Sedis Apoſtolicæ immediatè, vel mediatè ſubiecto exiſtentium, libros à ſe vbicumque compoſitos extra præfatum Statum abſque vlla Ordinariorum, & Inquiſitorum loci, vbi degunt, approbatione, imprimendos tranſmittentium, ſtatuit, & decreuit, vt in poſterum nemo in Statu prædicto degens, libros de quauis materia tractantes, & vbicumque compoſitos, audeat alio deferre, vel mittere, imprimendos ſine expreſſa in ſcriptis approbatione Eminentiſs. Vicarij Papæ, ac Reuerendiſs. Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici, ſi in Vrbe fuerit; ſi vero extra Vrbem exiſtat, ſine Ordinarii, & Inquiſitoris loci illius, ſiue ab ijs deputatorum, facultate, operi præfigenda: & libri aliter impreſſi ſint prohibiti.

2 *Prohibitos* libros habentes non ſatisfaciunt illos comburendo, ſed neceſſe habent ab Inquiſitorem, ſeu ſuperiorem deferre. *Barboſa alleg. 90. n. 5. Diana 1. tr. 11. reſol. 37. vbi teſtatur de communi.*

Non tamen incurrunt cenſuras, & pœnas impoſitas contra retinentes: quia non poſſunt dici retinere, dum comburunt, vt dixi in Can. lib. 5. tit. 39. n. 51.

Ante quam tamen editum eſſet huiuſmodi præceptum deferendi libros prohibitos ad Inquiſitores, vel locorum Ordinarios, ſatisfaciebat quis illos comberendo propria auctoritate. Vnde de quodam Abbate Cyriaco refert *Vigliegas in 2. par. Flos Sanctor. in Vita B. Mariæ. c. fin. verſ. Nel libro.* quod cum ſæpius Dei Matrem ante ſui cubiculi ianuam cū Ioanne Baptiſta, & Euangeliſta, inceſſu graui tranſeuntem vidiſſet, eamque, vt ſaltem ſemel, idem cubiculum ſuo dignaretur ingreſſu, vel importune rogaſſet, reſpondit Beatiſſima Virgo. Quo iure poſtulas, vt intrem, vbi manet Inimicus meus? Quod cum euigilans anxie cogitaret, accepit caſu librum, quem ei commodauerat Iſichius Presbyter Ieroſolymitanus, viditque in eo duos tractatus Hæretici Neſtorij, in quibus negabat, Beatam Virginem dici debere Matrem Dei. Quem ſtatim ad Iſichium retulit dicens. Accipe librum tuum, qui longe magis mihi detrimentum, quam vtilitatem attulit. Quod cum audiſſet Iſichius, tractatus illos abſtulit e libro, & combuſſit, dicens, ſe Dei Matris Hoſtem domi habere nolle. *Ex quo etiā deducere poſſumus, habentem librum prohibitum commodatum, ſatisfacere reddendo illum commodanti, maximè ſi aliter facere non poſſit ſine ſuo graui incommodo.*

3 Licentia legendi libros prohibitos ab Epiſcopis hodie concedi non poteſt. *Barboſa alleg. 90. num. 7.*

Immo neque Epiſcopi, neque Commiſſarij Inquiſitorum poſſunt legere, vel tenere libros prohibitos abſque ſpeciali facultate Sacræ Congregationis Inquiſitionis. *Diana 4. tr. 8. reſol. 46.*

Et Vrbanus VIII. die 2. Aprilis 1631. Conſt. 114. *Apoſtolatus*, reuocauit omnes huiuſmodi licentias, exceptis ſignatis Chirographo Sanctitatis ſuæ. *Bonac. tom. 1. de cenſur. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 4. num. 10.*

† Quando verò Congregatio S. Officij concedit licentiam legendi libros prohibitos, ſemper excipere ſolet libros Molinæi, & Macchiauelli ac tractantes de Aſtrologia iudiciaria. *

4 *Conſeruatio*. Amiſſio libri probatur per iuramentum eius, qui non erat obligatus illum cuſtodire. *Rota apud Farin. tom.2. recentior. deciſ.35.*

5 Libri rationum Monaſteriorũ teneri debent per Moniales extra tempus reddendi rationes, quo teneri poterunt per Epiſcopum, vel Vicarium, 1601. Fano 22. Ianuarij 32.

6 *Diuerſi*. De libro Vitæ vide quæ dixi in Collect. ad Exod. 32. 1.

7 De libro iuſtorum ad Ioſue 10. 13.

8 De libro legis inuento ab Helcia, ad 4. Reg.22. 8.

9 De libro ſeptem ſigillis ſignato ad Apocal. 5. 1.

10 Supereſt aliqua dicere de *libro Mortis*, qui eſt certiſſima, & immobilis Dei notitia, eos præſciens, quos Diuina iuſtitia occulto quidem, ſed iuſtiſſimo iudicio ab æterno, & in æternum reprobauit, & ad pœnam æternam, non ſine præcedenti demerito, damnauit. Quem quidem librum licet Diuinæ paginæ nudis; & expreſſis verbis non docuerint, eumque quorundam Theologorũ ſcholæ non recipiant (*non quia negent iſtam ſcientiam, & notitiam infallibilem eſſe in Deo, ſed quia negant ſimilitudinem libri: ſcribuntur enim in libro, qui admittuntur ad aliquid, non qui repudiantur. S.Thom.1.2. quæſt.24. art.1. ad 3.*) neceſſitatem tamen eius latenter indicarunt. Cum enim apud Deum, cuius oculis omnia nuda, & aperta ſunt, paſſim extare doceant librũ vitæ, hoc eſt perſpicuam, & infallibilem prædeſtinationis, & Prædeſtinatorum ſcientiam: neceſſe eſt etiam, cum oppoſitorum eadem ſit cognitio, eſſe in Deo, quem latere nihil poteſt, reprobationis, & reprobatorum omnium claram notitiam, quæ ab aliquibus *Liber Mortis* appellatur. In quo ſingillatim deſcripta ſunt nomina, & mala merita reproborum omnium: de quibus S. P. Auguſtinus in ſoliloquio c.28. ſic Deũ alloquitur. *Mors Peccatorum peſſima, illorum, inquam, quos antequam faceres cælum, & terram, ſecundum abyſſum multam iudiciorum tuorum occultorum reprobaſti: quorum dinumeratio nominum, & meritorum prauorum apud te eſt, qui numerum arenæ maris dinumeraſti, & dimenſus es profundũ abyſſi.* Ioannes quoque teſtatur, nomina reproborum in Diuina præſcientia numerari: ait enim de ipſis loquens Apocal. 11. *Et occiſa ſunt in terremotu nomina Virorum ſeptem milliũ.*

Vtrum autem de hoc libro Mortis quidam deleri poſſint, vt ſaluentur, & quidam iterum reſcribi, vt damnentur; non leuis eſt apud Theologos: & præcipuè ſcholares, difficultas. Quæ facile ſoluitur, ſi dicamus, vt etiam loco n.6. citato, de libro Vitæ diximus, librum Mortis, vel duplex eſſe, vel ſcriptum intus, & foris. Illi, ſunt ſcripti intus, & foris in hoc libro, quos Deus ſecundum æternam præſcientiam præuidit in malo, vſque ad finem perſeueraturos, vel ſaltem ex hac vita in iniquitatibus impœnitentes deceſſuros; vt Cain, vt Iudas, vt Pharao, vt Antiochus; vt Alexander Magnus, vt Auguſtus, vt Diocletianus, & alij Reprobi, qui quidem ex hac præſcriptione minimè deleantur. Quamuis enim foris, aut deleantur, aut deleri ſecundum præſentem iuſtitiam videantur; intus tamen indelebiliter ſcripti permanent. Illi autem in hoc libro exterius tantum ſcripti ſunt, quos Deus præſciuit aliquando, & ad tempus in ſceleribus permanſuros, ſed poſtea per Pœnitentiam fore ſaluandos, quemadmodum Paulus, Petrus, Auguſtinus, quibus vti in libro Vitæ intus indelebiliter ſcriptis, omnia, etiam ipſa peccata, cooperantur in bonum. Non quod eorum peccata non ſint peccata, & morte atque damnatione digna: ſed quod ipſi poſt lapſum, ſcelerum grauitatem, & virium ſuarum imbecillitatem agnoſcentes, impigri ſurrexerunt, acrius pœnituerunt, cautius inteſſerunt, & ardentiori ſtudio, ac validiore conatu Regnum Dei quaſi violenter arripere niſi ſunt. *Vide Xyſtum lib.1. Bibliothecæ. Verbo Mortis liber.*

LIBERTAS. *Legatum.*

Eſt *naturalis* facultas eius, quod cuiquã facere libet, niſi quod vi, aut Iure prohibetur. §.1. *Inſt. de Iure Perſonar.*

LICENTIA.

Clauſura. Conſenſus. Educandæ. Feſtum. Habitus. Liber. Monaſterium. Monialis. Quæſta. Supranumeraria.

1 L*icentia*, vel conſenſus, requiſita ad aliquid faciendum, debent actum ipſum præcedere. *Bonac. tom.3. diſp.1. quæſt. 18. pun.3. num. 15. & tom. 1. de clauſ. quæſt. 2. pun.9. §.3. diff.1. num.2.*

2 Licentia ſimpliciter conceſſa regulariter intelligitur pro vna vice, niſi aliud ex verbis concedentis, vel poſtulantis, vel ex alijs circumſtantijs, colligatur. *Lezana v. Monialis, num.23. Ex l. Boues, §. Hoc ſermone, ff. n. de verb. ſign.*

3 Licentia faciendi parlamenta, item quæſtuandi, detur gratis, quando danda eſt, 1601. Nullius Faſanella 2. Aprilis 119. §. 5. 1603. Napoli 23. Decembris 153.

4 Licentia oretenus data excuſat à pœna, licet requireretur in ſcriptis, præciſo contemptu, vel abuſu, 1603. Aquila 19. Auguſti 96.

5 Licentia S.C. recipiendi ad educationem,

nem, vel habitum ſemper intelligitur de conſenſu Monialium, 1602. Faenza 3. Decembris 85.

LICENTIATI. Doctor 3.

LIPARIS INSVLA.

QVo ad temporalia vnita fuit cum Regno Siciliæ vltra Pharum, non vero quo ad ſpiritualia. Vnde Liparitanæ Eccleſiæ collatio fuit ſemper liberæ diſpoſitionis Sāctæ Sedis: nec illuc introduci debet S.Officium ſicut in Regno Siciliæ, ſed ſicut in Regno Neapolis, nec eo extenditur Bulla Cruciatæ, præſertim quo ad abſolutionem Caſuū reſeruatorū, licet Epiſcopus Liparitanus ſit ſuffraganeus Archiepiſcopo Meſſanen. Vt declarauit, & decreuit S. m. Vrbanus VIII. & poſtea Innocentius X. 1611. 4. Febr. 15. 16. Aprilis 42. 1618. 20. Octob. 225. 1653. 7. Nouembris 187. n. 5. 1655. 6. Auguſti 190.

LIS.

1 LItigantes cum Communitatibus Status Eccleſiaſtici, earum officia cōſequi non poſſunt. *Clem. VIII. conſt.* 10. *Pro commiſſa*, §. 16.

2 Lis non dicitur finita per ſententiam, quæ nō fuit executioni mandata. *Rota apud Cenc. deciſ.* 278. *n.* 9. *& apud Farin. dec.* 535. *n.* 5.

3 Litem in aliquo contractu non mouere promittens, non intelligitur de lite, quæ prouenit ab actione oriente ex eodem contractu. *Rota apud Galleſ. deciſ.* 147. *n.* 6.

4 Canonici, vel Clerici non debent inuiti compelli ad contribuendum expenſis alicuius litis, ſed tantum poſt rem iudicatam pro rata vtilitatis, quæ reipſa obueniet ipſorum Eccleſiæ, 1591. Conſa 26. Nouembris 375.

LITANIAE. Proceſſio.

LITTERAE.

Executio. Falſum. Maria.

1 LItteras Gens Tyria primum, ſi famæ libet credere, aut docuit, aut didicit. *Q. Cur. lib.* 4. *circa med.*

T. Liuius lib. 1. hoc tribuit Euandro Aboriginum Regi: *Euander*, inquit, *tum ea, profugus ex Peloponenſo, auctoritate magis, quam imperio, regebat loca, venerabilis vir miraculo litterarum, rei noua inter rudes artiū homines, &c.*

Quod tamen intelligendum videtur, nō de litteris Hebræis, vel Chaldæis, ſed de Græcis, vel alijs. Nam filij Seth primum in duabus columnis, altera lateritia, altera ænea, vel marmorea, vt aquæ ignique reſiſterent, ſcripſerunt Aſtrologiam, & alias ſcientias, quas acceperant ab Adam. *Ares. Impreſ. proem. diſc.* 1. *n.* 2.

Et mihi certum videtur, Adam ſcripſiſſe de creatione Mundi, de ſuo, & Heuæ peccato ex ſerpentis ſuaſu, de morte Abel, & aliis, quæ contigerunt in principio Mundi: cuius exemplum filios imitatos ea, quæ ad ſuum vſque tempus contigerunt, litterarum monumentis commendaſſe. Ex quorum fragmentis Moyſen compilaſſe librum Geneſis, ſupplente Deo per reuelationem, ſi quid ex neceſſitate forte deeſſet.

2 Sixtus V. Pont. Max. in Bibliotheca Vaticana litterarum Inuentores depingi fecit cū inſcriptionibus ſuis ad octo columnas illius.

In prima columna Imago Ieſu Chriſti cū inſcriptione: *Ieſus Chriſtus Summus Magiſter, cæleſtis doctrinæ Auctor*. Deinde Papæ, Inſcriptio: *Chriſti Vicarius*. Poſtremo Imperatoris. *Fidei defenſor*.

In ſecunda columna eſt depictus Adam cum inſcriptione: *Adam diuinitus edoctus primus ſcientiarum, & litterarum Inuentor.*

In tertia *Filij Seth columnis duabus rerum cæleſtium diſciplinam inſcribunt*. Deinde. *Abraham Syras, & Chaldaicas litteras inuenit.* 3. *Moyſes antiquas Hebraicas litteras inuenit.* 4. *Eſdras nouas Hebræorum litteras inuenit.*

In quarta columna eſt I. *Mercurius Theott. Aegyptijs ſacras litteras conſcripſit.* II. *Hercules Aegyptius Phrygias litteras conſcripſit.* III. *Memnon Phoroneus æquales litteras in Aegypto inuenit.* IV. *Iſis Regina Aegyptiarum litterarum Inuentrix.*

In quinta columna: *Phoenix* Rex Phoeniciæ *litteras Phoenicibus tradidit.* 2. *Cadmus Phoenicis frater litteras ſexdecim in Græciam intulit.* Quibus Palamedem alias quatuor, totidemque Simonidem Melium. addidiſſe ferunt. Ariſtoteles, teſte Plinio, antiquas Græcorum litteras duodeviginti fuiſſe refert, quibus Epicharmum, & non Palamedem, duas addidiſſe. 3. *Linus Thebanus Græcarum litterarum Inuentor.* 4. *Cecrops Dipies primus Athenienſum Rex Græcarum litterarum Auctor.*

In ſexta columna I. *Pytagoras y litteram ad humanæ vitæ exemplum inuenit.* II. *Epicharmus Siculus duas Græcas addidit litteras.* III. *Simonides Melius quatuor litterarum Inuentor.* IV. *Palamedes bello Troiano litteras quatuor adiecit.*

In ſeptima columna 1. *Nicoſtrata Carmenta*, Mater Euandri, *Latinarum litterarum inuentrix.* A. B. C. D. E. G. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. 2. *Euander Carmentæ F.* Rex Archadum, *Aborigines litteras docuit.* 3. *Demarathus Corinthus Hetruſcarum litterarum Author.* 4. *Claudius Cæſar Imperator tres nouas litteras adinuenit.* Supra vero habetur. *Vna F. reliquæ duæ vſu obliteratæ ſunt.*

In octaua columna. I. *S. Io. Chryſoſtomus litterarum Armenicarum Inuentor.* II. *S. Hieronymus*

nymus litterarum Armenicarum Inuentor. III. S. Cyrillus aliarum litterarum Armenicarum Inuentor. IV. Vlphias Epiſcopus Gothorum litteras adinuenit.

De litteris, & earum Inuentoribus vide etiam breuiter, ſed plene Franciſcũ Senen. de Inſtitutione Reipublicæ lib. 2. tit. 1.

3 *Apoſtolicæ, Sacræ Congregationis, &c.* litteræ Cancellariæ ſi ſint reſcribendæ ex errore ſcribentis, nihil amplius pro mercede ſoluendum. Martinus V. conſt. 3. *In Apoſtolicæ*, §. 3.

4 Litteræ Apoſtolicæ dici non poſſunt attentatæ. *Rota in vna Taruiſina Parochialis* 16. *Iunij* 1600. *coram Ludouiſio c.* 5. 41. 27.

5 De ſtylo Curiæ poſſunt ſuper eadem ſupplicatione plures litteræ expediri ſub eadem data, & quilibet expedit ſuas litteras ſine grauamine ſibi impoſito, & prout ſua intereſt: ſed per hoc non releuatur à grauamine. *Rota apud Farin. par.* 1. *deciſ.* 617. *n.* 4. *can.* 5. 41. 27.

6 Litteræ Apoſtolicæ emanatæ motu proprio non indigent iuſtificatione; vt latius in Can. lib. 3. tit. 5. n. 27.

7 Litteras alienas aperire non licet inuito eo, ad quem mittuntur, exceptis quibuſdam caſibus.

I. Si id fiat iure belli.

II. Iuſtæ defenſionis cauſa contra Inimicum inſidias molientem.

III. Si Prælatus, vel Paterfamilias ſuſpicentur aliquid mali patrandi in litteris cõtinere.

IV. Si Religionis conſuetudo aut ſtatutum licentias aperiendi litteras Regularium Prælato tribuat.

V. Si is, ad quem mittuntur, eas abiecerit, habens pro derelicto. *Diana* 3. *tr.* 6. *reſol.* 55.

8 Multo minus licet aperire litteras Sacræ Congregationis, licet nihilominus ſint exequendæ, 1601. Muro 17. Septemb. 210. 1603. Andria 4. Martij 27. 1604. Lettere 27. Aprilis 48.

Si tamen præſententur intra duos menſes à die datæ: alias non, 1583. Napoli 12. Auguſti 75.

9 Litteræ S. C. in quibus ſcribitur Ordinario, vt aliquid toleret, non debent oſtendi, multo minus earum copia dari, 1623. Oſmo 15. Decembris 325.

10 Litteræ Sacræ Congregationis præſentari debent Ordinarijs cum debito reſpectu: alioquin priuari debent impetrantes earum commodo, 1588. Gerace 19. Luglio 135. 1601. Belcaſtro 29. Ian. 67. 1634. Gerace 2. Octobris 157. 27. Nouemb. 218.

LOCATIO. *Latius lib.* 5. *Ciuilium tit.* 25.

1 E*St perſona*, vel rei ad vſum facta conceſſio pro mercede in pecunia numerata conſtituta, abſque vllius translatione dominij. *Azor. in ſum. C. de locato.*

2 Locator domus tenetur omnia facere, ſine quibus conductor frui conductis ædibus non poteſt, puta purgare puteum aquæ; miniſtrare funes, & alia inſtrumenta, quibus extrahatur aqua de puteo: & ſi conductor hoc facit, poteſt ſumptus factos in penſione computare. *l. ſed addes*, §. *illud vobis, ff. v. locati. Oinot. de act. ex conducto, n,* 10.

3 Locatio præſumitur continuata ex patientia, & taciturnitate domini permittentis conductorem lapſo termino conuẽto continuare. *l. item quæritur* 14. §. *qui impleto, ff. v. locati.*

Niſi ante finitum tempus præmiſſa fuerit proteſtatio, ſeu denunciatio declaratiua animi nolentis locationem finito tempore durare. *Alex. conſ.* 28. *n.* 4. *verſ. Et poſito, quod non francaret.*

4 Vicarius non debet conducere redditus menſæ: tum quia eum huiuſmodi negotia dedecent; tum etiam quia plerumque Iudex ſimul eſſet & pars, 1593. Otranto 13. Septembris 233.

Et propter primam rationem neque Canonici, 1580. Como 10. Maij 97.

5 Coloni, qui in fine temporis ita erodunt fundum, vt fructus anni ſequentis corrumpantur, & in vltimo anno non bene putant vineam, dimittentes aliqua capita, vt vberiorem fructum reddat; ex quo ſequitur, quod anno ſequenti nulli, vel pauci fructus colliguntur ex ea; & ſimiliter quando vna pars fundi deberet ſeminari, & altera quieſcere, ipſi totum fundum ſeminant, ex quo ſequenti anno non poteſt ſeminari, locator ad intereſſe tenetur. *Vinc. de Franch. deciſ.* 96.

L O C V S. *Habitus.*

M*Onialis* translatæ non dicitur vacans, 1611. Modena 28. Ianuarij 14.

L V C T V S. *Cardinalis.*

O*Mnino* prohiberi debet abuſus, quod Moniales ſecedant in cellas ſeparatas, induant veſtes lugubres, & recipiant viſitationes aliarum Monialium, in morte conſanguineorum, ſub pœna priuationis veli, vocis actiuæ, & paſſiuæ, &c. 1604. Giorgento 12. Ian. 3.

L V D V S. *Beneficium* 13. *Clauſura* 37.

1 I*N genere* eſt operatio exterior, animi laxandi gratia facta. *In ſpecie*. Eſt contractus conditionalis, lucri gratia factus, quo ex euẽtu expoſita acquiritur vel amittitur pecunia. *Clau. Reg. lib.* 11. *c.* 17. *n.* 1.

2 Ludi inſpector aduertens ludentem errare in computando, nec eum admonens, non peccat contra iuſtitiam, nec tenetur ad reſtitutionem, ſi hoc ei non promiſit; licet peccare poſſit contra charitatem, ſi forte abſque ſuo incômodo monere poſſit. *Nau. c.19. n.17. circa med. verſ. ad quartum.*

3 Tenens ludi domi, ſi percutiatur occaſione ludi, non ſolum in loco, vbi luditur, ſed vbicumque, non tenetur percuſſor; cum talis iniuria de iure non ſit punibilis. *Grammat. deciſ.40. n.5. Riccius reſ.119. n.1.*

4 Mutuans pecuniam ad ludendum, non habet actionem ad ſibi reſtituendum: nam occaſione ludi nulla oritur actio. *Rota in vna Romana pecuniarum 15. Martij coram Ludouiſio.*

Omneſque contractus, & inſtrumenta occaſione ludi celebrata, irrita ſunt, & inania. *Ibid. ex l. fin. C. de Relig. & ſumpt. fun.*

5 Ludo vetito perdita ſoluens, repetere ſoluta poteſt, non ſolum ipſe ludens vel ſui, ſed ijs negligentibus, etiam Fiſcus, non obſtãte præſcriptione minori quinquaginta annis. *l. Alearum, C. de Relig. & ſumpt. fun.*

6 Ludere eo pacto, vt victus teneatur ſalutationem Angelicam, vel aliam orationem pro Victore recitare, nullum eſt peccatum, ſi poſtea reuerenter recitetur. *Bonac. de reſtit. diſp.2. q.3. pun. 1. n.8.*

LVPPVS.

Vide quæ dixi in lib.18. Bartholomæi Anglici.

1 VVlgi communis opinio fert, eum, qui prius à lupo viſus fuerit, adeo raucum effici, vt loqui vix poſſit. *Virg. Ecloia 9.*

Nunc oblita mihi Carmina, vox quoque
Moerim.
Iam fugit ipſa, Lupi Mœrim videre
priores.

Vbi Carolus Malateſta eius commentator hanc communem opinionem commemorat. Cuius etiam meminit Sannazarius in ſua Archadia proſa 6. annot.2. Et Plinius lib.8. c.22. *Luporum*, inquit, *viſus noxius eſt; Vocemque homini, quem prius contemplantur, adimit ad præſens.*

2 Lupus mordet canes alienas, ſed ſuas lambit. Prouerbium Cyni. *Oinot. de excuſ. Tutor. in princip. num.5.*

LVTHERVS. Hæreſis 3.

LVXVRIA.

Pollutio. Sodomia. Verbum.

1 AD *intemperantiam* ſiue ciborum, ſiue Venereorum vitandam, maximum remedium eſt, vt non immoretur homo circa ſingularium conſiderationem: quia ea, quæ ſunt intemperati, ſunt magis voluntaria in particulari, minus autem voluntaria in vniuerſali; quia nemo vellet intemperatus eſſe: allicitur tamen homo à ſingularibus delectationibus, quæ faciunt intemperatum. *S. Thom. 2.2. quæſt.142. 3. c.*

2 Legere libros obſcœnos, & intereſſe Comœdijs turpibus repræſentatis, nec quo ad Clericos mortale eſt, ſi delectatio ſiſtat in repræſentatione ipſa, nec procedat ad rem repræſentatam, & non adſit conſenſus in actus ipſos. *Diana 2. tr.17. reſol.35.*

3 Peccatum irrumationis, & fellationis, cum ſcilicet vir membrum virile tamquã rumam, ſcilicet mammillam, immittit in os Mulieris, etiam vxoris, etiam ſi periculum pollutionis abſit, horrendum peccatum eſt contra naturam: licet alias oſcula pudendorum inter Coniuges mortalia non ſint. *Diana 6. tr.7. reſol.7.*

M

MAGISTER.

Cæremoniæ. Doctor. Monialis. Nouitius. Schola.

1 CÆremoniarum eſt neceſſarius in Cathedralibus, & Collegiatis: vnde in Cathedrali, quouſque aſſignatur ei aliũde competens ſtipendium, contribuere debent Epiſcopus, & Capitulũ pro rata, 1600. Como 10. Iulij 66.

2 Non debet compelli Canonicus, ſed prouidendus alius ſimplex Sacerdos, 1602. Caſtellaneta 23. Iulij 76. §.14. 17. Nou.101.

3 *Scholæ* poteſt excommunicari, ſi nolit emittere profeſſionem fidei; nec in hoc ſe Metropolitanus ingerere debet, 1618. Seſſa 22. Decembris 262.

4 Non tamen ſpectat ad Epiſcopum diffinire ætatem ludimagiſtri, 1621. Città della Pieue 2. Martij 18.

5 Neque imponere ei onus accedendi ad proceſſionem, vel Synodum, 1628. Cagli 16. Iunij 68.

6 Poteſt enim eſſe Sacerdos ſæcularis, 1601. Rieti 6. Aug.184. 20. Aug.192. Ceſena 1. Octobris 217. 27. Nouembris 221. *v. Schola.*

7 Magiſtri Conuentuum vnitorum alteri Prouinciæ gaudent priuilegijs ſicut ante vnionem, 1647. Dominicani 12. Aprilis 119. 1651. 11. Aug. 9.

8 Prohibitio Auguſtinianis Congregationis Corbonariæ ſe promoueri faciendi ad Magiſterium, non præiudicat iam promotis, 1641. 5. Iulij 188.

9 Licet ſecundum Regulam S. Benedicti electio Magiſtræ Nouitiarum ſpectet ad Abbatiſſam, ſuperior tamen ex iuſtis cauſis ad ſe talem electionem auocare poteſt, ac decernere, vt electio poſtea facta per Abbatiſſam nulla ſit, 1603. Fiorenza 14. Nou.88.

10 Ma-

10 Magiſtra Nouitiarum eligi debet ac mutari quotannis; nec conſanguineæ, vel aliæ Moniales ſe ingerant in inſtruēdis Nouitijs, 1618. Piſa 13. Iulij 243.

11 Laudabile eſſet, quod Moniales manerent per biennium poſt profeſſionē ſub Cura eiuſdem Magiſtræ, 1624. Recanati 19. Aprilis 93. *v. Nouitia*.

MAGISTRATVS.

Clauis. Clauſura. Immunitas.

1 *S*Aecularis non debet ſeſe ingerere in reuidendis computis, vel alio Monaſteriorum regimine, 1601. Lecce 9. Ian. 26. Todi 21. Ian. 34.

Neque tenere Claues clauſuræ, 1601: Fermo 22. Ian. 32. Teleſi 19. Iunij 71. 17. Septembris 93. Camerino 3. Septemb. 89. Oppido 20. Nouemb. 105. Montepulciano 11. Decembris 110.

2 Magiſtratus continuare debet in danda Monachis quotannis ſolita eleemoſyna, 1619. Silueſtrini 30. Aug. 300.

MAHOMETTVS.

Conceptio. Turca.

MALEFICIVM.

Dæmon. Inquiſitor.

MANDATVM.

Decretum. Inſtrumentum. Irregularitas. Procurator.

1 E*St contractus*, quo quis gratuito aliquod officium expediendum ſuſcipit. *Oinot. de Mandato in princip. n. 3.*

2 Curia Epiſcopalis eſt manutenenda in quaſi poſſeſſione exigendi vnum obolū pro quolibet ſcuto in qualibet relaxatione Mandati executiui vſque in infinitū, 1628. Città di Caſtello 30. Iunij 74. 14. Iulij 84.

MANICHAEI. Hæreſis 2. §. 12.

MANSIONARII.

T*Enentur* perſonaliter deſeruire iuxta declarationem ſacræ Congregationis Concilij *ſeſſ.* 24. *c.* 12. 1590. Ceſena 17. Iulij 194.

MANZER Illegitimus.

MARIA VIRGO MATER DEI.

Conceptio. Dæmon. Liber.

1 D*E forma* ſtatura, & veſtibus B. Virginis, Nicephorus Callixtus in 2. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ volumine hęc affert. *Maria Virgo ſtatura fuit mediocri, quamuis ſint, qui eam aliquantulum ſtaturam mediocrem exceſſiſſe dicant. Colore fuit frumentum reuerente, capillo flauo, oculis acribus, ſubflauas, & tamquam oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra; naſus longior, labia florida, & verborum ſuauitate plena. Facies non rotunda, vel acuta, ſed aliquanto longior: manus ſimul, & digiti longiores. Erat denique faſtus omnis expers, ſimplex, minimeque vultum fingens. Veſtimentis natiui coloris contenta fuit,* quæ nec nitida eſſent nimium, nec abiecta plurimū, ſed mediocria, & honeſta: *id quod etiam ſanctum capitis eius velamen oſtendit.*

Addunt quidam, veſtes Mariæ nunquam ſciſſas, maculatas, vel vſu conſumptas, ſed ſemper in ea nouitate, ac pulchritudine cōſeruatas, qua prima die facta ſunt. *Segala de prima conditione ſeruorum B. Mariæ.*

2 Itaque corpus ſimul, & Anima beatiſſimæ Virginis fuerunt maximè perfecta, honeſtiſſima pulchritudine prædita; quæ intuentes ex peculiari Dei priuilegio non niſi ad caſtitatem, & pudicitiam inuitaret, omneſque cōcupiſcentiæ motus extingueret. *Sophronius in Epiſtola, quæ habetur in VI. Synodo. S. Thom. in 3. diſt. 3. quæſt. 1. art. 2. quæſtiuncula 1. ad 4. S. Bonau. diſt. 3. par. 1. quæſt. 3. S. Anton. 4. par. Theol. tit. 15. Viglieg. 2. par. Vita B. Mariæ c. 5.*

3 De Epiſtola B. Ignatij, tertij poſt D. Petrum Epiſcopi Antiocheni, ad Beatiſs. Virg. Mariam, cum eiuſdem Virginis ad ipſum Ignatium reſponſione.

Chriſtiferæ Mariæ ſuus Ignatius. Me Neophitum, Ioanniſque tui Diſcipulum confortare, & conſolari debueras. De Ieſu enim tuo percipi innumera dictu, & ſtupefactus ſum ex auditu. A Te autem, quæ ſemper ei fuiſti familiaris, & coniuncta, & ſecretorum eius conſcia, deſiderio animo fieri certior de auditis. Scripſi tibi etiam alias, & rogaui. Valeas: & Neophiti, qui mecum ſunt, ex te, & per te, & in te confortentur. Amen.

Cui Epiſtolæ Mater Dei hac reſponſione ſatisfecit.

Ignatio dilecto Diſcipulo Humilis Ancilla Chriſti Ieſu. De Ieſu quæ à Ioanne audiſti, & didiciſti, vera ſunt. Illa credas, illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores ac vitam voto conformes. Veniam autem vna cum Ioanne, Te, & qui tecum ſunt, videre. Sta, & in fide viriliter age, nec te commoueat perſecutionis acerbitas: Sed valeat, & exultet Spiritus tuus in Deo ſalutari tuo. Vide Xiſt. lib. 1. Biblioth. v. Maria Virgo.

4 Beatam Virginē ſuſcepiſſe Sacramentum extremæ Vnctionis, quidam aiunt, quidam negant. *Sancius diſp. 27. num. 19. Vide quæ dixi Luc. 1: 28. 44.*

MARITVS.

Adulterium. Coniux. Donatio. Dos. Matrimonium.

MARTINVS LVTHERVS.

Hæreſis 3.

MARTYR.

D*Efendentes* Rempublicam ab Hoſtium inuaſione, qui Chriſti fidem corrumpere moliuntur, ſunt Martyres, ſi mortem inde ſuſtineant. *S. Thom. Suppl. quæſt. 96. 6. 11.*

Immo

Immo, & quodlibet bonum humanum, inquantum refertur ad Deum, poteſt eſſe cauſa martyrij. *S. Thom. 2.2. quæſt. 24. 5. 3.*

Quidam tamen exiſtimant, ad Martyriũ inſuper neceſſarium eſſe, quod quis mortẽ, vel cruciatum naturaliter mortis illatiuũ ſuſtineat non ſe defendendo ad exemplum *Ieſu Chriſti* Capitis Martyrum, qui tamquã ouis ad occiſionem ductus eſt, & tamquã Agnus coram tondente ſe obmutuit, & nõ aperuit os ſuum. † *DD. refert Lezana tr. de Fortitudine, q.3. de Martyrio.* *

MATER. Dos.

MATERFAMILIAS.

Iniuria.

MATERIA.

1 *Materia* contactus eſt de eſſentia in Sacramentis materiam habentibus. *Bonac. de Sacram. diſp. 8. quæſt. 1. pun. 3. n. 10.*

Licet contraria non ſit improbabilis. *Diana 5. tr. 13. reſol. 47.*

2 Materia non dicitur facultatiua, quãdo præcedit titulus, vel quando fuerunt plures actus geſti per multum tempus, vel vbi agitur de fauore piæ cauſæ, ac Diuini cultus. *Rota apud Coccin. decif. 162. num. 15.* v. Confraternitas.

MATRIMONIVM.

Diſpenſatio. Doctrina. Filius. Græci. Hæreſis. Illegitimus. Infideles. Irregularitas. Iudæus. Iuramentum. Metus. Mulier. Parochus. Sponſa. Teſtis. Virgo. Vxor.

1 *Quid.* Matrimonium contractum abſque intentione faciendi, quod facit Eccleſia, probabilius eſt, non eſſe Sacramentum, nec poſtea fieri poſſe, ſed remanere purum contractum: quia Sacramentum non perficitur, niſi cum materia, & forma cõcurrat etiam intentio Miniſtri. Contrahentes autem ſunt Miniſtri Matrimonij. *Diana 3. tr. 4. reſol. 255.*

2 Ad cõſummationem Matrimonii requiritur, & ſufficit, quod vir ſeminet intra vas naturale mulieris, licet illud non rumpat. *Em. Sà v. Matrimonium, n. 18.*

Quidam tenent, requiri ſeminationem etiam mulieris, quorum opinionem non exiſtimat improbabilẽ. *Diana 5. tr. 13. reſ. 54.*

2 Statutum puniens contrahentes Matrimonium cum hominibus alterius ciuitatis, infringit Eccleſiaſticam libertatem, & non eſt validum: ſicut etiam nullam vim habent leges, quæ infligũt pœnas Matrimonium contrahentibus ſine Parentum conſenſu. *Diana 1. tr. 2. reſol. 74. c. 5. 39. 111.*

† Item Statutum, quod Mulier habens hæreditatem, nubere non poſſit extra locum, nullum eſt. *Sabinen. Tarani lib. 76. Gregor. XIII. 533.* *

4 *Modus.* Matrimonium nulliter contractum, rurſus contrahi debet publicè, ſi res ſit notoria; alioquin ſecrete, vt dixi in tit. de nup. num. 65.

5 *Denunciationes* Matrimonij inter exteros contrahendi ſine licentia Ordinarij Parochus facere non debet; vt ibidem dixi: ſecus ſi contrahentes non ſint exteri; quia tunc & publicationes, & ipſe Matrimonij contractus fieri poſſunt ſine licentia, ſi non obſtet aliquod Canonicum impedimentũ, vt ſæpius declarauit Sacra Cõgregatiõ, 1586 Otranto 10. Iunij 483. 1589. Monte peloſo 24. Octob. 314. 1590. 15. Maij 122. 1606. Teleſi 7. Aug. 63. 1629. 20. Decembr. 169. 1611. 29. Aprilis 45.

6 *Tempus.* Matrimonium contrahere vel conſummare abſque nuptijs, & traductione Sponſæ ſolemni, ac ſine benedictione nuptiali, nullo tempore prohibetur. *Ex Rit. Rom. Rubr. de Sacr. Matrim. Nau. cap. 22. num. 71.*

7 *Per Procuratorem* contrahi poteſt etiã hodie, vt dixi in d. tit. de nupt. n. 66.

8 *Conuerſationes*, & commercia ſponſorum ante contractum Matrimonium per verba de præſenti, Epiſcopus impediat omnino: mulctas vero ob earum cauſam incurſas applicet vſibus pijs, & interim deponat apud depoſitarium mulctarum, 1587. Hieracen. 20. Aprilis 104.

Quæ in diuitibus non debet excedere duos ducatos: in pauperibus in aliam pœnitentiam ſalutarem commutari, 1593. Taranto 27. Nou. 302. 1596. Lecce 8. Iulii 59.

9 *Cum Educandis* Sponſalia de futuro poſſunt abſente ſponſo contrahi ſine licentia: ſecus de præſenti, 1601. Genoua 25. Octobris 97. 11. Decemb. 109. 27. Nou. 240.

Nec debet Ordinarius abſque cauſa releuanti præcipere educandæ, ne contrahat matrimonium ſine ſua licentia, 1633. Napoli 15. Aprilis 123.

Immo declarantibus ſe matrimonium contrahere velle, permitti debet liber exitus à Monaſterio, 1600. Bologna 18. Decẽbris 17.

10 *Teſtes* aſſiſtunt valide Matrimonio, licet ſint Parentes, infames, excommunicati, conſanguinei, mulieres, Serui, etiam infideles, etiamſi vi detineantur, dummodo quod fit intelligant. *Ex Sanchez Victorell. ad Tolet. lib. 7. cap. 6. verſ. Duos Teſtes.*

11 *Priuilegia.* Matrimonij effectus eſt, quod ſi Maritus conueniatur à filijs hæredibus Vxoris pro reſtituenda dote non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, niſi ex aliqua actione poſt ſolutum matrimonium ſe ad ſtipulationem induci ſinant;

Oinot.

Oinot. §. Item ſi de dote num.3. Inſt. de action.

Facta tamen ſola tori ſeparatione, Maritus non cogitur reſtituere dotem, ſed ſolum Vxori alimenta præſtare. *Rota apud Farinac. tom.2. deciſ.39. num.6.*

12 Matrimonij Iura ſpecialia, ſub his curſibus continentur.

Coniugij ſunt hæc vera ſpecialia Iura.
Non conteſtata quod ſtat ſententia lite.
Procuratores tali dant lite Minores.
Hæc non ceſſat, homo contra ſi fateatur:
Et non iurati teſtes ſunt hic reprobati.
Hic ſi procedit, Concordia quæque recedit:
Hic non tranſigitur, non arbitriumque ſubitur.
Nec cōfirmatur ſententia, ſi qua feratur.
Hic ſpeciale tene, ceſſat ſtipulatio Pœnæ.

Item breuius.

Non conteſtata fertur ſententia lite;
Et mandat Pubes, nō fit ſententia perpes:
Arbitrium Pactū, Pœna, trāſacto ceſſant;
Et non iurati teſtes, Confeſſio contra.

Gloſ. cap.1. v. Seruetur. Vt lite non cont.

13 *Impedimenta*. Nec excommunicatis, nec ignorantibus Pater noſter, & Aue Maria, poteſt aut debet prohiberi contractus Matrimonij. *Riccius, & Barboſa ex Sacra Congreg.*

Sed Sacra Congregatio loquitur ſolum de ignorantibus rudimenta fidei, vt videri poteſt in meo compendio Epiſcoporum. *v. Matrimonium*. Non de excommunicatis, qui arceri debent à qualibet communione, ne dum à participatione Sacramentorum, ſi vitandi ſunt; ſecus ſi tolerati.

Quidam, quod declarationē Sacræ Congregationis authenticam non vidiſſent, tenuerunt debere negari Matrimonium etiā ignorantibus rudimenta fidei, dummodo illa poſſunt ediſcere. *Ex Rituali Rom. rubr. de Sacramento Matrimonij in princ. Nauar. cap. 22. num.81.*

Vtriuſque opinionis aſſertores refert. *Diana 4. tr.4. reſol. 85.*

Quo tamen ad Rituale, nota, loqui ſolum ex debito honeſtatis, nec eſſe contrarium Sacræ Congregationi, quæ diligentiā in hoc valde commendat, ſolam coactionē reprobat, puta repellere omnino à contractu, vel accipere pignora in ſecuritatem quod ediſcent, &c. 1588. Gallipoli 30. Martij 50. 12. Iulij 123. Siracuſa 22. Nouembris 251. 1589. Caua 28. Aug. 270.

14 Contradictiones Matrimoniorum publicatorum iam vt contrahantur, in ſcriptis tantum recipiantur, & cum contradicentis ſubſcriptione; vel ſi is ſcribere neſciat, cum duobus teſtibus. *Sac. Congreg. Archiepiſcopo Conſentino 2. Auguſti* 1594.

15 *Sub conditione* quacumque celebratū Matrimonium non eſt validum, quouſque Parocho, & Teſtibus innotuerit, adimpletam eſſe conditionem. *Bonac. l.c. p. 10. n.8. & innouis operibus 6. n.22.*

16 *Cum Moniali* contrahens, & conſūmans Matrimonium, præter excommunicationem, contrahit impedimentum contrahendi aliud Matrimonium, ſed non dirimens. *cap.13. Hi ergo, 27. quæſt.1.*

Et inſuper debet capitali ſententia plecti. *cap.3. Si quis non dicam rapere, 36. quæſt 2.*

De alijs pœnis contrahentium nuptias illicitas. vide in d. tit. *de nupt. n.85. ſeqq.*

17 *Votum*. Matrimonium Infidelium, etiam conſummatum, dirimitur, ſi alter Coniugum conuerſus in Religione approbata profeſſionem faciat: ſecus ſi tantum ſacros ordines ſuſcipiat. Sed tamen nec tūc alteri Coniugi, etiamſi conuerteretur, reſtituendus eſt: immo conuerſus cogitur, alterius vita durante, abſque ſpe alterius coniugij remanere, & imputet ſibi, quod ſero conuerſus eſt. *Bonac. de matrim. quæſt.3. pun.7. n.8. prima edit.*

18 *Cognatio*. Matrimonium licitè quis contrahere poſſet cum ſorore, ſi duo tantum remanſiſſent in mundo. *gloſ. cap.1. v. Honeſtiſſima, 35. quæſt.1.*

Immo etiam cum matre, vel filia. *Bonac. de Matrim. quæſt.3. pun.5. §.1. n.12. to.1.*

Idem de Sacerdotibus, & Religioſis. *Diana 3. tr.4. reſol.289.*

19 *Ligamen*. Contrahens cum ſecunda, credendo viuere primam vxorem, quæ reuera mortua erat, peccat mortaliter; & ſi credat matrimonium non valere, non valet: ſecus ſi credat valere, vel ipſe intendat facere quod poteſt. *Nau. cap.22. n.56. Bonac. de Sacram. diſp.1. quæſt.2. pun.1. n.29.*

Idem dicendum, quando contrahitur coram Sacerdote, cui in genere, vel in ſpecie dedit licentiam Parochus, vel Ordinarius, ante notitiam licentiæ. *Rota apud Farinac. par.1. tom.1. deciſ.166. n.10.*

20 Matrimonij vinculum per alterius Coniugum mortem finitur: adeo vt ſi alter coniux à mortuis reſurrexerit, alter ei ad nihilum teneatur, niſi denuo contrahāt. *D. Thom. 4. Sent. diſt.39. quæſt.1. art.4. ad 1.*

21 De diligentijs adhibendis, antequā concedatur exteris licentia contrahendi, late dixi ex Sacra Congreg. Inquiſitionis in d. tit. de nuptijs, num.53.

22 *Metus*. Matrimonium eſt irritum, ſi fuerit contractum per grauem metum, cōcurrentibus tamen conditionibus, de quibus ibidem n.44. & infra v. Metus.

23 *Im-*

23 *Impotentia* ſola generandi non dirimit Matrimonium, vt latius dixi ibid. n.56.

24 *Pro diſpenſationibus* matrimonialibus expediendis nõ licet Epiſcopo, vel eius Vicario quicquam accipere, nec ratione taxæ, etiam ex immemorabili conſuetudine, nec ratione ſigilli, nec alicuius alterius rei. Quapropter Decretum illud, quod poni ſolet in litteris diſpenſationum matrimonialium. *Volumus autem, quod ſi ſpreta monitione noſtra huiuſmodi, aliquid muneris aut præmij occaſione dictæ diſpenſationis exigere, aut oblatum accipere, temere præſumpſeris, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurras*, intelligendum eſt, quod neque Ordinarius ipſe, nec Vicarius eius, quicquam pro mercede laboris, quem in ea re ſuſciperent, capere poſſint. Notarios vero pro examine teſtium quartam partem aurei, ſeu ducati licitè accipere poſſe. *Ex Sac. Congr. Diana 5. tr.13. reſol.71.*

25 *Similiter licentia* Matrimonij contrahendi inter exteros, vel cum extero, & benedictiones matrimoniales, debẽt fieri gratis; ita vt pro ijs nihil exigatur. Non eſt tamen prohibitum accipere à ſponte dantibus, 1581. Montepeloſo 7. Martij 49, 1601. Como 12. Iulij 166. 3. Septemb. 199. 1641. Beneuento 19. Aprilis.

MATVTINVM.

S. Benedictus. Horæ. Officium.

1 IN *Cathedrali* debet recitari de mane, non autẽ Veſperi pro ſequenti die, 1578. Vercelli 25. Nouemb. 10. 1595. Arezzo 18. Octobris 114.

2 In aurora, vel circiter, 1602. Ceſena 3. Decembris 142.

3 Niſi diſpenſetur, vt dicatur Veſperi pro aliqua neceſſitate, 1605. Tortona 26. Octobris 77.

4 Vel tempore hyemis, 1616. Salerno 30. Septembris 121.

✝ Et Congr. Conc. Sarzanen. pro Maſſa Carrariæ Collegiata S. Petri 6. Sept. 1659.*

5 Vel propter aeris intemperiem, 1628. Ferrara 4. Aprilis 126.

6 Vel vbi eſt talis conſuetudo, licet ſint Moniales S. Benedicti, 1603. Torcello 17. Febr. 8. 22. Aprilis 32.

MEDICINA.

Aromatarius. Clericus. Iudæus. Reſtitutio.

1 MEdicinæ *inuentio* talis fuiſſe creditur. Mos erat apud Aſſyrios, & Aegyptios, etiam aliquando apud Hiſpanos obſeruatum, collocandi deſperatos infirmos ante ianuam in frequentiſſimis vicis, vt à trãſeuntibus viſi, de qualitatibus morbi rogarentur. Ita qui tulerat depuleratque ſimilem morbum, aut inciſionibus, aut tolerantia ſitis, aut cauterijs, aut medicamentis ſumptis, prodito remedio, laborantem iuuabat. Similitudo igitur morbi remediũ colligens ſcientiam fecit. *Iulius Lauor. tit.2. c.1. num.131. & 132.*

Crediderim tamen apud Protoplaſtum, & alios primos parentes fuiſſe perfectiſſimã ſcientiam naturalis Philoſophiæ, & per cõſequens vtriuſque, tam præſeruatiuæ, quam curatiuæ Medicinæ. *De quo vide S. Thom. 1. quæſt.94. 2. c.*

2 Eſt hoc malum in Republica, vt Medicis, & Aduocatis occidendi data videatur impunitas. Sic enim Philæmon ait apud Stobæum tit. de Medicis. *Soli Medico, & Aduocato licet occidere ſine ſuo periculo.* Et Plin. lib.29. c.1. *De Medicis*, inquit, *nulla lex, quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ; diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt: Medicoque tantum hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt.* Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio. *Turba Medicorum me peremit.* Clau. Reg. lib.1. c.10.

3 Medicus licitè dare poteſt prægnanti medicamentum, licet ex eo credat ſecuturum abortum; dummodo poſt adhibitam diligentiam credat fœtum non eſſe animatum. *Nau. c.25. n.62.*

4 Medentes alicui morbo, puta morſui rabidi canis, vel iliacæ paſſioni, remedijs ad id virtutem naturalem non habentibus, ſiue ſint particulares homines, ſiue familiæ, aliquando tolerari, vel etiam excuſari poſſunt. Diligenter tamen examinandi ab Ordinarijs, & diligentius à Confeſſarijs. *Bonac. de legib. diſp.3. quæſt.5. pun.4. n.20.*

Et qui id orationibus faciunt, dicuntur Enſalmi, vel Enſalmatores. *Souſa aphor. c. 56. n.24.*

5 *Hebræi*, vel infideles Medici nõ poſſunt à Chriſtianis aduocari: alioquin, & ipſi Medici puniuntur, & Chriſtiani Sacramentis, ac Eccleſiaſtica ſepultura priuantur, Gregor. XIII. Conſtit.68. *Alias piæ.*

Neque in hoc Epiſcopus diſpenſare poteſt, nec vt ab eis Pharmaca, ſiue Medicinæ accipiantur, 1576. Sarzana 29. Nouemb. 194. 1629. Piſa 17. Aug. 109.

6 *Confeſſio.* Medicus relinquere nõ debet infirmum nolentem confiteri: nam alioquin mori poſſet & damnari, qui ſi cõualeſceret, forte pœniteret & ſaluaretur. *Et c. cum infirmitas 13. de pœnit. & remiſſ.* vna cum Conſt. 3. Pij V. *Supra gregem*, hoc modo probata receptaque ſunt. *Nau. c.25. n.60.*

Quæ ſententia probari videtur etiam in Rituali Romano Rubr. de Viſitatione, & cura infirmor. verſ. quod ſi æger.

Circa quod multa notabilia ponit *Diana 3. tr.4. reſol.93.* nempe quod hæc Conſtitu-

ſtitutio obligat ſolum in morbo graui, aut periculoſo; ſufficit, ſi monitio fiat per alios; non obligat, ſi nihil profutura ſperetur, nõ eſt neceſſaria Confeſſarij fides in ſcriptis, ſed ſufficit teſtimonium fide dignorum, & ipſius infirmi, ſi fide dignus ſit: † Licet ſupradicta Conſtitutio Pij V. requirat fidẽ in ſcriptis, quia quo ad hoc non eſt vſu recepta vbique. * & quod iuramentum præſtitum à Medicis de ſupradicta Conſtitutione ſeruanda, hoc modo intelligendum eſt.

7 Peccat Medicus ſi ex ignorantia craſſa, vel ſupina aliquid ad ſalutem corporis infirmo, vel præcipiat, vel conſulat, quod tendat ad animæ diſpendium. Item ſi dicat aliquid, ex quo putat infirmum arrepturum occaſionem peccandi, licet id non conſulat: puta ſi dicat Religioſo, vel Clerico in ſacris conſtituto. Non poſſum tibi dare bonum conſilium; conſiderato ſtatu tuo: quia infirmitatem hanc ſola Venus optimè ſanaret. *d. c. Cum infirmitas in fine, & ibi Io. Andr.*

8 *Contractus*. Medicus rogans infirmũ, vt ſibi vendat v. g. hortum, vel vineam, debet extra ordinem puniri; & contractus actione, *quod metus cauſa*, vel potius *officio Iudicis* reſcindi. *l. ſi Medicus 3. ff. n. de var. & extr. cogn. Oinot. de act. §. quadrupli n. 50.*

9 *Monialium*. Medicus non debet eſſe minor quinquaginta annis, vbi Medicorũ penuria non adeſt, 1617. Ferrara 7. Mar. 61. 1625. Genoua 14. Iunij 151.

10 Medici, & Barbitonſores ordinarij debent habere licentiam generalem ingrediendi clauſuram, etiam de nocte in caſibus vrgentis neceſſitatis: in alijs non ordinarijs requiritur ſpecialis, 1599. Ferrara 2. Iulij 65. 1605. 13. Iulij 90. 1607. 26. Iun. 9.

Debent tamen aſſociari, eiſque aſſiſti cũ infirma tractantibus, 1601. Parma 26. Mar. 19

11 Extraordinarius permitti non debet, niſi in graui infirmitate, 1588. Bologna 8. Iulij 33. 1595. Catanzaro 15. Febr. 436. 1601. Ferrara 6. Aug. 80. 1605. Genoua 14. Decembris 90. 1621. Milano 25. Maij 84.

Et quando Ordinarius non inuenit remedium, 1621. Genoua 13. Martij 42.

Vel eſt impeditus, 1646. Portugallen. 15. Martij 32.

MELIORATIO.

Emphyteuſis.

Meliorationes, quas fecerunt Clerici in rebus Beneficij ſui, erunt eorum, quamdiu viuunt, licet beneficiũ amittant, vel dimittant: ſed in morte erunt Eccleſiæ. *c. fin. de pecul. Clericor. Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Parmen. 18. Decemb. 1601. f. 283*

MEMBRVM. Irregularitas.

MEMORIA.

Quomodo excitetur, & conſeruetur, dixi ex S. Thoma in Collect. ad Num. 15. 38. 6.

MEMORIALIA.

Libellus.

Sine nomine. Vide quæ dixi in Can. tit. de Accuſat.

MENDACIVM.

Fideiuſſor. Peccatum.

MENDICATIO.

Eleemoſyna. Quæſta. Tranſitus.

MERCATVRA.

Deceptio. Minor.

Quæ obijcitur ad effectum, vt quis ſit incapax habitus Religionis Hieroſolymitanæ debet plene probari; nec ſufficit teſtis vnus cum fama, vt excludatur probatio in contrarium deducta. *Rota in vna Ciuitaten. Habitus, ſeu Antianitatis Mercurij 6. Iunij* 1607. *coram Ludouiſio*. v. Hieroſol. 13.

2 Mercatorem obæratum extrahens de carcere, promittendo ſoluere quicquid factis calculis, dictum Mercatorem debere conſtiterit, ad nihil tenetur, niſi debitum in vita Mercatoris liquidetur: nam conſtituens pro debito alterius; quatenus conſtiterit eum debere, ad nihil tenetur, niſi viuente debitore probetur. *l. Qui Romæ* 122. *§. Augerius, & ibi Paul. de Caſtr. ff. n. de verb. oblig.*

3 Ex quibus cauſis Mercatores accipere poſſint cambia, & recambia, dixi lib. 3. Ciuilium tit. 24. de empt. n. 120.

4 Mercatorum cauſæ nõ requirunt ſolemnitates Iuris, ſed in illis proceditur de bono, & æquo. *Rota apud Farin. par. 1. to. 1. deciſ. 641. n. 11. c. 2. 1. 11.*

MERCATVS. Feſtum.

MERCES.

Cancellarius. Confeſſarius. Copia. Proceſſus. Punctator. Vicarius.

1 *Debetur* Officiali, etiam pro tempore infirmitatis, 1574. Ferentino 14. Iulij 89.

Et Operario conducto pro certo tempore, licet intra illud impediatur ſeruire ſine ſua culpa, 1601. Reggio 11. Decemb. 251.

2 Merces quo eſt magis antiqua, eo magis debita: ad differentiam ſubſidij caritatiui, quod exigere, tranſacta neceſſitate, laudabile non eſt; vnde non poteſt compenſari cum mercede, 1582. Malta 16. Iulij 89.

3 *Diſcalceati* B. Mariæ de Mercede, quo ad exercitium quarti voti Redemptionis Captiuorum, ſunt ſub obedientia Generalis Calceatorum, 1633. 10. Nouembris 389. 1635. 20. Iulij 241.

MERETRIX.

Iudai. Reſtitutio. Vicinus.

1 **M**Eretrici factum legatum, vt ad frugem melioris vitæ ſe recipiat, dicitur ad piam cauſam. *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ in proœm. verſ. Item legatum factum Meretrici.*

2 Meretricibus quomodo ſuccedant in Vrbe, vel alibi conuertitæ, dixi lib. 3. Ciuilium tit. 1. n. 99.

3 Meretrices poſſunt ire ſemper ad Diuina officia, & in diebus feſtis tenẽtur miſſam audire, 1602. Perugia 23. Iulij 78.

4 Debent omnes expelli, quæ habitant prope Monaſteria, nec ex ijs aliqua dimitti, ſeu relinqui, 1618. Terni 6. Martij 62.

5 Non collocantur intra clauſuram in habitu ſæculari, neque inter conuertitas, neque ad illas ab occaſione peccati ſubtrahendas: ſed potius apud aliquam grauem Feminam, vel alio modo illarum ſaluti debet Ordinarius conſulere, 1655. Ferrara 23. Aprilis 35.

METAPHORA.

1 **I**N *Diuinis* potius transfertur ex natura irrationali, & vili; quam ex natura rationali, & nobili, triplici ratione.

I. Propter periculum erroris. Manifeſtum eſt enim, quod hæc non dicuntur in Diuinis ſecundum proprietatẽ; quod poſſet eſſe dubium, ſi ſub figuris nobilium corporum Diuina deſcriberentur; maximè apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilius excogitare nouerunt.

II. Quia hic modus eſt conuenientior cognitioni; quam de Deo habemus in hac vita; magis enim manifeſtatur nobis de ipſo, quod non eſt, quam quod eſt. Et ideo ſimilitudines illarum rerum, quæ maximè elongantur à Deo, veriorem nobis faciunt æſtimationem, Deum eſſe ſupra illud, quod de eo dicere, vel cogitare poſſumus.

III. Quia per huiuſmodi Diuina magis occultantur indignis. *S. Thom. 1. quæſt. 1. artic. 9. ad 3.*

2 Metaphora fieri poteſt ex eadem re ad contraria propter diuerſas proprietates eiuſdem rei; puta leonis metaphora modo Chriſtum ſignificamus, modo diabolum, vt ex S. Thoma latius dixi in collect. ad Ezech. 27. 12. 3.

METROPOLITANVS.

Archiepiſcopus. Concilium.

1 **N**On *debet* publicare Monitoria in forma *Significauit* in diœceſi ſuffraganei. *c. 1, Romana; De offi. ord. in 6.* 1603. Aleſſano 15. Septemb. 109.

2 Nec inhibere ſuffraganeo in materia obſeruationis feſtorum, 1622. Vicario di Beneuento 11. Ianuarij 3.

Vel Immunitatis Eccleſiaſticæ, ſed remittere ad Sanctam ſedem eos qui recurrunt, 1624. Anglona 23. Septemb. 117. Policaſtro 118.

3 Epiſcopus ſuffraganeus nullo modo inhibere poteſt Vicario Metropolis, ne ſe ingerat in aliqua cauſa, 1623. S. Angelo 15. Decembris 134.

4 Deputatio Epiſcopi pro vna diœceſi in locum Vicarij Metropolis, 1603. Caſtellaneta 16. Octobris 118.

5 † Metropolitanus ſemel electus ab Epiſcopo exempto, non poteſt eum compellere ad obſeruandas conſtitutiones Concilij Prouincialis, niſi in eodem Concilio cautum ſit, quod ipſemet Metropol. ſit executor, 9. Aprilis 1587.

6 Metropolitanus nõ poteſt facere gratiam Reo, qui appellauit. C. C. Tropien. 13. Auguſti 1622.

7 Nec cogere Suffraganeum ad concedendas dimiſſorias, multo minus ipſe concedere ſubdito ipſius Suffraganei. C.C. lib. 56. ad 329.

8 Die 9. Iulij 1644. S. C. C. reſpondit, Metropolitanum Sede vacante ingerere ſe poſſe in regimine, & cura Eccleſiæ ſuffraganeæ vacantis, & Capitulũ non habentis.*

METVS.

Datum. Feſtum. Furtum. Iudex. Matrimonium. Ordo. Papa. Promiſſio. Sacerdos.

1 **Q**Vid. Metus eſt trepidatio mentis, inſtantis, vel futuri periculi cauſa. *l. 1. ff. u. Eo quod met. cauſa. gloſ. c. vno v. vim. De his quæ vi. in 6.*

2 Metus iuſtus, ſeu cadens in conſtantem virũ, quo ad effectum excuſandi metuentem à peccato, eſt ille, quem *D. Thomas communiter receptus in 4. diſt. 29. quæſt. vnica ad 2.* tradit, ideſt quo eligitur minus malum, ad euitandum maius. *Vide l. Metum 5. ff. u. eo quod metus cauſa.*

Quo vero ad effectum, vt actus per eum factus ſit irritus, vel irritandus, non eſt metus prædictus; ſed metus amiſſionis vitæ, membri, libertatis, honoris, famæ, bonorum omnium, vel maioris partis, ſi magna ſint: non ſolum quando nobis huiuſmodi mala timemus: ſed etiam quando alijs coniunctiſſimis, vt coniugi, Parentibus, filijs, Auis, fratri, ſorori; nepoti, vel alteri amiciſſimo. *l. Iſti quidem 8. ff. u. Eo quod metus cauſa. Bonac de matrim. quæſt. 3. pun. 8. n. 6.*

Eſt item grauis metus ſtupri, infamiæ, amiſſionis dignitatis, iniuſtæ excommunicationis, reuerentiæ Paternæ, vel ſuperioris, importunarum precum, nempe ſæpius, inuerecundè, & inſtanter repetitarũ, vel quod pru-

prudens arbitrabitur, bene perpenſis circũſtantiis, ſexus, ætatis, innatæ magnitudinis, vel paruitatis, vel aliorum accidentium. *Abb. in d. c. 2. de his quæ vi*. Quod probatur multis argumentis.

I. Quia minor metus eſt iuſtus Mulieri, quam viro. *gloſ. c. Cum locum 14. de ſponſal.*

II. Quia Metus iuſtus nõ eſt à Iure diffinitus, ſed Iudicis, ſeu Prudentis arbitrio diffiniendus eſt. *gloſ. c. Cum dilectus 6. De his quæ vi*.

III. Quia Matrimonium metu mortis contractum, & conſumatum, non valet. *Panorm. & com. in c. Conſultationi 28 de ſponſal.*

Et tamen in eo caſu maius malum eligitur, quod eſt peccatum, ad euitandum minus, quod eſt mors.

Vel poteſt dici, quod metus tunç non cadit ſupra copulam, ſed ſupra conſenſum. *Bonac. de Matrim. quæſt. ,. pun. 8. n. 21.*

IV. Quia nullum peccatum Veniale dici poſſet iuſto metu factum: quia omne peccatum etiam veniale, maius eſt malum omni alio malo, quod non eſt peccatum. *Arg. gloſ. c. 6. ſi aliquid 22. quæſt. 4. Panorm. in c. Sacris 5. De his quæ vi*.

V. Quia ſuſcipiens ordinem ſacrum metu iuſto, quamuis verum ordinis characterem ſuſcipiat. *Arg. c. Maiores 3. de bapt.*

Voto tamen continentiæ illi annexo nõ tenetur. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 11. Arg. c. 1. De his quæ vi. Infra v. Ordo*.

Et tamen continentia non ſolum non eſt malum, ſed etiam tale bonum, quo in genere ſuo non eſt maius bonum.

VI. Quia votum Puellæ Religionem intrantis propter metum reuerentialem Patris, eſt irritum etiam quo ad forum exterius. *Gloſ. cap. Præſens 4. 20. quæſt. 3. Nauar. c. 22. n. 51.*

De hac materia Metus in conſtantem virum cadentis nonnulla alia dixi in Collect. ad Prou. 28. 1 3. & in tit. de Nuptijs n. 44. & ſeqq. & in tit. de Action. nu. 262. vbi, quando Metus Minarum grauis cenſeatur.

3 Metus ex ſolis minis non probatur, niſi fuerit deuentum ad actum. *l. Metum 9. c. De his quæ vi*.

Quando procedit in probatione Metus pro annullatione actus: ſecus quando tractatur de poſſeſſione ciuili, quæ ſolo animo amittitur. *Rota apud Farin. par. 1. tom. 1. deciſ. 5. n. 5.*

4 *Effectus*. Metu extorta, vel vi regulariter valent, licet poſtea poſſint reſcindi. Exceptis authoritate Tutoris interpoſita per metũ, Iuriſdictione, abſolutione à cenſuris, traditione rerum ſacrarum, Matrimonio, & voto; quæ ſex ſi metu fiant, ſunt ipſo iure nulla. *Vnde gloſ. c. 2. v. Coactus in fine. De his quæ vi*. ponit hos verſus.

Tutor, Iudicium, Dos, Sacrum, Copula, Votum.
Hæc ſex vi facta de Iure ſcias fore nullas;
Cetera ius patitur, ſed poſtea reſtituẽtur.

5 Vxor conſentiens in alienationem ſui fundi, quia non audet contradicere propter nimiam reuerentiam, ſiue metum viri, ſibi non præiudicat. *Oinot. de action. §. Quadruplo n. 44.*

Si tamen interueniat præſentia Conſanguineorum, Metus allegatio ceſſat: niſi vir ſit talis Perſona, quæ potens exiſtat inferre metum etiam in præſentia talium. *l. Tranſactionem 35. C. de tranſact.*

6 Subditi magis ex timore, quam ex debito præſumuntur conſentire grauaminibus. *Rota apud Farin. p. 1. to. 1. deciſ. 5. n. 3.*

MILES.

Habitatio. Hieroſolymitani. Iuramentum. Mercatura. Penſio. Priuilegium.

MINISTER. *Intentio. Monialis.*

1 QVi curam habet externarum rerum, 2 Caſtaldus, & alio nomine Maiordomus dicitur. *Gloſ. c. Saluator, 8. V. Caſtaldum 1. quæſt. 3.*

2 Miniſtri omnia præſumuntur gerere de voluntate, & mandato Dominorum, *c. fin. de iureiur. in 6. Rota apud Farin. p. 1. deciſ. 520. nu. 2. Vide in canon. lib. 1. tit. 38. De Procur. n. 21.*

3 Miniſtro Iuſtitiæ indebitè pignoranti, ſeu grauanti, vel ſi aliter Iuſtitiæ terminos excedat, poteſt de facto reſiſti. *Oinot. de action. §. Quadrupli n. 28.*

4 Miniſter, ſeu Prælatus de dilapidatione ſuſpectus alienare prohibetur, & ei Coadiutor datur; & ſuſpicione probata, ab adminiſtratione remouetur. *c. Venerabili 37. de off. De leg. c. fin. de accuſat. c. licet Heli 31. De ſimon. Sayr. lib 5. c. 21. n. 7.*

5. Miniſter, ſeu Adminiſtrator, cum rationes reddere debet, non ita libros edere tenetur, vt deueniant in manus Partis aduerſæ; ſed ſufficit, ſi eos oſtendat, ac deſcribendi copiam faciat, vel, ſi res ſit litigioſa, apud Tertium deponat. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 151.*

6 Miniſtri Infirmorum neque ad Carthuſianos tranſire poſſunt ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ. *vt dixi in tit. De Regular. n. 5.*

MINOR. *Donatio. Iudex. Homicidium.*

1 IN *ſpiritualibus* agit vt maior: vnde tenet renunciatio beneficij ab eo facta, licet ſine Patris, vel Curatoris authoritate. *Cap. fin. de indic. lib. 6. Em. Sà. v. Minor. 6.*

2 Minor maiorem ad diuiſionem prouocare non poteſt. *Oinot. de auth. Tutor. §. fin. num.*30. v. Diuiſio.

3 Minoris confeſſio adminiculata probat. *Rota apud Seraphin. deciſ.*1443. *Addit. ad Ludouiſ. deciſ.*188. *num.*11.

4 Minoris confeſſio extraiudicialis, etiã emanata ſine auctoritate Curatoris, inditiũ ad torturam contra ipſum facit. *Farin. quaſt.* 82. *num.*24.

5 Minor non iuuatur beneficio minoritatis, quando eſt Mercator. *Rota deciſ.* 26. *num.*3. *par.*3. *recentior.*

MISSA.

Altare. Anima. Beneficium. Cappella. Clauſura. Confraternitas. Diſtributiones. Eccleſia. Epiſcopus. Feſtum. Graci. Hieroſolymitani. Interdictum. Monialis. Obligatio. Officium. Ordinarius. Parochus. Pileolus. Presbyter. Regularis. Sacerdos. Vinum.

1 Valor Miſſæ finitus eſt, & limitatus, quantitatis ſoli Deo notæ, licet Chriſtus, qui in ea offertur, ſit illimitati, & infiniti valoris: nam eius merita finito, & limitato modo in ea Nobis applicantur. *S. Thom.* 3. *quaſt.* 79. *art.* 5.

2 Miſſæ valor, tam impetrationis, quam ſatisfactionis: in tres partes principales diuiditur.

I. Pro tota Eccleſia, præcipuè pro præſentibus, quæ diſtribuitur à Deo vnicuique ſecundum propriam capacitatem, & ſemper eſt eadem, ideſt non creſcit neque decreſcit ex minori, vel maiori numerò audientium, ſeu fidelium, ſed bene ex maiori, ſeu minori diſpoſitione eorumdem.

Secunda Pars eſt offerentis, eius ſcilicet, qui eſt cauſa celebrandæ Miſſæ, vel ſtipem dando, vel alio modo: quæ pars obuenit Sacerdoti, ſi ex deuotione celebrat. Hæc autem creſcit, & decreſcit, non ſolum pro maiori, vel minori diſpoſitione ſubiecti, cui applicatur; ſed etiam pro maiori, vel minori numero: vnde Miſſa, quæ pro pluribus offertur, non tantum prodeſt ſingulis, ac ſi pro vno offerretur.

Sed non deſunt, qui tenent, hunc valorem eſſe infinitum. *Peyrin. Conſt.* 5. *Iulij Secundi*, §.5. *Lezana v. Miſſa n.*8. *& alij*. Opinio tamen, quæ tenet eſſe finitum, videtur decretis Apoſtolicis conformior.

Tertia pars datur ipſi immediato offerẽti, ſcilicet Sacerdoti: quæ tam ex opere operato, quam ex opere operantis creſcit, & decreſcit iuxta diſpoſitionem ſubiecti: vnde ſi nullam habet diſpoſitionem, puta quia celebrat in peccato mortali, nullam habet partem; ſed non fraudantur alij, quia Miſſa, etiam Sacerdotis mali, eſt ſatisfactoria pœnæ eius, pro quo ſit. *Ex S. Thoma, Scoto, & Soto, Nauar. c.*25. *n.*110. *verſ. Secundo.*

Ad hanc reuocari poſſet Pars circumſtantium, qui etiam ipſi ſunt offerentes, & celebrantes per Sacerdotem.

Hanc vero partem, tam à Sacerdote, quã à circumſtantibus poſſe alteri capaci ad libitum applicari, probabile quidem eſt, ſed non certum.

Multi quoque docent probabiliter *ſecundum Pauon. prima par. Medit. Sacrificij incruenti. Inſtruct.* Fructum, ſeu valorem infallibilem, qui ſemper prouenit ex Miſſa, conſiſtere in remiſſione pœnarum debitarũ pro peccatis quo ad culpam remiſſis. Ipſe tamen probabiliter arbitratur, conſiſtere etiã in impetratione ſaltem quorundam Diuinorum auxiliorum: quæ nos quidem, vt plurimum non aduertimus, vel quia conſiſtunt in actibus internis, vel quia non ſtatim celebrata Miſſa præbentur, ſed loco, & tempore congruis.

3 *Currens* Miſſa, ſiue de die, licet ferialis, celebrari poteſt pro qualibet Miſſa, *vt dixi in Can. lib.*3. *tit.*41. *celebr. Miſſar. n.*1.

4 Quid faciendum ſit, quando Vigilia incidit infra octauam. *Rubrica Miſſal. Vrb. VIII. par.*1. *t.*3. *n.*2.

5 Quando poſſit cantari Miſſa de Feſto, quod transferri debet, ibid. c.6.

6 *Conuentualis* Miſſa cantari debet quotidie in collegiatis, quarum Clerus eſt numeroſus, & redditus non tenues, 1603. Cirenza, 14. Ian. 7.

Nec poteſt omitti pro Miſſa Defunctorum, 1602. Fondi 5. Martij 20.

In feſtis tempore æſtiuo hora 14. hiemali hora 17. 1601. Caſtellaneta 27. Iulij 75. §. 11.

In ferijs poteſt dici paulo citius, modo non valde diluculo, 1601. Aliffe 20. Febr. 86. §.2. 1602. Caſtellaneta 17. Sept. 102.

7 *Votiua* Miſſæ non ſunt tolerandæ in feſto duplici, licet non ſit de præcepto, exceptis miſſis Defunctorum, præſertim in Altaribus priuilegiatis. Idem decretum eſt de illis diebus, in quibus Feſtum duplex transferri iubetur. Si vero ſit feſtum de præcepto, non ſunt tolerandæ neque in Altaribus priuilegiatis, præter vnam cantatam præſente corpore. *Ex Suar. & Sacr. Congr.*

8 Miſſæ triginta S. Gregorij dici debent ſucceſſiuè ſingulis triginta diebus, vt latius explicaui in Can. lib.3. tit. 41. Celebr. Miſſar. n.17. & in Collect. ad Ierem. 48. 10. 12.

9 Miſſa Beatificati dici non poteſt extra diem, & locum deſignatum in decreto Beatificationis; neque à Perſonis, quibus non eſt ſpecialiter conceſſa. *Ex Sac. Congr. Diana* 2. *tr.*15. *reſol.*55.

Inue-

Inuenitur circa hoc ſemel diſpenſatum per Sacram Congreg. Epiſcoporum cum Card. Ab Auria Archiepiſcopo Panormitano, ſed facto verbo cũ Sanctiſſimo, 1610. die 17.Sept. Contrarium *Paſqualig.de ſacram. quaeſt.*276.

10 *Onera* perpetua celebrandarum Miſſarum abſque Epiſcopi licentia in ſcriptis, à ſęcularibus ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurren.à Regularibus vero ſine licentia Prouincialis in ſcriptis ſub pœna priuationis officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vociſque actiuæ,& paſſiuæ, abſque alia declaratione ipſo facto incurren. non recipiantur. S.Congr.Conc. ſub Vrb. VIII. conſt.43. *Cum ſæpe contingat*. Pro exiſtentibus in Italia, & Inſulis adiacẽtibus 21. Iunij 1625.

Quæ ibidem præcipit ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurren. ijs, ad quos pertinet, vt pecuniæ, ac bona mobilia, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs,Hoſpitalibus, Societatibus,Congregationibus, Monaſterijs, Conuentibus, ac locis omnibus, tam ſæcularibus, quam Regularibus, atque illorum perſonis, in futurum ſimpliciter acquirenda, ſtatim à die realis acquiſitionis deponi debeant apud Aedem Sacram, vel Perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, ſeu illorum pretium quam primum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur. Ac ſi eadem bona auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, pretium eorumdem ſub eàdem pœna debeat deponi, ac in alijs bonis ſtabilibus conuerti, cum repetitione eiuſdem oneris.

Et olim etiam 1575. Taranto 720. decretum fuerat, pecunias, & alia legata pro Miſſis celebrandis, in alios vſus, licet pios, conuerti non debere. *v. Diſtributiones*.

✝ Si vero decimæ,ſiue fructus pro Miſſarũ celebratione alijſue oneribus aſſignati, ſine culpa Recipientium exigi nõ poſſunt, factis diligentijs, non tenentur ad onera pro eo tempore. Ç. C. Ferrarien. 16. Ian. 1644. & pro Carthuſianis 20. Iulij 1641. Immo dum pecunia redempti, ſeu reſtitui cenſus manet in depoſito otioſa,cæteri Eccleſiæ redditus non ſunt obnoxii Miſſarum celebrationi. C. C. 15. Sept. 1657. Lim. *

11 Epiſcopus ſequeſtrare poteſt fructus Beneficij pro adimplendis Miſſarum oneribus, modo aperte conſtet de obligatione, vel ex fundatione, vel ex antiqua conſuetudine, 1593. Fondi 15. Febr. 45. Non tamen moleſtare poteſt pro miſſis omiſſis eũ, qui ſe cum R. Fabrica compoſuit, 1655. Acquapendente 25. Iunij 133.

12 Si quis Miſſam vno die omiſſam remittat in ſequenti, nullam debet incurrere pœnam, modo non ſit Miſſa conuentualis, 1593. Treuico 9. Martij 62. §.1.

13 Permitti debet carcerato, etiam pro delicto, celebrare per alium, & participare de miſſa, 1594. Melfi 11. Iulij 198.

Sicut etiam abſenti, etiam per Regulares, 1597. Caſale 21. Iulij 59.

Nec regulares indigent licentia Ordinarij, ſed Rectoris Eccleſiæ tantum,renouanda de anno in annum, 1617. Regolari 10. Ianuarij 9. 1627. Oſſeruanti di Raguſa, 27. Maij 244.

14 Epiſcopus, vel Generalis non poſſunt reducere Miſſas relictas poſt Conciliũ Tridentinum, 1617. Brindici 30. Iunij 118. Sac.Congr. Concilij 21. Iunij 1625. In Bull. conſt. 43. *Cum ſæpe contingat*. Vt latius dixi in tit. de celebr. Miſſar. n.10.

Sacra vero Congregatio etiam Epiſcoporum, & Regularium ſic, 1606. Palermo 28. Ian. 7. 1645. Anagni 5. Maij 1. Spoleto 30. Iunij 8.

Etiam impoſitas in fundatione, 1586.Fano 4. Febr. 97. Bagnarea 11. Febr. 121.

Hodie tamen onera fundationis remittere ſolet ad Sanctiſſimum.

15 *Locus*. Epiſcopus cogere non poteſt ad celebrandum in Cathedrali alias non obligatos, 1646. 23. Febr. 18.

16 Communitates poſſunt facere celebrari in Parochiali, vel alijs Eccleſijs, aut Cappellis, quot Miſſas volunt, ſine tamen præiudicio Iurium Parochialium, etiam quo ad oblationes, 1581. Penna 29.Nouembris 6. 1625. Bergamo 11. Aprilis 36.

17 Non poteſt Epiſcopus cantare Miſſam in Eccleſijs Regularium ipſis inuitis, vbi non eſt ſolitum, 1593.Ferrara 6.Iul.212.

18 Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt Miſſæ relictæ à Teſtatore in vna Cappella, dicantur, vel remittantur in alia, quando ſatisfieri poſſunt in propria, 1580. Hiſpalen. 30. Septembris 156.

Multo minus in alia Eccleſia,1601. Como 9. Ian. 48. Iubetur tamen Epiſcopus aſſignare Altare in noua Cathedrali,vbi celebrentur Miſſæ, quæ celebrandæ eſſent in Altari Cathedralis dirutæ,1655.Acquapendente 25. Iunij 133.

19 *Tranſlatio* onerum Miſſarum, Oratorio, vel Cappellæ anguſtiori relictarum, fit ad Matricem ſeu Parochialem, & non alio, 1579. Rimini 1. Decembris 10. 1646. 7. Decembris 6.

20 *Sacerdos* inquiſitus, ſed abſolutus celebrare poteſt, ſi non, adſit ſcandalum

1649.

1649. Catanzaro 8. Ianuarij 12. *v. Exilium.*

Et cui fuit aſſignatus Conuentus pro carcere, non prohibetur ire in Eccleſiam ad celebrandum, 1651. Silueſtrini di Recanati, 11. Auguſti 8.

Non tamen cæcus, vel paralyticus, 1603. Tortona 7. Ianuarij 1. 1648. 17. Ian. 2. 26. Iunii 9.

Nec carceratus pro delicto graui, 1601. Napoli 2. Maij 59.

21 Miſſæ ad ſatisfaciendum eleemoſynis alicui Eccleſiæ traditis celebrari nō debent per exteros, vbi commodè poſſunt ſatisfieri per Sacerdotes eiuſdem Eccleſiæ, 1606. Otranto 28. Ian. 6.

22 *Regulares* quando poſſint admittere exteros ad celebrandum in eorum Eccleſijs, dixi in Can. lib. 3. tit. 31. n. 15.

23 De prohibitione dicendi Miſſas proprias conceſſas certis Regularibus tantum habetur in principio Miſſalis noui Decretum Sacræ Rituum Congregationis.

24 Regulares in aliqua Eccleſia celebrare ſoliti compelli debēt ad continuandum, 1580. Rimini 10. Maij 96.

25 Etiam Regulares tenentur in libro ſcribere, quando celebrarunt, 1628. Oſſeruanti 16. Iunij 195. Licet ſatisfactio Miſſarum non ſolum per ſcripturam, ſed etiam per omne genus probationum probari poſſit, 1655. Ceſena 25. Iunij 136.

† S. C. C. in vna Placentina 9. Decembris 1651. cenſuit, per Epiſcopum fieri poſſe præceptum Regularibus, ne abſque ſua licentia accedant ad Eccleſias Monaſteriorum Monialium pro celebrandis ibidem Miſſis. *

26 Regulares celebrantes in Eccleſia Monialium debent eſſe quinquaginta annorum, 1621. Faenza 4. Maij 68.

27 *Paramenta* ſumi non debent de Altari, niſi pro Epiſcopis ſemper, pro alijs vero quando celebrare poſſunt Pontificaliter, vt dixi in Can. lib. 5. tit. de priuileg. n. 17.

Non ideo tamen prohiberi poteſt ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, ne quis paretur ad Altare, etiam vbi adeſt Sacriſtia, 1605. Crema 28. Nouemb. 141.

28 *Tempus n.* 6. Miſſa priuata celebrari poteſt paulo ante auroram, 1602. Trani 19. Nouembris 125.

Puta per vnam horam, maximè de licētia S.C. 1620. Calaguritan. 1. Decemb. 188. 1623. Vicen. 10. Nouemb. 113. 1624. Ian. 3. 1646. Nullius Caſtellana 13. Iulij 27. 1647. 3. Maij 18.

Vel per horam poſt meridiem, 1624. Piſa 5. Martij 27.

29 In triduo ante Paſcha non celebratur, niſi vt dixi in d. tit. de celebr. Miſſar. n. 5.

30 In Eccleſijs Parochiæ non celebretur Miſſa, antequam ſit finita miſſa Parochialis; neque in ipſa Parochiali niſi poſt eleuationem Sacramenti: & vbi plures Sacerdotes eodem tempore celebrant, non egrediatur vnus, antequam alter Sacramentum eleuauerit, ſi commodè fieri poſſit. *Sac. Congreg. Epiſcopo Sarzanen.* 14. *Maij* 1585.

Contrarium tamen reſcriptum poſtea fuit Archiepiſcopo Rhegienſi 8. April. 1603 nempe vt moderaretur ſuum Decretum, quo prohibuerat miſſas celebrari in Eccleſia Annunciatæ ante finitam miſſam in Eccleſia maiori.

Et 1579. Epiſcopo Cluſino 11. Aprilis ſimiliter: dummodo pro poſſe euitetur cōcurrentia cum Parochiali.

Sed habent locum pro diuerſitate locorum. Certe in locis populoſis, & inſignibus celebratur vbique ad libitum abſque vllo reſpectu Eccleſiæ Matricis, vel Parochialis.

Et Regularibus nullibi poteſt Epiſcopus præſcribere horam cantandi, vel priuatim celebrandi miſſam, 1581. S. Angelo 2. Aug. 104. 1593. Concordia 30. Iunij 206. 9. Auguſti 244.

Niſi ex auctoritate S. C. alternatiuè, vt vel expectent poſt miſſam Parochialem; vel publicent feſta, vigilias, excommunicationes, & matrimonia, prout inſtabit, ſeu ſignificabit Parochus, 1642. S. Ambrogio 9. Maij 148. 1643. Minimi di Mantoua 4. Decembris 549.

31 Quotidie, vbi ſufficiens numerus Sacerdotū in Eccleſia aderit; vbi vero duo ad minus, ſaltem in Dominicis, & Feſtis de præcepto, Miſſa vna in aurora celebretur per hebdomadam pro pauperum, & ruſticorum commoditate, ſicut & viduarum, ac nobilium, condignis veſtibus carentium: in qua celebrans partes eſſentiales doctrinæ Chriſtianæ omnino explicet, & miſſam ante ortum Solis incipiat. *Sac. Congr. Epiſcopo Veſtano* 18. *Febr.* 1592. *Arg. c. neceſſe de conſecr. diſt.* 1.

32 *Eleemoſynam, ſeu ſtipendium n.* 10. pro miſſa celebranda manualem accipiens, non poteſt illam celebrare per alium, retenta ſibi parte eleemoſynæ. *Sac Conc. Congregatio in Decreto ſupra citato num.* 10.

33 Beneficiarij tamen, vel tenentes legata celebrandarum Miſſarum, vel Officiaturas, etiam ad nutum amouibiles, non tenentur dare, niſi eleemoſynam conſuetam, ſeu præſcriptam ab Ordinario, vt declarauit eadem S. C. ad dictum Decretum. *Barboſa de officio Parochi c.* 11. *n.* 13.

34 Pro

34 Pro vna miſſa plura ſtipendia recipi non poſſunt ex quocũque priuilegio; quia omnia reuocata fuerunt in dicto Decreto.

† Neque ex eo, quod Sacerdos vni applicet ſacrificium, alteri partem ſuam, 25. Ian. 1659.

Probata à Sanctiſſimo 29. Ian. 1659.

Neque ex eo, quod vni applicet fructum impetratorium, alteri vero ſatisfactorium, 13. Decembris 1659.

Fr. Io. Baptiſtæ Morales Dominicano fuit conceſsũ ab Vrbano VIII. vt in itinere ad Indias poſſet recipere quatuor eleemoſynas pro vna miſſa. P. F. 30. Iunij 1654. & 13. Iulij 1654. *

Adhuc tamen probabilis videtur opinio Alphonſi de Leone, quem refert *Diana 2. tr.14. reſol.26. & 80.* quod qui celebrare tenetur abſque obligatione ſacrificium applicandi, poſſit aliud ſtipendium recipere; non quidem pro pretio applicationis ſacrificij, quia ſic eſſet ſimonia; ſed titulo ſuſtentationis, vel eleemoſynæ.

Nec obſtat declaratio eiuſdem S.C. ad d. Decretum, quæ eſt huiuſmodi. *Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu Cappellæ, legati aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint; non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatiſfacere.*

Nam nunquam fuit dubitatum, an præter titulum laboris, adeſſent etiam alij tituli liciti, & iuſti, propter quos licitè accipi poſſet ſtipendium pro miſſæ celebratione, abſque eo quod dicatur accipi tanquam pretium ipſius ſacrificij; quia certum eſt adeſſe multos; & præcipuè ſuſtentationis: ſed an ſupradictum decretum editum, & publicatum ſub die 21. Iunij 1625. de celebratione Miſſarum, intelligeretur ſolum de manualibus eleemoſynis, ita vt qui receperat vnam manualem eleemoſynam pro miſſa, non poſſet pro eadem accipere aliam manualem: non vero intelligeretur, nec comprehenderetur in Decreto, qui tenebatur celebrare cum ſacrificij applicatione ratione beneficij, Cappellæ, legati, aut ſalarij, ſi pro eadem applicatione reciperet aliud manuale ſtipendiũ: & bene reſpondit hoc fieri non poſſe. Non vero fuit intentio determinandi, quod qui quomodocumque celebrare tenetur abſque applicatione ſacrificij, non poſſet aliundè aliud ſtipendium pro eodem ſacrificio accipere ex eo, quia cum habeat iuſtum laboris ſtipendium, cenſeatur reſiduum accipere pro ipſo ſacrificio, & ſic committere ſimoniam: quia fuiſſet vno verbo damnare omnes iuſtos titulos præter laborem, & præcipuè ſuſtentationis, quod non reſpicit tantum laborem, quantum obligationem ſtatus, quem non decent multa, ex quibus homo poſſet ſuſtentari. Vltra quod certum eſt, eum qui titulo ſuſtentationis reciperet ſtipendium maius debito, vel ſolito, non committeret ſimoniam, ſed iniuſtitiam. *Bonac. quæſt. 6. pun. 2.* per quod corruit ratio contrariæ opinionis.

Præterea Sacerdotes, qui tenentur celebrare ratione Beneficij, ſeu Cappellæ, legati, aut ſalarij, regulariter tenentur etiam applicare ſacrificium. Leges autem adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, & odioſa ſunt reſtringenda.

Idem Diana clarius 4. *tr. 4. reſol. 16. & 5. tr. 13. reſol. 51.* dicit, ſecluſa conſuetudine in contrarium, etiam Miſſam Conuentualem poſſe applicari ei, qui dedit ſtipendiũ, *& 6. tr. 6. reſol. 13. Lezana v. Miſſa n. 21.*

† Sacra C. C. die 15. Ian. 1630. cenſuit remittendum iudicio Epiſcopi, an ex inſtitutione Canonicatuum, vel alijs probationibus cõſtet, quod onus celebrationis Miſſarum fuerit inſtitutum cum applicatione Sacrificij. Quod ſi non conſtet, non teneri celebrare cum applicatione Sacrificij.

Item 13. Febr. 1638. vtraque parte informante cenſuit, ſex Cappellanos ad nutum Abbatis S. Benedicti amouibiles, certam portionem frumenti ab eodem Abbate quolibet menſe recipientes, nullo onere applicationis Sacrificij adiecto, poſſe de ipſius Abbatis cõſenſu pro Perſonis eleemoſynam elargientibus Sacrificium, prout hactenus conſueuerunt, applicare. *Nucerina.**

Secundo limita, poſſe accipi plura ſtipendia pro vna Miſſa de conſenſu partis; dummodo poſſit conſentire, ſcilicet quia miſſas celebrare faciat ex mero arbitrio, & deuotione ſua, non autem in executionem voluntatis alterius.

Tertio limita, quando applicatio fit ex charitate, abſque alterius ſtipendij receptione; vt ſæpè contingit in Religionibus pro Religioſis morientibus, pro parentibus in neceſſitate poſitis, &c. ſaltem ſub conditione, ſi & quatenus applicari poteſt. *Lezana num. 22.* Nam hæc limitatio niti videtur eo fundamento, quod valor applicationis ſacrificij ſit infinitus: quod tamen non eſt certum, vt ſupra dixi n. 1. & 2.

Quarto quando Sacerdos eſt in extrema neceſſitate, quæ non habet legem: tenetur tamen ſupplere, in quantum poteſt. *Lezana num. 24.*

35 Licet Miſſam celebrans ex voto fructum illius cuilibet applicare poſſit, non poteſt tamen pro ea aliquam ſtipem accipere,

pere, quia obligationi voti ſatisfieri non poteſt per opus ex alio titulo debitum, niſi vouens ipſe intenderit aliud tacitè, vel expreſsè. *Bonac. de legib. diſp. 4. quaſt. 2. pun. 6. & ſeqq.*

Sed ex ſupradictis n. 34. probabile cenſeo, quod & hic à fortiori ſtipem accipere poſſit. *Diana 5. tr. 14. reſol. 81.*

36 Sacerdoti Miſſam nouam celebranti licet oblationes accipere, modo non diſcedant ab Altari, 1601. Genoua 1. Octob. 96. & antea ad S. Carolum vt refert Synod. Caputaq. ſeſſ. 2. c. 11. n. 9.

37 Si tribuens eleemoſynam, vel Teſtator numerum Miſſarum celebrandarũ non præſcripſit, Ordinarius eum præſcribet ſecundum morem ſuæ Ciuitatis, vel Prouinciæ. *Sac. Concil. Congregatio in declaratione ad dictum Decretum Conſt. 43.* Et tenetur Sacerdos tot Miſſas celebrare, quod fuerunt vt ſupra præſcriptæ, licet minorem eleemoſynam accepiſſet. *Ibidem.*

38 Sacra Conc. Congregatio in decreto ſæpius citato remoueri præcipit ab Eccleſijs capſulas cum inſcriptione, *Elemoſina per le Meſſe*, ſub iiſdem pœnis vt ſupra, etiam in die commemorationis omnium fideliũ Defunctorum, quæ vulgo dicuntur, *Caſſe de' morti*, ſi tamen tunc alio celebrandarum Miſſarum onere detineantur, quibus non poſſint intra modicum tempus ſatisfacere, nec adſit expreſſus, vel tacitus conſenſus offerentium; quem præſtare non poſſunt ij, qui ex legato, vel alias ex arbitrio aliorum curare tenentur miſſas celebrari.

39 *Ritus.* Dari pacem cum patena in miſſa prohibuit Pius V. in Epiſtola ad Archiepiſcopum Tarraconenſem.

40 Orationes quaſdam additas miſſæ, iaculatorias tamen & breues, concedit, ſeu potius tolerat S. C. *Teſte Gauanto in Rubr. Miſſal. tit. 16. n. 2.*

41 Miſſæ cum paramentis violaceis, licet ſint votiuæ ſolemnes, nunquam dicuntur cum *Gloria in excelſis.* *Credo* vero dicitur, quandocumque celebrantur in Dominica, vel alio feſto, cuius officium requirat Symbolum in miſſa. *Arg. Rubr. c. 8. n. 4.*

42 *Audiens* miſſam in Oratorio priuato non ſatisfacit præcepto, ſi non ſit Dominus, vel familiaris eius, præſente ipſo Domino. *Bonac. de Sacram. diſp. 4. quæſt. vlt. pun. 12. num. 4.*

43 Miſſam audiens de feneſtra priuatæ domus, non ſatisfacit præcepto; quia non dicitur moraliter præſens: ſecus ſi ſit aliquantulum extra portam Eccleſiæ, puta in cœmeterio. *Diana 4. tr. 4. reſol. 154.*

Lugus tamen tenet contrarium, dummodo non diſtet vltra 30. paſſus.

44 *Moniales* ſingulis miſſis pro ſingulis diebus debent eſſe contentæ; exceptis diebus celebrationis propriorum feſtorum, vel exequiarum alicuius monialis, ita numeroſis, vt omnes eidem miſſæ nequeant interuenire, 1620. Lucca 22. Decemb. 320.

45 Per indultum Altaris priuilegiati à monialibus obtenti in quo dicitur, *Vt quandocumque ad dictum Altare per quemcumque Sacerdotem ſæcularem, ſiue Regularem Miſſa celebrata fuerit, &c.* Non intelligitur derogatum prohibitioni etiam Ordinarij; ne quis celebret in Eccleſia monialium ſine ſua licẽtia, 1610. Napoli 10. Iunij.

46 *Intra clauſuram* omnino prohiberi debet Celebratio, etiam ad communicandas Infirmas, 1593. Lisbona 23. Aug. 263. 1611. 21. Ian. 7.

Non obſtante quolibet, vel antiquiſſimo in contrarium vſu, 1601. Bologna 2. Ianuarij 23, 1602. Genoua 10. Decemb. 85.

† MISSIO.

Precedentia. Cap. Conuentus.

1 Regulares Profeſſi non poſſunt amplius vti facultatibus Miſſionariis, poſtquam fuerunt dimiſſi, vel eiecti, exceptis Ieſuitis. P. F. 1626. 117. 16.

2 Patentes Miſſionis non dantur laicis tam ſæcularibus, quam Regularibus, ſed Sacerdotibus tamen, qui ſint Theologi, vel ſaltem Caſiſtæ, 1625. 19. Septemb. 1633. 13. Auguſti. *

MITRA.

1 Nullo modo permitti debet Canonicis etiam Cathedralis portare Mitram, niſi iuxta diſpoſitionem ſuorum priuilegiorum, quando ſunt in vſu, 1617. Meſſina 21. Febr. 30.

2 Candelæ, Cineres, Palmæ, diſtribuuntur ſtando cum Mitra in capite, ab eo, qui priuilegium habet eam geſtandi, 1650. Lucca 18. Febr. 6.

MODVS. Legatum 33.

MOLA.

Permitti non debet intra clauſuram, niſi cederet ad firmiorem cuſtodiam illius, 1579. Como 7. Iulij 87. 1581. 8. Aug. 107.

MONASTERIVM.

Acceſſus. Cappuccini. Eccleſia. Gubernatio. Licentia. Monialis. Proſpectus. Regularis. Viſitatio.

1 E*rectio.* Monaſteria monialium diſtantia eſſe debent à Conuentibus Regularium, ſecundum can. *Monaſteria Puellarum* 18. q. 2. 1647. 7. Iunij 40.

Quare ſi Proſpectus procedit à parte Regularium, ipſi debent illum tollere ſuis expenſis cum nouis parietibus. Sed ſi commodè

modè prouideri poſſit attollẽdo muros diuiſorios, fieri debet expenſis communibus, ſi muri ſunt communes: alioquin illius partis, cuius ſunt muri, 1580. S. Carlo 29. Decembris 22.

2 Abbatiſſa vidua, in Monaſterio erecto auctoritate ordinaria, valide admittit ad profeſſionem, 1629. Arras 16. Martij 87. Atrebaten. 22. Iunij 209. *v. Profeſſio.*

Breuia tamen pro translatione Inſtitutricum, vel ſimilibus gratijs, non expediuntur, donec Secretario breuium conſtet per decretum S. C. quod Monaſterium habeat requiſita; 1603. Coſenza 13. Maij 37. Bologna 15. Septemb. 71. 1645. Roma 19. Maij 34

3 Diffinitorium concedere non poteſt erectionem Monaſteriorum monialium, 1651. Oſſeruanti d'Aquitania 26. Maij 5.

4 *Redditus* firmi tot debent eſſe, vt ſufficiant ad viuendum ſine quæſtuatione; nec conſiſtant in cenſibus: alioquin clauſura non conceditur, 1602. Bergamo 3. Decembris 83. 1624. Venoſa 23. Aug. 208. 1647. Senegaglia 12. Aprilis 38.

5 Debent eſſe ſaltem 300 aurei annui, vt adiunctis dotibus, ſufficiant pro duodecim Monialibus, nec non pro Confeſſario, & Cappellano, 1602. Mileto 23. Febr. 46. 1603. Padoua 3. Febr. 14. Ieſi 16. Febr. 17. Crema 8. Nouembris 74. &c.

Inter hos tamen redditus nõ ſunt computanda lucra monialium, licet ponantur in communi, 1604. Aquila 12. Ian. 2.

6 *Primæ dotes* debent inueſtiri pro augmento redditũ, 1603. Capaccio 23. Iulij 65.

7 *Cappuccinarum* monaſterium erigi nõ poteſt cum eleemoſynis promiſſis à Confraternitate, 1593. Loreto 5. Aprilis 138.

Sed debent eſſe bona propria: ſine quibus iam fundata prohiberi debent, ne recipiant amplius ad habitum, 1593. Bergamo 22. Decembris 373.

Vel ſaltem cenſus annuus ſufficiens, & ſecurus, 1593. Loreto 6. Iulij 215.

Et ſi Monaſterium erigatur ſub prima Regula ſine dote, debet vniri Confraternitati, vel loco pio, qui teneatur ſubuenire monialibus, 1615. Vicenza 10. Aprilis 41.

8 *Ordinationes*, & declarationes Ordinario directæ pro monaſterijs ſeruari debent etiam in monaſterijs ſubiectis Regularibus, 1577. Perugia 8. Aprilis 155.

Secus ſi ordinationes tam pro monachãdis, quam pro educandis, factæ fuerint ab ipſo Ordinario; quia hæ non ligant monaſteria Regularibus ſubiecta, vel aliter exẽpta, 1625. Vercelli 8. Martij 63.

Niſi ex, quæ reſpiciunt clauſuram, & ad illam acceſſum, vel ingreſſum, 1625. Vicenza 1. Aprilis 79.

9 *Adminiſtratio* bonorum monaſterij, cũ deputatione factorum, & colonorum, fieri debet à Sindicis cum approbatione Epiſcopi; fructus vero reddituſque collecti, & exacti conſignari monialibus. Epiſcopo vero rationem reddant tam Sindici, quam moniales, 1651. Città di Caſtello 11. Aug. 30.

Niſi ſecus in fundatione cautum eſſet, 1604. Valliſoletana 12. Ian. 1. verſ. Circa poi.

Iſti Sindici ſiue Sanctesij debent de nouo quolibet triennio eligi, & etiam aliquãde mutari, 1597. Aſſiſi 21. Iulij 78.

10 *Prohibitio acceſſus* ad monaſteria cõprehendere non ſolet Feminas honeſtas, nec conſanguineos in primo, vel ſecundo gradu non Regulares, nec Miniſtros Monaſterij, nec Pueros, 1582. Iſernia 27. Martij 48. 1601. Gubbio 6. Aug. 81. Todi 7. Septembris 100. 1602. Veroli 8. Maij 26. Lucca 4. Iunij 33. 1603. Matera 14. Ian. 3. Polignano 25. Febr. 11. 1604. Città della Pieue, 12. Ian. 4.

Exceptis Aduentu, & Quadrageſima, 1601. Veroli 1. Octobris 96.

Et alijs ieiunijs, ac feſtis ſolemnibus, diebuſque communionis generalis, 1579. Aſſiſi 7. Aprilis 64. 7. Iulij 87.

11 *Licentia* acceſſus, vel ingreſſus in Monaſteria exempta, etiam Regularibus ſubiecta, niſi ab Ordinario quoque ſubſcriptæ fuerint, nullæ ſunt, 1646. Napoli 13. Aprilis 18.

Non obſtante qualibet conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili: immo non obſtante, quod adeſſet in contrarium declaratio S. C. Concilij, 1647. Aquila 22. Febr. 1. *v. Clauſura. Educanda.*

12 Huiuſmodi licentiæ in Ciuitate ſubſcribi debent, prius ab Epiſcopo, vel eius Vicario generali, deinde à ſuperiore Regulari, deinde à deputato Ordinarij. Repentinis tamẽ caſibus extremæ neceſſitatis exceptis, in quibus licentia alterutrius ſubſcriptione roborata ſufficiat. Edicta vero, quibus tempore Aduentus, & Quadrageſimæ, Perſonis ſæcularibus ad eadem Monaſteria prohibetur acceſſus, ab Epiſcopo tantum ſubſcribenda, & publicanda ſunt, 1617. Camerino 17. Martij 6. *vide licentia.*

13 Valet tamen conſuetudo, qua licentiæ huiuſmodi, etiam pro Monaſteriis Regularibus ſubiectis, à ſolo Epiſcopo ſubſcribuntur, 1635. Borgo S. Donnino 16. Nouembris 362.

† Licet conſuetudo huiuſmodi fuiſſet introducta poſt Conciliũ. *lib.* 15. 763. 785. *

14 *Puniri* debent in caſibus particularibus, qui licentiis abutuntur, in iis fraudem

committentes, 1601. Todi 20. Nouemb. 105.

Etiam pœnis corporis afflictiuis, 1588. Ancona 8. Nouembris 235.

15 *Regularibus* prohibetur acceſſus ad Monaſteria, etiam ab ipſis gubernata; exceptis Confeſſario, Cappellano, Superiore, & Viſitatoribus: Epiſcopo vero iniungitur, vt illos carcerari, ſuiſque Superioribus puniendos conſignari mandet, 1579. Rimini 2. Gennaro 27. Perugia 13. Gennaro 33. Como Ferrara 30. Iunii 84. 1580. Vercelli 8. Aprilis 74. 1581. Breſcia 17. Gennaro 30. 1650. 9. Aprilis 8. 10. Iunii 34. *v. Acceſſus*.

Hodie poteſt eos Epiſcopus ipſe punire ex conſt. 18. Greg. XV. *Inſcrutabili*.

16 Intelligitur tamen ad effectum alloquendi Moniales: ſecus ſi Educandas, vel alias Mulieres ſæculares intra clauſuram exiſtentes, quas Regulares de licentia Ordinarii alloqui poſſunt, 1593. Ferrara 9. Auguſti 245.

17 Prohibeatur Fratribus quibuſcumque habere lectos, & pernoctare in manſionibus, quæ ſunt contiguæ Monaſteriis: ipſæ autē manſiones, vel diruantur, vel Clauſuræ incorporentur. Item ne prope eadem Monaſteria monialium dent operam Calopodiis, aliiſque ſimilibus de ligno faciendis, ſub pœnis arbitrio Ordinarii irrogandis, 1605. Camerino 29. Nouemb. 87.

18 *Tranſlatio*. Monaſteria *Forenſia* reduci debent intra mœnia. *Trid. ſeſſ. 25. c. 5.*

Nec ita toleranda, niſi clauſurā habeant tutam, 1601. Bologna 6. Aug. 70. 3. Sept. 89.

Et cum pacto, ne amplius ad habitum recipiant, vt ſic tandem extinguantur, 1610 Coimbra 12. Nouembris.

Sicut & ea, quæ ſufficientes redditus nō habent, 1604. Oſtuni 6. Septemb. 40. Nocera 26. Octobris 66.

19 *Supprimi* non debent Monaſteria, niſi ex cauſis vrgentiſſimis, 1578. Pauia 16. Decembris 21.

Puta ſi nō aſſignentur redditus promiſſi, qui ſufficiant pro duodecim. Nam tunc Nouitiæ remittuntur domum, & moniales aliundè tranſlatæ ad ſuum Monaſterium, 1602 Treuiſo 26. Martij 19. 1603. Nullius Altamura 9. Aug. 58. 16. Octobris 77. 1604. 26. Ian. 8.

Sed non ideo debet exhiberi moleſtia Profeſſis, vel priuari Sacramentis, aut miſſis ſolitis, 1577. Amelia 5. Octobris 17.

Conſentientes vero poſſunt ad alia eiuſdem Ordinis Monaſteria transferri, 1601. Camerino 20. Nouemb. 106.

Si vero transferri non poſſunt, niſi ad Monaſteria diuerſi ordinis; nihilominus Moniales tranſlatæ retinebunt habitum, & obſeruabunt Regulam propriam, 1605. Turino 5. Septemb. 63.

20 Inſtanti, ne prædicta Monaſteria ſupprimantur, præfigitur terminus ad aſſignandum eis tot ſtabilia, vt moniales poſſint viuere, 1619. Lodi 16. Aug. 283.

21 *Ad præiudicandum* alicui Monaſterio non requiritur conſenſus totius Religionis, ſed ſufficit Monachorum illius Monaſterij. *Rota apud Coccin. deciſ. 51. n. 8.*

MONETA.

Exemptio. Pecunia.

1 QVid. Monetæ imaginariæ genus eſt *Libra*, conflata ex pluribus monetis inferioribus. *Rota apud Cenc. deciſ. 214. n. 4.* † per Statutū Vrbis lib. 1. c. 197. taxatur ad baioch. 15. *Othob. deciſ. 226. n. 10.* *

2 Dotes ſolui debent in moneta Romana, non Vrbinate; quia adeſt differentia 30. pro centenario, 1618. Nullius Caſtelduran-te, 17. Martij 87.

Et quia in dubio moneta ſemper intelligitur de Romana, 1649. 26. Febr. 3. 1655. Malta 1. Octobris 271.

3 *Valor*. Monetam habens, quæ ratione materiæ, vel alius ſingularitatis, plus ſibi valet, quam lege publica æſtimetur, poteſt illam permutare pro alia: recepto illo pluri, præſertim in foro conſcientiæ: quia nō accipitur id pro pretio monetæ, ſed pro alio ſecundario vſu, & ſingulari intereſſe. *Nau. c. 17. ſub litt. D. Tolet. lib. 5. cap. 51. n. 2. & 3. Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 2. pun. 4. n. 12.*

4 In materia mutationis monetæ perpetuo Rota ſeruauit hanc diſtinctionem. Quod aut eſt mutata bonitas intrinſeca: & eſt attendendum tempus obligationis. Aut eſt mutata bonitas extrinſeca: & eſt attendendum tempus ſolutionis. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 42. num. 7.*

At vero cum diminutio, vel augmentū eſt notabile, puta per dimidium, procedi debet cum magna cautela, & circumſpectione, ne tumultibus præſtetur occaſio, 1617. Cremona 24. Nouembris 300. c. 3. 23. 2.

5 *Falſa*. Monetam auream, vel argenteam tondentes, fabricantes, aut alias adulterātes, vel quomodolibet adulteratas ſciēter erogantes, aut exponentes, in Italia plectuntur vltimo ſupplicio, licet Eccleſiaſtici ſint, ſiue ſæculares, ſiue quorumuis Ordinum Regulares, etiam exempti, degradati prius ab Ordinibus, ſi quos habent. Iudices vero in huiuſmodi delegantur, in locis quidem immediatè, vel mediatè ſubiectis Eccleſiæ, Cardinales: in alijs vero intra Italiam locorum Ordinarij, etiam priuatiuè quo ad omnes alios. *Pius V. conſt. 120. quam*

confir-

confirmauit, & ampliauit Vrb. VIII. conſt. 75. In ſuprema.

6 Falſam monetam expendens, ſi det Authorem, non punitur: immo ſi expendens ſit bonæ famæ, ſufficit, dare Authorem in genere, licet illum non nominet, forte quia nō recordatur, à quo acceperit. *Franc. deciſ.* 401. *num.* 3. *&* 5.

MONIALIS.

Abbatiſſa. Diſtributiones. Donatio. Dos. Hebræus. Hieroſolymitani. Iudæus. Matrimonium. Monaſterium. Mulier. Ordinarius. Sepultura. Tortura.

1 MOniales Turris ſpeculorum Vrbis non ſunt verè, & propriè Religioſæ, etiam ſi quæ forte vota ſimplicia obedientiæ caſtitatis, & Paupertatis emitterent: vnde poſſunt ad libitum exire; & ſi contraxerint matrimonium, validum erit. *Bonac. to.* 1. *de Clauſura quæſt.* 2. *pun.* 11. §. 1. *n.* 3.

2 *Modeſtia*. Moniales ſe publicè Populo conſpiciendas exhibere non poſſunt, neque de licentia Ordinarij, 1603. Mazara 27. Octobris 123.

3 *Habitus*. Nulli moniali permitti debent circinni, annuli aurei, veſtes vndulatæ, 1601. Parma 1. Octob. 97. *v. Gabitus* 4.

4 *Officium, &c.* Moniales in *Confiteor* nihil mutent, vt dixi in Can. lib. 3. tit. 1. n. 18.

5 *Capellani* monialium dicant Miſſam de ſancto, de quo fit officium à monialibus, ſed cum Miſſali Romano. *Sac. Rit. Congreg.* 20. *Nouemb.* 1628.

6 *De cellis* conſtructis à monialibus dixi in Can. ibid. n. 24. & ſupra v. cella.

7 *De Dotis* monialium depoſito, ibid. n. 18. & ſupra v. Depoſitum, & v. Dos.

8 *De Paupertate* monialium ibid. n. 24. & infra v. Paupertas.

9 *De Sanctiſſimi Sacramenti* Cuſtodia ibid. n. 19. & ſupra v. Clauis, & v. Euchariſtia.

10 *Eleemoſyna*. Monialibus Clauſuram ſeruantibus aſſignari debet dimidia pars Eleemoſynarum, quæ fiunt in Ciuitate. Gregor. XIII. cōnſt. 8. *Deo Sacris*, §. 3. *De nobis attributa*.

Vel ſaltem tertia pars iuxta moderationem Clementis Octaui, vt latius infra v. Neceſſitas.

11 *Si in Abbatiſſæ* electione moniales diſcrepent, quid faciendum. *l. c. n.* 23. & ſupra v. Abbatiſſa.

12 *Nouitiæ* admittuntur ſuffragijs monialium dimidiam partem excedentibus. *Ibid. n.* 20.

Choralium tamen, non conuerſarum, niſi ex conſuetudine, vel priuilegio Apoſtolico, 1638. Pariſien. Pro monialibus Vrbaniſtis 23. Iulij 255.

13 Si Nouitia legere neſcierit, ad profeſſionem Choralem non admittatur. *Ibid. num.* 22.

14 *Educationis* gratia quomodo Moniales recipere Puellas poſſint, vide ſupra v. Educandæ, in Can. lib. 1. tit. 1. n. 21.

15 *Cibum* Moniales non parent externis. *Ibid. n.* 7.

16 *Non lauent* pannos Epiſcopo, 1580. Iſernia 14. Iunij 110.

Multo minus Fratribus, 1601. Bologna 15. Maij 69.

17 *Monaſteria* Monialium non debent eſſe prope Conuentus Fratrum, maximè ſi proſpectus adſit, 1596. 2. Maij 9. c. 23. *Monaſteria Puellarum*, 18. *q.* 2.

18 Priuilegium, quod Meretrices, Cauponæ, Tabernarij, alijque infames, diſtent per 30. perticas à Monaſterijs, rationabile eſt, & debet obſeruari, 1603. Bologna 22. Aprilis 30. 23. Iulij 56.

19 *Translatio*. Moniales quacumque occaſione transferri non poſſunt amplius de Monaſterio ad Monaſteriū ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, toties quoties obtinenda, neque occaſione Prioratus, vel alterius officij, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus. *Ex decreto Pauli V. publicato à Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium ſub die* 22. *Decemb.* 1617. & Generalibus Ordinum Procuratoribus intimato. *Diana* 3. *tr.* 2. *reſol.* 99.

Nam facultas, quæ olim, ſiue de Iure communi, ſiue ex Concilio Tridentino, locorum Ordinarijs, vel Monaſteriorum ſuperioribus ſuper hoc competebat, fuit ſublata per conſt. Pij V. quæ incipit: *Decori*, vt eadem Sac. Congregatio declarauit 1631. die 30. Maij.

20 Monialis translata ad aliud Monaſterium, relinquit dotem primo, ſoluitque nouam ſecundo, 1603. Meſſina 29. Apr. 33.

21 Monialis, quæ in aliquo Monaſterio ſola remanſit, transfertur ad aliud, aſſignādo ei expēſas pro victu de bonis primi Monaſterij, ſi alijs applicantur, 1602. Tortona 26. Nouembris 80.

22 Moniales transferri non debent in Monaſteria adeò diſtantia, vt neceſſe ſit nauigare, vel longum iter peragere, 1602. Carmelitani Scalzi 29. Maij 65.

23 Pro regimine non debent regulariter transferri, niſi duæ moniales, 1603. Mazara 23. Iulij 57.

24 Transferendæ debent eſſe eiuſdem ordinis, 1603. Palermo 19. Aug. 64.

25 Non poſſunt cogi, ſed ſolum hortari, 1604. Bari 8. Nouemb. 74.

26 Comitari debent à conſanguineis, ſin minus ab alijs Perſonis honeſtis,& Religioſis, ſecundum ordinationem Epiſcopi, 1601. Bologna 3. Septemb. 89.

27 Primum Monaſterium ob earum diſceſſum non remaneat ſine regimine, 1603. Capaccio 23. Iulii 55.

28 *Acceſſus*. Moniales, Regularibus licet ſubiectas, alloqui: (multo minus in clauſuram ingredi) nemo poteſt ſine licentia etiam Epiſcopi, vel eius deputati; qui cum earum Vicario, ſeu confeſſario licentias ſubſcribat: coram quo Deputato Adminiſtratores computa reddere tenentur: vt ſæpius decreuit Sac. Reg. Congr. in ſpecie 24. Aug. 1594. *v. ſupra clauſura. licentia. Monaſterium*.

29 Et licet quando moniales ſunt ſubiectæ Regularibus,debeāt Regulares quoque Prælati ſubſcribere poſt Epiſcopum, vel cum eius Deputato, non obſtante declaratione S. C. Concilii, & qualibet contraria conſuetudine, 1618. Milano 19. Ian. 21. 1627. Vicenza 16. Febr. 66.

Non tamen poſſunt aliquid addere, detrahere, vel mutare de licentia data ab Epiſcopo. *Ex Sac. Cong. Lezana v. monialis,n.23.*

30 Licet coniunctis in primo gradu,videlicet Parentibus, Fratribus, & Sororibus, ſemel tantum in menſe, abſque alia Epiſcopi licentia, eaſdem ſibi coniunctas tantum alloqui: excepto tempore Aduentus Quadrageſimæ, Vigiliis, Feria vj. ac Sabbato, & diebus feſtis de præcepto, maximè quibus moniales ſacram communionem ſumpſerint,quam ex Concilio Tridentino, elutis per confeſſionem ſordibus animarū, ſuſcipere monendæ ſunt ſemel in menſe. *Sac. Cong. Epiſcopo Sebenicem* 16. *Sept.* 1596.

Et exceptis Regularibus, *vt infra v. Regularis n.* 52.

Pater tamen, & filii monialium etiam Religioſi, poſsūt eas alloqui extra dies prędictos ſine aliqua licentia, quia non comprehenduntur in decreto, ſi Lezanæ credimus. *v. monialis n.* 23.

Diebus autem, de quibus ſupra, omnibus eſt neceſſaria licentia, vt dixi in Can. lib. 3. tit. 1. n. 5. & 6.

Et etiam quando adeſt in contrarium Epiſcopi decretum, vel conſtitutio Monaſterii, 1599. Veroli 10. Febr. 7. 1619. Monopoli 5. Iulii 232. 1645. Ferentino 1. Decembris 8.

31 Per prohibitionē accedendi ad monaſteria monialium, non cenſetur quis prohibitus, ne degere poſſit de familia meo loco, vbi ſunt huiuſmodi monaſteria, 1652. Oſſeruanti 14. Maii 1.

32 Prohibitio accedendi ad monaſteria monialium non intelligitur in proceſſionibus, 1601. Tortona 12. Martii 97.

33 *Ingreſſus in Clauſuram* quādo,& quomodo Confeſſario permittendus, dixi in Can. lib. 3. tit. 1. n. 9.

34 Horti monialium continentur proculdubio ſub clauſura, ſed horti Religioſorum non vbique: cum alicubi vſu receptū ſit, vt mulieres ingrediantur in hortos Religioſorum. Nec mirum,ſtrictior eſt enim clauſura mulierum, quam virorum. *Bonac. de clauſ. quæſt. 3. pun. 1. n. 6. & pun. 4. n. 5.*

Mihi tamen proculdubio videtur, non affigi clauſura hortus, quando non eſt muratus, ſed ſola ſepe cinctus, & per conſequens non poſſe moniales ad illum egredi: alias plus eſſet periculi, quam ſi per vias publicas graderentur: Nec ita indicatur clauſura per ſepem, ſicuti per murum. Accedit ad hæc, quod Innocentius IV. & Nicolaus III. declarantes,quid intelligatur nomine Monaſteriorum S. Claræ, ad quæ Fratribus minoribus interdictus eſt ingreſſus; dixerunt intelligi Dormitoria, clauſtra, & interiores officinas. Hortum autem non muratum patet non eſſe dormitorium neque clauſtrum, quia vndequaque præbet faciliorem ingreſſum quam per portam; neque Officinam interiorem, cum ſit omnino extra Monaſterium, nec muro claudatur ergo hortus non muratus non videtur ſub clauſura contineri.

✝ Sacra verò C. C. cenſuit, quod Hortus, vel ſilua murati, aut fouea circumdati, comprehenduntur ſub clauſura, 16. Octobris 1578. lib. 130. 121. *

35 An vero tectum ſub clauſura contineatur? negatiuè reſpondet Diana 5. tr. 13. reſol. 88.

Sed affirmatiuè reſoluere videtur Sacra Congregatio, dum mandauit abſolui cum pœnitentiis ſalutaribus ad arbitrium quaſdam moniales, quæ bona fide aſcenderant ſupra tectum ad ſiccanda frumenta, & paſtas ab ipſis elaboratas, ſiue ad videndum quoddam feſtum, cum ſpeciali prohibitione illuc vltra aſcendendi propter quamcumque cauſam, 1609. Como 18. Sept. 61. Lecce 16. Septembris 221.

36 Licentia ingrediendi Monaſteria in cauſa neceſſitatis (quæ militare debet à parte monaſterii, non vero ingredientium) Medicis,Chirurgis,& Operariis concedi ſolita, ſingulis quibuſque trimenſtribus renouetur: alias illis non ſuffragetur, & incidant in pœnas conſt. Gregor. XIII. vt reſcripſit Sacra Congregatio Epiſcopo Camerinen. 28. Martij 1588.

Vel

Vel ſaltem ſingulis annis. *Eadem*.

Et ſi huiuſmodi licentia leuibus de cauſis vtantur, incidunt in pœnas, ac ſi ſine licentia ingrederentur. *Ead.*

37 Moniales introducentes, vel permittentes ingredi in ſua monaſteria Viros, vel fœminas, etiam prætextu licentiarum reuocatarum, incurrunt in excommunicationem Papalem. *Bonac. de clauſ. quæſt.4. pun. 5.n.3. Comp. Exc. Card. Ludouiſij, qui poſtea fuit Greg. XV. c.9. exc.12.* ✝ Greg. tamen XIII. declarauit ſuam conſtitutionem non ligare niſi ingredientes ſub prætextu licentiarũ: ſed excom. Pij V. ligare etiam ingredientes ſine tali prætextu: quam confirmauit. Sed excõmunicatio Pij V. eſt contra Mulieres ingredientes in Monaſteria virorũ. *

Sicut etiam tam viri, quam mulieres intrantes earum monaſteria ſine licentia, & cauſa legitima, & etiam ſuperiores, ſi ſine ſufficienti cauſa intrent. *Ex Pio V. Regularium Greg. XIII. conſt. 75. Paulo V. 10. Iulij 1612. latius dixi in Can. lib.5. tit.39. num.171. §. 7. num. 200. §. 2.*

38 *Confeſſarij* pro monialibus quantumcumque exemptis, etiam Regularibus ſubiectis, ab Epiſcopo ſunt approbandi: alias confeſſio eſt nulla. Greg. XV. conſtit. 18. *Inſcrutabili.* Nec debent eſſe Regulares, niſi.

I. Pro monialibus, quæ ab ipſis Regularibus reguntur.

II. In mero caſu neceſſitatis, quæ non habet legem. Sac. Epiſcoporum Congregatio 18. Decembris 1601.

III. Confeſſarijs extraordinarijs, quando inter ſæculares non adſunt idonei.

39 Epiſcopus remouere poteſt confeſſarios, & adminiſtratores monialium, ſi earum ſuperiores ab ipſo admoniti id facere renuant: nec ſuperioribus Regularibus cauſam, quare id faciat, ſignificare tenetur. *Greg. XV. d. conſt.18. §. 5.*

Quæ tamen facultas non competit inferioribus Prælatis Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, nec Epiſcopis in perſonas nullius diœceſis, vt declarauit Sacra Congregatio, & habetur in Bull. poſt d. conſtitutionem.

40 Confeſſores ab Epiſcopo generaliter approbati, non poſſunt vigore illius generalis approbationis cõfeſſiones monialium audire, ſed egent ſpeciali approbatione. *Sac. Congr. Ibidem.*

41 Confeſſarius approbatus ad audiendas Confeſſiones monialium vnius Monaſterij, non poteſt audire confeſſiones monialium alterius Monaſterij. *Ibidem*.

42 Confeſſarij extraordinarij monialiũ toties approbandi ſunt, quoties deputantur, nec ſufficit eſſe ſemel approbatos. *Ibid.*

43 Confeſſarij monialium ſingulis trienijs mutari debent. *Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Reg. 15. Febr. 1593. & alibi ſæpius, vt dixi ſupra ver. Confeſſarius.*

44 *Regulares* delinquentes circa perſonas degentes intra ſepta monaſteriorũ monialium aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem eorumdem monaſteriorum, ſubduntur iuriſdictioni Epiſcopi, & poſſunt ab eo puniri, etiamſi delicta non ſint publica, neque cum ſcandalo Populi. *Sac. Cong. in declarat. ad d. conſt.18. Greg. XV.*

45 Regulares non capiant cibum, vbi videri poſſint à monialibus, vel audiri, vt dixi in Can. lib.3. tit.1. n.8.

46 *Magiſtra* deputetur ſuper monialiũ operibus, quæ illa accipiat, diſtribuat, recipiat, & reddat, ac mercedem exigat, 1593. Monteſiaſcone 20. Septembris 286.

Qua occaſione omnibus non ſuſpectis permittendus acceſſus, 1582. Iſernia 27. Martij 48.

MONITORIVM.

Clericus. Concubina. Denunciatio. Teſtis.

1 CONcedi non poſſunt monitoria ad finem reuelandi ad detegendum delicta, vel delinquentes. *Sac. Congregatio Epiſcopo Aprutino 22. Apr. 1616.*

Neque pro reperiendis Teſtibus in cauſa criminali, etiam ad defenſam. *28. Nouembris 1589. Archiepiſcopo Compſano.*

Nec talibus reuelationibus vbi poſſunt in cauſa criminali, licet adeſſent. *Pius V. cuius conſt. refert Barboſa alleg. 96. n.3. & n.32. Et reſcripſit Sac. Cong. Epiſcopo Senogallien. 5. Iulij* 1619.

2 Monitoria huiuſmodi pro rebus tantum occultis expediri debent, quando veritas aliunde haberi non poteſt. *Epiſcopo Sauonen.* 15. *Ian.* 1619.

3 Super facto proprio non conceduntur monitoria, niſi factum eſſet adeo antiquum, vt in eo præſumeretur obliuio. *Barboſa alleg.96. num.18.*

4 Romana Curia non cõcedit, niſi ſub conditione, quod res perdita aſcendat ad valorem quinquaginta aureorum ſiue ſcutorum monetæ, licet fuerint ſeparatim ſubtracti, *num.30.* & patet ex forma impreſſa.

5 Poſſe ab Epiſcopo delegari Vicarijs Foraneis, vt Monitoria concedant, dummodo ſint viri circumſpecti, ac delegatio fiat ſpecificè, & expreſsè, aſſerit idem n.9.

✝ Fagnanus tamen *c. Quoniam. De off. Deleg. n.43.* refert S. C. C. die 8. Febr. 1590. declaraſſe, non licere Epiſcopo hanc facultatem alteri, quam Vicario generali delegare, neque ſpecialiter.

Verum

Verum non obſtante declaratione prædicta, adhuc opinio Barboſæ probabilis eſt, vt patet ex ſeq. ſacræ C C. decreto ſacra C.C. cenſuit, poſſe Epiſcopum Malleacen. loci Ordinariū pro litteris Monitorialibus, & dimiſſorialibus prædictum Officialem, & Adminiſtratorem foraneum, ſubdelegare: facultatem vero benedicendi vaſa, in quibus interuenit vnctio, ſtante diſtantia, & nauigationis periculo, concedi poſſe à Sanctiſſimo ad decennium, accedente tamen conſenſu ipſius Epiſcopi, 7. Sept. 1630. *

6 Prælati Nullius nō poſſunt hæc monitoria concedere, 1582. Putignano 27. Octobris 136.1640.Nullius Atino 17.Aug.86.

7 *Quotupl.* Monitionem extra iudicialem, quam non facit Iudex ad excommunicandum,& etiam Iudicialem factam alijs, quam Partibus litigantibus,ſufficit eſſe vnicam. *Panorm. & Dec. in c. Cum cauſam* 22. *De off. Deleg.*

Immo & quamlibet Monitionem,etiam factam ad excommunicandum, ſufficit eſſe vnam pro trina, dummodo contineat interuallum ſaltem duorum dierum pro qualibet, niſi aliter cogat neceſsitas. *Ex c.Conſtitutionem. De ſent. excom. in* 6. *Bonac. to.*1. *de cenſur. diſp.*1. *quæſt.*1. *pun.*4. *n.*5.

8 *Tempus* Monitorij incipit currere à die ſcientiæ. *Bonac. de ſimon. diſp.* 6. *pun.* 1. §.7. *n.*5.

9 Hæc Monitoria neque fulminari, neque legi debent in die Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & alijs inſignioribus diebus, *n.*2.

10 *Inſtare* non poteſt ad obtinendum Monitorium excommunicatus, vel Peccator publicus, neque pro rebus perditis,*n.*20.

11 Pro iuſtificandis Apoſtolicis Monitorijs in forma *ſignificauit*, & pro purificanda clauſura, *ſi cauſa per te diligenter, &c.* non eſt opus examinare Teſtes, ſed ſufficit Iuramentum obtinentis,quod contenta in Monitorio ſint vera, 17. *Ian.* 1694. *Archiepiſcopo Firmano, & refert Synod. Caputaquen.*1629. *ſeſſ.* 3. *c.*15.

12 *In publicatione* litterarum Apoſtolicarum in forma *ſignificauit*.Bullæ tenor nullatenus alteretur: neque res, aut Particulares perſonæ magis exprimantur, quam in eiſdem Monitoriis Apoſtolicis exprimuntur,aut conceduntur. 21. *July* 1617. *Archiepiſcopo Vrbini.*

Neque articuli formentur publicandi, ſed ſolum legantur vulgari ſermone, qui continentur in Breui: & ſi forte praxis cōtraria inoleuit, omnino aboleatur... *Ian. Archiepiſcopo Compſano.*

13 Excommunicatio lata in non denūciantes, vel non reſtituentes intra certum terminum, ligat ſubditos, etiam ſi ante completum terminum mutauerint domicilium, vel alia ratione deſierint eſſe ſubditi: nam ratione delicti adhuc ſubditi manent, & iuriſdictio per Monitorium cēſetur perpetuata. *c. Propoſuit* 19. *De foro comp. Bonac. de cenſur. diſp.*1. *quæſt.*1. *pun.*11. *n.*13. *& diſp.*2. *quæſt.*6. *pun* 2. *n.*29.

MONOPOLIVM. Pecunia.

MONS.

Montem Pietatis illicitum eſſe prædicātes, vel diſputantes, excommunicationem (nulli tamen reſeruatam) incurrunt. Leo X. conſtit. 11. *Inter multiplices*, edita in Conc Lateranenſi die 4.Maii 1515.

Quid ſit iſte Mons, explicaui lib.3. Inſt. Imper. tit.15. De vſura limit. vlt.

MONSTRVM.

Monſtra non ſunt diuturna, ſcilicet diu viuere non poſſunt: vt ait Alexān. Aphrod.

MORA: *Mercator. Regula.*

1 *In his, quæ* veniunt iure actionis, per interpellationem extraiudicialem Pars in mora conſtituitur; non autem in his, quæ veniunt officio Iudicis. *Oinot. de action.* §. *Actio, num.*13.

2 Quandò mora cenſeatur remiſſa,dixi lib.3. Ciuilium tit.25. n.5.

3 Mora, præſertim regularis, abſque ſcientia, vel interpellatione non committitur. *l. Mora, ff. v. de vſur. l.Titia,* §. *Si vſuras, ff. i. de legat.*2. *Rota apud Farin. tom.*2. *deciſ.* 23. *n.*2.

Quoniam mora non habet locum, niſi aduerſus eum, qui eſt in dolo præſumpto, vel lata culpa. *l. fin.* §. *Idem iuris erit, ff. v. Ad l. Rhod. de iactu.*

4 Mora contrahitur, non ſolum per omiſsionem,& hæc eſt odioſior. *Pedemont. deciſ.*71. *num.*38. *Rota apud Ludou. d.*5. *num.*8.

Nec poteſt purgari. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.*559. *num.*10. *limit.*5.

5 Moræ purgatio non admittitur,quādo Ius alterius eſt effectum deterius; maximè ſi deterioratio reſarciri nolit, vel nequeat. *Bart. in l. Si poſt tres, num.* 1. *ff. v. Si quis caut. Ex multis Rotæ Oliuer. ad Ludouiſ. deciſ.*559. *num.*10.

Nec quando res non eſt amplius integra, puta quia executio facta eſt à Iure, vel ab homine. *Bart. in l. Si in inſulam, num.* 19. *ff. n. de verb. oblig. Oliuer. num.*11.

MORS.

Cadauer. Epitaphium. Iapones. Imperium. Inceſtus. Iuramentum. Liber. Miſſa. Moneta. Peccatum. Sepultura.

Co-

1 *COgnitio*. Mortui, quæ in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione, & præſertim interiores motus cordis, non cognoſcunt. Sed Beatis, vt *S. Greg. dicit* 12. *Moral.* in Verbo manifeſtatur illud, quod decet eos cognoſcere de ijs, quæ circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis. Maximè autem excellentiam eorũ decet, vt cognoſcant petitiones ad eos factas vel voce, vel corde: & ideo petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt. *S. Thom.* 2.2. *quæſt.* 83. 4. 2.

2 *Cauſa*. Scotus, cum in extaſim incidiſſet ob acutiſſimas meditationes, diutiuſque in ea detineretur, Coloniæ à Diſcipulis pro mortuo ſepultus eſt, 1308. *Iul. Lauor. tit.* 2. *cap.* 1. *n.* 44.

3 Duas matres repentino gaudio mortuas ex T. Liuio lib. 22. retuli in meo Bartholomæo Anglico lib. 3. cap. 21. n. 12.

4 *Quod Henoch* non ſit mortuus, ſed adhuc viuat in Paradiſo terreſtri, dixi in Collect. ad Geneſ. 5. 23.

5 *Adrianus* Auguſtus, Puteolis hydropiſi iam moriturus, aiebat.

Animula vagula, blandula,
Hoſpes, comeſque corporis:
Quæ nunc abibis in loca pallidula, rigida, nudula,
Nec amplius dabis iocos.

Tamquam cum Anima propria iocaretur, quam hoſpitem corporis, comitemque vocabat. *Palatina in vita Xiſti Primi*.

6 *Sepult.* Mortui deferri poſſunt ad Eccleſiam ad beneplacitum hæredum, 1601. Aliffe 20. Febr. 87. §. 15.

7 *Campanam* pulſandi aliquot ictibus, tam de ſero, quam de mane, quando dicendum eſt officium mortuorum, pia conſuetudo ſeruanda, 1607. Lecce 21. Aug. 42.

8 *Pœna* mortis quinam puniantur, dixi lib. 4. Ciuilium tit. 18. num. 97.

9 *Reſurrectio*. Mortuus, etiam ſi ſtatim miraculosè reſuſcitetur, non recuperat neque vxorem, neque beneficium: non eſt tamen denuo baptizandus, vel ordinandus. *gloſ. cap.* 2. *licite,* 32. *quæſt.* 7. *gloſ. extr. Suſcepti v. Vacantium. Ne ſede vac.*

Alia tamen bona recuperat, vt Lazaro contigit. *Bonac. tom.* 2. *de contr. diſp.* 3. *quæſt.* 17. *pun.* 6. *num.* 7.

† Certus de morte nuncius dicitur, qui coram Epiſcopo medio iuramento aſſerat, ſe vidiſſe Titium mortuum. *Henric. in c. In præſentia, ad fin. de ſponſal.* C.C. 15. Nouembris 1604. *

MVLIER.

Congregatio. Donatio. Incenſum. Iniuria. Patronus. Reſtitutio. Teſtis.

1 *MVlieres* olim hydriam deferebant, non vt à pleriſque hodie fit in capite, ſed in humeris, ſiue ſcapulis Geneſ. 24. 15. *Ecce Rebecca egrediebatur, &c. habens hydriam in ſcapula ſua*. Et infra v. 45. *Apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in ſcapula*. & v. 42. *Quæ feſtinans, depoſuit hydriam de humero*.

2 *Congregationem* Mulierum, quæ moniales eſſe nolunt, Principes ſæculares authorizare non poſſunt, 1604. Caua 4. Maij 34.

Licet ſint vitæ exemplaris, & adſit conſenſus virorum, 1617. Città di Caſtello 18. Febr. 36.

3 *Qual.* Muliere, atteſtante per Matronas, quæ ſuum ipſius corpus inſpexerunt, ſe eſſe virginem, non creditur viro aſſerenti cum iuramento, ſe eam cognouiſſe. *cap. Propoſuiſti*, 4. *de probat.* Per quod periclitatur opinio Emanuel Sà ſupra relata v. Matrimonium, n. 2.

Has autem Matronas ſufficit eſſe tres, vel duas, nobiles, & probas feminas. *gloſ. in c.* 4. *Ne aliqua,* 27. *quæſt.* 1.

4 *Grauidæ* raro comedentes parum quid carbonum, calcis, vel ſimilium, ad euitandum abortum, poſſunt excuſari, vt ſupra dixi v. Abortus n. 2.

5 *Priuil.* Mulier ex fideiuſſione regulariter non obligatur: vt latius dixi lib. 3. Ciuilium tit. 21. n. 14.

6 Mulieres non poſſunt carcerari pro debito neque Fiſcali. *Auth. Sed hodie, C. de off. diu. iud. Oinot.* §. *fin. n.* 4. *Inſt. de Action.*

7 *Si inhoneſta* Mulier veniat ad habitandum in aliqua vicinia, alij vicini poſſunt eam expellere, ne Virgines, ac honeſtas Matronas corrumpat. *Oinot. de actione ſerui corrupti, num.* 9.

8 *Clauſura*. Licet in rigore loquendo mulier ingrediens ſine licentia monaſteriũ monialium, vt fiat Religioſa, excommunicationem incurrat Papæ reſeruatam: regulariter tamen excuſatur tam à culpa, quam à cenſuris ratione bonæ fidei. *Vt bene Sanchez, quem refert, & ſequitur Bonac. de clauſura quæſt.* 4. *pun.* 1. *n.* 3.

9 Moniales alloquendi licentia non eſt regulariter neceſſaria Mulieribus honeſtis, 1601. Ferrara 6. Aug. 80.

MVNDVS.

Chriſtus. Imperator.

1 *QVantum* Mundus duraturus ſit, ſciri non poteſt. In libro tamen, qui *Aſcenſio Eliæ* nuncupatur, hæc legi aſſerit Stratonicus Cumarum Epiſcopus, quæ etiã haben-

habentur in libris Thalmudicis ſub hæbraicis verbis:

Scittah alphe Sene lebene, bhbalma vehhad bhareb, be alaphim thobu, be alaphim thorah, be alaphim iemoth Hama ſciahh. Quæ Latino idiomate ſic ſonant:

Sex millia annorum erit Mundus, & iterum deſtruetur: duo millia inanitatis, duo millia legis, duo millia dierum Meſſia.

2 Hæc de Mundi duratione ſententia, licet falſa, vel ſaltem incertiſſima, fuit tamen celeberrima priſcis noſtris Patribus.

3 S. Hieronymus in Epiſtolari expoſitione Pſal. 89. in verſ. *Quoniam mille anni, &c.* dicit, ex eo quod habemus in Geneſi, Deũ creaſſe mundum ſex diebus, & in ſeptimo quieuiſſe, non ſolum id eſſe deſcriptionem præteritorum, ſed etiam typum ac prophetiam futurorum. Omnes enim creaturæ, & eo magis creaturarum vniuerſitas, debet, quo magis fieri poteſt, ſuo Creatori aſſimilari. Debet ergo mundus operari motibus cælorum, &c. ſex millibus annorum, & poſtea in ſeptimo requieſcere, ac ſempiternũ agere Sabbatiſmum; quoniam illi ſex dies deſcripti in primo cap. Geneſis erant ſymbola tot millium annorum, quia vnus dies apud Deum ſicut mille anni, & mille anni ſicut vnus dies. *1. Pet. 3. 6.*

Septimus vero milleſimus æternitatem requietionis ſignificat. Apoc. 20. 4. *Et regnabunt cum eo mille annis.*

Numerus enim finitus pro infinito in ſacris Scripturis ſæpius vſurpatur. *S. Aug. 3. de doctrina Chriſti c. 35. Panon. Can.* 543.

4 S. Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſes: *Quotquot diebus hic factus eſt mundus, tot & millenis annis conſummatur.*

5 Lactantius *lib. 3. Inſtit. c.* 14. aſſerit, idem apud Ethnicos tenuiſſe Hydaſpem, Mercurium Triſmegiſtum, & Sibyllas.

6 S. P. Auguſtinus *lib. 20. de ciuitate Dei c. 7.* Quamuis in enarratione præfati verſ. Pſal. 89. prædicta refellat, & improbet.

7 Item S. Ioann. Chryſoſtomus, S. Cyrillus, & Hippolytus è Roma, in libris ſuis de Antichriſto.

8 Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ex auctoritate Illuſtrium Græciæ Patrum, huic numero quingentos annos adiecit, *v. Chriſtus.*

9 Nihil tamen affirmare temere debemus; cum id D. N. *Ieſus Chriſtus* nec flagitantibus Apoſtolis reuelare voluerit. *Matth.* 24. 3.

Vide Bibliothecam ſanctam lib. 15. annot. 190.

M V N V S. v. Donatio.

MVSICA. *Cantus. Quadrageſima.*

1 Prohiberi non debet Muſicis vſus fiſtulæ, ſeu corniculæ, qui viget etiã Romæ, non obſtante Decreto Concilij Prouincialis, quando nõ fuit receptum neque in Metropolitana, 1593. Bergamo 22. Nouembris 301.

2 Neque ne canant in illis Eccleſijs, vbi non regit Magiſter Cappellæ Cathedralis, 1648. 11. Martij 8.

3 Non decet in Officio Quadrageſimæ, præſertim cum Inſtrumentis, & ſi eſt occaſio alicuius ſcandali, 1601. Padoua 27. Martij 52.

4 Licentia Regulari, vt poſſit eſſe Magiſter Cappellæ, vel Cantor Cathedralis, vel alterius Eccleſiæ, 1606. Serui 22. Febr. 16. Agoſt. di Lomb. 28. Ian. 9.

5 Non conceditur, quod moniales poſſint à viris doceri; neque cantum neque ſonum, neque ad crates, neque ad portas, 1602. Giorgento 23. Aprilis 25. Parma 8. Maij 26. Reggio 23. Iulij 46. 1603. Macerata 17. Febr. 7. Aleſſano 10. Iunij 43. Ancona 15. Septemb. 71. 1604. Napoli 8. Nouẽbris 74. 1647. 5. Iulij 11.

Niſi breui tempore pro cantu Gregoriano, 1647. 2. Aug. 21. 1649. 15. Ian. 7. 25. Iunij 11. 8. Octobris 4. 1650. 21. Ian. 10. 30. Septembris 72.

Multo minus quod Magiſtri Muſices propterea ingrediantur in clauſuram, 1582. Como 22. Maij 70.

6 Occaſione Muſices nulla monialis eximi poteſt à Choro, vel ab oneribus monaſterij communibus, ſub pœna priuationis veli, vocique actiuæ & paſſiuæ, & alijs arbitrio S.C. 1603. Ancona 15. Septemb. 71.

7 Si quis laicus cantauerit prope Monaſteria, Epiſcopus inſtabit apud Principem, vel Iudicem, vt eum ſeuere puniat: ſi Eccleſiaſticus, ipſe puniet, 1639. Lecce 9. Septembris 137.

8 Eſt Decretum generale S. C. eſſe tolerandam Muſicã in Eccleſia exteriori monialium, præſertim in quibuſdã feſtis principalibus, vbi eſt talis conſuetudo: vbi vero conſuetudo non adeſt, non eſſe de nouo concedendam, 1582. Napoli 10. Nou. 143.

M V T V V M.

Exceptio. Ludus. Vſura.

Ex *mutuo* pecuniæ facto filio familias, nulla naſcitur actio efficax, vt latius dixi lib. 4. Inſt. Imper. tit. 7. Quod cũ eo n. 8.

N

N A N V S. Ordo.

NARRATIVA. Allegatio.

NATVRALIS. Illegitimus.

NAVFRAGIVM.

1 NAufragantium bona, à dominis habita pro derelicto accipientes, non ſunt excommunicati. *Addit. ad Tolet. lib.* 1. *cap.* 21.

Habentur autem pro derelicto ea bona, quæ dominus recuperare poſſet, ſed non curat. Vnde quæ longo temporis curſu naufragio amiſſa iacent in fundo maris, cēſentur haberi pro derelictis: quare ſi poſtea inde aliqua arte extrahantur, vel in littore reperiantur, erunt extrahentis, vel inuenientis. *Bonac. to.* 2. *de reſtit. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun.* 5. *n.* 3.

2 Quando res, leuandæ nauis gratia eiectæ perierunt, commune erit eorum omnium, qui fuerint in naui, damnum, omnium contributione reſarciendum. *l.* 2. *in princip. iuncto* §. *æquiſſimum, ff. v. ad l. Rhod. de iactu. v. incendium.*

NAZARETH. *Archiepiſcopus.*

1 ARchiepiſcopus Nazarenus eſt in quaſi poſſeſſione per Bullam Pij V. ad ſui fauorem clariori, quam vt explicatione indigeat, exercendi Pontificalia in Eccleſia S. Bartholomæi Terræ Baruli, tamquam in propria Cathedrali, vel Diœceſi, 1594. Trani 22. Iunij 180. 181.

2 Verum tamen Archiepiſcopus Tranen. ex Breui Gregorij XIII. poteſt exercere Pontificalia in illo Oppido, ac proceſſionem facere Sanctiſſimi Sacramenti etiam in Feſto Corporis Chriſti, 1596. Trani 22. Maij 46. *v. Tranum.*

3 Archiepiſcopus Nazarenus habet Baruli Diœceſim, & territorium, cum aliquot Eccleſijs vnitis, 1617. 10. Ian. 13.

4 Quod Archiepiſcopus Nazarenus poſſit determinare numerum Clericorum, & ſeruientium pro ſua Eccleſia, qui in omnibus, etiam pro delictis, quæ committerent Baruli, ſubijciantur priuatiuè iuriſdictioni ſolius Archiepiſcopi Nazareni. Et quod moriente, vel à ſeruitio recedente aliquo ex ipſis, poſſit Archiep. Nazarenus adſcribere alium oriundum ex eodem Oppido Baruli, dimiſſorias ei, vel ordines conferēdo abſque licentia Archiepiſcopi Tranenſis, 1620. 11. Aug. 143. † Nec tamen decretum quo ad præfixionem numeri nō habuit effectum. *

Nulli vero vltra dictum numerum, 1619 20. Decembris 230.

5 Si quis extraheretur, vel carceraretur in Eccleſia S. Bartholomæi, ſpectat ad Archiepiſcopum Nazarenum facere proceſsū pro defenſione Immunitatis ſuæ Eccleſiæ, 1614. 12. Decembris 128. 1621. 22. Iunij 82.

6 Si Archiepiſcopo Tranen. occurrat neceſſitas examinandi Clericos ſubiectos Eccleſiæ S. Bartholomæi, Archiepiſcopus Nazarenus debitis cum terminis vrbane requiſitus, licentiam non denegabit, 1614. 12. Decembris 128.

7 Archiepiſcopus Nazarenus non debet deferre Crucem, vel mozzettam per oppidum Baruli extra ſuam Eccleſiam S. Bartholomæi, & eius ambitum, nec punire ſuos Clericos propter acceſſum ad Monaſteria monialium: quia hæc omnia ſpectāt ad Archiepiſcopum Tranen. 1641. 13. Septembris 269. 270. *verbo Acceſſus.*

† Rota tamen in vna Nazarena Iuris deferendi Crucem Veneris 28. Iunij 1647. coram Veroſpio, reſoluit non obſtante decreto ſupradicto, Archiepiſcopum Nazarenum habere priuilegium deferendi Crucē, Mozzettam, & pallium per totum Orbem, & eſſe in quaſi poſſeſſione eius priuilegij quo ad deferendam Crucem in toto oppido Baruli. *

NECESSITAS.

Conſanguineus. Furtum. Monialis. Oeconomus.

1 CVm magna vtilitate, & e contra magna vtilitas cum neceſſitate comparatur, *c.* 17. *Tali* 1. *quæſt.* 7. *c. Expoſuiſti* 33. *de præben.*

2 Conſtitutus in extrema neceſſitate non committit furtum accipiendo propria auctoritate rem, cuius indiget, ſi aliter eam habere non poteſt. *Nau. c.* 17. *n.* 61. *& ſeqq. ſupra verbo Furtum* 3.

3 In extremæ neceſſitatis articulo magis liceret deſerere filios quam Parentes: quos nullo modo deſerere licet propter obligationem beneficiorum receptorum. *Vt patet per Philoſophum in* 8. *Ethicor. c. vlt. S. Th.* 2. 2. *quæſt.* 31. 3. *ad* 4. *Reg.* 2.

4 *Monialium* neceſſitatibus conſuli poteſt multis modis. Puta deducendo in praxim conſt. 3. Gregorij XIII. quæ incipit, *Deo Sacris Virginibus,* §. 3. *De nobis attributa,* editam 30. Decembris 1572. quod Confraternitates, Hoſpitalia, & alia loca pia, impartiantur eis ſaltem tertiam partem eleemoſynarum, quas diſtribuere ſolent, 1576. Al Nuntio di Fiorenza per le Monache di Piſtoia 21. Nouemb. fol. 12. 1593. Terni 5. April. 137. 1645. Bologna 12. Maij 15. *Gregorius tamen bis meminit de medietate.* verbo Monialis 10.

Et ſi neceſſe ſit, compelluntur ab Ordinario, niſi ipſi in proprio loco habeant monaſteria, quæ ſimili neceſſitate premantur, 1576. Aſſiſi 15. Octobris 94. 1581. Camerino 21. Martij 55. 1593. Rimini 3. Maij 160. 1650. Lucca 15. Iulij 26. 1655. 9. Iulij 206.

Nec poſſunt ſolitas eleemoſynas dimi-

 nuere,

nuere, 1577. Perugia 16. Septembris 15.

Modo moniales ſeruent clauſuram, 1578 Aſſiſi 6. Iunij 89.

Quare non comprehenduntur Tertiariæ domi viuentes, 1592. Treuiſo 22. Decembris 228.

5 Non comprehenduntur confraternitates quęſtuantes pro ſua Eccleſia: Nec Hoſpitalia redditus pro ſuis infirmis expendētia, niſi iuxta ſolitum, 1586. Aſſiſi 9. Septembris 106. 1588. Nocera 4. Ian. 1.

6 Quod Confraternitates dare ſolent Monialibus annuatim, ceſſante neceſſitate, non poteſt aſſignari ſeminario, ſed tribui debet alijs Pauperibus, præſertim monialibus egentibus, 1593. Aſſiſi 22. Nouemb. 299.

7 *Conſanguinei*, & alij, ad quos ſpectaret alere moniales, ſi eſſent extra Monaſteria, debent prius hortari, poſtea etiam cogi, ad aliquam ſubuentionem, 1602. Forlì 3. Septembris 90. 1603. Parma 17. Febr. 7. 1604. Siena 3. Febr. 14. Nocera 26. Octobris 66.

Quibus deficientibus, hortari ciues ad aliquam piam contributionem, & renuentibus denunciare prohibitionem admiſsionis ad habitum, vt Monaſterium tandem extinguatur, 1588. Foſſombrono 133. Gubbio 9. Aug. 62. 31. Octobris 88. 1593. Perugia 12. Gennarò 61. 1614. Melfi 12. Septembris 117.

Et quod omnibus deficientibus, aperientur Monaſteria, & remittentur moniales domum, tamquam in caſu deplorato, 1593. Terni 5. April. 137. Fano 17. Nouemb. 335. 1594. Camerino 4. Iulij 21.

Vel ad alia transferentur ac repartientur Monaſteria, etiam inuitis monialibus, 1627. Piſtoia 28. Maij 261.

8 Vicarius, qui propria authoritate admiſit Nouitias ad profeſsionem in Monaſterio nondum dotato, cogitur ad ſubueniendum de ſuo, 1591. Mileto 2. Decem. 19.

9 Nonnunquam prouiſum fuit admittendo ad Ciuitatem Ruſticos aliquos prædiuites, qui propterea ſummam non modicam erogauerunt Monaſterio, 1593. Spoleti 16. Martij 118.

Vel de redditibus Montis, ſi quid in fine anni ſupereſt, 1597. Conuerſano 18. Nouembris 128.

10 Mittendo ad quæſtuandum aliquas conuerſas non minores annis 45. ſed cum expreſſa prohibitione veſtiendi, 1593. Terni 5. Aprilis 137. 1603. Perugia 29. April. 30.

11 Expēdendo dotes ſupranumerarias, 1602. Forlì 3. Septembris 90.

12 Augendo dotes, vſque ad ſcuta 300. 1611. Parma 3. Octobris 106.

13 Dimittendo buccas ſuperfluas exteriores, & diminuendo interiores, quouſque reducatur exitus ad proportionem introitus, nec interim ad habitum recipiendo, niſi cum dote duplicata, 1645. Fiorenza 20. Ian. 8. 1646. Camerino 8. Iunij 2.

14 Subueniendo illis de pœnis maleficiorum, 1604. Meſsina 26. Octob. 60. 1617. Bologna 11. Aug. 210. 1647. Parma 5. Iulij 73. Foligno 19. Iulij 12. 1649. Catanzaro 11. Iunij 1.

Et etiam contribuendo aliquid de ſuo, ſi Epiſcopus eſt diues, 1602. Arezzo 13. Auguſti 106.

15 Commendantur caritati alicuius piæ Principiſſæ, 1627. Piſtoia 17. Aprilis 164. 165. 166.

16 Prohibitione recipiendi ad habitum, & educationem, 1651. Recanati 1. Sept. 58.

17 Quod confeſſario ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ nihil omninò detur, niſi ſtipendium ad rationem duorum Iuliorum pro quolibet die. *Ibidem.*

18 Quod Ordinarius reuideat ſæpe cōputa, & inuigilet in obſeruantia bonarum ordinationum. *Ibidem.*

19 Quod diligenter colantur prædia monaſterij, 1546. Foligno 16. Iulij 5.

20 Quod Victus ab Oeconomis ſubminiſtretur paulatim iuxta taxam, 1651. Recanati 1. Septembris 58.

21 Propterea tamen non datur licentia vendendi bona ſtabilia, licet neceſsitas eſſet extrema, 1593. Terni 5. April. 117. 1632. Arezzo 13. Aug. 106. 1646. Parma 13. Septembris 17. 1651. Imola 13. Ian. 18. Rieti 21. April. 44. Perugia 23. Iunij 20. Gubbio 28. Iulij 54.

Niſi raro aliquod ſtabile modici valoris, 1653. Bologna 2. Maij 172.

NEGATIO.

1 Præpoſita verbo *Poteſt*, vel alij æquiualenti, *vt non poteſt, non valet, nequit, nemo, nullus poteſt*, cum ſit negatio potentiæ, reddit actum de iure nullum. *Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 4. n. 7. tom. 1.*

2 Duæ negatiuæ affirmant; quia cum ſit de natura negationis, vt deſtruat, quicquid inuenit, perimitur prima negatio per ſecundam. *l. 1. C. de ſeru. fug. Rota apud Farin. tom. 1. par. 1. deciſ. 167. num. 37.*

3 Negatiuæ per rerum naturam, ſcilicet per cauſas, nulla eſt directa probatio: quia quod non eſt, cauſam habere non poteſt. *c. Bonæ 23. De elect*

Pro cuius intelligentia præſupponendū eſt, quod negatiua triplex eſt, facti, iuris, & qualitatis.

Negatiua facti duplex eſt. Vna pura, & ſimplex, quæ non habet determinationem

loci, vel temporis, vel alterius rei; & hæc neque directè, neque indirectè probari poteſt; puta ſi quis dicat, ſe nunquam fuiſſe citatum, vel nunquam contraxiſſe cum Berta: & ideo probandi onus transfertur in Aduerſarium.

Alia mixta, puta quando adijcitur tempus, vel locus, vel aliquid ſimile, & tunc indirectè probari poteſt. Vt ſi exhibeatur Inſtrumentum continens ſtipulationem tali die, & loco factam, ex quo ſequitur negatiua, quod non potuerit fieri eadem hora in alio loco.

Item negatiua facti poteſt præſumptiuè probari, *vt in c. Tam litteris 33. De teſtib.*

Item probatur negatiua facti, quando habet in ſe implicitam affirmatiuam, *vt non ſponte renunciaui,* ideſt coactus. *c. ſuper hoc, de renunc.*

Negatiua vero iuris, & qualitatis probari poteſt, & debet; quia habet implicitam affirmatiuam. *gloſ. d. cap. Bonæ. v. Per rerum naturam.*

NEGLIGENTIA.

QVod poſſidetur in cōmuni, negligi ſemper ſolet, vt eleganter expreſsit Ariſtoteles 2 Politicorum, *Quod plurimorum eſt commune,* inquiens, *minimè curam ſortitur: quia de proprijs maximè curant homines; de communibus autem minus vel minime.*

Et elegantius Imperator in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars detur. lib 10. ſub his verbis. *Naturale quippe vitium eſt negligi, quod communiter poſſidetur; vt quis ſe nihil habere, quod non totum habeat, arbitretur, denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienæ.* Hinc dici ſolet, quod

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

NEGOTIVM. Clericus.

† SIgnificandū Regulariū Superioribus, vt inuigilent, ne Regulares in Indijs tam Orientalibus, quam Occidentalibus, mercaturam exerceant, neque in locis Regi infideli ſubiectis; neue inde reuertentes aurum, argentum, gemmas, vllaſue merces ſecum deferant, 7. Octobris 1604.

Quod poſtea pro Indijs Orientalibus 22. Febr. 1633. Vrb. VIII. ſanctione firmauit 126. quæ eſt 16. in Appendice, incipit. *Ex debito.* §. 8. Ibi. Religioſis omnibus cuiuſcumque Ordinis, & Inſtituti, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, etiā Societatis Ieſu, eorumque ſingulis, tam in prædictis locis nunc exiſtentibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quācumque mercaturam, ſeu negotiationem, quocumque modo ab eis fieri contingat, ſiue per ſe, ſiue per alios, ſiue proprio, ſiue communitatis nomine, directe ſiue indirectè, aut quouis alio prætextu, cauſa, aut colore, interdicimus, & prohibemus *ſub excommunicationis* latæ ſentētiæ pœna ipſo facto incurrenda, ac priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ, Officiorum, Graduum, & Dignitatum quarumcumque, ac etiam inhabilitatis ad ea, & inſuper amiſsionis mercium, & lucrorum ex eis factorum: quæ omnia à Superioribus Religionum, è quibus delinquentes exiſtent, reſeruāda erunt ad vſum Miſsionum, quas eædem Religiones habent, & habituræ ſunt in futurum in prædictis Indijs, & non in alios vſus. Eiſdem Superioribus diſtrictè præcipientes ſub eiſdem pœnis, vt in hoc inuigilent, & contra delinquentes ad prædictas pœnas procedant, ſublata eiſdem facultate huiuſmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris, quamuis minimum, remittendi, aut condonandi. *

NEPOS. Hæres.

NEpotes in Iure dicuntur filij filiorum, ex communi vſu etiam filij fratris. *Rota apud Farin. tom. 1. par. 1. deciſ. 176. n. 6.*

NICOLAVS.

Hæreſis 2. §. 1.

NOMEN.

1 IN *ædificijs,* vel operibus publicis non poteſt aliud nomē inſcribi, niſi Principis, vel eius, cuius pecunia facta ſunt. *l. Opus 3. ff. n. de oper. publ.*

2 Permittendum Puellis, dum recipiūtur ad habitum, vt aſſumant nomen ſibi bene viſum, 1602. Chioggia 17. Aprilis 22. 1619. Fiorenza 13. Septembris 322.

NOTARIVS.

Cancellarius. Clauſura. Depoſitum. Dos. Hieros. Matrimonium. Priuilegium. Scriptura. Teſtamentum.

1 Q*Val. n. 5.* Eſſe non poteſt, qui eſt infamis. Et ſi poſt contractam infamiæ notam conficiat Inſtrumentum, caret fide publica, niſi infamia eſſet occulta. *Addit. ad Tolet. lib. 5. n. 61.*

2 Notario criminali Ciuitatis, ſi ſit vir probus, & ſub quouis prætextu taxam non excedat, vti poteſt Epiſcopus. *Sacra Epiſcoporum Congreg. 14. April. 1615. ad 8. fol. 39.*

3 *Iuramentum.* Notarius non creatur, hæc iurare ſolet.

I. Quod conficiet Inſtrumenta, de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, vel falſitatis miſcendo.

II. Non reuelabit, quod ſibi ſecreto cōmiſſum fuerit, niſi iuſta de cauſa.

III. Non conficiet ſcienter aliquod Inſtrumentum de contractu Vſurario, nec de alio quouis illicito.

IV. Retinebit de omnibus inſtrumentis, quæ dederit, regeſtum, ſeu protocollũ.

V. Erit fidelis ei, à quo fuit creatus Notarius; & admonebit eum de ijs, quæ ſciuerit in eius damnum vergere.

VI. Nullo odio vel amore, ſpe, vel timore, officio ſuo abutetur. *Nau. c. 25. n. 52.*

Forma. Iuramenti Notarij.

Ego N. poſt hanc horam fidelis, & obediens ero beato Petro Apoſtolo, & S. R. E. & Sanctiſſimo D. N. Clementi, & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus. Non ero in auxilio, conſilio, Conſenſu, vel facto, vt vitam perdant, aut membrũ, ſeu capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi per ſe, vel litteras, aut Nuntium manifeſtabunt, ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam. Si vero aliquid ad meam notitiam peruenire contingat, quod ad periculum Romani Pontificis, ſeu Romanæ Eccleſiæ vergeret, ſeu graue damnum illi immineret, illud pro poſſe meo impediam: & ſi hoc impedire non potero, procurabo bona fide ad notitiam S. D. N. Papæ perferri. Papatum Romanum, & Regalia S. Petri, ac iura ipſius Eccleſiæ ſpecialiter, ſi quæ in Ciuitate, oppido, vel Terra, vnde oriundus ſum, eadem Eccleſiæ habeat, iuuabo; & quantum in me erit, contra omnes homines defendam. Dominos meos correctores, & Collegium Scriptorũ Archiuij Romanæ Curiæ venerabor, ac eorum priuilegia, & inſtituta ſeruabo, nec per quempiã verbo, aut facto pro viribus meis violari permittam, ac Tabellionatus officium fideliter exercebo. Contractus, in quibus vnius vel plurium Partium conſenſus requiritur; fideliter faciam, nihil addendo vel minuendo, quod facti ſubſtantiam mutet. Inſtrumentum non conficiam, de aliquo contractu, in quo ſciam interuenire vim vel fraudem. Contractus in protocollum redigam; & poſtquam ſic redegero; malitioſe non differam contra voluntatem illorum, quorum eſt contractus, ſuper eo conficere Inſtrumentum publicum (ſaluo meo Iuſto, & conſueto ſalario) Et ita ſpondeo ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

4 *Priuilegia*. Notarius poteſt pro alio, etiam abſente, ſtipulari, & acceptare; adeo vt non ſit licitum alteri parti ante acceptatam pollicitationem ab abſente, à contractu recedere. *Decius in l. Quo tutela 50. §. Nec paciſcendo, ff. n. de reg. iur.*

5 Notarius Clericus licet prohibeatur Inſtrumenta conficere, vel aliud notariatus officium exercere. §. *Sicut 8. Ne Cler. vel Mon.*

Confectum tamen valet: quia multa facta tenent, quæ tamen prohibentur fieri. *Dec. in l. In ambiguis 85. §. Non eſt nouum, ff. n. de reg. iur.*

Clericus tamen, etiam in ſacris, etiam Regularis, in cauſis ad S. Officium ſpectantibus, poteſt Notariatus officium exercere. *c. vt officium 11. §. verum. De hæret.*

6 In Notario potius præſumitur error, & obliuio, quam falſum præſertim in inſtrumento facto coram multitudine. *l. penult. C. de his, qui ſibi adſcrib. l. Quoties, §. 1. ff. i. de hæred. inſtit. Bart. relatus à Zilet. conſ. crimin. 8. n. 14.*

7 Notarius Curiæ Epiſcopalis gaudet priuilegio fori, quia eſt de familia Epiſcopi. Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Ortonen. 6. Aug. 1602. 1605. Squillace 13. Octobris 74.

8 Notarius extrahere poteſt acta ab ipſo ſcripta, vel coram ipſo producta, & Inſtrumenta, de quibus fuit rogatus, etiam ab ipſo ſolum ſubſcripta, abſque citatione, vel alia ſolemnitate. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 38.*

9 Notario concedenda licentia acceſſus pro rogitu Inſtrumentorum, etiam Mandati Procuræ ad exponẽda grauamina ab Ordinario illata, 1637. Teramo 20. Nouemb.

10 *Obligationes*. Notarij Vrbis debent dare copias pauperibus gratis. *Paulus V. Conſtit. 71. vniuerſi, §. 20. num. 20. pauperibus dentur.*

11 Notarius Epiſcopi quædam debet expedire gratis, quæ enumeraui lib. 4. Ciuilium tit. 18. n. 28. ſupra v. gratis, & infra v. taxa.

12 Notarij, & quilibet alij tenentur reuelare legata, &c. relicta almæ Domui; vt latius dixi in tit. de action. n. 209.

13 *Delicta, & pœnæ*. Notarius de inſtrumento rogatus, ſi neget ſe rogatum, incidit in pœnam falſi. *Iaſ. in l. ſi teſtamentum 10. C. de teſtam.*

14 Notarius conficiens teſtamentum iudicio carentis, vel ratione non vtentis, peccat, & tenetur ad reſtitutionem ei, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat. *Nau. c. 25. n. 54.*

† Similiter ſi aliquod damnum ex Notarij culpa, incuria vel facto in danda aliqua atteſtatione vel ſcriptura, ſententiam probetur, Notarius tenetur ad reſtitutionẽ ſaltem in ſubſidium; ſecus ſi etiam abſque tali facto, vel ſcripto adhuc ſecutum fuiſſet. Ex Ref. Pauli V. ſub Rubr. De Notar. Trib. Vrbis, n. 35. §. Ad rogandum. *Othob. deciſ. 142. & 211.* *

15 Si Notarius, ſoluta ſibi competenti mercede, abſque iuſta cauſa recuſet inſtrumentum conficere, periurus eſt, & poteſt officio Notariatus priuari. *Oinot. inſt. de adopt. §. cum autem impuber. n. 7.*

16 Notarius conficiens inſtrumentum vſurarium palliatum, ſi in fauorẽ mutuantis, in eius defectum ad reſtitutionem tenetur; ſi vero in fauorem mutuatarij, non tene-

tenetur ad reſtitutionem, ſicut nec quando inſtrumentum eſt apertè vſurarium, quia tunc nullum eſt. *Azor. 3. p. lib. 5. c. 17. Tolet. lib. 5. c. 36. n. 1. & 81. n. 7.*

17 Quando perſona Notarij eſt aliqualiter ſuſpecta, & non bonæ famæ, tunc cõtra eum probatur falſitas per coniecturas, ac veriſimiles præſumptiones, & punitur extra ordinem. *Zilet. conſ. 123. n. 10.*

Item ſi conſueuit falſa inſtrumenta. *Idem num. 11.*

Item ſi inſtrumentum non continet veriſimilia. *Idem n. 13.*

Et tandem remittitur arbitrio Iudicis, cũ probationes ſint arbitrariæ. *Ibidem.*

18 Notarius exul ab Vrbe ob defectus in officio commiſſos non debet admitti in Tribunalibus Ordinariorum, 1652. Teramo 6. Septembris 7.

NOTHVS: Illegitimus.

NOTORIVM. *Excommunicatio.*

1 A*Liud* dicitur notorietate Iuris, aliud notorietate facti, vt latius proſecutus ſum in Can. lib. 5. tit. 39. n. 31.

2 Notoria probatione non indigent. *c. ſuper eo 3. de teſtib. cogen. c. veſtra, de hab. Cler. & mul.*

Niſi probatio requireretur pro forma. *Diana 1. tr. 1. reſol. 14. Genuen. c. 17. n. 5.*

NOVITAS.

1 N*Ouitates* apud Romanos fuerunt ſemper odioſæ, niſi perneceſſariæ probarentur: Sermones enim apud vulgus excitabant. Tit. Liu. lib. 34. *Megaleſia*, inquit, *ludos ſcenicos, C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo, Aediles curules, primi fecerunt. Horum Aedilium ludos Romanos, primum Senatus à populo ſecretus, ſpectauit: præbuitque ſermones, ſicut omnis nouitas ſolet. Alij tandem quod multo ante debuerit, tributum cenſentibus ampliſſimo ordini: alij demptum ex dignitate populi, quicquid Maieſtati Patrum adiectum eſſet, interpretantibus, & omnia diſtrimina talia, quibus ordines diſcernerentur, & concordiæ, & libertati æque minuenda eſſe. Ad quingenteſimum octauum annum in promiſcuo ſpectatum eſſe: quid repente factum, cur immiſceri ſibi in cauea Patres plebem nollent? Cur diues pauperem conſeſſorem faſtidiret? Nouam & ſuperbam libidinem, ab nullius ante gentis Senatu neque deſideratam, neque inſtitutam. Poſtremo ipſum quoque Affricanum, quod Conſul Auctor eius fuiſſet, pœnituiſſe ferunt. Adeo nihil motum ex antiquo probabile eſt. Veteribus, niſi quæ vſus euidenter arguit, ſtari malunt.*

2 Eccleſia quoque Romana antiquitatis tenaciſſima fuit. Vnde cum Alex. III. vt refert Gauant. iuſſiſſet recitari in hebdomada maiori quater paſſionem ſecundum quatuor Euangeliſtas, cum antea ſemel tantum ſecundum Matthæum recitari ſoleret; factum quidem eſt, ſed cum ingenti murmure, Clerique, ac populi offenſione, propter nouitatem.

3 Quantum vero eadem Romana Eccleſia cunctata fuerit, vt ſymbolo miſſæ vnam dictionem adderet, *Filioque*, & ægre tandem, quando res ad ſchiſma iam, & hæreſim ſpectare videbatur, S. Henrico Imperatore ſuadente, Benedictus Octauus, ſeu potius alius Romanus Pontifex addidit, dixi late in Collect. ad Ioann. 15. 26. 7.

4 Aliud exemplum de nouis, ſiue Dijs, ſiue colendi ritibus, non recipiendis prænominatus Liuius affert lib. 4. *Nec corpora modo affecta tabo, ſed animos quoque multiplex Religio, & pleraque externa inuaſit, nouos ritus ſacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi, donec publicus iam pudor apud Primores ciuitatis peruenit, cernentes in omnibus vicis ſacelliſque peregrina, atque inſolita piacula pacis Deum expoſcendæ. Datum inde negocium Aedilibus, vt animaduerterent; ne qui, niſi Romani Dij, neu quo alio more, quam Patrio, colerentur.* Anno ad Vrbe condita 326. A. Cornelio Doſſo, & T. Quintio Perino iterum, conſulibus, cum ſiccitate, ſcabie, pecorum peſte, hominumque tabo laborarent Romani.

5 Prohibitio obligandi Moniales ad noua abſque licentia S.C. intelligitur de rebus pertinentibus ad obſeruantiam Regularẽ, non autem ad clauſuram, & regimen externum, immo nec internum, cum ordinationes non ſunt contrariæ Regulæ, & inſtitutionibus Monaſterij, 1596. Siena 31. Ian. 15.

6 Gerundia in litteris S.C. important conditionem, quando abſolutè explicata, inducerent nouitates, 1655. Sulmona 16. Aprilis 4.

7 Prohiberi debet Clero, ne creet nouos officiales, puta Præſidentem; in cuius domo iugiter conueniant ſeditioſi cum detrimento Eccleſiaſtici regiminis, 1654. Gubio 24. Iulij 59.

Alias prohiberi non debet Clericis, ne ſimul conueniant ad tractandum de rebus ſuis, vt ſupra v. Collegiata. 1.

NOVITIVS:

Alimenta. Clauſura. Conuertitæ. Diſpenſatio. Habitus. Magiſtra. Monialis. Profeſſio. Reformatio. Regularis.

1 A*D Profeſſionem* admitti debent Nouitij, ſi habiles exiſtant, non obſtante, quod in eo Monaſterio ali non poſſint: ſunt enim in alio aliquo eiuſdem Religionis Monaſterio collocandi, vbi commodè poſſint ali. Declarat. ad conſtit. 43. Vrb. VIII. Nouitij enim non poſſunt ad

libi-

libitum expelli, licet ipſi pro libito poſſint exire. *Diana 3. tr.2. reſol.* infra num.22.

2 *Si Conuentus* cōcedatur pro certo Nouitiorum numero, non intelligitur proptera deſignatus in locum Nouitiatus, 164. Celeſtini 22. Septemb. 8. Minimi 6.Octobris 19.

3 Si ad tempus, licet eo elapſo facultas expiret, quo tamen ad receptos prorogatur vſque ad profeſſionem, 1646. Serui 8.Iun.8.

4 Conuentus deſignandi in locum Nouitiatus debent eſſe numeroſi, 1610. S.Agata 30. Aprilis.

5 *Recipiendi* Nouitij decimum quintum ſaltem ætatis ſuæ annum attingant, 1632. Theatini 16. Iulij 702. 1634. Oſſeruanti 7. Aprilis 140. infra num.15.

† Et alia ſeruentur, quæ Conſtitutionibus Apoſtolicis, præſertim S.m. Clementis VIII. decretis præſcribentur. A quibus tamen ſacra C. C. 21. Sept. 1624. conſt. 26. *Sacra Congregatio* §.2. Excipiendum cenſuit caput illud, quo decernitur, ne Nouitij vlterius ad habitum recipi poſſint, niſi prius à Congregatione Reformationis Apoſtolicæ, vel à proprijs locorum Ordinarijs expreſsè, & nominatim approbati fuerint. A cuius quidem decreti obſeruatione ſacra Congregatio iuſtis de cauſis cenſuit Regulares eſſe abſoluendos, pro vt auctoritate S. D. N. abſoluit, atque exemit. *

6 Nouitius recipitur à Superiore Religionis cum conſenſu maioris partis conuētus, niſi aliter habeat conſuetudo alicuius Religionis. *Lezana qq. Reg. c.18. n.66.*

7 *Ciues* aliqui locorum, vbi ſunt Conuentus, cum recipiuntur Nouitij, debent admitti, ſi id communitates petunt, 1604. Perugia 17. Maij 40. *v. Habitus.*

8 Nouitij maiores 20. annis non debēt habitare cum alijs in Nouitiatu communi, ſed ſeparatim in profeſſorio ſub cura magiſtri particularis, 1622. Terz'Ordine 19. Iulij 162.

9 *Abbreuiari* ſolet Nouitiatus ad ſex menſes Nouitio venienti ab alia Religione, præſertim ſi ab arctiori ad laxiorem, 1624. Terz'Ordine 12. Ian. 7. 1645. Conuentuali 21. Iulij 10. &c.

Aliquando etiam venienti à ſæculo. Mihi quidem ex gratia ſpeciali ad tres menſes, 1648. Agoſt. di Lomb. 18. Septemb. 1.

10 *Interruptus* Nouitiatus à capite reincipi debet, 1638. 21. Maij 166. 1649. Agoſt. 26. Febr. 9.

Niſi interruptio fuiſſet valde modica, 1616. Minimi 12. Aug. 121. 1654.

Vel niſi S. C. diſpenſet, 1647. Serui 24. Maij 9. 1649. Tertiarij 8 Ianuarij 14. Agoſt. di Lomb. 26. Februarij 1.

† Item Sacra C.C. 18. Nou. 1617. cenſuit, Nouitium extra detentum de ordine Sanctiſſimi, vel ſacræ Congregationis pro exploratione voluntatis, non interrumpere Nouitiatum.

Procuratori Generali Ordinis Minimorum quærenti, an Nouitius, qui à Monaſterio, vt aliam Religionem ingrederetur, abierat, ac duas tantum horas in alio Conuentu moram traxerat, moxque facti pœnitens reuerſus fuerat, teneretur incipere nouum annum probationis?

Reſponſum eſt teneri ab eo die, quo redijt. *Fagnan. c. Inſinuante. Qui Cler. vel vouen. M. 36.*

An Superiores, & Conuentus alicuius Religionis, qui aliquem ad profeſſionem admiſerint anno continuo probationis nō expleto, ſed tantum interpolato, incurrerint in pœnas, & cenſuras in c. Non ſolum 2. De Regular. in 6. poſitas. ibi. *Quod ſi forte contra hanc noſtram prohibitionem quemquā ante annum probationis elapſum recipere præſumpſeritis, decernimus eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus veſtro eſſe ordini alligatum: Voſque à receptione quorumlibet ad profeſſionem eiuſdem Ordinis fore ipſo facto ſuſpenſos, & inſuper pœnæ ſubijciendos, quæ Fratribus ipſius ordinis pro culpis infligi grauioribus conſueuit.* C. C. cenſuit incurriſſe. *lib.131. ad* 428. *

11 Nouitius, qui, finito anno, fuit habitu ſpoliatus, poteſt iterū admitti, & profiteri abſque nouo nouitiatu: ſecus ſi habitum ſponte depoſuiſſet, 1619. Oſſeruanti 26. Aprilis 139.

† Sacra item C.C. cenſuit, ſi Nouitius, quo tempore habitu exutus fuit, e clauſtro non diſceſſerit, annum probationis nō fuiſſe propterea interruptum. *lib.* 173. 332. *Carthuſiani.* *

12 *Supranumerarij* recipi ſolent cum pacto, vt ſubintrent, vel ad alios Conuentus, vbi non ſit expletus numerus, tranſmittantur, 1646. Can.Reg. del Salu.22.Decemb.4. 1646. Dom.25. Maij 7. 23. Nouemb.8.1649. 21. Maij 14.

13 *Ad ſecundum* nouitiatus annum poſſunt compelli Profeſſi, ſi Conſtitutiones Ordinis ita diſponunt, 1601. Domenicani 25. Octobris 97.

14 *Magiſter* Nouitiorum habere debet ætatem, & alia requiſita Conſt. Clementis Octaui, etiam in Religione Miniſtrantium infirmis, 1645. 6. Octobris 57. 1646. 23. Martij 14.

15 *Superiores*, ſeu Prælati Religionum poſſunt pro tempore Nouitiatus diſpenſare cum nouitijs, ſicut cum alijs Religioſis, etiam

etiam in votis. *Lezana l. c. c.24. n.5. Bonac. to.2. de præceptis diſp.4.quæſt.2.pun.7. §.4. n.27.*

16 *Nouitio Canonico, vel Beneficiato* debentur fructus pro tempore nouitiatus,ſed non diſtributiones quotidianæ, 1585.Palermo 5. Aug. 144.

Declara; quia fructus Beneficij nouitij diuidendi ſunt; ita vt pars illorum aſſignetur Vicario miniſtraturo in beneficio; pars autem alia cedat ipſi nouitio; quia eſt verus Beneficiatus, & dominus fructuū illius Beneficij. *Sanch. lib. 7. in Decalog. c.4. n.18. Lezana to.2. c.2. n.21. ex c. Beneficium 4. de regul. lib.6. Ego ipſe fuſius in explic. Canon. lib.3. tit.5. de præben. n.4.*

17 *Confeſſiones* audiendi facultas concedi poteſt Nouitijs Sacerdotibus, niſi obſtent ſtatuta Religionum. Et licet per profeſſionem expiret facultas ordinaria confeſſiones audiendi; non tamen expirat delegata, ſi quam habebat Nouitius. *Lezana v. Nouitij num.42.* v. Cura.

18 *Alloqui* Parentes permitti debēt Nouitij, 1602. Genoua 12. Martij 13. 1617. Carmelitani 16. Septemb. 252.

19 *Prohibetur* Puellas ad habitum recipi in illis Monaſteriis, quorum Conuerſæ exeunt, 1604.Piſtoia.Mōtatcino 17.Maii 40

Vel quæ non habent locum diſtinctum, & ſeparatum pro Nouitiatu, 1629. Fiorenza 12. Ian. 12.

20 *Acceptandæ* ſunt Nouitiæ,antequam introducantur, 1649. 29. Ian. 21.

21 Ordinarius nullo pacto compellere poteſt Moniales ad acceptandas puellas,neque ad profeſſionem, licet haberent licentiam Sedis Apoſtolicæ, 1601. Aſſiſi 29.Maii 65. 19. Iunii 71. Capua 7. Nouembris 102. 1602. Marſico 26.Martii 20.Fermo 17.Aprilis 21. Capua. Genoua 22. Modena 4. Septembris 58.

22 Moniales nullo modo per iuramentum, vel cenſuras cogendæ ad exprimendā cauſam, cur aliquam Nouitiam à profeſſione reiiciant: ſed ſi ſecreto interrogatæ, idoneam repulſionis cauſam non afferant, & in ſua contumacia perſeuerent, Ordinarius S. C. faciat certiorem, 1605. Pampalona 5. Nouemb. 76. *latius infra v. Profeſſio n.6.*

23 Pro Nouitia ſemel excluſa debet iterum fieri Capitulum, ſi petat, 1601. Aſſiſi 19. Iunii 71.

Et Ordinarius curet ſuffragia libere dari, 1620. Piſtoia 30. Iunii 183.

24 *Sub Magiſtræ* cura,& regimine degāt omnes Nouitiæ, & educandæ in habitatione particulari, in qua præter Magiſtram cum ſocia nulla Profeſſa degat, 1593. Como 10. Martii 119. §. 4.

25 Puella, quæ non compleuit annum duodecimum, recipi poterit interim pro educanda, 1600. Venetia 21. Nou. 7.

Sed regulariter Nouitia veſtiri nō poteſt ante 14. annum expletum,& tunc de licentia S. C. ſi velit eſſe formaliter Nouitia ante 15. expletum, 1602. Perugia 5. Nou.72. *v. ætas.*

26 *In habitu* ſæculari fieri non poteſt Nouitiatus, 1602. Senegaglia 17. Aprilis 21. Milano 25. Octobris 70.

27 *Alimenta* pro anno Nouitiatus debētur etiam à Numerariis, 1583. Lodi 1. Februarii 28.

Niſi S. C. det licentiam inueſtiendi dotem pro Nouitia, quæ illa ſoluere nequit, 1645. Lodi 9. Nouembris 7.

28 Nouitiæ exeunti reſtituuntur alimēta ſemeſtris non incœpti, 1646. 8.Iunii 18.

Et morientis etiam dos, ſolutis, vel excomputatis alimentis decurſis, 1624. Gallipoli 26. Ian. 21. *v. Dos.*

29 Nouitiis receptis ſine actuali depoſito præfigitur terminus ad deponendum, & finito anno, etiam ad profitendum, 1645. 9. Iunii 16.

30 *Tempus* ſiue annus probationis debet eſſe continuus: quod incipit à die aſſumptionis habitus,non acceptationis Monialium, 1608. Parma 23. Maii 50.

31 *Dilatio* conceditur facilius, quam abbreuiatio, 1612. Mantoua 16. Martii 30.

32 *Locus ſeparatus* pro Nouitiatu in magnis Monaſteriis omnino fieri debet, 1604. Auerſa 26. Ian. 7.

33 Nouitiæ non debent habitare cum Profeſſis, neque poſt, annum, 1647. 19. Iulii 80. *v. Magiſtra.*

34 *Profeſſio* tacita non præſumitur emiſſa, quando Nouitia portauit ſemper velum album, & culpam fecit in die Nouitiarum à Profeſſarum diuerſo, 1601. Napoli 3. Iulii 73.

35 Si Nouitiæ inquietæ poſt annum concedatur vlterius probationis tempus, infra quod emendetur, profiteri poterit de Monialium conſenſu,& licentia S.C. 1603. Ancona 3. Decembris 83.

Si non emendabitur, dimittetur in habitu ſæculari 93. 1604. Ancona 26. Ian. 8.

36 Si Nouitia declaret, ſe nolle profeſſionem emittere, & poſtea facti pœnitens petat admitti, expectandi duo,vel tres mēſes ad eius voluntatem melius explorandā, 1618. Nullius Caſtel durante 9. Octob. 329.

37 *Exire* non debent amplius Nouitiæ. Quod ſi propoſiti pœnitentes exeant, non ſunt amplius admittendæ, 1586.Spoleto 19. Auguſti 653.

38 Po-

38 Poteſt Nouitia veſtiri abſque eo, quod exeat de Monaſterio, 1604. Milano 12. Iulij 10.

Nam & ſi Concilium prouinciale iubeat remitti domum per aliquot dies: aliquando tamen rationabile eſt, vt Ordinarius diſpenſet cum illis, quarum ſpiritus eſt probatus, & quæ propter iuſtum aliquem reſpectum exire nollent à Monaſterio, 1593. Milano 15. Iunij 189. *v. Habitus,* & virgo, quæ ſibipſi crines abſcindit, ſatis, declarat propoſitum deliberatum. *Infra v. virgo n.* 18.

39 *Infirma* morbo contumaci remittitur curanda domum, 1593. Napoli 14. Decembris 45. 29. Martij 27. 1597. 4. Aug. 86.

Eo pacto, vt reuerſa, reincipiat Nouitiatum à capite, 1605. Venetia 14. Decembris 91. 1634. Trani 15. Septemb. 376. 1645. 10. Febr. 21. 1647. 12. Aprilis 56.

Abſque tamen cæremonijs ad euitandas expenſas, 1624. Napoli 26. Nouemb. 267.

40 Sed ſi Nouitiatus annum expleuerat, poſteaque ex cauſa ſupradicta de conſenſu Monialium, & ſuperioris exijt: poteſt, cum redit, admitti ſine nouo nouitiatu, 1619. Napoli 8. Nouemb. 357.

41 Nouitia egreſſa, licet propter infirmitatem, vel aliam iuſtam cauſam, etiam cum licentia S. C. recipi nõ poteſt amplius intus idem, vel aliud Monaſterium abſque noua, & expreſſa licentia eiuſdem S.C. 1604 Napoli 9. Martij 20.

Multo magis, ſi exijt ſponte ſua, 1645. Seſſa 9. Iunij 26.

Nec datur licentia, quando interim in materia honeſtatis conditionem deteriorauit, 1604. Nola 16. & 22. Martij 24.

42 *Energumena* Patri redditur, 1600. Tortona 29. Nouembris 9.

Et ſi toleretur in Monaſterio debet declarari, quod nunquam intelligi poſſit, vel tacitè profeſſa ſine noua, &c. 1595. Imola 22. Februarij 2.

43 Nouitia, quæ exijt ab vno Monaſterio ad profitendum in alio, debet reincipere nouitiatum à capite, 1603. Rauenna 10. Iunij 46. Meſſina 27. Octobris 80.

44 Moniales, quæ mutant Regulam, debent peragere probationis annũ, qui incipit à die, qua ſuſceperunt habitum ſecũdæ Regulæ, ſiue fuiſſent in prima profeſſæ, ſiue non, 1604. Caua 27. Iulij 21.

45 Nouitia non tenetur amplius contrahere ſecundum ſtatuta laicalia, 1603. Milano 23. Iulij 56.

† NVLLITAS.

Aliquando dicuntur annullari etiã ea, quæ ab initio nulla fuerunt. c. Si quis 6. De reb. Eccl. non alien. ibi. *Confectum exinde documentum viribus* (*quamuis ab initio nullas habuerit, vacuntur.* *

† NVLLIVS. *Diœceſis.*

1 PRælati Nullius veniunt ſub nomine Ordinarij, non autem ſub nomine *Epiſcopi*: vnde eorum iuriſdictio non dicitur Epiſcopalis ſed quaſi. C. C. *Nullius Guaſtalli* 13. *Nouemb.* 1638.

2 Diſpenſationes Matrimoniales diriguntur Prælato Nullius, vel eius Vicario. *C.C. lib.*9: 204. *Pacten.* 12. *Aprilis* 1642. *n.* 29.

3 Prælati Nullius poſſunt Parochis ſibi ſubditis concedere licentiam abſentiæ ad præſcriptum c. 1. ſeſſ. 23. *lib.* 53. 220.

4 Commendatitias indiſtinctè concedunt, licet concedere non poſſunt dimiſſorias. 4. *Septemb.* 1578. *lib.* 59. 532.

5 Si Epiſcopus ſit Cõmendatarius Abbatiæ Nullius diœceſis, non poteſt ibi illius ſubditis ordines conferre, vel Synodum, aut concurſum facere, ſed bene Confirmationis Sacramentum adminiſtrare, Altaria, & Cappellas conſecrare, aliaque Pontificalia exercere. *lib.*63. *Celſonen.* 27. *Sept.* 1602. *n.* 94.

6 Canonicus approbatur à Prælato Nullius, non ab Epiſcopo viciniori. 22. *Nouembris* 1607.

7 In caſibus, in quibus Ordinario competit iuriſdictio in exemptos etiam Regulares, competit etiam Prælato Nullius, exceptis ijs, quæ ordinis Epiſcopalis exiſtunt. 25. Iunij 1616.

8 Epiſcopus vicinior poteſt viſitare loca Nullius, ſed non ibi miniſtrare Sacramẽtum confirmationis abſque conſenſu Prælati, qui poteſt ad id qua maluerit Epiſcopum aduocare, vel etiam ipſe, ſi ſit conſecratus Epiſcopus, conferre. *lib.* 9. *Pacten.* 240.

Nec facere proceſſum Iudicialem. 8. *Iunij* 1619. v. Viſitatio.

9 Epiſcopus autem vicinior dicitur, cuius Cathedralis Eccleſia proximior eſt Abbatiæ, non autem loco Abbatiæ ſubiecto. 2. *Auguſti* 1596. *

NVMERVS.

Conuerſæ. Conuertitæ. Educandæ. Habitus. Soror.

1 PRæfigendus. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Reg. c.* 3. Etiam in Monaſterijs bona immobilia non poſſidentibus, 1652. Foligno 24. Maij 10.

Etiam in exemptis, & Regularibus ſubiectis, ſed cum interuentu Superiorum ſuorum. Greg. XIII. conſt. 8. *Deo ſacris,* §. 6.

Etiam ſi omnes cõſentirent velle recipi ſupra numerum cum eleemoſynæ duplicatæ ſolutione, 1604. Cremona 12. Iulij 12.

Alias receptio nulla eſt ſine licentia S.C. 1589. 21. Martij 29. Aiqui 1. Septemb. 75.

Exce-

Exceptis Monaſterijs Conuertitarum,in quibus numerus præfigi non conſueuit, 1604. Modena 8. Aprilis 21.

2 Præfixio numeri non præiudicat ante receptis,1601. Oruieto 16.Maij 61. 1648. Faenza 21. Aug.4. Oſtuni 13.

3 Numerus Monialium debet eſſe ſaltem duodecim, 1600.Camerino 18.Decembris 19. 1601. 22. Iulij 79.

Non maior numero cellarum, 1627. Vicenza 30. Iulij 354.

4 In præfixione numeri diſtingui debent ſeparatim, quot debeant eſſe Moniales velatæ, quot Conuerſæ, & quot aliæ perſonæ exteræ, Monaſterij redditibus ſuſtentandæ, 1595. Piacenza 6. Nouemb. 149. 1602. Como 23.Iulij 47. 1603. Città di Caſtello 13. Maij 36. 1614. Nullius Caſtel durante 29. Aug. 108.

Non tamen fieri debet diſtinctio inter nobiles, & ignobiles, 1588. Amalfi 149.

5 Numerus Conuerſarum calculatur ad vnam pro ſeptem Monialibus: ſed Choralium regulatur ſecundũ prouentus Monaſterij, 1602. Camerino 21. Febr. 53.

6 *Redditus*. Vt plurimum requiruntur triceni aurei pro qualibet, 1602.Rimini 26. Martij 18. Aiqui 17. Septemb. 61.

In quibuſdam locis quinquageni, 1601. Napoli 19. Iunij 69.

In alijs viceni quini, 1602. Perugia 12. Martij 12. Rieti 14. 1607.Perugia 27.Ian.12.

7 Non tamen debet haberi ratio lucri manualium operum, 1602. Borgo S.Sepolcro 26. Nouemb. 80.

8 Prohibitio veſtiendi, & profitendi in Monaſterijs,vbi non eſt numerus præfixus, 1602. Tricarico 3. Febr.13. 6. Aug.53. Rieti 6. Aug. 53. 1604. Teramo 16. Martij 23. Piacenza 5. Aprilis 27. Trani 27. Iulij 25.

Neque cum licentia S. C. quæ non deroget in ſpecie præſenti prohibitioni, 1602. Rieti 23. Iulii 45. 25. Octobris 70.

Sicut derogari ſolet, quando pro Monacanda offertur depoſitum conditionale duplicatum, 1645. Gubbio 28. Aprilis 18.

9 Numerus augeri non poteſt ab Ordinario ſine licentia S. C. 1602. Brindiſi 12. Martii 47. 1604. Loreto 27. Iulii 26. 1649. 23. Iulii 64.

Quæ non conceditur, niſi redditus ita ſint aucti,vt quotannis vltra 30. aureos annuos, &c. ſit aliquid reliqui, 1600. Reggio 29. Nouemb. 8. *v. Monaſterium*.

10 *Educandarum* numerus augeri poteſt, modo non vltra dimidium Choralium, 1601. Cremona 16. Ian. 30.

11 Vbi exitus maior eſt introitu, reducitur numerus ad proportionem,prohibendo ne interim recipiantur ad habitum, niſi cum licentia S. C. & dote duplicata, 1601. Palermo 29. Ian.27. 1602. Perugia 5.Febr.8. 1604. Aquila 12. Ian. 12. Camerino 3. Februarii 12.

N V N C I V S.

Immunitas. Legatus. Oeconomus.

1 IN *Simonia*, & ſimilibus, in quibus condemnantur rei ad reſtitutionem fructuum male perceptorum, datur præuentio inter Nuncium, & Ordinariũ, 1591. Mileto 10. Decembris 385.

2 Nuncius non debet id cõcedere,quod negauit S. C. 1604. Melfi 5. Aprilis 43.

3 Nec Ordinarios ſuæ Nunciaturæ ad ſe facile vocare, licet ſit illis ſuperior, 1601. Cirenza 15. Decembris 329. 1603. Bouino 13. Maii 51.

4 Neque abſoluere excõmunicatos ab illis, niſi data excommunicatori honeſta ſatisfactione, 1603. Cirenza.

5 Nec admittere appellationes Canonicorum in materia diſtributionum, & punctaturarum, 1603. Arezzo 10.Iunii 64.

6 Nec remittere Reos ad locum commiſſi delicti, 1603. Groſſeto 15. Sept. 110.

✝ Nec mandare relaxari carceratos à Suffraganeo ob adulterium, vel aliud graue crimen ſub quauis fideiuſſione. I. Quia prius debent Acta videri, & grauamen ſi quod adſit declarari,ac tunc tranſmiſſionẽ carcerati ordinare. II. Quia in criminibus grauibus Rei non debent ſub fideiuſſione relaxari. III. Quia fiſco ſiue Curiæ ſuffraganei licet appellare à ſupradicto decreto: & ſic ſuſpendi debet executio, donec adſit res iudicata 1594. *Piſtoia 2. Agoſto* 219.

Auditor verò Nuncii nõ poteſt cognoſcere cauſas Appellationum in cauſis criminalibus interpoſitarum à ſententia Epiſcopi, vel eius Vicarii Generalis: nec huiuſmodi Auditoris ſententiæ de ſimilibus cauſis ſuſtineri poſſunt ex communi errore, vt declarauit S. C. obſtante c.2. ſeſſ. 13. *Refert Fagnan. c. cum cauſam. De appell. n.*8.*

7 Nec concedere familiaritates, & exẽptiones ab Ordinario alicui, qui ſibi actu non ſeruiat, nec à ſe victum habeat, 1617. Fiorenza 16. Iulii 96. §. 9.

8 Regulares ad ſe recurrentes ſuis Superioribus remittere, 1594. Fiorenza 30. Martii 94. 1602. Venetia 4.Iunii 74. 1604.S.Domenico 26. Ian. 9.

9 Arctatis extra tempora concedere poteſt, 1653. Venetia 28. Nouemb. 207. n. 1.

✝ Non tamen vt quis promoueatur,vel dimiſſorias obtineat à quouis Catholico Antiſtite. Gennen. 21. Aug. 1631. *

Nihil accipere pro abſolutionibus,& diſpen-

ſpenſationibus, præſertim à Regularibus, 1604. Venetia 1. Iunij 44.

10 Commiſſarijs Regularium aſſiſtere, 1601. Oſſeruanti 25. Iunij 72.

11 Cauſas grauiores ſine voto S.C. non expedire, 1604. Veglia 1. Iunij 44.

12 Curare, vt Fratres in foro laicali carcerati ſuis Superioribus conſignentur, 1604. Napoli 27. Iulij 22.

13 Viſitare, & corrigere Regulares exẽptos, 1601. S. Spirito 4. Iunij 34.

14 Non reuocare bonas Ordinationes datas à Viſitatoribus Apoſtolicis ſuper clauſura Monialium, 1603. Zara 1. Iunij 45.

15 Si ſubiectus Archiepiſcopo Florentiæ committat delictum in loco exempto, cognitio ſpectat ad Archiepiſcopum, non ad Nuncium, 1617. 16. Iulij 96.

16 Nuncius Neapolitanus habet iuriſdictionem, primo per conſuetudinem introductam, poſtea confirmatam per Breue Pauli V. cognoſcendi differentias ciuiles, quæ mouentur à ſecularibus contra Regulares in toto Regno, 1616. 23. Ian. 16.

NVNDINAE. Feſtum.

NVTRICES.

P*Roiectorum* habitare non debent Monaſterijs Regularium, ſed in domibus ſeparatis, 1602. Cruciferi 4. Iunij 32. Aquila 6. Aug. 52.

O

OBEDIENTIA.

Coniux. Debitum Coniugale. Opinio. Pœna. Protonotarius. Superior.

1 P*Rouiſi* de Beneficiis, & Dignitatibus à Sede Apoſtolica, neque per formam gratioſam, neque per quamcumque aliam, eximuntur ab obedientia Epiſcopo præſtanda, 1588. Barchinonen. 23. Ian. 12.

2 Regulares degentes extra clauſtra, ſubiecti ſunt Ordinarijs, niſi miſſi fuiſſent à Superioribus pro auxilio Religionis, 1601. Fiandra 4. Iunii 33. 3. Iulii 49.

† *Nam Regulares Miſſionarij cenſentur viuere intra clauſtra ex Breui Clem. VIII. die* 9. *Maij* 1595. Decernimus, *inquit*, vos ad præmiſſa obeunda à Prælatis veſtris deputatos, & ſub obedientia veſtri Prouincialis viuentes, reputandos eſſe tamquam Religioſos viuentes intra clauſtra, & ſub obedientia veſtrorum Prælatorum, ac propterea non eſſe ab Ordinarijs moleſtandos, niſi in caſibus à dicto Concilio reſeruatis: dummodo quolibet anno vos coram Veſtris Superioribus præſentetis, & innouationem licentiarum obtineatis, Sicque per quoſcumque, &c. *Verricell. tit.* 4. *q* 98. §. 19. *n.* 100. *

3 Regulares exempti non poſſunt viſitari, & corrigi ab Ordinario, ſed bene à Nuncio, 1601. S. Spirito 4. Iunii 34.

4 Superiores Conuentuũ facti per Breue, ſubiecti ſunt Generali, ac ſi eſſent electiui, 1610. Can. Reg. Later. 31. Aug. 262.

5 Minores Obſeruantes exteri venientes ad Vrbem, poſt octo dies ſubijciuntur obedientiæ Guardiani Aracœli, 1648. 3. Aprilis 18.

6 *Quod Moniales* Ordinario potius quã Regularibus ſint ſubiectæ, magis inclinat S. C. 1600. Valenza 16. Decembris 17.

Nam Regulares patiuntur ex gubernio Monialium, quibus nec poſſunt ita prompte ſubuenire, præſertim in temporalibus, ſicut Ordinarii, 1594. Siena 9. Aug. 77.

7 Moniales S. Birgittæ, quæ ſolebant habitare prope Conuentum Fratrum eiuſdem Ordinis, ſubtrahuntur ab eorum obedientia, ſubduntur Ordinario, & Fratres iubentur alium Conuentum quærere, 1600. Genoua 18. Septembris 73. 1605. 7. Iunij 30. 8. Aug. 51. 19. Aug. 51. 20. Decemb. 95.

8 Monialibus ſubtractis ab obedientia Regularium, non debent dari tam cito Regulares neque pro Confeſſionibus, neque pro concionibus, 1603. Raguſa 1. Sept. 69.

Niſi ex gratia ſpeciali, & ad tempus, *pro* adminiſtratione Sacramentorum, 1604. Nanneten. 7. Decembris 85.

9 *Pœna* Monialium Ordinario ſubijci recuſantium, præſertim Officialium, & Auctricum. Priuationis Officiorum, Veli, & vtriuſque vocis. Carceris, ſubtractionis Sacramentorum, & ſacrificij, ac colloquij, vel cõmercii, etiam per nuncios, & litteras, &c. 1600. Albenga Monache di Porto Mauritio 27. Iunii 49.

Incipiendo à Monaſterio debiliori, & inuocato, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſæcularis, 1618. Sulmona 9. Febr. 40. 1627. Borgo S. Sepolcro 2. Iulii 312. 1646. 17. Auguſti 47. 22. Decembris 9.

Item interdictum, & prohibitio recipiẽdi ad habitum, vel profeſſionem, 1602. Firenze 5. Febr. 8.

OBLATI. *Paſcha.*

Q*Vando nam* gaudeant priuilegio fori, plene dixi in explicatione Canonica lib. 5. tit. 39. de ſent. excom. num. 110.

OBLATIO.

Garzophilacium. Laicus. Miſſa. Presbyter.

1 V*Erbalis*, in iudicio facta, excuſat à mora, ſi fuerit recuſata. *Rota apud Cenc. addit. deciſ.* 49. *n.* 3.

Item vim habet ſolutionis per compenſationem faciendæ. *Rota recentior. par.* 1. *to.* 1. *deciſ.* 89. *apud Farin.*

Alias non ſufficit verbalis, ſed requiritur realis.

2 Obla-

2 Oblationes vbicumque factæ, regulariter ſpectant ad eum, qui ibi exercet curā Animarum, vt plenius dixi in d. tit. de ſent. excom. num. 181.

3 *Expendi* debent in alimonias Fratrū, necnon in Eccleſia amplianda, & ornanda, 1596. Reggio 5. Nouemb. 88.

Item in celebratione Miſſarum, Paramētis, & ſimilibus, 1586. Nardò 9. Decembr. 892. 1588. Milano 26. Iulii 140. 1596. Reggio 22. Iulii 63. Aleſſano 4. Decemb. 93. 1601. Ceſena 2. Aprilis 117. 2. Maii 127. &c.

OBLIGATIO.

Creditor. Debitor. Miſſa.

1 IN *forma Cameræ* quando dicatur, & quomodo fiat, dixi in ciuilibus lib. 3. tit. 14. De obligat. n. 32. & ſeqq.

2 Fuit expediens iudicatum, ne admittantur Regulares ad ſatisfaciendum obligationibus Miſſarum in Eccleſiis ſæcularium, & è conuerſo, niſi adſit expreſſa diſpoſitio Teſtatorum in contrarium, 1596. Venetia 15. Maii 42.

Vel penuria Sacerdotum ſæcularium, *vt ſupra v. Miſſa*.

3 Obligationes vnius Eccleſiæ non debent ad aliam transferri, dum in propria poſſunt adimpleri, 1602. Como 20. Aug. 87.

Secus ſi non poſſunt, 1647. 25. Ianuarii 4. 1650. 30. Septembris 8.

Præſertim ad Matricem, 1586. Mazara 16. Septembris 76.

4 Non probatur, quod Epiſcopus deputet Commiſſarium cum prouiſione continua pro reuidendis Eccleſiarum oneribus 1601. Giorgento 7. Nouembris 229.

5 *Religioſus* obligari non poteſt, neque Ciuiliter, neque naturaliter, ordinariè loquendo, 1620. S. Agoſtino 24. Febr. 45.

6 *Moniales* vouentes obſeruare Regulas, & conſtitutiones Ordinis, nō ideo obligantur ad omnia in eis contenta ſub mortali, 1610. S. Domenico 19. April.

OBREPTIO. *Sententia*.

OMnis officit, in qua exprimitur falsū, quod mouet Principem ad gratiam concedendam: ſubreptio vero ſolum, quādo tacetur verum, quod Iura iubent exprimi. Nam alioquin omnes gratiæ eſſent ſubreptitiæ; cum fere ſemper aliquid tacere contingat, quod ſi fuiſſet expreſſum, petitioni non annuiſſet Princeps. *Nau. c. 22. n. 86. in med. Garzias 8. c. 3. n. 19.*

OBSERVANTIA.

Conſuetudo. Obligatio.

OBSERVANTES.

Legatum. Obedientia. Paupertas.

1 OBſeruanti, vt portare poſſit caligas, & induſia propter infirmitatem, 1606. Oſſeruanti 6. Decembris 98.

2 *Nouitij* ſecundum Regulas Reformatorum inſtruantur, 1624. Oſſeruanti 19. Aprilis 100. 101. n. 6.

3 *Generali* licere, Fratres, etiam Reformatos, ab vno Conuentu ad alium ſimiliter Reformatorum transferre, cum conſilio tamen Reformatorum illius Prouinciæ, 1624. 16. Maii 147. Vide Conſt. 21. Vrb. VIII. quæ incipit, *Alias felicis*.

4 Generalis, & Commiſſarius Generalis eamdem habent auctoritatem in Reformatos, quam in ipſos Minores de Obſeruantia.

5 Viſitatores Reformatorū, vt amplius non neceſſarii, remouendi.

6 Nouitiatus inter Reformatos eligantur, n. 2.

7 Si Miniſter Prouincialis fuerit electus ex Reformatis, omittatur electio Cuſtodis, ſecus ſi de Familia.

8 *Diſcreti* locales in poſterum nullatenus eligantur, vt ſic Ciſmontana familia vltramontanæ conformetur, 1625. 27. Septembris 226.

9 *Paupertas*. Obſeruantes poſſunt de anno in annum recipere fructus alicuius prædii, non tamen in eleemoſynam perpetuam: multo minus accipere, tenere, vel colere ipſum prædium, niſi de licentia Papæ, vel S. C. 1602. Catanzaro 20. Auguſti 90. Mantoua 55. 1615. 13. Iunii 70. *v. legatum*.

† Cum relicti eſſent Fratribus Minoribus annui redditus, quorum ſunt incapaces, petitum fuit declarari per ſacram C.C. an Fratres poſſint ſibi vendicare hos annuos redditus, non quidem vt eo modo, prout relicti erant, ſingulis annis perciperent, ſed venderent, & pretium in neceſſitates Monaſterii conuerterent.

Sacra Congregatio cenſuit, Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de Obſeruantia eſſe incapaces annui redditus legati, cum inter immobilia reputetur. *Clem. Exiui. §. Cumque annui redditus. De verb. ſign.*

Ceterum valere legatum immobilium eis factum ſub modo licito, nempe vt vendant, & pretium conuertant in Eccleſiæ neceſſitates. *Franc. in c. 1. §. Confirmatos. De Religioſ. dom. in 6.*

Et idem ſi modus non ſit adiectus: nam ſub modo licito relictum intelligitur. *Card. poſt Bart. & Bald. in d. Clem. §. Proinde n. 11.*

Concilium autem *c. 2. ſeſſ. 25. de Regular.* prohibere ſolum poſſeſſionem, & detentionem, ſeu dominii acquiſitionem. *Refert Fagnan. c. Nimis praua. De exceſſ. Prælatorum num. 31.* *20

10 Sunt capaces legatorũ Sacriſtiæ applicandorum, 1602. Oſſeruanti 26. Mar. 19.

† Sacra tamen C. C. in vna Romana 23. Auguſti 1659. cenſuit, Minores de Obſeruantia eſſe incapaces legatorum cũ onere Miſſarum. ad 735.

Li Frati Zoccolanti, che ſtanno alla cura dell' Anime nella Prouincia di Boſna Argentina eſpongono, che ſecondo la loro Regola hanno prohibitione di tener denari in modo alcuno. Ma perche in quelle Parti ſoggette al Turco, gli occorre di andar cento, e ducento miglia ſcorrendo per il Regno dì, e notte à confeſſare, battezare, & amminiſtrare gli altri Sacramenti, ſouuenir i Conuenti, & alleuar i Putti, che poi ſi fanno Frati, pagar denari per i paſſaggi, e per i preſenti, e donatiui: ſono neceſſitati di portar con loro quelle elemoſine, che gli ſono date. E ſe bene quando ſtanno fermi ne' Conuenti, ſi conſegnano li denari, & elemoſine al Guardiano, che gli tiene in cella; tuttauia iui ancora per le occorrenze tengono qualche coſa appreſſo di loro. Del che hanno qualche ſcrupolo di conſcienza, perche non ſe ne troua alcuna diſpenſa, ò conceſſion in ſcritto: ma ſolo i Vecchi della Prouincia dicono, eſſergli ſtata data à viua voce. Onde ſupplicano la Santità Voſtra per vna licentia in ſcriptis, acciò per tali biſogni poſſano ſicuramente portar i denari à loro neceſſarij, che altrimenti non poſſono ſtar in quelle parti, &c.

Huic ſupplici libello ſacra, &c. reſcripſit, Oratores obſeruare poſſe ſolitum tuta conſcientia. Romæ 5. Aprilis 1604. H. Aguchius Secretarius.

Hanc & alias facultates conceſſas ad tempus eiſdem Fratribus habes in Breui tenor. ſubſeq. Vrb. VIII. Dilecti fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes pro noſtro Paſtoralis officij debito Chriſtifidelium in iſtis Partibus commorantium Animarũ ſaluti paterna charitate proſpicere; ac de veſtra pietate, fide, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi, de Ven. Fratrũ noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotijs de prop. fide præpoſit. conſilio, Vobis, & veſtrum cuilibet, vt quoſcumque, tam Chriſtifidelium huiuſmodi proles, quam etiam Turcas, & alios Infideles, baptizare; & quaſlibet vtriuſque ſexus Perſonas, tam Eccleſiaſticas quam ſæculares, cuiuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, confeſſionibus eorum diligẽter auditis, ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcumque grauibus, & enormibus, ac etiam à quibuſuis Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis, per eas propterea quomodolibet incurſis, & in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita contentis, ac alias Nobis, & eidem Sedi quomodolibet reſeruatis, & reſeruandis, præterquam homicidij, & mutilationis membrorum in Epiſcopo, vel alia Perſona Eccleſiaſtica commiſſi, in foro conſcientiæ dumtaxat, & dummodo res in iudicium deducta non ſit, abſoluere, iniunctis tamen eis, & eorum cuilibet, Pœnitentia ſalutari, ac debita ſatisfactione, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda. Nec non Euchariſtiæ omni tempore, præterquam in die Paſchatis Reſurrectionis Domini, ac etiã in die Paſchatis huiuſmodi, tam Euchariſtiæ, quam omni tempore extremæ vnctionis (Vbi tamen non adſit Presbyter ſæcularis Curatus, ſeu ſi ibi ſit, de eius licentia) Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrare, illaque ad Infirmos deferre, & quoſcumque Matrimonium inuicem contrahere volentes, nullo canonico obſtante impedimento, matrimonialiter in facie Eccleſiæ copulare, nuptiaſque benedicere, & ſolemnizare, in ijs tamen locis duntaxat, in quibus proprius Parochus ſæcularis, vel alius Curatus non exiſtit, ac alias ſine alicuius præiudicio. Nec non Eccleſias ſanguinis, vel ſeminis effuſione, aut quauis alia de cauſa pollutas, aqua prius per Catholicum Antiſtitem benedicta reperta, in Ordinarij loci abſentia, reconciliare; ac loca quæcumque in dictis Partibus Infidelium pro Diuinis celebrandis pro tempore vobis conceſſa, & concedenda, recipere; ac illa, & quæcumque alia bona immobilia in dictis Partibus conſiſtẽtia retinere, & inhabitare, abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum incurſu, liberè, & licitè valeatis: liceatque vobis Altare portatile, cum debitis tamen honore, & reuerentia, habere, ac ſuper eo in locis honeſtis, & congruentibus celebrare; Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, licentiam, & facultatẽ ad duodecim annos proximos tantum concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 23. Septembris 1625. Pont. noſtri anno tertio. V. Theatin. *à tergo*. Dilectis filijs Miniſtro, & Fratribus S. Franciſci de Obſeruantia nuncupatis Prouinciæ Boſnæ Argentinæ. *

11 *Sindici Apoſtolici* Minorum Obſeruãtium conueniri non poſſunt in aliqua cauſa, tam ciuili, quam criminali, apud alium, quam Conſeruatorem Conuentus, cui ſeruiunt, per Conſt. Clementis VII. quæ incipit:

cipit: *Cum conſideramus*, 1630. Oſſeruanti 31. Aug. 1639. 9. Nouembris 319.

OCCASIO, *Artifex*.

1 PRopinqua peccati mortalis, ad remiſſionem lethalium culparum neceſſario fugienda, eſt omnis & ſola illa, quæ eſt peccatum mortale, aut talis occaſio peculiaris, qua credit, vel debet credere Confeſſarius aut Pœnitens, bene perpenſis eius circumſtantijs, nunquam, vel raro ſe vſurum ea ſine peccato mortali. *Nau. c. 3. ſub litt. D.*

Modo ſit voluntaria, qualis eſt ea, quæ ſine graui incommodo poteſt auferri. *Bonac. de Matrim. quæſt. 4. pun. 14. n. 9. in prima edit. & n. 12. in alijs. Diana 4. tr. 4. reſol.* 165. Vide quæ ex S. Thoma retuli in Collect. ad Matth. 4. 1. 13.

2 Occaſio ſecus conſuetudo peccandi non eſt neceſſario confitenda, quando quis adhuc ea manente poteſt abſolui: vnde Confeſſario de hoc interroganti poteſt ſub æquiuocatione reſpōdere. *Sancius diſp. 9. n. 9.*

OCCISIO.

Animal. Homicidium.

1 COndemnatus de homicidio non poteſt occiſo ſuccedere, vt latiùs dixi lib. 2. Ciuilium tit. 17. Quib. mod. teſtam. infirm. num. 5. §. 4.

2 Occidens Titium, cum tamen vellet occidere Caium, mitius à capitali punitur. *Oinot. de publ. Indic. §. Item lex Cornelia n. 32 & alij communiter contra Bartol. in l. reſpiciendum 11. §. Delinquitur ff. n. de pœn. qui volens opinionem ſuam hanc aliquando practicare, vix euaſit in ſindicatu.*

3 Occidens eum, qui iuſtè volenti capere reſiſtebat, non punitur. *Oinot. de his qui ſunt ſui, §. fin. n. 8.*

4 Occidere Patrem bannitum nō licet filio abſque peccato mortali. Nam ſi leges permittunt Parentibus exhæredare filios ex eo, quod ab ipſis accuſati ſunt de aliquo crimine, quod non erat aduerſus Rempublicam; ſignum eſt, quod hæc actio propter rationem naturalem reputatur mala, & indigna etiam ab ipſis legibus. At ſi ſimplex accuſatio mala eſt, & indigna, quanto magis occiſio effectiua? *Bonac. de contr. diſp. 2. ſect. 1. pun. 2. n. 6. Diana 5. tr. 4. reſol. 25. contra Bartolum, & alios.*

Quando tamen Parentes huiuſmodi eſſent Reipublicæ valde noxij, etiam à filijs occidi poſſunt; quia bonum publicum præferendum eſt priuato. *l. Minime 35. ff. u. de Relig. & ſumpt. fun.*

Hæc doctrina proportionabiliter applicari poteſt ad occidentem filium, vel fratrem. *Arg. d. l. Minime.* Vide quæ dixi lib. 1. Ciuilium tit. 2. de Iure nat. num. 17. §. 4.

5 In Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 15. publicè damnatus fuit articulus ille. *Quilibet Tyrannus poteſt, & debet meritorie occidi per quemcumque Vaſſallum ſuum & ſubditum, etiam per clanculares inſidias, & ſubtiles blanditias, vel adulationes, non obſtante quocumque præſtito iuramento, ſeu confœderatione factis cum eo, non expectata ſententia vel mādato Iudicis cuiuſcunque.*

Huiuſmodi articulus ita fuit damnatus à Concilio, vt decreuerit Hæreticos cenſendos, & tamquam Hæreticos puniendos eſſe, qui eiuſmodi articulum pertinaciter defendere voluerint. *Bellarminus contra Regem Angliæ cap. 13.*

OCVLARIA. Proſpectus.

ODIVM. *Confeſſio. Pax. Sacramentum.*

QVi *proſequitur* aliquam ſuam prætenſionem per viam Iuſtitiæ, aſſerens ſe id non facere ex odio, vel rancore, credi debet, & admitti ad Sacramenta, 1580. Aleſſano 30. Septemb. 157.

OECONOMVS. *Cura.*

1 PAtroni, etiam Reges, non poſſunt ponere Oeconomos in Canonicatibus vacantibus, 1589. Palermo 24. Octobris 323.

2 Oeconomus Regius, qui ponitur in Epiſcopatibus vacantibus Iuriſpatronatus Regij, non ſe ingerit in iuriſdictione, ſed fructuum tantummodo curam gerit, 1587. Caſſano 9. Septemb. 202. 1601. Matera 16. Iulij 128. 1602. 22. Ian. 12. Trani 27. Octobris 125. 1643. Potenza 20. Martij 31.

3 Non poteſt deputare Actuariū, 1593. Cirenza 27. Octobris 272.

Nec impedire, ne executioni demandentur Monitaria A.C. 1597. Milano 3. Iun. 43.

Sed exequi debet mandata huius S. Sedis, etiam contra Laicos; & prouiſiones Beneficiorum ad fauorem exterorum iuxta ſolitum, abſque verbo, facto, vel licentia obtenta à Magiſtratu fori ſæcularis, 7. Iulij 56.

Alioquin mandatur Ordinario, vt mittat Prouiſum in poſſeſſionem non obſtante ſequeſtro Oeconomi, de facto appoſito, 1617. Tortona 12. Aug. 165.

4 In Cathedralibus, quæ non ſunt Regij Iuriſpatronatus, non ponitur Oeconomus Regius, 1594. Vgento 16. Aug. 252.

5 Curati non poſſunt abeſſe occaſione Oeconomatus Regij, 1592. Napoli 20. Iulij 129.

6 Oeconomus Menſæ Epiſcopalis debet illud ſoluere, quod ſoluebat Epiſcopus defunctus, 1602. Taranto 12. Maij 29.

7 *Cura, vel alterius Beneficij vacantis.* Nuncius ſe non ingerat in conſtituendis Oeconomis

nomis pro cura Animarum in Parochialibus vacantibus: ſed Epiſcopus pœnis, & cenſuris coercere poteſt eos, qui ſine ſua licentia in ea ſeſe ingerunt, 1594. Catanzaro 16. Martij 73.

8 Super fructibus Parochialium vacantium debet ab Epiſcopo aſſignari ipſarum Oeconomis congrua merces à ſcutis quinquagenis ad centena pro ſingulis annis, ſecundum qualitatem Eccleſiarũ, 1593. Vercelli 25. Gennaro 23. 1646. 14. Decemb. 5.

9 Oeconomus beneficij Vacantis, ceteris paribus, præferri debet in aſſecutione illius, 1601. Marſi 5. Decembris 246. *Arg. Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.18.*

10 Oeconomus conſtitutus ab Epiſcopo in Eccleſijs vacantibus, impediri non poteſt ab illis, qui prætendunt Iuſpatronatum in eis, 1604. Maſſa 17. Ian. 9.

11 Oeconomus debet de fructibus Archipresbyteratus, deducta ſua congrua, facere ſolitam diſtributionem Candelarum in Purificatione, & Panis, ac Ouorum in Paſchate, 1615. Tiuoli 10. April. 38.

12 *Pro Monialium* œconomia reſecandæ expenſæ ſuperfluæ dimittendæ perſonæ exteræ non neceſſariæ, exigenda credita, & vſus proprij in commune ponendi, 1650. Como 6. Maij 11.

13 Præſertim Mulio cum Iumentis. Ligna vtilius prouidebuntur tempore ſuo. Confeſſarius cum ſocio degant in ſuo conuentu, 1647. Foligno 11. Decemb. 7. 1648. Oruieto 17. Iulij 67. 1649. Tropea 16. Apr. 8.

14. Non detur ſalarium continuum Fabris ferrariis, vel lignarijs, nec cæmentarijs, vel ſimilibus, ſed aduocentur, cum caſus occurrerit, 1652. Narni 26. Ian. 25.

15 Res medicinales magis neceſſariæ prouideantur tempore ſuo, 1647. Vrbino 11. Decembris 33.

16 Dotium depoſita, ſi non adſit Mons ſecurus, conſeruentur in capſa Monaſterij ſub tribus clauibus, 1648. Rieti 24. April. 7.

OFFICIALIS.

Baro. Confraternitas. Delictum. Generalis. Graduati. Merces. Miniſter. Pœna. Pœnitentia. Priuilegium. Reformatio. Solus. Soror. Tranſitus.

1 OFficiales antiqui nõ eligant nouos, niſi adeſſet priuilegium Apoſtolicum, 1598. Sulmona 9. Martij 16. 1616. Rieti 10. Ian. 60.

Nec eligantur conſanguinei antiquorũ, 1601. Caſtellaneta 7. Nouembris 225.

2 Conſuetudo, quod Epiſcopus eligat officiales, & Rationalem Eccleſiæ, ſeruari debet, 1650. 3. Iunij 8.

3 Qui vſi ſunt beneficio c. Odoardus, eligi non debent exactores, vel Camerarij, 1652. Ripa 26. April. 1.

4 Neque reeligi poſſunt ante redditam rationem, 1649. 16. Aprilis 1.

5 *Regularium* Officiales poſſunt ire ſoli, 1602. Caſſinenſi 2. Aug. 49.

6 *Fratres B. Io. Dei*, ad Sacros Ordines promoti, inhabiles ſunt ad omnia officia illius Religionis, 1628. 19. Maij 159. Vrb. VIII. conſt.84. *Circumſpecta*, cum ſua declar. *Alias à Nobis*.

7 *Non remouentur* ante tempus ſine cauſa, 1646. 28. Septembris 6.

Immo Capti ab Hoſtibus, ſi intra tempus officij reuertantur, recuperant illud iure poſtliminij, 1650. Carmelitani 22. Aug. 4. 1652. 2. Iunij 8. & 9.

Caſſinenſes tamẽ abſoluere poſſunt ſuos Officiales ab officio ſine cauſa, dummodo ex nouem conſentiant ſaltem ſeptem Diffinitores, 1653. 4. Aprilis 58.

8 *Moniales* Oſtiariæ debẽt eſſe ſupra 40. annos, Rotariæ ſupra 35. 1617. Bologna 30. Iunij 168.

9 Si Epiſcopus præſcribat ætatem Monialibus Officialibus, non poteſt Archiepiſcopus in eo ſeſe ingerere, 1593. Caſtell'à Mare 8. Iunii 184.

10 Officiales præſumuntur fraude ditati, ſi recuſant rationem reddere, 1650. Napoli 21. Ian. 1.

11 *Durare* non debent vltra triennium quilibet Officiales Monialium, tam interni, quam externi, immò remoueri, etiam citius, 1617. Sorrento 12. Maii 125. 1618. Rimini 9. Ian. 81. *Arg. Conc. Trid. ſeſſ.25. c.8.*

OFFICIVM DIVINVM.

S. Benedictus. Beneficium. Cæcus. Dignitas. Doctor. Hora Canonica. Interdictum. Matutinum. Mors. Parochus. Penſio. Tranſlatio.

1 O*Bligati*. Qui ordinatur in ſacris, vel profeſſionem emittit, ſi antea pro ea die totum, vel partem officii recitauerat, an iterum recitare teneatur, quidam affirmant, quidam vero negant: vtrique probabiliter, *Diana 6. tr.7. reſol.38.*

2 *Compelli* non poſſunt Presbyteri, & Clerici, alias non obligati, ad officiandam Cathedralem, vel Metropolitanam accedere, 1596. Raguſa 1. April. 48. *v. Collegiata.*

3 *Moniales* ipſæ legere, vel cantare cantu firmo tenentur Diuinum Officium in Choro, non earum Cappellani, 1581. Iſernia 1. Octobris 122. 1635. Lecce 11. Maii 164. §. 1.

Quæ, officio finito, non prohibentur recitare aliquem Pſalmum, orationem, vel collectam, quia hoc non eſt officio addere, 1600. Valliſoletana 12. Ian. 1. verſ. Circa XI.

4 In Monaſterio nuper erecto, vel cõmutatur ad tempus officium Diuinum, vel datur dilatio competens ad illud ediſcendum, 1621. Gebennen. 26. Iunii 117. 1623. Cremona 7. Aprilis.

5 Puellæ, quæ officium Diuinum recitare neſciunt, non admittuntur ad habitũ, vel profeſſionem Choralium, 1625. Auellino 22. Febr. 38.

6 Qui Diuinorum Officiorum tempore detinentur in pulſandis Organis, vel in thure deferendo, vel libris transferendis, vel Miſſis celebrandis, vel Confeſſionibus audiendis, maximè de mandato Superioris, ſatisfaciunt quidem obligationi Chori, vnde percipere poſſunt diſtributiones, præſertim ex generali conſuetudine: ſed non ſatisfaciunt obligationi recitãdi Diuini officii, niſi partem omiſſam priuatim recitẽt, vt probabilius exiſtimat. *Bonac. de hor. Can. diſp.1. quæſt.3. pun.2. §.1. à num.13.*

Non tamen videtur improbabilis opinio Dianæ, eum, qui immediatè occupatur in ſeruitio Chori, non teneri repetere partem omiſſam, quia Chorus in totum ſatisfacit, etiam pro ipſo. Idem de clerico, qui vt bene pronunciet lectionem ſibi iniunctam, ei ſtudet, dum alii Pſalmos antecedentes canunt. *v. tract.12. reſol.13.*

3 *Attentio*. Officium recitans cum Socio, licet non attendente, ſatisfacit, ſi ſuam partem deuote recitat, & aliam attente audit. Quæ licet reſpectu proferentis non mereatur nomen orationis, cum deuotio, ſiue attentio in oratione ſit pars eſſentialis: eſt tamen oratio reſpectu attente audientis. Nam interno alterius actui communicare non poſſumus: cum ſenſus noſter non capiat ea, quæ ſub ſenſum non cadunt. *Emanuel Sà. Hora 12. Filiuc. tom.2. tr.25. c.7. quæſito 8. num.241.*

4 Officium recitans animo voluntariè diſtracto, licet ipſe ad id non teneatur, vel alia recitatione ſatisfecerit, aut intendat ſatisfacere, peccat venialiter: quia ex præcepto negatiuo Religionis vitare tenemur actus irreuerentiæ erga Deum, eumque alloqui conuenienti modo, poſito quod ipſum alloqui, & orare velimus. Secus ſi aliquem Pſalmum, vel hymnum cantet aut dicat, non animo orandi, ſed vt mentem abſtrahat à moleſtis cogitationibus, vel vt memoriæ mandet, vel vt ſe recreet, vel vt alium doceat modum officij recitandi. *Bonac. de hor. Can. diſp.1. quæſt.3. pun.2. §.2. n.7. tomo 1.*

5 *Modus*. Tria in officij recitatione ſeruanda vno verſu perbelle exprimuntur.

Cum Domino pſalles, pſallendo Tu tria ſerues,
Dirige cor ſurſum, bene profer, reſpice ſenſum.

6 Officium ex obligatione, vel Miſſam etiam ex deuotione, recitans in notabili quantitate ſyncopando, peccat mortaliter. Eſt autem quantitas notabilis, vt mihi videtur, ſi per totam horam licet paruam, vel maiorem partem Horæ Magnæ, verba vel ſyllabas vniuſcuiuſque verſiculi deglutiat. *Vide Azor. tom.2. lib.10. num.6. & 9.*

Niſi eſſet omiſſio vltimarum ſyllabarum tantum, quia tunc eſſet veniale. Nam ſicut ſunt valida Sacramenta, quando aliquæ ex vltimis ſyllabis in eorum forma omittuntur, dummodo maneat eadem ſignificatio: ita videtur valida recitatio Miſſæ, vel Diuini Officij cum omiſſione vltimarum ſyllabarum tantum; niſi ex earum omiſſione notabiliter peruerteretur ſignificatio verborum. *Tolet. lib.2. cap.13. num.6. & 9. & alij quos refert, & ſequitur Bonac. de hor. Can. diſp.1. quæſt.3. pun.2. n.4. & Diana 2. tract.12. reſol.32. & 5. tr.14. reſol.47.* Vbi dicit, hoc habere locum, licet audientes non poſſint ſenſum percipere: & Socium tam celeriter recitantis ſatisfacere etiam ipſum.

7 Dum plures duobus recitant officiũ, non ſatisfaciunt, ſi vnus dicat vnum verſiculum, alter alterum, tertius tertium: ſed debent alternatim recitare, facto inter ſe tantum duplici Choro. Hæc enim eſt praxis publicæ recitationis, quam etiam priuatim imitari debemus. *Bonacina de hor. Can. diſp.1. quæſt.3. pun.2. §.1. n.10.*

8 Cum Diuina Officia recitantur in Choro, debent eſſe accenſæ ſuper altari candelæ ſaltem duæ, 1595. Arezzo 7. Auguſti 60.

9 *Ritus*. Clerici Beneficiati, vel in ſacris conſtituti, poſſunt, ſed non tenentur, Officium recitare iuxta ritum diœceſis, ad quam diuertunt: ſiue ibi velint habitare maiore animi parte, vel aliquod miniſterium exercere, per quod fiant ſubditi; ſiue velint tantum tranſire, vel per aliquod breue tempus ibi manere.

Quod poſſint, patet. Tum quia olim erat opinio, eos ad id teneri, ſi ratione habitationis per maiorem anni partem, vel per aliquod miniſterium fiebant aliquo modo ſubditi illius diœceſis. *Bonac. de hor. Can. diſp.1. quæſt.3. pun.1. n.8.*

Item quia videtur æquiſſimum, vt nos illis, quibus cum, etiam ad breue tempus viuimus, conformemus, iuxta illud, *ſi fueris Romæ, &c. c.22. In Nona 16. q.7.*

Quod vero non teneantur niſi fuerint deputati Choro, patet ex decreto Sacræ Rituum Congregationis 8. Septemb. 1602. ſub his verbis. *Clerici, licet adſcripti alicui Eccle-*

ſiæ, eiuſque ſeru t o, non tamen obligati Choro; & quicumque alij Clerici ſæculares Regulareſue, in Ciuitate, vel diœceſi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius diœceſis, quæ de conſuetudine recitantur in Choro. Si vero fuerint de gremio Eccleſiæ ac deputati Choro, recitare tenentur Officium quod in Choro dicitur, licet morentur alibi.

Simili modo Beneficiatus quilibet habēs Eccleſiam, quæ eſt titulus Beneficij, licet apud eam non reſideat, debet tamen feſtū eiuſdem colere, & cum octaua celebrare, vti feſtum primæ claſſis. *Gauant.*

10 Officium Romanum poteſt extra Chorum à quocumque dici ſecundū *Emanuel Sà, v. Hora 6. Diana 2. tr.12.reſol.1. & 3. tr.2. reſol.135. Comp. qq. Roderici. V. Celebratio Diuini Officij num.14.*

Adeo vt etiam Regulares poſſint recitare ſecundum Breuiarium Romanum,& de Sanctis in Kalendario Romano contentis, relictis Sanctis ſui Ordinis: quia quilibet renunciare poteſt priuilegio ad ſui fauorē conceſſo, niſi adſit ſpecialis prohibitio; ſecus in communi ſiue in Choro,quia priuati non poſſunt renunciare priuilegio Communitati conceſſo. Ibid. num.24. 33. 34.

Alij tamen ex S. C. contrarium tenent. *Barboſa. v. Breuiarium.*

Certè Militantes ſub Regula S. Benedicti nō poſſunt ſatisfacere per aliud Officiū, quam Monaſticum neque extra Chorum ex decreto Pauli V. eorum Breuiarijs appoſito.

Similiter Carmelitani non ſatisfaciunt, niſi iuxta Breuiarium reformatum iuſſu S. M. Gregorij XIII. 1586. Spagna 18. Martij 253.

11 Laudantur Moniales, quæ recipere volunt Breuiarium Romanum, retentis tamen Officijs proprijs Ordinis S. Benedicti, excepto officio translationis eiuſdem S. Benedicti, 1621. Pictauien. 6. Iulij 125. 16. Nouembris 256.

Multo minus compellendæ ſunt ad recipiendum Breuiarium Monaſticum, quæ Romano vti conſueuerunt,1622. Conſtantien. 6. Maij 93.

12 Clerici Mediolanenſes non poſſunt vti alio Breuiario, quam Ambroſiano ex decreto S. Caroli, quod refert *Bonac. tom. 1. de hor. Can. diſp.1. quæſt. 3. pun.1. num.5. & 6.*

13 Laudabilior eſt Ritus Romanus,quā Patriarchinus,vel Illyricus, 1598. Como 14. Octobris 54. 1612. Pola 6. Nouemb. 102.

14 Quando Eccleſia Cathedralis eſt Regularis, Clerici ſæculares Choro deputati recitare tenentur in Choro iuxta Breuiarium Monaſticum,nec Epiſcopus poteſt ſeparare Clericos à Monachis. *Rota apud Farin. par.1. tom.1. d. 84.*

15 Officium Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis celebratur per totam diœceſim vti feſtum primæ Claſſis, in Ciuitate tamē cum octaua, extra Ciuitatem ſine octaua. *Ex Sacra Congreg.*

Officium vero Eccleſiæ conſecratæ non Cathedralis,celebratur tantum intra ipſam Eccleſiam. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.472.*

Vnde Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Caietana 25. Octobris 1602. vt Epiſcopus Caietanus fineret Clericos Eccleſiæ Annunciatæ, quæ non eſt Cathedralis, celebrare feſtum Dedicationis Eccleſiæ ſuæ, mandauit fol. 120.

16 Inter commemorationes ſeu ſuffragia conſueta fieri per annum quando non eſt feſtum duplex, vel infra octauam, non fit commemoratio Tituli Eccleſiæ, ſeu Patroni Principalis, ſi Patronus ſit ex illis, de quibus fit commemoratio in ſuffragijs cōmunibus. Verbi gratia ſi Eccleſia ſit dedicata Aſſumptioni B. Virginis, non fit in ſuffragijs alia commemoratio de ea, quia ſufficit commemoratio communis, *Sancta Maria, ſuccurre miſeris, &c.* Ratio eſt,quia non ſolet Eccleſia intra eamdem horam reiterare collectam eiuſdem rationis de eodem Sancto, fortaſſe ad remouendum errorem, ne vnus ſanctus credantur eſſe duo: vel potius ne ex repetitione vilipendantur collectæ. Ex qua ratione dixit Nauarrus *c.22. n.83. verſ.35.* Fuiſſe motam Eccleſiam ad inſtituendum, ne benedictiones nuptiales, & aliæ quædam reiterarentur. Patet hoc in Sabbato,& quando dicitur officium paruum iunctum officio Diuino: quo caſu Rubrica præcipit omitti Commemorationem de Beata Maria.Patet etiam ex Rubrica Miſſalis de Orationibus,in qua præcipitur, vt tertia Oratio in Miſſa de Apoſtolis Petro, & Paulo votiua, non ſit *A cunctis*, ſed *Concede nos Famulos, &c.* ne repetantur eorum nomina. Patet etiam ex vſu Vniuerſali totius Orbis Chriſtiani,in quo ſunt Eccleſiæ plurimæ, etiam Cathedrales, dedicatæ Aſſumptioni, vel Annunciationi, vel Natiuitati *B. Mariæ. Bonac. de hor. Can. diſp.1. quæſt.2. pun.4. n. 28. verſ. Dixi modo*. Quicquid ex ſuppoſititia declaratione dixerit Barboſa in Compendio Bullarij prohibito.

Confirmatur à ſimili ex decretis Sacræ Rituum Congregationis, quæ decreuit, vt in Vigilia Patroni (Intellige, ſi fiat Officiū, vel commemoratio de Vigilia) omittatur conſueta commemoratio de Patrono: ne ſcilicet vnius, & eiuſdem commemoratio

in

in vna eademque hora bis iteretur.

Ex eadem ratione decreuit,quod vbi titulus eſt de Cruce, ſufficiat conſueta commemoratio de Cruce, quæ habetur in ſuffragijs. *Per ſignum Crucis, &c.*

Quæ tamen meo iudicio, facienda eſſet in Eccleſijs dedicatis S. Cruci, non ſolum diebus ferialibus,ſed etiam quotieſcumque non eſt feſtum duplex, vel infra octauam: quia tunc fieret commemoratio de Cruce, vt de Patrono vel Titulari, non autem ſolum vt Commemoratio ferialis. Commemoratio autem Patroni,vel Titularis faciēda eſt quotieſcumque fit de S. Maria, de Apoſtolis, & de Pace, vt Breuiarij diſponit Rubrica, ad cuius declarationem emanauerunt huiuſmodi decreta Sacræ Congreg.

Si quis autem ex proprio arbitrio vellet addere commemorationes Officio, peccaret vel mortaliter, vel venialiter iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ additæ: eſſet enim de illa ſpecie ſuperſtitionis, quæ à DD. *Cultus ſuperfluus* appellatur; cū Pius Quintus aliquid officio addi prohibuerit. Bonac. l. c. quæſt.3. pun.1. nu.21. *ſupra v. Nouitas n. 4.*

17 *Temporis* præſcriptio ad recitandum Diuinum officium,ab Ordinario,cum duobus, vel tribus deputatis à Capitulo diuerſimode fieri debet ſecundum diuerſa anni tempora, & adnotari in Tabella appendenda in Sacriſtia, 1595. Arezzo 7. Aug.60.

18 In Collegiata poſſunt Diuina perſolui citius, quam in cathedrali, 1602. Bologna 3. Decemb. 140.

19 Tolerandum, quod Canonici tribus menſibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacriſtia,1641. S. Seuerino 13. Septemb. *v. Canonicus*, 17.

20 Accenſis ſuo tempore candelis,non differatur officium, licet abſit Hebdomadarius, ſed iuſſu Archidiaconi ſuppleat alius, 1617. Teramo 18. Aprilis 73. 74.

† Ad preces Sacri Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum Cardinalium Collegii S. D. N. in Congregatione ſacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua mandauit, vt officium S. Caroli Borromæi S. R. E. Presb. Cardinalis,& Archiepiſcopi Mediolanen. de communi Confeſſoris Pont. quod S. m. Paulus V. ad libitū indulſit, & S. m. Innocentius X. ex præcepto ſub ritu ſemiduplici recitari præcepit, in poſterum ab omnibus Chriſtifidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, ſub ritu duplici pariter ex præcepto recitetur, ac in Breuiario Romano ſub eodem ritu apponatur, die 27. Septemb. 1659.

Aequum eſt vt Auguſtiniana Familia, fœcunda Sanctorum parens, ex qua tandē præclarum germen, ardentiſſimum nempe charitatis exemplar prodijt, Fr. Thomas à Villanoua, mox Archiepiſcopus Valentinus, nuper inter Sanctos relatus, ac proinde de Religione Catholica ob eamdem lucis acceſſionem nouo hoc numero benemerita, pia ſua præſertim vota nunquam Apoſtolicæ Sedi incaſſum exhibeat. Eapropter S. Rit. Congregatio ſupplici vniuerſo eidem ordini etiam vtriuſque ſexus cenſuit indulgendum, vt tanti Confratris memoriam ſub ritu duplici ſecundæ claſſis cum octaua quotānis recolat. Die 19. Iulij 1659.

O L E V M.

Aqua. Epiſcopus. Exemptio.

1 OLea Chriſmatis, Catechumenorū, & Infirmorum, quidam probabile putant ex diſpenſatione Apoſtolica poſſe confici, ſeu benedici à ſimplici Sacerdote. *Bonac. de Sacram. diſp.7. n.3.*

Alij communiter negant. I. Quia Concilia aſſignando materiam horū Sacramentorum, dicunt eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum. Ergo ſuper hoc Papa diſpenſare non poteſt; quia Eccleſia non habet poteſtatem ſuper eſſentialia Sacramentorum. *Filiuc. ſect.1. n.8.*

II. Quia hoc nos docet Eccleſiæ traditio. *num.72.*

III. Ratio congruentiæ ex D. Thoma, vt oſtenderetur, virtutem Chriſti, quæ in Sacramento operatur, ad Sacerdotes inferiores Miniſtros, per intermedios,ideſt Epiſcopos, diſcendere.

Et hoc quidem quo ad Chriſma non videtur controuertendum. Quo tamen ad olea Catechumenorum & Infirmorum,prima opinio forte erit probabilior: quia Clemens VIII. conſt. 34. *Sanctiſſimus*. §. Non ſunt cogendi, non reprobat ritum Græcorum, ex quo Presbyteri Græci benedicere ſolent hæc olea in ipſa Sacramentorum adminiſtratione, immo illum approbare videtur ſub his verbis: *Non ſunt cogendi Presbyteri Græci, olea ſancta, præter Chriſma, ab Epiſcopis Latinis diœceſanis accipere; cum huiuſmodi olea ab eis, in ipſa oleorum, & Sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur ſeu benedicantur. Chriſma autem, quod non niſi ab Epiſcopo, etiam iuxta eorum ritum, benedici poteſt, cogantur accipere.*

Vide quæ dixi in Can. lib.1. tit.15. De Sacra vnctione.

O P E R A R I V S.

Clauſura. Feſtum. Merces.

O P I N I O. *Gloſſa.*

1 EſT *Cognitio* motiuum habens intrinſecum, qua iudicamus aliquid ita

eſſe, quod non videmus, nec firmiter credimus, cum formidine, ne contrarium ſit verum. *Nau. c.27. n.273. Panon. prop. 155.*

2 Opinioni communi, opinio vnius, textu, vel efficaci ratione fulcita, præponi debet. *Silu. v. opinio, §.2. circa med. Nau. c.7. poſt n.4. verſ. Non obſtat. & c.27. n.286.*

Item non eſt attendenda cõmunis opinio, quando altera fauet iuriſdictioni Eccleſiaſticæ. *Diana 5. tr.1. reſol.27.*

3 Si animam occupauerit alicuius erroris opinio; quicquid aliud aſſeruerit ſcriptura, figuratum arbitrabitur. *S. P. Aug. de doctr. Chriſt. cap.10.*

Eadem ratione ſi cuiuſque Animum occupauerit falſa de aliqua re opinio; nullum erit tam clarum, vel tam graue teſtimoniũ, quod non contemnat, vel non deprauet; nulla ratio tam euidens, quam cauillationibus obſcurare non tentet. *Areſ. de Aquæ transmut. ſect. 6. Diana 5. tract. 14. reſol. 56. v. Quæro nono.*

4 Superior non poteſt punire ſubditũ, qui non obediendo ſequitur opinionẽ probabilem. *Diana 3. tr.2. reſol.95. & tr.4. reſol.10.*

Adeo vt qui probabiliter dubitat, an quis ſit verus Pontifex; vel valide à Cardinalibus electus, non ſit ſchiſmaticus, ſi ei nolit ſubiici. *Diana 4. tr.4. reſol.29.*

Vnde Iudex, qui torquet Reum ex opinione probabili, etiam relicta probabiliori, & tutiori, non tenetur in ſindicatu. *Diana 4. tr.6. reſol. 38.*

Limitatur, quando Superior aliquem ex opinione probabili excommunicauit: nam ſic excommunicatus parere tenebitur, licet pro ſe habeat opinionem probabilem. *Diana 5. tr.9. reſol.29.* Vbi ſubdit, hoc eſſe valde notandum Iudicibus laicis, quando excommunicantur ab Epiſcopis, licet pro ſe habeant opinionem probabilem.

Ratio poteſt eſſe, quia opinio probabilis, licet forte ex parte rei materialiter eſſet falſa, dat iuriſdictionem: & ſententia excommunicationis ſecum trahit executionem. Nulla vero probabilis opinio docet, quod excommunicatus non teneatur parere iuſte excommunicanti pro abſolutione obtinenda.

5 Opinio in iis, quæ minimè pendent à voluntate operantis, cedit veritati. *l. Regula, §. Qui ignorauit, ff. n. de Iuris, & facti ign. §. Si quis rem. Vbi Aretin. Inſt. de legatis. Rota apud Farin. p.1. to. 1. d.582. n.4.*

ORATIO.

Anima. Excommunicatio. Hora Canonica. Miſſa. Mors. Officium. Prædicator.

1 Cur Orationes Miſſæ dicantur collectæ, Vranius in vita S. Paulini Epiſcopi Nolani, quæ extat apud Surium die 22. Iunij, deſcribens tranſitum S. Ioannis Epiſcopi Neapolitani, inter alia dicit. *Sabbato quidem ſecunda hora diei lætus ad Eccleſiam proceſſit; & aſcenſo Tribunali, ex more Populum ſalutauit; reſalutatuſque à Populo, orationem dedit, & collecta oratione, ſpiritum exhalauit.* Quorum verborum hic videtur eſſe ſenſus: cum enim ait: *Ex more Populum ſalutauit*, indicat illud, quod Epiſcopus ante orationem dicere conſueuit *Pax vobis*. Cũ ſubdit, *reſalutatus à Populo*; ſignificat, quod Populus reſpondere ſolet, *Et cum ſpiritu tuo.* Cum autem addit, *orationem dedit*, eſt illud, quod, ante orationem præmittitur, *Oremus.* Et quod ſequitur *collecta oratione*, quando vt ait, *ſpiritum exhalauit*, ideſt eſt, quod *recitata oratione*. Ex his autem, cur oratio dicatur *collecta*, videtur explicari. Nam cum ſalutato Populo, & reſalutatus à Populo, Epiſcopus dat, hoc eſt indicit orationem, dicendo *oremus*, ſinebat vt Populus aliquantulum oraret ſilentio: & poſtea Epiſcopus Populi communes preces vnica ſua voce recitabat, ac quodammodo colligebat, & vt ſacerdos Deo offerebat. Vnde vt Populi preces à Deo exaudiantur, ſæpe collectæ continent. *Baron. ad Martyrolog. 22. Iunij v. Ioannis Epiſcopi.*

Quam & alias multas cauſas, cur orationes *collectæ* dicantur, breuiter, ſed egregiè, more ſuo delibat Gauant. in Rubr. Miſſal. p. 1. tit.9.

4 Orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitamus etiam in honorem Sanctorum, vt pro nobis Interceſſores exiſtant, eamque repræſentent ante conſpectum Dei, ac Virginis Matris. Nec eſt improbabile obtineri quod petitur, licet verba petendi diuerſum quid vel contrarium ſignificent; cum oratio ſit eſſentialiter magis petitio cordis, quam oris.

Immo licet aliquid hæretici habeant admixtum, dum orans putat ſe bene dicere. *Multi*, inquit S. Auguſtinus lib. 6. de bapt. *irruunt in preces, non ſolum ab imperitis loquacibus, ſed etiam ab hæreticis, compoſitas: & per ignorantiæ ſimplicitatem non eas valentes diſcernere, vtuntur eis, arbitrantes, quod bonæ ſint. Nec tamen quod in eis peruerſum eſt, euacuat illa, quæ in eis bona ſunt, ſed eis potius euacuatur.* Bellarmin. to. 1. Controu. de verbo Dei cap. 16. v. Præterea.

3 Communis eſt opinio, quod quiſque fidelis ſcire teneatur orationem Dominicã, ſalutationem Angelicam, & ſymbolum memoriter. Et præterea ſaltem in confuſo ea myſteria, quæ tenetur explicitè credere, de quibus ſupra *v. fides num.3.* Et Sacramenta Baptiſ-

Baptiſmi, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, & ea, quæ tenetur, vel vult ſuſcipere, nec non præcepta Decalogi, & Eccleſiæ.

Dicit tamen *Diana 3. tr. 5. reſol.* 48. quod neſciens memoriter recitare verba ſymboli, vel orationis Dominicæ, aut ſalutationis Angelicæ, dummodo earum ſubſtantiam teneat, tantum venialiter peccat. Idem de eo, qui ignorat ſe bene ſignare ſigno crucis.

4 *Quadraginta Horarum* oratio non eſt indicenda, neque in Eccleſijs exemptis, niſi ex cauſa publica, & cum licentia Epiſcopi, 1602. Gaeta 25. Octobris 120. n. 3. 1603. Lodi 19. Aug. 97. *v. Euchariſtia*.

5 Clerici exempti hortandi ſunt ab Epiſcopo, vt eant ad orationem 40. horarũ, non cogendi, 1602. Gaeta 25. Octobris 120. n. 4. *v. Quadraginta*.

6 Vbi ob tumultus bellicos fuit intermiſſa, debet reſtitui, 1603. Marſilia 15. Aprilis 45.

ORATORIVM.

Altare. Eccleſia. Exemptio. Feſtum. Hoſpitium. Peſtis.

1 C*Onfraternitati* prohiberi non poteſt, ne fabricet ſuum Oratorium, ſub prætextu, quod ſit nimis amplum, 1583. 26. Iulij 194.

Sine tamen præiudicio Iurium Parochialium, 1602. Nullius Tramutola 25. Octobris 113.

2 In eodem Palatio non conceditur, niſi vnum Oratorium priuatum, 1604. Mineruino 4. Maij 53.

3 In Altari priuati Oratorij celebrari non poteſt in Natiuitate Domini, Epiphania, Paſchate, Pentecoſte, Annunciatione, & Aſſumptione B. Virginis, feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum. *c. Si quis etiam 35. De conſecr. diſt. 1. Sac. Rit. Congreg.* 17. *Nouemb.* 1607.

Alijs autem diebus ſemel tantum in die, & præſente eo, cui conceſſum eſt priuilegium: adeo quod ſi alij, qui non ſunt de eius familia, Miſſam ibi diebus feſtis audiãt, non ſatisfaciant præcepto. *Barboſa de officio Paroch. 3. cap. 1. n. 26.* Decreta S. C. abunde congreſſi in meo Compendio Epiſcoporũ, v. Cappella, & v. Oratorium.

Cappellæ tamen Cardinalium non comprehenduntur ſub decretis de priuatis Oratorijs, ſed gaudent priuilegijs Oratoriorum publicorum. Late *Diana 6. tr. 8. reſol. 40.*

ORDINARIVS.

Epiſcopus. Exemptio. Græci. Hieroſolymitani. Indulgentia. Inquiſitor. Miſſa. Proceſſio. Regularis.

1 H*Abet* iuriſdictionem in exemptos quoad cauſas ciuiles mercedum, & miſerabilium perſonarum, etiam in Regulares extra clauſtra degentes, & etiam in Clauſtrales, ſi certum Iudicem, ſibi ab Apoſtolica Sede deputatum, in Partibus non habeant. *Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 14.*

Immo Regulares, qui non elegerunt Conſeruatorem, vel electionem in Curia Ordinarij non notificauerunt, in omnibus cauſis conueniri poſſunt coram Ordinario. *Greg. XV. conſt. 9.* Sanctiſſimus.

2 Non poteſt Ordinarius contrahere debita, vel tenere quodlibet intereſſe pecuniarium cum Monialibus, 1645. Ferentino 1. Decembris 21. *Ex l. Nam licet ex Officio, 46. ff. v. de contrah. empt.*

3 Ordinarij non poſſunt tranſmittere Commiſſarios per diœceſim in cauſis ad Ordinariam iuriſdictionem ſpectantibus, expenſis prætenſorum Reorum: ſed illas expenſas tenentur facere de ſuo, ac reſtituere, quicquid ea occaſione acceperunt, & ſequeſtrum ſtatim amouere. *Ad textum iuncta gloſ. in c. Cum ab omni. De vita, & hon. Cler. Sacra Epiſcoporum Congreg.* 1609. Sarzana 2. Octobris 83. 1640. Narni 1. Iunij 57. 1641. Terracina 13. Septemb. 1650. 1. Aprilis 5. 1655. Narni 1. Octobris 257.

ORDO.

Abbas. Ætas. Beneficium. Clericus. Coadiutor. Conniuium. Dimiſſoria. Doctrina. Examen. Exemptio. Filius. Græci. Illegitimus. Matrimonium. Metus. Mors. Suſpenſio.

1 S*Acerdos* ordinatus ſub hac forma, *Accipe poteſtatem offerri Sacrificium, &c.* pro *offerre*, eſt abſque vllo ſcrupulo valide ordinatus. Tum quia ſubintelligi videtur, *à te*. Tum quia licet Infinitum illud *Offerri*, in rigore ſignificet alio modo, quam *Offerre*, cũ illud ſit paſſiuæ ſignificationis, hoc actiuæ: tamen quatenus profertur in collatione Ordinis, ex communi modo percipiendi ſignificat idem quod *Offerri*, vel *offerendi*, more verborum deponentium. Et conſequenter variatio illius vocis non cenſetur ſubſtantialis. *Arg. c. Retulerunt. De conſecr. diſt. 4. & eorum, quæ tradit Bonacina de Sacram. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. n. 10. & Diana 1. tract. 17. reſol.* 14.

Et ita reſpondit mihi die quinta Decembris 1640. P. Præfectus S. Andreæ de Valle Clericus Regularis, tunc Lector caſuum Conſcientiæ, & idem famoſiſſimus P. Antoninus Diana eiuſdem Religionis.

De ſupplendis defectibus idem *Diana 5. tract. 14. reſol. 63.*

2 *Miniſter*. Prohibitio ordinandi alicui Epiſcopo à S. C. facta, non comprehendit promotos ad Primam tonſuram ante dictã prohibitionem, 1632. Squillace 4. Iunij 45.

3 Sufficit in aliena diœceſi obtinere beneficium etiam ſimplex ad hoc, vt quis ab eius Epiſcopo poſſit ordinari. Sacra Concilij Congregatio 20. Maij 1594. *quam referunt Farin. & Barboſa v. Beneficium*.

4 Si Præpoſitus quilibet, vel Archipresbyter ſæcularis, qui non ſit conſecratus Epiſcopus, conferat Ordines, etiam minores, ordinatio nulla eſt, quolibet priuilegio nō obſtante: Idem de dimiſſoriis. *Ex Trid. ſeſſ. 23. c.10.* 1598. Nullius 14. Octob. 57, 1616. Grauina 26. Aug. 105. C. C. Carpen. 22. Auguſti 1609.

5 *Tenetur* Epiſcopus ordinatos in Sacris ad vlteriora promouere, ſi nullum obſtet Canonicum impedimentum, 1602. Aquila 26. Febr. 84. Cagli 14. Nouembris 234. 1650. 9. Aprilis 8.

Et ordinatos in minoribus ad ſubdiaconatum, 1602. Reggio 25. Octobris 117.

Immo nemini negari poſſunt Ordines abſque legitima cauſa, 1647. 3. Maij 3.

Præſertim primæ Dignitati abſque cauſa multum releuanti, 1647. 31. Maij 3.

Et ad Parochialem approbato, 1650. 9. Aprilis 6.

6 Dum S. C. ſcribit ad aliquem Epiſcopum, vt alicui Ordines conferat, non intendit ipſum Epiſcopum habilitare, ſi forte haberet aliquod impedimentum, quod nō eſſet notum ipſi S. C. 1603. Bitonto 15. Septembris 107.

7 *Collator* Ordinum nihil recipere poteſt, præter faculas. *Sac. Congreg.* 1601. Leccce 2. Ian. 4.

Neque ſub prætextu reparationis Eccleſiæ, 1603. Policaſtro 3. Decemb. 143. 1604. 3. Febr. 16.

Neque pro dimiſſorijs, vel teſtimonialibus Ordinum, 1602. Malta 4. Iunij 55. *Trid. ſeſſ. 21. c. 1.*

Neque pro regiſtrandis memorialibus.

Licebit tamen Notario accipere vnum Carolenum pro quolibet teſte, & Vicario quinque Carolenos pro decreto interponendo ſuper ſufficientia Patrimonij, 1614. Nardò 19. Decembris 130.

8 *Effect.* Ordo ſacer liberat à Patria poteſtate quo ad ſpiritualia, & acquiſita poſt Clericatum; ſecus quo ad alia. *gloſ. fin. c. Cum voluntate 54. De ſent. excom. Oinot. Inſt. Quib. mod. iuſpatr. poteſt. ſolu. §. Filiusfamilias.* vide Minor.

9 Ordinatus ordine ſacro per metum iniuſtum cadentem in conſtantem virum, ſi ordine vti nolit, vxorem ducere poteſt, *Iuxta communem, quam ſequitur Henriq. lib. 10. cap. 14. num. 3.*

Sicut, & qui infans, initiatus eſſet Sacerdotio, niſi poſt decimum quartum annum, cognita voti obligatione, illud ratificaſſet. *Furn. de ord. c. 3. n. 6.*

10 *Character* imprimitur per ordinem; Eſt autem character. *qualitas ſuper naturalis, Animæ diuinitus infuſa, quatenus ea inſignitus ſit aptus ad aliquod ſpirituale miniſterium. Furn. c. 6. n. 2.* vbi concludit, Characterem non eſſe potentiam phyſicam ſed moralem, quatenus effectum non attingit phyſicè ſed moraliter.

Sed mihi probabilius videtur eſſe potentiam phyſicam: nam alias quomodo eſſet qualitas indelebilis? Et præterea quodlibet Officium, vel auctoritas alicui collata, ex quo quis fit habilis ad aliquod miniſteriū, puta iudicandi, negotia gerendi, &c. imprimeret characterem æque, ac Ordo.

Vel Character eſt *ſignum pacti Dei cum homine de cōcurſu Diuino in adminiſtratione Sacramentorum*. Quæ diffinitio aſſignatur à Bellarmino de Ordine c. 5.

Sed mihi vniuerſaliter non placet; quia nec omni ordini, nec ſoli competit: cum inferiores ordines à ſubdiaconatu incluſiuè non habeant adminiſtrare aliquod Sacramentum. Non ſoli, cum etiam Epiſcopatui tribuatur concurſus Diuinus in adminiſtratione Sacramentorum, confirmationis, & ordinis, & Sacramentum Baptiſmi, ſeruata forma, & intentione Eccleſiæ, non ſolum à laicis Fidelibus, ſed etiam ab infidelibus, poſſit adminiſtrari.

Diffinitio characteris, quæ mihi maximè placet eſt, quæ datur in Concilio Florentino ſuper vnione Armenorum. §. *Quinto Eccleſiaſticorum, in fine.* quod character eſt *Spirituale quoddam ſignum, à cæteris diſtinctiuum, indelebile, impreſſum in anima diuinitus*.

11 *Subiectum.* Ordinari prohibentur Bigami, ſolemniter Pœnitentes, Neophiti, Curiales, Serui, Corpore vitiati, Illegitimi, Infames, & Obligati ad indecentia, vt Lanij, Hiſtriones, Tabernarij, Illitterati, Abſtemij, Coniugati, & alij quicumque Irregulares. Item excommunicati, ſuſpenſi, vel Interdicti, & Peregrini. Item carentes titulo ſufficienti Beneficij, Penſionis, vel Patrimonij, non poſſunt ad ſacros promoueri, vt latius proſecutus ſum in Can. lib. 1, tit. 11, num. 9.

12 Nec debet admitti, neque à Collectore, vel Nuncio, appellatio illorum, qui à ſuo Epiſcopo reiecti ſunt tamquam inhabiles, multo minus eis dimiſſoriæ dari, 1621. Braga 16. Nouemb. 158.

13 Anglorum Collegii in Vrbe Alumni ac ſtudentes, promoueri poſſunt extra tempora, abſque litteris dimiſſorijs, ſine titulo,

tulo, & non obſtante defectu natalium. *Greg. XIII. conſt.53. Quoniam Diuinæ. §.13. Poſtremo*. Alumnis tamen Collegii Illyrici fuit hoc negatum, 1607. 2. Auguſti.

Quod per Vrb. VIII. conſt.44. *Cum ſicut dilectus*. extenditur ad Fratres S. Franciſci in Indiis Occidentalibus commorantes, nempe vt de licentia diœceſani promoueri poſſunt à quocumque Catholico Antiſtite, extra tempora, & non ſeruatis Interſtitijs.

14 *Exemptis* de diœceſi ordines, & dimiſſoriæ dantur ab Epiſcopo diœceſis, *Nullius* autem à viciniori, 1591. Converſano 28. Maij 282. 1616. Rutigliano 9. Septemb. 119. 1593. Meſſina pro ſubditis Archimandritæ 3. Maij 106.

Modo ſuper vita, & moribus, alijſque requiſitis deferãt teſtimoniales proprij Prælati, 1593. Nepi 16. Martij 69.

Niſi conſtet eas iniuſtè denegari, 1596. Nullius Putignano 22. Maij 45.

15 Promoueri poſſunt homines paruæ ſtaturæ, modo non ſint Nani, 1596. Sauona 10. Decembris 97. 1601. Caſtellaneta 7. Nouembris 224.

16 Qui ſunt ſuſpecti de Epilepſia, poſſunt ordinari, ſi Medici atteſtantur, non adeſſe talem morbum, 1602. Fano 20. Auguſti 89.

17 Non denegãtur Ordines ex eo, quod quis fuit Iudex, ſi nullam incurrit Irregularitatem, 1606. Squillace 15. Nouemb. 88.

18 Seruat. Ser. dimiſſus propter nullitatem profeſſionis non prohibetur promoueri, 1620. Canonici Regolari del Saluatore, 17. Nouembris 298.

19 Ordinem furtiue ſuſcipiens, ſi contra hoc facientes lata erat excommunicatio, fit irregularis à ſolo Papa diſpenſabilis; niſi hoc eſſet occultum in ratione delicti: ſed ſi excommunicatio lata non erat, Epiſcopus & Abbas poterunt diſpenſare iuxta mentem trium c. c. c. De eo qui ord. fur. ſuſcep.

20 Ordinatus extra tempora, vel abſque litteris dimiſſorijs, vel ante legitimam ætatem, eſt ipſo iure ſuſpenſus, *vt latius dixi in explic. Can. lib.1. tit. 11. De temp. ordin. num.5. & ſeqq.*

21 *Quo ad interſtitia* annus computari debet Eccleſiaſtice, non autem matematice, ideſt à Quadrageſima ad Quadrageſimam, à Pentecoſte ad Pentecoſten: quæ propter varietatem feſtorum mobilium occurrunt aliquando prius, quam duodecimus menſis compleatur. *Et idem declaraſſe Sixtum V. ex ſent. Congr. teſtis eſt Furnarius de ord. cap.3. n.4.*

22 *Cum Dimiſſoriæ* ad ordines cõceduntur abſenti, examen remittitur, vel Epiſcopo ordinanti, vel Perſonæ, cui confidenter tranſmittuntur ipſæ dimiſſoriæ, 1593. Siracuſa 8. Nouembris 283.

23 Dum proprius Epiſcopus recuſat aliquem promouere, præſertim ad Sacerdotium, nec informare vult, committitur alij Epiſcopo, vt illum promoueat, etiam abſque dimiſſorijs, 1596. Marſico 22. Maij 46.

24 *Teſtimoniales num.*14. In defectu alterius probationis, ordines ſuſcepti probantur per iuramentum, 1597. Rieti 15. Decẽbris 88. 1604. Camerino 5. April. 45. Andria 4. Maij 53. Perugia 17. Maij 58. † Coram tamen Ordinario proprio, non alieno. c.2. & 3. de Cler. peregr. *

Maximè quando quis amiſit teſtimoniales ordinum, quos ipſe diu exercuit, 1581. Piacenza 8. Maij 69.

Et ſi teſtimoniales eſſent ordinum Sacerdotio inferiorum, poterunt examinari, qui forte viderunt eum ordinari, vel ipſas teſtimoniales, ac obtinere copias examinis, vel ſummariam atteſtationem, 1589. Oſmo 28. Auguſti 266.

Et dum Regulares, ſiue etiam ſubditi Congregationum approbatarum Presbyterorum ſæcularium, afferant teſtimoniales ſuperiorum ſuorum de ordinibus ſuſceptis, Ordinarius eos ad oſtendenda originalia compellere non debet, 1597. Genoua 16. Aprilis 46.

† Sacra tamen C. C. Septembris 1604. declarauit, Epiſcopum huiuſmodi teſtimonio credere non teneri; & hoc ſeruatur Romæ. *

25 *Pro Patrimonio*, de quo eſt dubium, an ſit validum vel ſufficiens, poteſt recipi fideiuſſor; non vero pro eo, quod eſt certum non eſſe validum, vel ſufficiens, 1590. Gubbio 22. Maij 133.

Quod patrimonium eſt exemptum ad inſtar bonorum Eccleſiaſticorum, 1603. Tricarico 14. Nouemb. 131.

26 Non placet praxis, quam alicubi ſeruari vidi, & probat *Barboſa alleg.*19. *n.*29. vt quis promoueatur ad Sacros ſubdiaconatus ac Diaconatus ordines ad titulum beneficij, &c. cuius fructus non eſt percepturus, niſi poſt ſuſceptum ſacerdotium: quia poſſet impediri à ſuſcipiendo Presbyteratu, & ſic contra intentionem Concilij mendicare cogeretur. † Vnde S. C. C. prohibuit huiuſmodi promoueri, niſi interim aſſignetur titulus ſufficiens. *

27 Probabilius eſt, ordinatos abſque titulo ſufficientis, &c. ſuſpenſionem incurrere, vt dixi ibidem n.13. & ſeqq.

28 Ordinatus nõ eſt ſuſpenſus, eo quod pactum fecerit renunciandi patrimonium do-

donanti, vel alimenta non petendi, niſi hoc pactum fecerit cum ordinante, vel præſentante. Et ita Signaturam declaraſſe Teſtis eſt *Toletus lib.*1. *c.*49. *Bonac. to.*3. *diſp.*3. *quæſt.* 1. *pun.*8. *n.*2. *Exc. penult. de ſimon.*

† Titolo - Regulares, quorum omnia Monaſteria ſunt deſtructa, promoueri non poſſunt ad titulum Paupertatis, licet ſint Subdiaconi, vel Diaconi. 17. *Aug.*1632. *C.C.**

29 *Ordo iudiciarius* non eſt neceſſario ſeruandus in cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus, vel prouiſionibus, aut ſuper Dignitatibus, Perſonatibus, officijs, canonicatibus, vel Præbendis, ſeu quibuſuis Beneficijs Eccleſiaſticis. Item nec ſuper decimis, matrimonijs, vſuris, vel eas quoquomodo tangentibus. *Clem. Diſpendioſam* 2. *De iudic.*

ORGANVM.

Diſtributiones. Paupertas.

1 PVlſari poteſt à Canonico iuxta ſolitum, 1627. Noli 22. Maij.

2 Haberi debet etiam in Collegiatis, 1646. Ripa 27. Iulij 9.

3 Prædicari non debet ex organo, maximè vbi habetur ſolitus Pulpitus, 1601. Ariano 25. Octobris 98.

4 Organiſta in Eccleſia ſæculari de licentia S. C. poteſt eſſe Regularis; maximè ſi non inueniuntur idonei ſæculares, & adſit Conuentus ſui ordinis eo in loco, 1593. Carinola 24. Maij 121. 1601. Genoua 6. Iunij 68. Serui di Genoua 20. Aug. 85. Reggio 15. Septemb. 71. 14. Octobris 89. Conuentuali 11. Decemb. 109. 1605. 13. Iulij 41.

Si non adſit Conuentus ſui ordinis, ſolet dari licentia degendi in aliquo alio Cõuentu diuerſi ordinis, vel in Palatio Epiſcopali, 1606. Auguſt. di Lomb. 28. Ian. 9.

5 *Etiam Monialibus* permittitur organũ, modo aliqua ex ipſis illud pulſet, non vllus exterus, 1588. Breſcia 77.

ORIGENES. Dæmon.

ORIGO. *Filius.*

QVis dicatur originarius vel oriundus, dixi in Can. lib. 1. tit. 11. De temp. ordin. n.7.

OVIS. Grex.

OZA.

QVomodo peccauerit, faciens Arcam à Brutis aſportari, dixi in Collect. 2. Reg. 6. 6.

P

PACTVM.

Lex. Priuilegium. Tranſactio.

1 VT *creditor* auctoritate propria ingredi poſſit in poſſeſſionem bonorum, quæ ſibi fuerunt hypothecata, valet, ſi certum ſit, Debitori nullam exceptionem, ſiue defenſionẽ cõpetere. *l.*3. *de pignor.*

Alias debet Dominus, ſiue Poſſeſſor antea citari. *Rota apud Galleſ. deciſ.*142. *n.*3. & 6. Niſi.

I. Huiuſmodi bona ſint Eccleſiæ, quia tunc propter tale pactum non excuſaretur occupans à ſacrilegio. *Tiraq. priuil.* 136.

II. Niſi facultatem habens faciendi aliquid de facto, Iudicem adeat abſque proteſtatione; quia poſtea redire non poteſt ad viam facti, cui per talem aditionem renunciaſſe videtur. *Rota apud Farin. p.*1. *deciſ.*555. *n.*8.

2 Pactum nudum donandi parit actionem. *l. Si quis argentum* 5. *C. de donat.*

3 Pactum inter Parochum ex vna, & Monachos ius Sepulturæ ex priuilegio habentes, ex altera, initum, ne prædicti Monachi aliquos, vel certos, & determinatos Parochianos ſuos ſepeliant, ſeruandum eſt, quamuis poſtea Parochiani illi in dictorum Monachorum Eccleſia Sepulturam elegerint: quia cum principaliter priuilegium datum fuerit in fauorem Monachorum, videtur indulto huiuſmodi per pactionem prædictam renunciatum. *c.*1. *de pactis lib.*6.

Cum quilibet fauori ſuo, tam in totũ, quam in partem, quando materia diuiſibilis eſt renunciare poſſit. *c. Statuimus, de Regular. l. Penult. C. de pactis. l. Si quis in conſcribendo* 50. *C. de Epiſcopis, & Cler.*

Quæ lex eſt reuocata per Ius Canonicũ, in quantum dicit, quod Clerici poſſunt renunciare priuilegio fori, ſaltem in cauſis Ciuilibus: non enim poſſunt Clerici in laicum Iudicem conſentire. *c. Si diligenti* 12. *de foro compet.*

Cum priuilegium non ſit conceſſum principaliter in fauorem ipſorum Clericorum in particulari, ſed totius ſtatus Clericalis. *Ex d.c.*12. *Bonac. de legib. diſp.*10. *quæſt.*2. *pun.*1. §. 3. *n.*2.

PALLIVM.

ARchiepiſcopale ſub hac forma concedi ſolet. *Ad honorem Dei Omnipotentis, Beatæ Mariæ Virginis, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli D. Noſtri Papæ Alexandri, & Eccleſiæ Romanæ, necnon Eccleſiæ Neapolitanæ, Tibi Commiſſæ, tradimus Tibi Pallium, de Corpore B. Petri ſumptum, in plenitudinem Pontificalis Dignitatis, vt vtaris eo intra Eccleſiam tuã certis diebus, ſcilicet in Natiuitate Domini, in Feſtiuitatibus S. Ioannis, & S. Stephani. In Circumciſione. In Epiphania: in Ramis Palmarũ. In Cœna Domini. In Sabbato Sancto. In tribus diebus Reſurrectionis, & Pentecoſtes. In Feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtæ, & Omnium Apoſtolorum. In tribus Feſtiuitatibus B. Mariæ. In Feſto Omnium Sanctorum. In Dedicatione Eccleſiarum. In vtraque ſolemnitate Sancti Ianuarij*

Epiſco-

Epiſcopi, & Martyris, & alijs principalibus Feſtiuitatibus Eccleſiæ tuæ. In Ordinationibus Clericorum. In Conſecrationibus Epiſcoporum. In die anniuerſario tuæ Conſecrationis. Et alijs etiã diebus, qui exprimuntur in Priuilegijs, à Romana Eccleſia conceſſis Eccleſiæ tuæ. gloſ.cap. Ad honorem 4. De auth. & vſu Pallij. Et latius lib.1. Cærem. Epiſcoporum c.16.

Cætera dixi in Can. lib.1. tit.8. De auth. & vſu pallij.

PAPA:

Baculus. Coniux. Dignitas. Eccleſia. Eleemoſyna. Epiſcopus. Hæreſis. Littera. Opinio 4. Sanctitas. Simonia. Sponſio. Votum.

1 Femina. *Confutatio fabulæ de Ioanne Papa Femina ex Bellarmino præſertim in primo tom. contr. de Romano Pontifice lib. 3. c.24. verſ. Ad argumentum.*

Ad argumentum, *inquit*, Magdeburgenſium, *qui ſunt Hæretici Lutherani*, dico fabulam eſſe illam de Ioanne Papa Femina, quã ſatis accuratè refellit Onuphrius in additionibus ad Platinam.

Ac primum manifeſtè conuincitur eſſe fabula ex teſtimonijs Scriptorum Græcorũ, & Latinorum. Primus omnium, qui de hac re ſcribere potuit, fuit Anaſtaſius Bibliothecarius, qui illo ipſo tempore vixit, quo fingitur Ioannes iſte Octauus Pontificatum geſſiſſe, nimirum circa annos 850. & interfuit creationi multorum Pontificũ, qui hunc Ioannem, vel præceſſerunt, vel ſecuti ſunt. Ille igitur ſcribit, poſt Leonem IV. vacaſſe Sedem quindecim diebus, & mox communi conſenſu creatum fuiſſe Benedictum Tertium: quibus verbis indicat, nullum fuiſſe Ioannem Feminam. Omnes enim, qui iuſtum Ioannem admittunt, dicunt eum ſediſſe poſt Leonem IV. & ante Benedictum III. ac vixiſſe in Pontificatu duobus annis, & quinque menſibus.

Dices fortaſſe Anaſtaſium in gratiã Pontificem omiſiſſe iſtum Ioannem Octauum. At contra. Nam ſaltem debuit ponere Sedem vacaſſe poſt Leonem IV. duobus annis cum dimidio, ne errorem exploratum in Chronologia admitteret, & errorem, qui refelli poterat ab oculatis Teſtibus, qui tũc viuebant.

Reſpondent, non eſſe errorem in Chronologia; quia duo iſti anni Ioannis adduntur annis Leonis IV. Leo enim IV. dicitur ab Anaſtaſio ſediſſe annis octo: qui ita accipiendi ſunt, vt ſex Anni ſint ipſius Leonis, alij duo addantur ex annis Ioannis feminæ.

At contra. Nam non ſolum Anaſtaſius, ſed etiam Martinus Polonus, & Platina, & Magdeburgenſes, & Bibliander, & alij, qui ponunt, Ioannem Octauum ſediſſe duobus annis, dant Leoni annos octo. Igitur neceſſario erit error in Anaſtaſij Chronologia, ſi iſte Ioannes ponatur fuiſſe Pontifex poſt Leonem.

Deinde non ſolum Anaſtaſius, ſed etiam Ado Epiſcopus Viennenſis, qui eodem tẽpore vixit, & de quo nulla ſuſpicio eſt, quod in gratiam Pontificum mentiri voluerit, docet nullum fuiſſe Ioannem inter Leonem IV. & Benedictum III. Sic enim loquitur in Chronico Anni 865. *Pontifex*, inquit, *Romanus Gregorius moritur; atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, ſuccedit Leo: quo obeunte, Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Et ſimiliter loquuntur Rhegino, Lambertus, Hermannus Contractus, Abbas Vſpergenſis, Otho Friſingenſis, & omnes Hiſtorici, qui plurimi ſunt vſque ad Martinum Polonum, qui fuit quadringentis annis poſterior iſto ficto Ioanne Octauo: & ipſe Martinus primus huius Ioãnis Octaui meminit contra fidem omnium Antiquorum. Ab ipſo autem acceperunt Platina, & ceteri recentiores.

Nec ſolum Latini, ſed etiam Græci, qui ſcripſerunt ante Martinum Polonum, vt Zonaras, Cedrenus, Ioannes Curopalatas, & alij, nullam inter res eius temporis mentionem tam portentoſæ fabulæ faciunt: cũ tamen illi non fauerent Romano Pontifici, ſed libenter accepiſſet occaſionem irridendi Latinos, ſi potuiſſent. Quomodo autem credibile eſt, melius nouiſſe res geſtas circa annum 850. Martinum Polonum, qui vixit anno 1250. quam omnes Hiſtoricos alios, qui vixerunt anno 800. vel 900. vel milleſimo?

Quod autem Magdeburgenſes dicunt, Sigebertum, & Marianum Scotum, Martino Polono antiquiores, Ioannem Feminam in ſuis Chronicis poſuiſſe, falſum eſt. Et ſi enim in impreſſo Sigeberto, & Mariano Scoto inueniatur Ioannes Femina, tamen in antiquiſſimis manuſcriptis non inuenitur; & ſatis conſtat, Authores illos fuiſſe corruptos. Extat adhuc in Monaſterio Gẽblacenſi, vbi fuit Monachus Sigebertus, antiquiſſimum exemplum manuſcriptũ, quod putatur ipſius Sigeberti authographum, & in eo nulla mentio eſt Ioannis Feminæ: quod manuſcriptum exemplum teſtatur ſe vidiſſe Ioannes Molanus, qui adhuc ſupereſt. Similiter in antiquiſſimis exemplaribus Mariani Scoti non haberi Ioannem Feminam, teſtatur ille, qui Metropolim Alberti Krantij edidit anno 1574. Coloniæ.

Deinde ſecundo, quod fabula ſit iſta Martini narratio de Ioanne Femina, probatur

tur ex ipſa narratione. Primo enim dicit iſtum Ioannem fuiſſe Anglicũ ex Moguntia. At Moguntia non eſt in Anglia, ſed in Germania. Vt autem hunc errorem emendent alij, mirabiliter inter ſe pugnant.

Nam Platina dicit, fuiſſe Anglicum iſtum Ioannem, ſed oriundum ex Moguntia. Magdeburgenſes e contra dicunt, fuiſſe Moguntinum, ſed oriundum ex Anglia. Theodorus autem Bibliander in Chronico dicit, neque natum, neque oriundum ex Anglia; ſed tantum educatum, & eruditũ in Anglia.

Tertio dicit Martinus; & qui eum ſequuntur, iſtum Ioannem dediſſe operam litteris Athenis. At conſtat eo tempore neque Athenis, neque vſquã alibi in Græcia, fuiſſe vlla gymnaſia litteraria. Scribit enim Syneſius in Epiſtola vltima ad Fratrẽ ſuum, ſuo tempore Athenis nihil fuiſſe, niſi nomen Accademiæ. Fuit autem Syneſius paulo poſt tempora Baſilij, & Nazianzeni. *Quorum primus anno Domini 380. ſecundus 390. vita functus eſt; Valeminiano Imperatore.*

Scribunt autem Cedrenus, & Zonaras in vita Michaëlis, & Theodoræ Imperatorũ, circa finem imperij Michaelis, quando nimirum ſolus regnabat, amota Matre Theodora, bonarum litterarum, & Philoſophiæ ſcholas fuiſſe reſtitutas à Barda Cæſare, cũ vſque ad illud tempus per annos plurimos ita fuiſſent extincta omnia ſtudia ſapientiæ in Græcia, vt ne veſtigium quidem vllum extaret. At conſtat imperium Michaelis ſolius, amota Matre Theodora, incidiſſe in tempora Nicolai Primi, qui ſucceſſit Benedicto Tertio, quem præceſſerat, vt iſti fingunt, Ioannes Octauus Femina.

Immo Chronologici omnes, etiam ipſe Bibliander, ponunt initiũ imperij Michaelis ſolius anno Chriſti 856. & Ioannis Feminæ Pontificatum anno 854. Ex quo ſequitur, poſt mortem iſtius ficti Ioannis cœpiſſe in Græcia reuiuiſcere ſtudia litterarũ.

Quarto Magdeburgenſes dicunt, Ioannẽ iſtum Octauum peperiſſe in itinere, cum ex Vaticano inuiſere vellet Eccleſiam Lateranenſem. At certiſſimum eſt, vt Onuphrius demonſtrat in *lib. de Septem Eccleſijs*, Romanos Pontifices non habitaſſe in Vaticano, ſed in Lateranenſi Palatio vſque ad tempora Bonifacij Noni, ideſt vſque ad annum 1390. Quomodo ergo, ſi in Laterano habitabat, volebat ex Vaticano inuiſere Lateranum? Certe ſi quis nunc ſcriberet, Pontificem ex Laterano veniſſe, vt inuiſeret Eccleſiam Vaticanam, vel *Montem Quirinalem*, ridiculus eſſet: cum omnes ſciant, Pontificem vel in Vaticano, vel *in Monte Quirinali* habitare.

Quinto. Dicit Martinus, & cæteri omnes, iſtum Ioannem in publica, & ſolemni ſupplicatione periiſſe. At certè nullam habet probabilitatem, quod Mulier vterum gerens iam tot menſes, tunc maximè voluerit procedere: quando maximum erat periculum, ne detegeretur.

Probatur hoc idem ex Epiſtola Leonis Noni grauiſſimi Pontificis ad Michaelem Epiſcopum Conſtantinopolitanũ, vbi c.23. ſcribit, famam eſſe conſtantem, in Patriarchatu Conſtantinopolitano multos Eunuchos ſediſſe, & inter eos obrepſiſſe etiam, & fuiſſe Patriarcham vnam Feminã. Quod certe nunquam obijceret Leo, ſi tale aliquid paulo ante Romanæ Sedi accidiſſet. Immo fortaſſe hinc nata eſt hæc fabula de Ioanne Femina. Cum enim rumor eſſet, quamdam Feminam fuiſſe Pontificem Cõſtantinopolitanum, & deinde omiſſo paulatim nomine Conſtantinopolitani, remanſiſſe fama, & opinio de Femina Pontifice, & Pontifice Vniuerſali, cœperunt aliqui in odium Eccleſiæ Romanæ dicere, Feminam illam fuiſſe Romanum Pontificem. Et veriſimile eſt, circa tempora ipſius Martini hanc famam exortam. Certe Martinus Polonus, qui primus hoc ſcripſit, nullum Auctorem refert, ſed tantum dicit, *fertur*. Igitur ſolum ex incerto rumore hoc habuit.

Neque mirum videri debet, ſi aliquis in odium Romanæ Eccleſiæ fabulam hãc finxerit, poſito fundamento de Femina Pontifice, & maximis contentionibus, quæ vigebant illo tempore inter Imperatorios, & Pontificios homines: nam etiam nunc videmus, Magdeburgenſes magis incredibilia fingere. Cum enim Martinus ſolum ſcripſerit, hanc Mulierem fuiſſe Anglicam ex Moguntia, neque aliquid addiderit de Parentibus, & nomine proprio Mulieris; Magdeburgenſes addiderunt, Patrem huius Feminæ fuiſſe Anglicum Sacerdotem, & ipſam vocatam ab initio Gibertam, nutritam quoque ſub habitu viri in Monaſterio Fuldenſi, & libros de Magia ſcripſiſſe: quæ ſunt mera figmenta, ſine teſte, & ſine ratione excogitata. Adde quod Martinus ille Polonus vir ſimpliciſſimus videtur fuiſſe: ſcribit enim alias fabulas permultas, tãquam ſi hiſtoriæ probatiſſimæ eſſent.

Verum poſt mortem Bellarmini, tempore Vrbani Octaui, allata ſunt Romam manuſcripta Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani, Eccleſiæ Romanæ Hoſtis acerrimi, qui Leoni IV. Benedictũ ſubſtituit: & Martini Poloni, in quo nulla mentio, non ſolum de fabula Ioannæ Papæ Feminæ, ſed

ſed nec de quatuor Regnis,vel alijs,ob quæ Auctor ille apud doctos,& pios viros non bene audit. Vnde non leue indicium eſt, ab Hæreticis in eius ſcripta hæc, & ſimilia irrepſiſſe.

Aduerſus ea, quæ diximus, Hæretici tribus alijs argumentis inſiſtunt.

I. Dicunt Papam poſt creationem collocari in quadam Sede in medio perforata: per quod foramen Decanus Cardinalium eum explorat, & maſculo inuento, exclamat. Papam habemus, & cæt.

II. Haberi Romæ ſtatuam cuiuſdam Pontificis cum Paruulo, quæ videtur non poſſe, niſi iſtum Ioannem referre: qui, vt ſupra, in Proceſſione peperit.

III. Quod Romani Pontifices, quando accedunt ad Lateranum, in deteſtationem huius facinoris declinant illam viam, licet valde breuiorem, & vadunt per aliam longiorem.

Quæ quidem obiecta, ſatis per ſe friuola, facillimè diſſoluuntur.

Ad primum namque de Sede perforata, *non eſt dubium id eſſe falſum, ſi de noſtris loquamur temporibus, vt nunc teſtes ſunt Cardinales omnes viuentes, & alij, qui fuerunt in Conclauibus. Et ſi de hoc ſcriptum deſideres, videre potes Iulium Lauorium in tract. de electione, qui pluries in Conclaui fuit, ac Summorum Pontificum interfuit creationi. Si vero contendant, id factum fuiſſe temporibus antiquis; Cum id gratis ſine teſte, ſine ratione effutiant,refutatione non eſſet opus. Attamen hanc efficaciſſimam afferemus.*

Nulli dubium eſt, quanta fuerit ſemper à Romana Eccleſia adhibita diligentia in tradendis Sacris Cæremonijs, obſeruandis in lithurgia, Diuinis Officijs, ac electione Antiſtitum, & præſertim Romani Pontificis, vt nullam neque minimam actionem relinqueret cuiuſque arbitrio præſtandam, ſed omnia ſingillatim præſcripſit. Igitur ſi hæc cæremonia de Sede perforata vnquam fuit in vſu, certe in Cæremonialibus ipſius Eccleſiæ reperietur. *At ex libro* 1. *Sacrarum Cæremoniarum ſect.*2. conſtat; tres olim fuiſſe Sedes lapideas in Lateranenſi Baſilica, in quibus nouus Pontifex ſedebat tempore ſuæ coronationis. Prima Sedes erat apud ingreſſum in templum, eaque vilis, & abiecta: ad quam Sedem nouus Pontifex primo ducebatur, atque in ea aliquantulum ſedebat; vt per eam Cæremoniam ſignificaretur, cum de loco humillimo ad locum ſummum aſcendere. Inde enim eum eleuantes canebant illud 1. Reg. 2. *Suſcitat de puluere Egenum, & de ſtercore eleuat Pauperem: vt ſedeat cũ Principibus,& ſolium gloriæ teneat.* Et hæc eſt cauſa, cur illa ſedes Stercoraria diceretur.

Altera ſedes erat porphyretica in ipſo Palatio: & ibi ſedebat ſecundo in ſignum poſſeſſionis: atque ibi ſedẽs accipiebat claues Eccleſiæ, & Palatij Lateranenſis.

Tertia Sedes ſimilis erat ſecundæ, nec procul ab ea; atque in ea poſt paululum ſedens, tradebat Claues ei, à quo acceperat antea. Forte vt ea Cæremonia admoneretur mortis,per quam breui poteſtatem illam alteri dimiſſurus eſſet: vt nunc clarius per Cæremoniam combuſtæ ſtuppæ, addita voce, *Sic tranſit gloria Mundi*. De Sede ad explorandum ſexum nulla, nec in electione, nec in coronatione, nec alibi vſquam mentio.

Ad ſecundum, quod Statua illa Mulieris cum puero abſque dubio non erat Ioannis Papæ. Nam ſi aduerſarij dicunt, Antiquos Hiſtoricos in gratiam Pontificis noluiſſe memoriam huius Mulieris in libris ponere; quam veriſimile eſt, voluiſſe Pontifices ipſos memoriam extare in ſtatua? Deinde ſi ſtatua huius Ioannis eſſet, Mulierem cum infantulo recens nato repræſentaſſet. At Imago illa neque feminam referebat, neque infantem in ſinu geſtabat; ſed Puerum ſatis magnum,& annorum multorum quaſi præcedentem famulum referebat. Quare coniiciunt quidam, fuiſſe ſtatuam illam alicuius Ethnici Sacerdotis ad ſacrificandum præparati, quem ſuus Miniſter præcedebat.

Ad tertium denique cur Pontifices viã illam breuiorem ad Lateranum proficiſcẽtes omittant, non eſt in deteſtationem facinoris, ſed quia via illa eſt anguſta, & anfractuoſa, & proinde incommoda Pontificio comitatui, qui ſemper frequentiſſimus eſſe ſolet. Adde quod,vt Onuphrius teſtatur, non defuerunt Pontifices, qui non ſemel per hanc viam ad Lateranum iuerunt.

De hac ipſa re fuſiſſimum tractatũ edidit Georgius Schurer Sacerdos Societatis Ieſu, Viennæ impreſſum.

2 *Electio* Papæ facta per metum eſt nulla: debetque per Concilium generale, probato metu, reſcindi. *Ex Concil. Conſtantien. Azor.* 2. *lib.*4. *c.*2. *verſ. ſexto quæritur.*

3 *Conſtitutio Iulij Papæ Secundi, de electione Romani Pontificis abſque Simoniaca labe facienda.*

Cum tam Diuino, quam humano iure, in ſpiritualibus præcipuè, deteſtabiliter ſit Simoniæ labes prohibita, & magis in electione Romani Pontificis Vicarij *Ieſu Chriſti* Domini Noſtri abominabilis ſit, & vniuerſali Eccleſiæ pernicioſa; Nos qui regimini eiuſdem vniuerſæ Eccleſiæ,meritis licet imparibus, annuente Domino, præſidemus,

mus, cupientes quantum cum Deo poſſumus, in præmiſſis pro tantæ rei neceſſitate, ac periculi magnitudine, vt tenemur, inpoſterum ſalubriter prouidere, de Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & vnanimi conſenſu, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, authoritate Apoſtolica, ac de poteſtatis noſtræ plenitudine, ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus. Quod ſi (quod Deus pro ſua clementia, & ineffabili bonitate auertat) contigerit, poſtquam Nos, vel ſucceſſores noſtros ſucceſſiuè ipſe Deus ab huiuſmodi vniuerſalis Eccleſiæ regimine abſoluerit, humani generis Inimico procurante, & ambitione, vel cupiditate ad hoc inclinante ſeu impellente, electionem Romani Pontificis ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo ſeu aliquibus de cœtu Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per Simoniacam hæreſim in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiuſcumque generis, caſtra, officia, vel beneficia, ſeu promiſſiones, & obligationes, commiſſam, per ſe vel per alium, ſeu alios quomodocumque, & qualitercumque, etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium vnanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam aſſumptionis vnanimiter, nemine diſcrepante etiam ſine ſcrutinio factæ, celebrari vel fieri; non ſolum huiuſmodi electio, vel aſſumptio eo ipſo nulla exiſtat, & nullam eidem ſic electo vel aſſumpto, adminiſtrandi in ſpiritualibus, & temporalibus facultatem tribuat; ſed etiam contra dictum ſic electum, vel aſſumptum, de Simonica labe à quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi poſſit, ſicut de vera, & indubitata hæreſi: ita quod à nullo pro Romano Pontifice habeatur. Quinimmo ipſe ſit à priori ſuo Cardinalatu, & alio quocunque honore, Eccleſijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, Monaſterijs, & Dignitatibus, & alijs quibuſcumque Beneficijs, & Penſionibus, quæ tunc obtinebit in titulum, vel in commendam, aut alias quomodocumque, eo ipſo, abſque alia declaratione, priuatus exiſtat. Et idem Electus non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus, & tamquam Simoniacus, & Hæreſiarca, & ad prædicta omnia, & ſingula perpetuo inhabilis habeatur & ſit. Nec huiuſmodi Simoniaca electio per ſubſequentem ipſius inthronizationem, ſeu temporis curſum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, ſeu obedientiam, vllo vnquam tempore conualeſcat: liceatque omnibus, & ſingulis Cardinalibus, etiam illis, qui huic Simoniacæ electioni, ſeu aſſumptioni conſenſerint, etiam poſt inthronizationem, & adorationem, ſeu obedientiam, ac etiam vniuerſo Clero, Populo Romano, necnon ſubditis, & S. Angeli de Vrbe, ac quarumuis aliarum Romanæ Eccleſiæ Arciũ Præfectis, Caſtellanis, Capitaneis, & alijs Officialibus (quocumque homagio, ſeu iuramento vel cautione præſtitis non obſtantibus) à talis Electi, etiam inthronizati, obedientia, & deuotione, impune, & quandocumque diſcedere, (ipſis fidei Romanæ Eccleſiæ, & obedientiæ futuri Romani Pontificis canonice intrantis nihilominus adſtrictis permanentibus) & eum vt Magum, Ethnicum, Publicanum, & Hæreſiarcam euitare.

§. 4. Ad cuius quoque confuſionem poſſint Cardinales, qui ſe præfatæ electioni opponere voluerint, ſi præſumpſerit ſe regimini vniuerſalis Eccleſiæ prætextu talis electionis ingerere, auxilium Brachij ſæcularis contra eum implorare. Nec tales ab eius obedientia diſcedentes tamquam tunicæ Domini ſciſſores, aliquarum propter dictum diſceſſum pœnarum, ſeu cenſurarum vltioni ſubiaceant.

§. 5. Cardinales vero, qui eum ſic Simoniacè elegerint, à ſuis ordinibus, etiam Cardinalatu, titulis, & honore, ac quibuſcunque Patriarchalibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & alijs Prælaturis, ac Dignitatibus vel Beneficijs, quæ in titulum vel commendam tunc obtinebunt, vel in quibus, ſeu ad quæ ius tunc habebunt, abſque alia declaratione priuati exiſtant: niſi ab illo penitus, & cum effectu diſceſſerint; & reliquis Cardinalibus, qui huiuſmodi Simoniæ non conſenſerint, infra terminum octo dierum, poſtquam ab eis fuerint requiſiti, perſonaliter, ſi fieri poterit, alias per edictum publicum, ſe abſque fictione, vel fraude vniuerint, & coniunxerint. Et tunc ſi præfatis alijs Cardinalibus ſe vniuerint, & coniunxerint, in priſtinum ſtatum, & ad priſtinos honores, & Dignitates, etiam Cardinalatus ac Eccleſias, & beneficia, quibus præerant, & quæ obtinebant, reintegrati, & rehabilitati, ac reſtituti, & repoſiti, & ab huiuſmodi ſimoniæ labe, & cenſuris ac pœnis Eccleſiaſticis quibuſcumque abſoluti eo ipſo exiſtant.

§. 6. Mediatores vero, Proxenetæ, Trapexitæ, tam Clerici, quam laici, cuiuſcumque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali ſiue Epiſcopali, vel alia ſæculari Mundana ſiue Eccleſiaſtica dignitate præditi, etiam quorumcumque Regum, & Principum Oratores

res vel Nuncij, ſi huius ſimoniacæ electionis participes ſint, omnibus ſuis Eccleſijs, beneficijs: Prælaturis, & feudis,ac alijs quibuſcumque honoribus,& bonis eo ipſo priuati, & ad ſimilia inhabiles, & etiam actiuè, & paſſiuè inteſtabiles, & eorum bona ipſo facto ad inſtar Reorum criminis læſæ Maieſtatis, Fiſco Apoſtolicæ Sedis applicētur, & deuoluantur, ſi prædicti delinquentes Eccleſiaſtici fuerint, vel alias Romanæ Eccleſiæ ſubditi: Bona vero, & feuda taliter delinquentium non ſubditorum ſæcularium, in Partibus exiſtentia, Fiſco ſæcularis Principis,in cuius Territorio bona ſita ſunt, ipſo facto ſimiliter applicentur. Ita tamen, quod ſi infra tres menſes à die,quo notum fuerit, illos ſimoniam commiſiſſe, vel participaſſe, Principes bona prædicta Fiſco ſuo actualiter non applicauerint, ex tunc illa Fiſco Eccleſiæ Romanæ applicata cenſeantur, & ſint eo ipſo,abſque alia ſimiliter declaratione.

§. 7. Promiſſiones quoque, & obligationes, ſiue ſponſiones propterea quandocumque etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra perſonas Cardinalium per quoſcumque alios quomodocumque factæ, cum quauis inexcogitabili ſolemnitate, & forma etiam iuratæ, conditionales ſiue euentuales, & in forma excommiſſarū, ex quacumque cauſa, etiam depoſiti, mutui, cambij, confeſſionis de recepto, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius,cuiuſcumque contractus, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ factæ, ſint nullæ,& inualidæ,& ad agendum inefficaces: nulluſque illarum vigore cogi, vel obſtringi poſſit in iudicio, vel extra: liceatque omnibus ab illis impunè abſque alio metu, ſiue periurij nota, recedere.

§. 8. Et inſuper liceat Cardinalibus,qui electioni prædictæ ſimoniacæ interfuerint, & à præfato ſic electo diſceſſerint,adhibitis ſecum alijs Cardinalibus,etiam illis,qui huiuſmodi ſimoniacæ electioni conſenſerint, & poſtea eiſdem Cardinalibus in dicta ſimonia non complicibus ſe vniuerint, ſi ſe cum eiſdem vnire voluerint, alioquin ſine eis, ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia ſententia declaratoria ſimoniacæ electionis huiuſmodi (eadem tamen noſtra conſtitutione ſemper in ſuo robore permanente) liberè, alias tamen canonice,deuenire: Concilium etiam generale indicere, & cōuocare in loco idoneo, prout eis magis videbitur expedire.

§. 9. Non obſtantibus, &c.

§. 10. Inhibentes poſtremo omnibus, & ſingulis S. R. E. Cardinalibus, qui pro tempore fuerint, & eorum ſacro Collegio; ne, Apoſtolica Sede vacante,prædictis contrauenire, vel contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum ſtatuere diſponere,& ordinare, vel aliquo modo facere, ſeu attentare præſumant, quocumque exquiſito colore vel cauſā, ſub excōmunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ipſo facto incurrant,& à qua non niſi per Romanum Pontificem canonice electum abſolui poſſint, niſi in mortis articulo. Decernentes, &c.

Dat.Romæ apud S.Petrum anno Incarn. Dom. 1505. xix. Cal. Februarij, Pont. noſtri anno ſecundo. *Vide Bonac. to. 3. diſp. 2. quæſt. 7. pun.* 1. §. 1.

4 *Errare* non poſſunt Papa, & Concilium generale eius auctoritate coactum in his, quæ vniuerſam Eccleſiam attingunt,& ad fidem, vel mores pertinent: alij vero inferiores ſecus, etiam Concilium Prouinciale. *Bonacina de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *pun.* 3. *num.* 14. *Vide quæ dixi in Collect. ad Luc.* 22. 32.

Tale quid videtur eſſe Sanctorum Canonizatio: adeo vt contrariam Caietani opinionem, *& gloſſæ c. vnic. v. Sedis Apoſtolicæ. De reliq. & vener. Sanct. in* 6. quatenus dicunt Eccleſiam in Canonizatione decipi poſſe, vt erroneam reijciat Ambroſius Catharinus. *Vide Clau. Reg. lib.* 12. *c.* 8. *n.* 10. *Diana* 5. *tract.* 13. *reſol.* 65. *Vide S. Thom. quodlib.* 9. *art. vlt.*

In facto tamen Papa quoque decipi poteſt, & circumueniri. *c. Cum olim* 12. *De ſent. & re iud.*

5 Papa à nemine iudicari poteſt,niſi inueniatur à fide deuius. Sed ſi quocumque tempore fuerit Hęreticus,vel Schiſmaticus, electio eius in Romanum Pontificem eſt nulla. Idem dic de Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Legatis, Nuncijs, &c. Si enim apparuerit eos aliquando, etiam ante eorum promotionem, Hæreticos fuiſſe, vel Schiſmaticos, ipſo Iure abſque alia declaratione ſunt priuati, & ad futura inhabiles. Ex conſt. Pauli IV. *Cum ex Apoſtolatus* 15. Febr. 1559.

6 *Non poteſt* Papa facere ſtatutum,vt ſibi ſucceſſorem eligere liceat. *gloſ.* §. *His omnibus ſub c.* 7. *Apoſtolica* 8. *q.* 1.

Quia illud facit in tempus, quo non eſt futurus Iudex, ait Abbas *in c. accepimus* 5. *de pactis num.* 2.

Sed tu dic melius, nimirum quia Deus hanc ei facultatem non conceſſit, vt ex antiquiſſima Eccleſiæ traditione conſtat. *Vide Iul. Lauor. de elect.*

7 Papa in beneficialibus pleniſſimam habet poteſtatem. *cap.* 2. *de preben. in* 6.

† S. D. N. iuſſit, nullus in poſterum in S. C. cauſas tractari, in quibus agatur de intereſſe familiarium ſuorum, niſi præuio ſpeciali reſcripto Sanctitatis Suæ, Hac die 3. Septembris 1657. *

P A R. Iuriſdictio.

PARAMENTA.

Clauſura. Epiſcopus. Feſtum. Prothonotarius. Rota.

Quotidiana reponantur in armario Eccleſiæ, ne ſit ſemper opus illa à Monialibus accipere, 1601. Bologna 29. Maij 65

PARENS.

Neceſſitas. Pater.

PAROCHVS.

Abſens. Candela. Concurſus. Confeſſarius. Confraternitas. Cura. Decimæ. Eccleſia. Epiſcopus. Excommunicatio. Exemptio. Falſum. Hieroſolymitani. Infirmus. Matrimonium. Oblatio. Oeconomus. Paſcha. Præcedentia. Regularis. Sacramentum. Sepultura. Subcollector. Teſtamentum. Vicarius. Viſitatio.

1 *Erectio.* Eccleſia Iurispatronatus erigi non poteſt in Parochialem ſine conſenſu Patronorum, 1604. Mantoua 1. Iunij 80.

2 Quando erigitur noua Eccleſia de fructibus antiquæ ad præſcriptum c. *Ad audientiam, de Eccleſ. ædif.* nouus Parochus recognoſcere, ac reuerentiam exhibere debet Plebano antiquo. Sarzana 31. Maij 51.

Pro Parochijs tamen diſtantibus expedientius videtur Vicarias etiam perpetuas erigere, quam nouas Parochias, 1624. Siena 23. Aug. 107.

3 Vniones fieri debent de cõſenſu Capituli, & ſine præiudicio obtinentiũ. *Trid. ſeſſ. 25. c. 5.* 1602. Penna 18. Iunij 59. Guardiano. Decembris 144. 1628. Caiazzo 31. Auguſti 28.

4 *Impetratio* Parochialis ſub nomine beneficij ſimplicis nulla eſt, 1602. Mariana 23. April. 41. Vnde debet præfigi terminus ad obtinendam nouam collationem: alioquin declarari Eccleſiam eſſe vacantem, 1619. Teramo 12. Martij 36. Niſi cura annexa eſſet ſolum per turnum. *Canonicus* 3.

5 *Quis.* Ad hoc, vt quis dicatur Parochus, requiritur, quod in vna Eccleſia, vel Parochia ſit vnus tantum, & quod curam Animarum exerceat nomine proprio, non autem alieno. *Rota apud Farin. par. 1. tom. 1. deciſ. 226.*

6 In Ciuitate Hiſpalenſi vniuerſa cura reſidet penes D. Archiepiſcopum, qui deputat Rectores Eccleſiarum, in quibus exercetur cura, ad nutum amouibiles. *Rota deciſ. 82. num. 5.* In Calaguritana ſimiliter. *C. Celib. 10. 28.*

7 *In Concurſu* ſub quouis nomine Parochus admiſſus debet eſſe perpetuus, 1602. Sarzana 5. Martij 23.

† Nam licet etiam Parochus amouibilis ſit examinandus, & approbandus ab Epiſcopo; non tamen requiritur Concurſus nec Examinatores Synodales. 12. *Ian.* 1619. *C. C.*

Parochus autem approbatus per cõcurſum cenſetur idoneus ad audiendas confeſſiones etiam extra ſuam Parochiam, ſed in ea tantum ciuitate vel loco, vbi ſita eſt Parochialis, non autem paſſim per totam diœceſim. 23. *Maij* 1585. *lib.* 50. 73. *ad* 2.

Non tamen poſt dimiſſam Parochialem neque in ipſa Parochiali. *ad* 3.

Decretum iuſſu S. D. N. in Congr. Concilij ſtabilitum 20. Iulij 1567. ſuper examine eorum, qui Parochiales ad Sedem Apoſtolicam deuolutas, quia Ordinarij abſque concurſu eas contulerunt, impetrant.

Si impetrantes ſint præſentes in Curia, examinentur Romæ ea forma, qua examinari ſolent hi, qui præſentes in Curia Parochiales in eorum fauorem reſignatas impetrant.

Si vero impetrantes non fuerint præſentes in Curia, committatur Ordinario viciniori in forma *Dignum*, qui eos abſque concurſu examinari curet per Examinatores in ſua diœceſana Synodo deputatos. Et ita poſt hac obſeruabit R. P. D. Datarius. *lib.* 122. 166. *

8 *Regul.* Parochus, qui exercet curam Animarum in Eccleſijs Regularium, non debet in ſubleuamen curæ ſibi commiſſæ accerſere Sacerdotes ſæculares, quando non deſunt Regulares ab Ordinario approbati, 1615. Fermo 3. Iulij 87. §. 4.

Sed ad huiuſmodi Parochum, non ad Regulares, pertinet, Dominicis, & Feſtiuis diebus Confeſſiones audire; Matrimonia, excommunicationes, & indulgentias publicare, Pauperes, & egenos Piorum eleemoſynis commendare, Quarta funeralis, & ſimilia, §. 8. & 12.

9 Quando Concilium *ſeſſ. 7. c. 8. & ſeſſ. 25. c. 16.* tractat de Viſitatione Parochialium exemptarum, non habet locum in Regularibus, in quibus Animarum curam exercent Fratres ipſi, 1620. Aſti 28. Aprilis 123

Delegatio. Parochus concedere poteſt ſimplici Sacerdoti, vt omnia Sacramenta excepta confeſſione miniſtret, matrimonia que ſolemnizet in ſua Parochia: nam approbationem Epiſcopi pro ſolo Pœnitentiæ Sacramento Tridentina Synodus poſtulat. Et hoc non obſtante conſtitutione Synodali in contrarium. *Sacra Epiſcoporũ Congrega-*

gregatio in vna Caſtellaneten. 20. Auguſti 1602. *fol.* 92. 95. *Victorell. ad Poſſeuin. c.* 8. *Append.* 3. *verſ. Simplex Sacerdos. Arg. Clem.* 1. *de Priuileg.*

11 *Parochiani* de Iure diebus feſtiuis tenentur Miſſam, ac Dei Verbum in propria Parochia audire, & in Paſchate confiteri proprio Sacerdoti, niſi ex honeſta cauſa ſe abſentarent. *cap.* 2. *de Paroch. Sixt. IV. Extr. Vices illius. De tregua, & pace. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 4. *verſ. Moneat Epiſcopus.*

Licet prædicta Iura quo ad Miſſam, & Concionem non videantur vſu recepta. Vnde Sacra Epiſcoporũ Congregatio 1581. *Conſa* 10. *Octobris* 129. decreuit, Parochianos hortandos, non vero cogendos, ad Miſſam audiendam in Parochiali, & multo minus in Cathedrali, 1592. Cariati 14. Decembris 220. 1593. 16. Martij 71. C. C. Salernitana ad 4.

Quo vero ad Confeſſionem non poteſt Parochus prohibere ſuis Parochianis, ne tali Sacerdoti ab Ordinario approbato confiteantur: niſi aliud habeat conſuetudo, vel approbatio ſit data cum conditione conſenſus proprij Parochi. *Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *pun.* 5. *n.* 35.

12 *Sepultura*, Parochus ad funus vocare non poteſt alios Sacerdotes, vel Clericos, quam deſtinatos ab hærede mortui. *Sacra Congreg. Epiſcopo Lauden.* 1601.

13 Epiſcopus hæredes cogere non poteſt ad inuitandũ Clericos Parochiæ, quouſque numerus fuerit expletus. *Rota in vna Calagurritana funerum* 22. *Maij coram Orano. Sil. v. Immunitas* 2. *num.* 7. *Lauor. tit.* 2. *c.* 3. *num.* 102. & 104.

Nec prohibere, ne Parochus celebret Officium Mortuorum ſine interuentu Vicarij foranei, 1603. Crema 29. April. 49. 10. Iunij 73.

Vel ne Campanas pro funeribus pulſent, ſine licentia ipſius Epiſcopi, 1601. Aliffe 20. Febr. 87. § 19.

Vel ne mortui morte violenta ſepeliantur ſine ſua licentia, niſi ex aliquo capite priuandi venirent Eccleſiaſtica ſepultura, 1590. Otranto 26. Iunij 166.

14 Quamuis Defunctus illis ſoritus ad funus ſuum non niſi Regulares conuocari; non tamen ideo proprius Parochus cenſetur excludi, ſi intereſſe velit. *Sac. Congregatio Epiſcopo Montis Pelusij*, 1581. *Synod. Caputaquen. Branacij ſeſſ.* 3. *c.* 10. *n.* 6.

15 Parochus tamen non habet ius interueniendi ſepulturæ Monialium. 1603. Chiozza 7. Ian. 1.

16 Parochi non poſſunt prætendere maiorem eleemoſynam pro ſepultis in Eccleſijs Regularium; quam in proprijs, vel aliorum Clericorum, 1603. Oſſeruanti 27. Octobris 80.

17 *Benedictiones* Sacerdotales ſunt à Parocho petendæ, nec ſunt faciendæ ab alio, niſi de licentia illius, tam intra, quam extra Eccleſiam, intra limites ſuæ Parochiæ: exceptis tamen illis, in quibus conſuetudo aliter introduxit. Ratio eſt; quia licet quilibet Sacerdos habeat ad id poteſtatem Ordinis; non tamen habet poteſtatem iuriſdictionis; niſi eam accipiat ab Epiſcopo, vel à Parocho, vel niſi ſaltem ei competat de conſuetudine præſcripta. Rectus enim ordo requirit, vt omnia regulentur ab vno Capite; quia vbi non eſt ordo, ibi eſt confuſio, vt etiam in naturalibus videmus. In Apibus enim, teſte *D. Hieronymo ad Ruſticũ, relato in cap.* 41. *In apibus* 7. *q.* 1. Princeps vnus eſt; & Grues vnam ſequuntur, Imperator vnus, Iudex vnus Prouinciæ; ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Prouinciarum Archiepiſcopi; & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus nititur. Et experientia cernitur, ex huiuſmodi ſcandala generari, cum ſit immittere falcem in meſſem alienam; Vnde non immeritò Fuſcus *lib.* 2. *de viſit. cap.* 2. *n.* 8. docuit, huiuſmodi benedictiones pertinere principaliter ad ius Parochiale; cuius hæc ſunt verba: *Conſiſtit autem in Parochiale principaliter ſecundum Innocentium, & alios in rubr. de Parochis, quod Parochiani, diebus feſtiuis in Parochia conueniant, Sacramenta recipiant, decimas perſonales perſoluant, oblationes faciant, benedictiones ſalutares deuotè ac reuerenter ſuſcipiant: & ſic de ſepulturis, benedictionibus nubentium, & alijs de iure debitis, &c.*

Hoc etiam tamquam certum præſupponit Concilium Prouinciale Mediolanenſe, tit. De ſocietatib. *In Eccleſijs, inquit, vel Oratorijs confratrum, &c. neque vllæ benedictiones Candelarum, Ramorum oliuæ, Ouorum, aliarumque nouarum frugum, ad Parochi iuriſdictionem ſpectantes, habeantur.* Bonac. tom. 1. diſp. 4. quæſt. vlt. pun. 7. §. 4. n. 1.

Et ita ſeruandum, niſi obſtet conſuetudo in contrarium, reſcripſit Sacra Epiſcoporum Congregatio Epiſcopo Caietano 26. Martij 1602. car. 32. & Senogallien. 1604. 7. Ian.

18 Gauantus tamen *par.* 4. *tit.* 19. *n.* 1. & 20. *Rubr. Miſſalis*, benedictiones, quæ habentur in Miſſali, à quocunque Sacerdote citra præiudicium Iurium Parochialiũ fieri poſſe; quæ vero in Rituali tantum ad Parochos propriè pertinere tradit.

Sed vera diſtinctio videtur eſſe, benedictiones, quæ publicè fiunt, puta parientiũ, ciborum Paſchalium, retium, domorũ, &c. ſpe-

ſpectare ad Parochum, vt ſupra: quæ vero priuatim, vt aquæ benedictæ, &c. ad quemcunque Sacerdotem. Qui ſenſus videtur Sacræ Epiſcoporum, & Reg. Congregationis 1629. Cappuccini 31. Auguſti 267.

† Et Sacræ Congreg. Concilij, quæ die 5. Maij 1618. cenſuit, Sacerdotes tam ſæculares, quam Regulares, poſſe benedicere fornaces, & ſimilia, nō tamen ſolemniter. *

18 Ad Parochum pertinent functiones Sacerdotales in Eccleſijs, quæ ſub Laicorum ſunt gubernio, non ad Cappellanos, neque ad Sacriſtam; nempe Benedictiones Cinerum, Candelarum, Ramorum, Fontis baptiſmatis, delationes Sacramenti, celebratio Miſſæ feria V. in Cœna Domini, aſperſiones Domorum, & quæ fiunt die Dominico, Orationes quadraginta horarum, & ſimiles. *Sac. Rit. Congregatio* 18. *Maij* 1602. *ſupra v. Confraternitas num.* 19.

19 *Euchariſtia* debet in qualibet Parochiali omnino aſſeruari: quod ſi redditus, & Societas non ſufficiant, inſtituatur Quæſtor, vel Eleemoſynarum collector, 1614. Aſſiſi 14. Martij 20.

20 *Matrimonium num.*27. Parochus, qui debet intereſſe matrimonijs, eſt ille, in cuius Parochia Matrimonium celebratur, ſiue mulieris, ſiue viri. Sed de conſuetudine celebrari ſolet in Parochia mulieris. *Ex Rit. Rom. Rubr. de Matrim. verſ. eſt autem.* Valeret tamen Matrimonium, cui alterius contrahentium Parochus cum teſtibus interfuit, licet extra ſuam Parochiam; quamuis male faceret aſſiſtendo ſine licentia Parochi, vel Ordinarij loci.

21 Parochus peccat aſſiſtēdo matrimonio inualido ex aliquo impedimento etiam occulto, quod ipſe extra confeſſionem nouit, niſi ab Ordinario compellatur. *Bonac. de Matrim. quæſt.* 3. *punn.* 16. *n.*8.

22 *Approbatus* cenſetur Parochus (non autem alij Cōfeſſarij delegatam iuriſdictionem habentes, niſi prout facultas ſe extendit) à Iure communi, vt eligi poſſit in Cōfeſſarium à quocumque, qui facultatem habeat, ſiue ex priuilegio, ſiue ex Iubilæo, ſiue ex licentia Epiſcopi, ſiue proprij Parochi, eligendi ſibi Confeſſarium approbatū; & hoc tam in eadem diœceſi, quam in diuerſa, abſque alia diœceſani Epiſcopi approbatione: quia Concilium Tridentinum non requirit Epiſcopi ſpecialem approbationem in eo, qui habet Parochiale beneficium. Ideo Parochi ſeſe iuuare poſſunt ex ſolo ſuo conſenſu; non tantum intra eamdem diœceſim, ſed etiam in confinio diſtinctarum diœceſum. *Suarez de Sacram. Pænit. diſp.*18. *ſect.*4. *per totam.*

Nec videtur diſſentire *Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *pun.*4. *num.*12. vbi tantum hoc negat, cum obſtant decreta particularia locorum. Vide *Diana* 3. *tr.* 4. *reſol.* 160. & 5. *tract.*12. *reſol.*46.

Vnde Sacra Epiſcoporum Congregatio præcepit Epiſcopo Ciuitatis Plebis, ne vllo modo impediret Confeſſiones fieri, præſertim occaſione alicuius feſti deuotionis, & concurſus, cum Curatis, tam ſuæ diœceſis, quam vicinarum, illuc accedentium iuxta ſolitum; cū iſti cenſeri debeant idonei abſque alio examine, vel approbatione, 1640. 25. Maij 53.

Hac tamen ſpeciali conſuetudine præciſa, Sacra Concilij Congregatio referente Barboſa, negat etiam Parochum cenſeri idoneum extra ſuam diœceſim abſque approbatione Epiſcopi diœceſani. Et hoc tamquam tutius eſt magis in vſu.

† Vnde cum idem Epiſcopus Ciuitatis Plebis ſupplicaſſet per S.C.C. declarari hoc dubium, an ſcilicet Parochus alienæ diœceſis poſſit abſque eius licentia in ſua diœceſi confeſſiones audire. Eadem S. C. 19. Ian. ann. ſeq. 1641. reſpondit non poſſe. *

Multo minus alij Confeſſarij poſſunt extra locum ſuæ iuriſdictionis aſſumi ad audiendas Cōfeſſiones à Parochis, vel ab alijs habentibus facultatem eligendi Confeſſores approbatos: licet hoc etiā aſſerat Ioann. della Cruz apud *Diana* 3. *tr.*4. *reſol.*110.

† Sed an Epiſcopus vigore priuilegij, de quo in c. fin. de pœnit. & remiſs. poſſit eligere Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui non fuerit à proprio Ordinario antea approbatus? S. D. N. Greg. XIII. audita relatione S. C. die 1. Decembris 1582. reſpōdit, non poſſe.

In Congregatione nihil de hoc reſolui potuerat, quia vota fuerunt paria. Vnde Epiſcopus extra diœceſim non poteſt confiteri neque Regulari, qui non ſit ab Ordinario loci approbatus. 3. Octobris 1609. ad primum. *

23 Parochos approbatos ab Anteceſſoribus tempore prouiſionis Parochialium liberum eſt Epiſcopo iterum examinare, tam in Viſitatione, quam extra. *Sacra Congregatio Concilij in vna Placentina* 28. *Aug.*1628. 1594. Coſenza 3. Ian. 5.

Et eis, ſi fuerint inſufficientes reperti, Coadiutores deputare. *Ex eadem Diana* 4. *tract.*4. *reſol.* 59.

Ab eodem vero minimè, niſi ſuſpicio probabilis exiſtat, quod propter infirmitatem, vel aliud accidens, non eſſet amplius idoneus. *Ex eadem* 1594. *Coſenza* 3. *Ian.* 5.

Vel quod fides approbationis fuiſſet minus

nus Canonice conceſſa: tunc enim ad examen iterum vocatur ſub pœna priuationis, 1594. Lucera 13. Ian. 171. 1602. Terni 1. Octobris 105.

† Si non conſtet Oratorem fuiſſe ſpecifice approbatum ad ſupradictam Parochialem, poſſe nunc approbari, vel reprobari, quamuis approbatus fuerit ad curam Animarum in genere. C. C. 17. Auguſti 1606. Camerinen. *

24 Parochus, qui diù Parochiam poſſedit, compelli non poteſt ad oſtendendum, ſe fuiſſe examinatum ad præſcriptum Concilij, 1603. Ventimiglia 25. Iunij 74.

25 Etiam Parochi locorum exemptorum examinari debent ab Epiſcopo, 1601. Acoſta 9. Ian. 49. Maſſa 26. Nouembris 138.

† Et ſi ſint nullius, ab Epiſcopo viciniori. C.C. 13. Iunij 1610. Vrbinat. &c. *

Qui ſicuram exerceant cum ſola approbatione ſui Prælati, debent ſuſpendi, 1602. Rieti 17. Decemb. 149. Si tamen Epiſcopus propter litem ſuper Iuſpatronatum recuſet præſentatum examinare, S. C. id pro illa vice committere ſolet alicui Epiſcopo vicino ſine partium præiudicio, 1655. Aſcoli 1. Octobris 255.

26 *Offic.* num. 32. Parochi compellantur ab Epiſcopo ad ſua munia exequenda, etiā ad functionem Iouis, & Sabbati Sancti, non obſtante, quod ſint ſubcollectores, 1601. Triuento 22. Maij 140. 1637. Noli 22. Maij 1648. Spoleto 10. Ian. 13. 1649. 14. Maij 16. 15. Iulij 38.

Immo etiam Regulares, 1599. 28. Apr. 37.

Non tamen ad denuncianda delicta, quæ quotidie committuntur intra limites ſuæ Parochiæ, 1635. Lucca 23. Nouemb. 99.

27 Non debet Ordinarius ſine cauſa valdè graui, ac releuanti auferre proprijs Curatis celebrationem baptiſmorū, & Matrimoniorum, eaque ipſe miniſtrare, vel alijs delegare, 1580. Trani 2. Aug. 37. 1664. Napoli 17. Septembris 79.

Neque libros auferre, ſed tantum eorum exhibitionem, vel notam poſtulare, 1604. Caua 12. Iulij 6. 1623. Sutri 25. Septemb. 99.

28 *Prædicationis* munus ſi curati idonei per ſe volunt obire, licet à Communitatibus non electi, non debent impediri, ſed non poſſunt eleemoſynam ſolitam prætendere; vt latius dixi in explic. Can. lib. 1. tit. 31. De offic. Ord. num. 6.

29 *Reſidentia*. Parochus non poteſt, licentia non obtenta, per hebdomadam abeſſe à ſua Parochia, etiam relicto Vicario idoneo approbato ab Epiſcopo. *Eadem teſte Garzia par. 3. c. 2. num. 33. in 3. declarat.*

Immo Epiſcopus Parochis præcipere poteſt, ne vltra duos dies ſine licentia abſint: licet quando petunt licentiam, non debeat coarctari ad duos dies, ſed dilatari infra duos menſes iuxta caſuum contingentias, arbitrio Epiſcopi. *Ex eadem, & Epiſcoporum, vt in meo Compendio.*

30 Parochus, qui in ſua Parochia graues inimicitias habet, poteſt de licentia Epiſcopi ab Eccleſia ſua per annum abeſſe. *Ex Sac. Conc. Congr. Emanuel Sà, v. Reſidentia 13.*

† Sacra quoque C.C. cenſuit, ſi inimicitiæ veræ ſint, & poſt obtentam Parochialem ac ſine culpa Parochi ortæ, poſſe ab Ordinario dari dilationem Parocho, vt in alio loco viciniore ac tutiore maneat, durantibus ipſis inimicitijs, dum non vltra annum durent. Interea autem idoneum Vicarium in ipſa Parochiali ab ipſo Ordinario ponēdum, eique congruam portionem aſſignādam ex redditibus ipſius Parochialis. *lib.* 47. 74. *

Sed tutius eſt à Sacra Congregatione Epiſcoporum, vel Reſidentiæ licentiam obtinere, quam regulariter concedere ſolent ad ſex menſes ea conditione adiecta, vt interim, vel inimicitias componat, vel beneficium permutet, aut alias dimittat, *vt latius in d. meo Compendio.*

† Si Parochus abſit per octo menſes, & poſtea hoc non expreſſo, obtineat licentiā abſentiæ per tres menſes, huiuſmodi licentia eſt ſubreptitia, & nulla. *Sagonem in Corſica 12. Aug.* 1617. v. Abſentia. *

31 Parochus reſidere debet in loco, vbi ſita eſt Eccleſia Parochialis, etiamſi ei datus eſſet Coadiutor ratione infirmitatis. *Congreg. apud Garziam 3. c. 2. num.* 178.

† Etiam in anno ſibi de iure conceſſo ad ſuſcipiendos ſacros ordines. *C. C. Caſertam* 14. *Aug.* 1607.

Et non obſtante cōtradictione Parochianorum, dum amotionis legitima cauſa non adeſt. 1595. *Aſſiſi* 5. *Decemb.* 105.

Nec poteſt abeſſe ſub prætextu, quod velit renunciare. 1602. *Ripatranſina* 31. *Maij* 51.

Et non obſtante quod ſit Parochus amouibilis; quia tenetur reſidere, ac ſi eſſet perpetuus. *C. C. Elboren.* 14. *Martij* 1615. *

Debet autem habitatio Parochi, vel eſſe intra limites Parochiæ, vel prope in modica diſtantia. *Ex eadem Diana 3. tr. 4. reſ. 156. in fin. Bonac. tom. 1. de oblig. reſid. pun. 1.*

† Sacra quoque C. C. cenſuit, Rectores Parochialium debere reſidere in domo ipſarum Parochialium. Quod ſi Parochialem domum non habeant; tunc in alia domo, quæ ſit intra limites Parochiæ, aut ſaltem in viciniori Eccleſiæ Parochiali, vt inde commodè poſſint per ſeipſos ei inſeruire.

re, *lib.* 48, 473. *Bononien. & 656.* *

Qui tamen Vicarium perpetuum deputari obtinuit, non tenetur reſidere. *Ex eadem in vna Portugallen.*

32 Parochi non poſſunt à ſuis ſubditis tempore peſtis diſcedere; Sed tenentur illis Sacramenta miniſtrare etiam cum periculo vitæ, niſi alios Miniſtros ſufficientes, & idoneos ſubſtituerint. Ad hoc tamen non tenentur alij Sacerdotes, qui curam Animarum non habent; quia hi tenentur tantum ex caritate, quæ citra extremam neceſſitatem non obligat ad miniſtranda Sacramenta cum periculo vitæ. *Bonac. de legib. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *pun.* 4. *n.* 5.

Et regulariter Sacramentum Confeſſionis miniſtrare tenetur Parochus cum periculo vitæ, niſi moraliter certus ſit, Infirmũ non habere conſcientiam peccati mortalis; Euchariſtiæ, ſi confeſſus eſt, probabile: Extremæ vero vnctionis, quod non eſt neceſſarium, probabilius non teneri, niſi cum Infirmus aliud Sacramentum recipere non potuit. *Diana* 3. *tr.* 4. *reſol.* 174. *&* 5. *tract.* 3. *reſol.* 93.

33 Parochus ruralis non habetur pro reſidente, ſi in ciuitate habitet Dominicis tantum, & feſtiuis diebus ad Eccleſiam ſuã accedens, licet non amplius quam tribus aut quatuor paſſuum millibus diſtantem. Nec deputari poteſt magiſter grammaticæ; etiam ſi Parochialis non vltra duo milliaria diſtet, etiam ſi ſingulis diebus feſtiuis in Parochiali velit intereſſe. Nec propter neceſſitatem habitare poteſt in ciuitate ad docendam Grammaticam relicto Vicario cum congrua portione, etiam ſi ſolemnibus diebus intereſſe velit. Et Epiſcopus poteſt cõpellere Parochos ad reſidendum, non obſtante conſuetudine reſidendi in loco diſtanti ad ſex milliaria: etiam ſi Parochialis collatio ad Abbatem Regularem ſpectaret nec liceret abeſſe Parocho cauſa ſtudij. Itẽ non licet Epiſcopo, niſi pro duobus menſibus; vti aliquo Curato ſuæ diœceſis, etiã ſi idoneum œconomum ſubſtituat, etiamſi eo vti vellet pro ſuo ſeruitio; puta pro Vicario, vel Secretario, vel in Viſitatione, *Omnes iſtos caſus refert deciſos Barboſa* 3. *alleg.* 57. *à nu.* 74. *vſque ad* 87. *Et ego in ſæpe citato meo Epiſcoporum Compendio.*

Parochus autem vrbanus, tam Epiſcopi, quam Capituli Vicarius deputari poteſt, ſi habeat alia requiſita. *Sacra Congregatio in vna Aurien.* 19. *Martij* 1610. *&* 19. *Iulij eiuſdem anni. Barboſa de can. c.* 42. *n.* 37.

34 *Miſſam* diebus Dominicis, & feſtiuis de præcepto celebrare tenetur Parochus, etiam in Parochijs vnitis, & ſi non poteſt habere Cappellanũ, alternatim, 1603. Nullius Mercatello 23. Decembris 152.

Et pro Parochianis, non pro alijs, ſacrificium applicare, ſaltem ſemel in hebdommada. *Tolet. lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 7. *Bonac. de Sacram. diſp.* 4. *quæſt. vlt. pun.* 7. *n.* 4. 1649. *Perugia* 23. *Iulij* 38.

Vnde eo die non poteſt aliud ſtipendiũ accipere. *Rodr.* 1. p. c. 250. n. 11.

† Ex Trid. ſeſſ. 23. c. 1. Cuius Sacra Congregatio die 12. Febr. 1639. reſpondit, Archipresbyterũ Terræ Coriliani Hydruntinæ diœc. teneri quolibet die feſto in Eccleſia Parochiali celebrare cum applicatione ſacrificij pro Populo, etiam ſi Eccleſia habeat tantum redditus incertos.

Et die 22. Septemb. 1622. cenſuerat poſſe ad id compelli diebus Dominicis, & feſtis etiam per cenſuras.

Eadem in vna Ciuitatis Caſtellanæ 8. Auguſti 1648. vtraque parte audita, & rationibus mature perpenſis, cenſuit, dictum Archipresbyterum teneri diebus Dominicis, & alijs feſtiuis de præcepto Miſſam in dicta Eccleſia Cathedrali celebrare, & ſacrificiũ pro Fundatoribus, & ſuis ouibus applicare, abſque eo quod dictis diebus aliam eleemoſynam accipere poſſit.

Et die 7. Iulij 1649. cenſuit, Vicarium Eccleſiæ Sanctæ Suſannæ ad exercendam curam Animarum deputatum, teneri diebus Dominicis, & feſtis ſacrificium offerre pro Ouibus ſibi commiſſis, abſque eo quod poſſit recipere aliam eleemoſynam, ſeu pro alijs ſacrificium applicare. *

Multi tamen aſſerunt, Parochum de Iure Diuino nunquam teneri ad Miſſam applicandam pro populo: quam opinionem probabilem eſſe cenſui in Collect. ad Io. 21. 15, 6. † Et adhuc probabilem cenſeo, donec conſtet ſupradicta decreta vniuerſaliter publicata: maximè cum nullum ex ipſis fuerit per Sanctiſſimum ſpecificè, & expreſsè confirmatum. Vide ſupra v. Concilium n. *

35 Miſſa in feſtis ordinarijs celebrari, & audiri poteſt in aliqua Eccleſia vicina, quãdo Parochialis nimium diſtat, 1582. Caua 3. Octobris 13.

36 *Candelas* Parochi non ſunt cogendi domos tranſmittere, ſed tantum eas die ſuo in Eccleſia diſtribuere, niſi quis eo tempore ſit legitimè impeditus ad Eccleſiam accedere. *Sacra Congregatio Epiſcopo Fulginaten.* 1581. *ſupra v. Candela.*

37 *Supprimi* nõ poteſt ab Ordinario Parochialis, vt erigatur in beneficiũ ſimplex, 1621. Camerino 1. Octobris 104.

39 Vbi fieri poteſt, remoueri debet Parochia

rochia de Eccleſijs Monialium, 1619. Camaldoli di Piſa 25. Maij 184.

Vnde Bullæ Apoſtolicæ de Cura in Eccleſia Monialium; ſolita exerceri per Curatum amouibilem, reputantur ſubreptitiæ, vel falſæ, 1602. Genoua 15. Ian. 3.

Et vbi remoueri non poteſt, caueat Parochus, nè claues Eccleſiæ exterioris alicui conſignet, 1617. Bologna 15. Sept. 246.

39 *Renunciari* Parochialis annexa canonicatui nō poteſt retento canonicatu, 1602. Nola 4. Iunij 58.

40 Parochus, qui renunciauit per metum cadentem in conſtantem virum, ſi rè adhuc integra, ceſſet cauſa metus, debet reſtitui, 1602. Alba 17. Aprilis 55.

† Diſtinctio. Dum Conc. *Trid. c.* 13. *ſeſſ.* 24. loquitur de Parochijs diſtinguendis, non habet locum in eis, quæ licet certos fines non habeant, per certas tamen familias diſtinguantur. *lib.* 27. 117. *ad* 2.

Vnde Sacra C.C. declarauit, non licuiſſe Epiſcopo Septempedano vulgò S. Seuerini, à Parochia, quæ per familias diſtinguebatur, aliquam ex ipſis familijs ſeparare, & alteri Parochiæ applicare. *lib.* 87. 523.

Sacra quoque Epiſcoporum Congregatio licet ſemper magis probauerit diſtinctionem Parochiarum quæ fit per vias, & domos, quam quæ ſolummodo per familias: nihilominus ad id Parochianos cogi nunquam voluit. 1587. *Spoleto per Trieui* 20. *Octobris*, 235. 1597. *Policaſtro* 24. *Martij* 28. *Nouara* 17. *Febr.* 13. *

P A S C H A.

Regularis 30. *Tertiarij*.

1 **T***Empus* Paſchale quò ad obligationem communicandi in propria Parochia, intelligitur à Feria V. in Cœna Domini, vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè, 1589. Caſale 27. Iunij 202. 1595. Caua 22. Febr. 4. 1601. Cirenza 29. Maij 141. Spoleti 3. Septemb. 200.

† Qui non confitentur, & non communicant in Paſchate, non tamen ſunt ipſo iure interdicti; ſed ſunt interdicendi per ſententiam: vnde ſi ante declarationē moriuntur, non priuantur Eccleſiaſtica ſepultura, modo obierint cum ſignis contritionis, 1595. Gaeta 24. Iunij 40.

Sacra C.C. cenſuit, aduerſus eos, qui temporibus ab Eccleſia præſcriptis, ad confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta accedere negligunt, &c. *Omnis vtriuſque ſexus. De pænit. & remiſſ.* pœnas contemnunt, licere Epiſcopo etiam ad excommunicationem procedere, niſi forte de proprij Sacerdotis conſilio ex aliqua rationabili cauſa ab huiuſmodi perceptione ad longius tempus duxerint abſtinendum. *lib.* 18. 609. 28. *Ian.* 1587. *ad* 1.

Et eleemoſynas aliquas pio loco applicandas pro emendatione iniungere. *ad* 2.

Non tamen expedire, vt Epiſcopus ſibi talium abſolutionem reſeruet, antequam eos excommunicet. *ad* 3. *

2 Qui fuerunt Interdicti declarati ex eo, quod tempore Paſchatis non communicauerunt in Parochia, ſi poſtea ibi communicant, debent abſolui, & Cedulones amoueri, 1613. Troia 30. Aprilis 39.

3 Non approbatur pœna pecuniaria, præſertim grauatoria, contra declaratos Interdictos, 1589. Caua 28. Aug. 270.

4 Epiſcopus non debet procedere contra eos, qui in Paſchate communicauerunt Romæ, 1624. Caſtro 24. Maij 71.

5 Et ſi benedictio ouorum in die Paſchatis ſpectet ad Rectorem, & Parochum loci: fuit tamen exiſtimatus rigor nimius, quod Epiſcopus cōtra ſimplicem Sacerdotem, qui benedixerat illa die quædam oua, commiſſarium expedierit, 1637. Terracina 12. Maij.

6 Prohibeatur Regularibus adminiſtrare ſæcularibus ſacramentum communionis, etiam deuotionis cauſa, ipſo die Paſchatis; in alijs vero diebus tēporis Paſchalis declaretur, eos, qui Sacram communionem receperint extra Parochiam, præcepto Eccleſiæ non ſatisfacere, 1627. Bouino 10. Septembris 118.

† Nam Regulares non poſſunt adminiſtrare Euchariſtiam ſæcularibus in Dominica Reſurrectionis, licet antea ſatisfecerint, vel poſtea intendant ſatisfacere præcepto in Parochia: quia pro eo die non habent priuilegium. *lib.* 7. 519. *lib.* 39. 560. *ad* 1.

7 Oblati extra clauſtra degentes tenentur in Paſchate communicare in Parochia, 1646. Regolari d'Oppido 2. Martij 14.

P A T E R.

Dos. Exhæredatio. Filius. Infamis. Occiſio. Penſio. Poſthumi. Prouincia.

1 **Q***Vi*. Parentum nomine veniunt ſolum Pater, Mater, Auus, Auia, & alij Aſcendentes, à quibus naturaliter deſcendimus ad effectum, vt ex illorum percuſſione caſus reſeruatus incurratur. *Barboſa* 3. *p. alleg.* 51. *num.* 114.

2 Patres conſcripti dicebantur olim Conſiliarij ſiue Senatores, quia ſcribebantur. *S. Thom.* 1. *quæſt.* 24. 1. *c.*

3 *Generare* Pater vellet filium ſibi ſimilem, & ita marem: tamen impeditur quandoque & generat feminam ex defectu virtutis actiuæ, vel ex indiſpoſitione materiæ; vel etiam ex aliquo accidenti extrinſeco,

ſicut dicit, *Philoſ. lib.4. de generatione Animalium cap. 2. tom. 4.* quod ventus Septentrionalis coadiuuat ad generationem maſculorum, Auſtralis vero ad generationem feminarum.

Quandoque etiam ſequitur generatio ex forti imaginatione in conceptione, ad quā de facili immutatur corpus. Et hoc præcipuè poterat eſſe in ſtatu innocentiæ, quando corpus magis erat animæ ſubiectum, vt ſcilicet ſecundum voluntatem generantis diſtingueretur ſexus in prole, ſi in eo felici ſtatu permanſiſſent Parentes noſtri. *S.Th.1. quæſt.99. 2. 2.*

4 *In beneficia* filiorum poſſe Patres ſuccedere, probabilius videtur, quia non militat eadem ratio; cum rarum ſit, quod parentes ſuccedant filijs, & Pœnalia non ſint extendenda. *Ex Congreg. Conc. Barboſa Collect. Bullar. v. Pater, Sanchez Conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 19.*

5 *Sepulturam* an filio impuberi Pater eligere poſſit, non eſt omnium vna, eademque ſententia.

Prima opinio eſt affirmatiua. Tum quia Pater filio impuberi teſtamentum facere poteſt, §. *Igitur. Inſt. de Pupill. ſubſt.*

Eique in bonis etiam Maternis ſubſtituere. *l.1. ff. ſ. de vulg. & pup. ſubſt.*

Tum quia expenſæ funeris filii ſpectant ad Patrem. *l. filius familias 19. ff. u. de in rem verſo.*

Et hanc opinionem tenet gloſ. in c. De vxore 7. §. vtrum, ver. Definitum. extra De ſepulturis.

Secunda fuit opinio, ſtandum eſſe conſuetudini; quia ſic decreuit Lucius Tertius in d. c. De vxore, §. Vtrum.

Tertio ſuperuenit ius Bonifacij Octaui, qui ceſſante conſuetudine, decreuit impuberes neceſſario eſſe, vel in ſepulchris Maiorum ſuorum, vel in Parochiali Eccleſia tumulandos. *c. licet. 4. de ſepult. in 6.*

Quarto, & vltimo Sacra Epiſcoporum Congregatio reſcribens ſuper hoc Vicario Epiſcopi Fulginaten. diſtinguendo declarauit, Patrem poſſe filio impuberi antè mortē eligere ſepulturam, poſt mortem vero ſecus, 21. Octobris 1587.

Quod intelligendum eſt, dum non adeſt conſuetudo. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 276. Diana 3. tract. 3. reſol. 107.*

Hodie circumfertur impreſſum decretū, quo aſſeritur, Sacram Congregationem ſæpius cenſuiſſe, poſſe Parentes filiis ſuis impuberibus ſepulturam eligere in Eccleſiis Regularium, maximè ſi ſit conſuetudo, & ſi ibi exiſtat ſepulchrum Maiorum.

Hoc tamen decretum nihil diuerſum

habet *à d. c. licet*; quia illud *maximè*, exponendum eſt per *præſertim*, vel conditionaliter per *ſi*; Videlicet ſi ſit conſuetudo, vel adſit ſepulchrum Maiorum, vt eadem Sacra Epiſcoporum, & Regul. Congregatio declarauit 19. Iunij 1648. prout in Regiſtro per me confecto num. 7.

6 Pater non tenetur ex delicto filij Impuberis, *cap. 2. de delict. puerorum.*

7 De Patre exponente filium, vide quæ dixi lib. 1. Inſt. Ciuil. *Quib. mod. Ius pa. po. ſoluitur, num. 23.*

8 Parentes poſſunt negare aliquandiu conſortium, & colloquium filijs, qui contra eorum voluntatem indignum, vel nimis infimum Matrimonium contraxerunt, ſi hoc non faciant ex odio, ſed ad aliquem bonum finem, puta iuſtæ vindictæ, vel ad exemplum, vel ad honorem domus ſiue familiæ, &c. *Diana 4. tr. 4. reſol. 182.*

9 Pater tenetur dare filiæ ſuppellectilia neceſſaria, præſertim ſi dotata eſt aliunde, quam de paternis bonis, 1602. Cortonā 6. Auguſti 52.

Nec non alimenta, & dotem, quamuis ingreſſa fuiſſet Monaſterium eo inſcio, vel inuito, 1691. Aſiſii 8. Aprilis 24.

PATRIMONIVM. Ordo 25.

PATRINVS. Cognatio.

PATRONVS.

Beneficium. Clericus. Epiſcopus. Filius. Hæres. Hoſpitale. Iuſpatronatus. Oeconomus. Parochus. Præſcriptio. Viſitatio.

1 EDictum. Diſpoſitio *cap. fin. de elect. in 6.* vt confirmatio electionis, nō propoſitis Edictis, vel non citato coelecto ſiue oppoſitore, quando certus eſt, ſit nulla, locum habet etiam in præſentatione, *Lambertin.*

2 *Formam Edicti ponit Lambertin. de Iurepatr. lib.2. par.2. q. 6. art.21. n. 2. vt ſequitur.*

Petrus, Tit. S. Saluatoris in Lauro. S. R. E. Presb. Card. Othobonus Epiſcopus Brixien. Comes, &c.

VNiuerſis, & ſingulis hoc præſens Edictum inſpecturis, viſuris, & audituris pariter, & lecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Vacante nuper quadam Cappella ſub tit. S.N. intus Eccleſiā S. N. Ciuitatis noſtræ Brixien. per mortem q. N. Presbyteri à Ponte Vico noſtræ diœceſis, & dictæ Cappellæ vltimi, & immediati Poſſeſſoris; comparuerunt coram Nobis N. & N. Nobiles laici Brixien. aſſerentes ſe Patronos, & eſſe in quaſi poſſeſſione

ſione Iuriſpatronatus, & præſentandi Cappellanum in d. Cappella, cum illam vacare contigerit. Et ſic præſentarunt Nobis R. D. Presbyterum N. Brixienſem præſentem in Cappellanum dictæ Cappellæ, petentes illum à Nobis inſtitui. Nos vero attendentes dictum Apoſtoli monentis, non eſſe cito manum imponendam electo, dictam præſentationem ſic vt præmittitur coram Nobis factam de dicto N. intra tēpus de Iure Patronis laicis datum ad præſentandum, de prædictis veram notitiam non habentes, admiſimus ſi, & in quantum, &c. Et ne aliquis allegare poſſit ſe ſupplantatum; tenore præſentis noſtri Edicti requirimus, & monemus omnes, & ſingulos, aliquod ius vt præſentantes, vel vt præſentati prætendentes in prædictis, ac dictæ præſentationi, & contra Perſonam Præſentati opponere volentis, & quomodolibet ſua intereſſe putantes, quatenus intra terminum dierum nouem, quorum tres dies pro primo, tres pro ſecundo, & reliquos tres pro tertio, vltimo, ac peremptorio termino eis, & cuilibet ipſorum aſſignamus, comparere debeant coram nobis ad dicendum, opponendum, & allegandum, quicquid dicere, opponere, & allegare voluerint, quare procedi non debeat ad inſtitutionē petitam vigore præſentationis prędictæ factæ coram Nobis per ſupradictos N. & N. de dicto Presbytero N. Alioquin dicto termino elapſo, & aliquo non comparente, nec legitimè ſe opponente, procedetur per Nos, Iuribus Præſentantium, & Præſentati valentibus, & ipſius Præſentati meritis requirentibus, ad eius inſtitutionē, prout Iuris fuerit, non obſtante, quod de tempore dato à Iure ad præſentandum ſuperſit. Et vt de prædictis nullus ignorantiam allegare poſſit; hoc præſens publicū, & generale Edictum per infraſcriptum noſtrum Cancellarium deſcribi iuſſimus, noſtrique ſigilli, quo in talibus vtimur, mandauimus impreſſione muniri. Datum, &c.

3 *Præſentatio* facta, lite pendente, dicitur attentata. *Rota apud Seraph. deciſ.* 797.

4 Non imponenda pœna Excommunicationis contra facientes practicam de ſe præſentari faciendo ad beneficia vacatura, 1618. Molfetta 19. Ian. 4.

5 Clericus in Beneficijs ſimplicibus poteſt præſentare ſeipſum, in alijs vero ſecus. *Prout hæc, & alia latius dixi lib. 3. Inſt. Imper. de ſucceſſ. libertor. n.7.*

6 Epiſcopi, ſine diſpenſatione præſentari non poſſunt ad beneficia Iuriſpatronatus, Cardinales vero ſic. *Diana 5. tr. 2. reſ.* 15.

7 Plures compatroni, ſeu plures hæredes vnius Patroni, ſi non conueniant in præſentando, poſſunt ad inuicem paciſci, vt alternis vicibus præſentent. Immo hoc libere facere poſſunt, cuiuſcumque ſint numeri, ſine vlla ſuperioris authoritate, nulla diſcordia interueniente, ac licet Eccleſia non vacet. *Clem. Plures alieno. De Iura Patr.*

Et licet Patroni ſint dubij. *Rota apud Farin. par. 3. tom. 2. deciſ.* 174. *n.* 7.

8 Patronus abſens non poteſt præſentare per litteras, vel per Nuncium, neque præſens Clericum abſentem. Licet ſecus ſit in electione, poſtulatione, vel collatione. *Lambertin. lib.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 1. *n.* 7. *& ſeqq.*

Fallit quando præſentādus abſens ad beneficia non curata eſt adeo dignus, notus, & idoneus, vt examinatione non indigeat. *art.* 2. *& ſeqq.*

9 *Tempus*. Patronus Clericus, ſeu Iuſpatronatus Eccleſiaſticum habet ſex menſes ad præſentandum, laicus vero quatuor: quia laicus reuocare poteſt præſentationē re integra, non autem Eccleſiaſticus. Si tamen Eccleſia fundata ſit à duplici Patrono, altero laico, altero Eccleſiaſtico; vterque ſex menſes habebit ad præſentandum, & non quatuor tantum. *gloſ. fin. cap. vnic. De Iurep. in* 6.

Item Eccleſia Patrona, cui donatum fuit Iuſpatronatus à laico, habet ſex menſes: *Lambertin. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 4.

Quia Iuſpatronatus Laicale donatū Eccleſiæ efficitur Eccleſiaſticum. *Rota apud Seraphin. deciſ.* 1420. † Vide *Fagnan. c. cum autem. De iurep. n.* 8. vbi dicit, quod Patronus laicus ſemel tantum poſt primam præſentationem poteſt præſentare, & tunc nō priuatiuè, ſed cumulatiuè tantum quo ad primo Præſentatos. *

10 Negligentia Patronorum in præſentando non punitur in pecunia, ſed Iuris ſui pro illa vice amiſſione, 1582. Peſcia 36. Genaro 30.

11 *Donari* non poteſt laico Iuſpatronatus, & Ius præſentandi ſine conſenſu Epiſcopi; cum eo vero ſic. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 420.

Eccleſiæ vero donari poteſt etiam ſine conſenſu Epiſcopi. *c. vnic. De Iurep. in* 6.

Et compatrono. *Rota apud Farin. par.* 3. *tom.* 2. *deciſ.* 191. *n.* 5. *& apud Othob. deciſ.* 230. *num.* 11.

Non tamen Patronus poteſt donare iu alteri in præiudicium ſuorum Deſcendentium, qui fuerunt ad illud expreſsè vocati; *Garzias de benef.* 5. *par. c.* 9. *num.* 20.

12 Controuerſum fuit ſuper donatione quadā facta ab Ant. Maria Paueſio Dominæ

minæ Lucretiæ Vxori omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, Iurium, & actionum vniuerſarum: an ſcilicet in ea comprehenderetur Iuſpatronatus, quod idem Ant. Maria habebat ad quoddam Hoſpitale?

Et pro negatiua adducebatur Innoc. *cap. Ex litteris n.2. & ibi Card. quæſt.11. De Iurep. Decius cap. Sedes n.3. De reſcript. Couar. Var. reſol. lib.3. c.13. n.4. Lambertin. De Iurep. lib.1. par.2. q.5. art.14. per tot.*

Sed contrarium cenſuerunt Domini, ex quo opinio Innocentij non eſt recepta, vt animaduertit *Abb. in d. cap. Ex litteris n. 12.* Et Decius in d. c. Sedes, loquitur in Iuribus ad certum locum reſtrictis, & eodem modo DD. relati à Couar. vbi ſupra. Neque opinio Lambertini eſt vera: Fundat enim ſe in reſtrictione, quæ inducitur ex particula illa *mea*, quæ nihil facit, vt animaduertit Rebuff. *in l. Bonorum, ff. n. de verb. ſignif.* Et contrarium tenuit *Abb. vbi ſupra. Decius conſ.127. n.2. prope finem, vbi de communi. Puteus deciſ.151. Ferrett. conſ.179. n.2.*

Nec obſtat, quod dictio *bonorum* reſtricta ſit ad mobilia, & immobilia: quia vlterius proceſſum fuit ad Iura, & actiones vniuerſas: & ideo ceſſat obiectum quod ſit, appellatione bonorum in contractibus non venire Vniuerſitatem, *vt per Bald. conſ.1. n.4. lib.3. Tiraq. de retract. lign. §.1. gloſ.7. n.5.*

Venit enim Iuſpatronatus appellatione bonorum vniuerſorū. *Bald. conſ.32. lib.1. n.3.*

Tranſit enim cum Vniuerſitate. *d. c. Ex litteris, & c. Cum ſeculum. De Iurep. Berons conſ.66. n.29. & conſ.78. n.2. lib.3. Ita ad Verbum Rota apud Seraph. deciſ.725.*

13 *Si in Venditione* Vniuerſitatis exprimatur, quod venditur etiam Iuſpatronatus, & talis expreſſio fiat coniunctiuè, puta *Vendo tibi hæreditatem ſeu Caſtrum, & Iuſpatronatum:* Vendens priuatur Iuſpatronatu, quod non transfertur, ſed Eccleſia efficitur libera; licet venditio valeat quo ad alia. *Conc. Trid. ſeſſ.25. c.9. Lambertin. de Iurep. lib.1. p.2. quæſt.5. art.20.*

Secus ſi exprimatur declaratiue. Puta vēdo hereditatem aut Caſtrum, declarando, quod cum tali venditione tranſire debeat etiam Iuſpatronatus, vel nolle aliquod Ius retinere, neque Patronatus: quia tunc trāſit, & transfertur. *Ioann. Andr. & Cald. in cap. Vnico de Iurep. in 6. Roccus verb. Ipſe velis, num.46. Couar. Var. reſol. lib.2. cap.18. n.8. Barboſa Collect. cap. Ex litteris 8. De Iurep. n.3. Vluian. de Iurep. par.1. lib.4. cap.5. n.13. Othob. deciſ.234.*

Cautela tamen eſt, quod in emptione Vniuerſitatis nullo modo exprimatur Iuſpatronatus: ſed perfecto contractu Venditionis, Notarius apponat Venditorem declaraſſe, non fuiſſe ſuæ intentionis, vt penes ſe retineret Iuſpatronatum. *Lambertin. art.20. Rota apud Farin. 1. par. deciſ.399.*

14 Vniuerſitas dicitur quæ continet in ſe corporalia, & in corporalia. *Bald. conſ.31. Incipit. Quidam nobis. Vol.3.* vbi dicit, eſſe conſideranda verba Contractus, vtrum vēditio ſit facta ſub forma Vniuerſitatis, an vero ſint venditæ res Corporales tantum. Vnde vendendo omnia bona, quæ quis habet in aliquo loco, infallibiliter tranſit Iuſpatronatus, niſi ſit exceptum, vel niſi in caſu, quo vendens non haberet in eo loco alia bona, vel Iura, quam Iuſpatronatum: quia tunc fieret fraus legi, & perinde eſſet, ac ipſum Iuſpatronatum ſpecificè vendere. *Ita Rocchus de Curte tract. de Iurep. verbo Ipſe velis.* Male à quibuſdam pro contraria ſententia allegatus.

Quidam tamen in hac materia valde implexa, & intricata, cum exponunt, dummodo illa bona faciant vniuerſitatem realem, & non verbalem tantum, *iuxta* deciſionem Littæ, quam retuli lib. 3. Ciuiliū tit.8. n.6.

15 Quando conſtat, Eccleſiam eſſe dotatam ex bonis exiſtentibus in aliquo Caſtro vel loco, eius Iuſp. cenſetur annexus vniuerſitati bonorum illius loci. *Rota apud Farin. par.3. tom.2. deciſ.314. n.3.*

16 Quando Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate ratione annexionis, apprehenſa poſſeſſione, vel quaſi Vniuerſitatis, cenſetur apprehenſa etiam Iuriſpatronatus. *Rota apud Farin. par.3. tom.2. deciſ.35. n.29.*

17 An Iuſpatronatus tranſeat in Fiſcū, vtraque probabilis, vt dixi *lib. 3. Ciuilium tit.8. n.6. verſ. Sed hinc.*

18 Profeſſi non præſentant, niſi de licentia Superioris; quia Ius præſentandi trāſit in Monaſterium. *Rota apud Seraph. dec.1328*

19 Iuſpatronatus pro filijs deſcendentibus, & heredibus requirit vtramque qualitatem. *Rota apud Seraph. deciſ.456. num. ſeq.*

20 Ex verbis, *Item reliquit, & mandauit, quod perpetuo ſui heredes, & ſucceſſores præſentare, & eligere poſſint Cappellanos, &c.* Colligitur, Teſtatorem non ſimpliciter vocaſſe Deſcendentes, ſed tunc demum, ſi fuerint ſucceſſores. Non poſſunt autem eſſe ſucceſſores, niſi etiam ſint heredes. *Rota apud Buratt. deciſ.647. n.1. & ſeqq.*

21 Si admittimus, Iuſpatronatus eſſe reſtrictum ad deſcendentes alicuius, & ſic intelligi de familia effectiuè; non ideo deficientibus deſcendentibus, faciendus erit tranſitus ad Tranſuerſales: quia in poſtre-

mo

mo Deſcendente Iuſpatronatus deſint eſſe Gentilitium,& inde efficitur hæreditarium. *Rota in vna Romana Iuriſpatronatus Veneris* 15. *Martij* 1630. *coram Merlino*. *Et apud Farinac. par.*3. *tom.*2. *deciſ.*362. *num.*14.

22 *Vbi Feminæ* dotatæ, ex forma conſuetudinis, vel ſtatuti, extantibus maſculis, excluduntur à ſucceſſione, excluduntur etiam à Iurepatronatu. *Roccus de Curte v. Ipſe vel is num.*15.

23 Femina ſuccedit in Iurepatronatu more maioratus inſtituto, ita quod ad vnũ duntaxat deueniat, nempe ad primogenitum, vel Proximiorem, in defectum tamen Maioratus, niſi expreſsè ſit excluſa. *Couar. pract. c.* 38. *n.* 13. *Molina lib.* 1. *cap.* 26. *& 27. & lib.*3. *cap.*6. *n.*41. *& cap.*7. *n.*19. *& de iuſt.*3, *diſp.* 627, *n.*13. *Garzias de beneſ.* 5. *par. cap.* 9. *num.* 70.

24 Adiecta conditione, quod deficientibus maſculis, feminæ ſuccedant; verba *Deficientibus, &c.* tamquam indeterminata nec reſtricta ad aliquod tempus, referenda ſunt ad quodcumque tempus deficientiæ Maſculorum. *Rota apud Buratt. deciſ.*689. *n.*1.

25 *Extran.* Iuſp. de ſui natura eſt tranſitorium ad hæredes extraneos. *Rota apud Seraph. deciſ.*364.

26 Licet Teſtator voluerit, aliquem Iuſpatronatum eſſe illorum de familia aliqua, niſi addiderit taxatiuam, non intelligitur, quod ad eos tantum ſpectare poſſit, & non ad eorum heredes. *Rota deciſ.*364. *n.*4.

Nam caſus omiſſus, præſertim in fideicommiſſis, relinquitur diſpoſitioni Iuris communis. *l. Si cum dotem, in princip. ff. ſol. mat. l. Commodiſſime, ff. de lib. & poſth. Rota deciſ.* 364. *n.*6. *deciſ.*378. *n.*5.

Neque obſtat, quod reſeruatum fuerit illis de familia; quia illa verba ſtant demonſtratiuè, & non taxatiuè; & quatenus importent aliquam taxationem, ea intelligitur, durante familia, ſcilicet, vt quamdiu fuerit aliquis de dicta familia, is ſit Patronus. Alias Iuſpatronatus reſeruatum pro ſe, & filijs, non tranſiret ad heredes extraneos, qui non habent qualitatem filiationis: quod eſt falſum. *Rota deciſ.*364. *n.*9.

Etiam ſi præſcripſiſſet pro forma, vt duo vel tres de ſenioribus præſentarent; nam hoc non reſpicit Caſum à Teſtatore non cogitatum, ſcilicet extinctionis familiæ, ſicut nec quando familia reduceretur ad vnũ caput, quia tunc ceſſante prouiſione hominis, ſubintrat prouiſio legis. *Rota deciſ.* 378. *n.*6. *&* 7.

Nec obſtat, quod relictum Maſculis, etiã quod non adſit dictio taxatiua, includat tamen limitationem, & taxationem; cum per talem diſpoſitionem feminæ, quæ alias Iuris diſpoſitione admitterentur, ſint excluſæ. *Ad ea, quæ notat Alex & DD. in l. Gallus, §. Etiam ſi parente, ff. de lib. & poſthum. cum alijs*. Et ideo Lambertin. *art.*4. 2. *quæſt. princip.* 4. *par. lib.*1. voluit, quod etiam ſine taxatiua, Iuſpatronatus reſeruatum pro ſe, & heredibus ſui ſanguinis non tranſit ad extraneos: quia quatenus talis inſtitutio facta de filijs, vel maſculis importet aliquam taxationem, illa intelligitur quamdiu aliquis ex dd. filijs, vel Maſculis eſt ſuperſtes. Tunc enim verum eſt, alias perſonas admitti non poſſe. Sed illis deficientibus ſubintrat legis diſpoſitio, deferens ſucceſſionem proximioribus, ſiue ſint maſculi, ſiue feminæ, indifferenter; quia limitatio huiuſmodi non porrigit ſe vlterius, quam ſit expreſſum, aduerſus regulas Iuris communis. *Rota deciſ.*364. *&* 378.

Quamuis tamen Iuſpatronatus pro deſcendentibus ſimpliciter reſeruatum, finita deſcendentia, tranſeat ad extraneos, & ita videatur eſſe hæreditarium: attamen ea durante, nihil impedit, quin per omnia pro mere gentilitio habeatur. *Rota apud Buratt. deciſ.*183. *n.*21.

27 Quando à principio fundans non reſeruat Iuſpatronatum ſibi, ſed alteri. non valet conſequentia. Voluit excludere proprios hæredes; ergo multo magis alienos, Quia in eo, quod reliquit alienæ familiæ, videtur illam prædilexiſſe: vnde poſtea familia illa prædilecta tranſmittit Iuſpatronatum in ſuos hæredes, & ſucceſſores ex Iuris diſpoſitione. *Rota apud Seraph. deciſ.*378. *n.*8.

Neque obſtat, quod hoc Iuſpatronatus non fuerit annexum hæreditati Teſtatoris, quia hoc non eſt neceſſarium ad conſtituẽdum Iuriſpatronatum; ſed eſt obſeruanda lex ab initio fundationis appoſita. Neque hinc infertur, quod hoc Ius non fuerit in hæreditate Extranei, poſtquam ei fuit acquiſitum, & nullus alius extat ex eius familia, per quem alij extranei ſucceſſores excludantur. *deciſ.*394. *num.*11.

Neque etiam abſtant allegata ex Decio *Conſ.* 149. quia loquitur de Iurepatronatu rei cohærente, puta Caſtro, quod ſine illo transferri nequit. At inuenitur aliquod Iuſpatronatus quod nulli rei cohæret, ſed ſoli bonorum vniuerſitati. *num.*11.

28 *Auctoritas*. Patroni non poſſunt tenere Claues ſuarum Cappellarum, 1578. Genoua 18. Martij 66.

29 *Amittitur* Iuſpatronatus per non vsũ 40. annorum. *Rota apud Seraph. deciſ.* 1367. *n.*6. *& in vna Mutinen. Beneficij* 27. *Martij*, *& in altera* 26. *Iunij* 1648. *coram Arguelles*.

30 Iuſ-

30 Iuſpatronatus Vniuerſitatis, deficiẽte Vniuerſitate, deficit; licet ſecus ſit de Iurepatronatu familiæ, quia familia ſucceſſorem habet, vniuerſitas vero non habet. *Rota apud Seraphin. deciſ. 364. num.12.*

31 Iuſpatronatus hæreditarium extinguitur, quando hæreditas peruenit ad beneficium: quia nemo poteſt eſſe Patronus ſui ipſius. *Rota apud Buratt. deciſ.756. n.2.*

32 Patronis Cappellarum in Eccleſijs Regularium præfigitur terminus ad eas reſarciendas: quo elapſo, datur licentia Fratribus diſponendi ad libitum de eis, verbi gratia, diruendi, vel alijs concedendi, 1602. Conuentuali 9. Ianuarij 2. 15. Ian. 3.

33 *Sanctorum* Patronorum Ciuitatis, vel Regni electio fieri debet à Conſilio generali ſingularum Ciuitatum, vel locornm, & à Sac. Rit. Congregatione approbari, vt latius habetur in decreto, quod retuli in Canon. tit. De reliq. & ven. Sanctor.

PAVPER.

Cauſapia. Diues. Dos. Eccleſia. Eleemoſina. Feſtum. Legatum. Notarius. Proprietas. Regularis. Sepultura. Vita.

1 M*In. Obſeruantes* ſunt capaces bonorum ſtabilium pro Fabrica, & Infirmaria, 1650. 4. Febr. 8.

† Et generaliter licet Minores de Obſeruantia ſint incapaces annui redditus ipſis relicti retinendi: illum tamen non hæredi remanere, ſed vendi, & pretium, quod inde redactum fuerit, in fabricam, vel alias Eccleſiæ neceſſitates conuerti debere. *lib.43.* 651. *

2 Salarium Organiſtarum, & Lectorum non datur ipſis Fratribus, ſed conuentui. *Ante* 1594. Domenicani di Beneuento 7. Martij 21.

3 Vſusfructus Fratri relictus Monaſterio acquiritur: quod neceſſaria ſubminiſtrare debet Religioſo, 1602. Conuentuali 4. Septembris 59. Santiſſima Trinità 26. Nouembris 79.

Diſpenſatur tamen cum Religioſis Religionis Militaris vel Hoſpitalariæ, vt frui poſſit vſufructu bonorum, quæ per ipſos obuenirent Religioni, ſecundum eorum vſum, 1594. Burgos 6. Decembris 382.

4 Religioſo ætate prouecto, & qui multa expendit pro vtilitate Monaſterij, dari debet aliquod ſubſidium de conſenſu Superiorum, 1602. Mercede 18. Iunij 39.

5 Poteſt Regularis recipere ſubuentionem à ſæcularibus, ſed de manu, & ad libitum Superiorum, 1602. Domenicani 2. Iulij 40.

6 Non debet Regulari redditus certus aſſignari, neque temporis neque quantitatis, 1601. Mercede 2. Ian. 25. 1604. Agoſt. 14. Decembris 88.

7 Mobilia ſuperflua debent auferri Religioſo, & poni in communi depoſito, 1602. Mercede 5. Octobris 63.

† Sacra C.C. cenſuit, pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium, impoſitam *in c.2. ſeſſ.25. De Regul.* afficere eos, qui nullam habentes adminiſtrationẽ, rem quampiam, etiamſi non ſint magni momenti, clam, ideſt ſine licentia Superiorum expreſſa vel tacita, tenere deprehenduntur vel conuincuntur; modo quãtitas ſufficiat ad inducendum peccatũ mortale contra votum Paupertatis. *lib.43. Obſeruanti 646.* *

8 *De cellis*, etiam à ſe fabricatis, non poſſunt Regulares, & Moniales diſponere poſt mortem, 1579. Genoua 29. Aug. 100.

Et ſi Monialis aut vendere ſuam cellam, in pœnam proprietatis vna priuatur vſu cellæ, altera pretij, quod applicatur fabricæ Monaſterij, 1593. Piſa 4. Ian. 58.

9 Tolerari poteſt, quod quælibet Monialis habeat lintea, & induſia pro ſuo vſu, 1579. Ferentino 10. Ian. 30.

Non tamen ſuperflua, 1593. Monteſiaſcone 20. Septemb. 287.

10 Quod datur alicui particulari Moniali, conſignetur Abbatiſſæ, vt expendatur in vſum eiuſdem Monialis, & reſiduum pro Monaſterio, 1579. Terni 3. Febr. 41. Foligno 26. Maij 46. 1580. Fermo 8. Nouembris 4. 1582. Tropea 24. Maij 73. 1591. Spagna 22. Ian. 10. §. Quanto alli decreti.

PAX. *Habitus. Miſſa. Odium.*

1 F*Ractores* pacis in Statu Eccleſiaſtico non admittuntur ad allegandam nouam cauſam, vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 20. De legatis num. 27.

2 Pacem cum alio facere nemo compellitur, cum ſufficiat in foro conſcientiæ iniuriam remittere. *Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Caietana* 15. *Nouembris* 1588. Et alia plura, quæ ego retuli in meo Epiſcoporum Compendio.

PECCATVM.

Acceſſus. Caſus reſeruatus. Circumciſio. Circumſtantia. Confeſſarius. Confeſſio. Figura. Furtum. Ignorantia. Metus. Sacramentum. Sigillum.

1 Q*Vid, & quot*. Non conſiſtit in pura priuatione. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, quod duplex eſt priuatio. Eſt enim quædam ſimplex, & pura priuatio, quæ conſiſtit quaſi in corruptum eſſe, vt Mors eſt priuatio vitæ, & Tenebræ ſunt priuatio luminis: & tales priuationes non recipiunt magis neque minus, quia nihil

nihil reſiduum eſt de habitibus oppoſitis: vnde non minus eſt mortuus quis primo die mortis, quam poſt annum. Et ſic eſt peccatum ex parte auerſionis. Alia priuatio non eſt ita ſimplex, ſed retinet aliquid de habitu oppoſito: quæ quidem priuatio magis conſiſtit in corrumpi, quam in corruptum eſſe. Sicut ægritudo, quæ priuat debita humorum commenſuratione, ita tamen, quod aliquid eius remaneat: alioquin non remaneret animal viuum. Sicut etiam dari poteſt exemplum de turpitudine, & huiuſmodi. Tales autem priuationes recipiũt magis, & minus reſpectu eius, quod remanet de habitu contrario: multum enim refert ad ægritudinem vel turpitudinem, vtrum plus, vel minus à debita commenſuratione recedatur. Et ita dicendum eſt de vitijs, & peccatis. Sic enim in eis priuatur debita cõmenſuratio rationis, vt eius ordo non omninò tollatur: alioquin malum, ſi ſit integrum, deſtruit ſeipſum, *vt dicitur in 4. Ethicorum.* Non enim poſſet remanere ſubſtantia actus, vel affectio Agentis, niſi aliquid remaneret de ordine rationis. Vnde conſequenter falſa eſt opinio Stoicorum ponentium, omnia peccata eſſe paria, ſi intelligatur etiam ex parte conuerſionis, cui correſpondet pœna ſenſus: ſecus ſi ſolum ex parte auerſionis, cui correſpondet pœna damni. *S. Thom. 1. 2. quæſt. 73. art. 2. in corp.*

2 Peccata cordis, oris, & operis, eiuſdẽ ſunt ſpeciei, *D. Thom. 1. 2. quæſt. 72. 7.*

Sed grauius eſt opere peccare, quàm ore, & ore quam corde, *quæſt. 100. 6. c. in fin.*

3 Peccatum veniale ſeptem modis poteſt fieri mortale.

I. Si fiat ob malum finem, vel ſi in eo vltimus finis conſtituatur: quod cognoſcitur ex eo, ſi homo paratus ſit illud committere, licet eſſet mortale.

II. Ratione plenæ aduertentiæ.

III. Specialis contemptus, vel ſpecialis inobedientiæ.

IV. Proximi moralis periculi incidendi in mortale. *infra num. 5.*

V. Conſcientiæ erroneæ.

VI. Scandalj.

VII. Additionis materiæ. *Bonac. de legib. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 5. à num. 2.*

4 Mortale poteſt fieri veniale propter tria.

I. Propter defectum plenæ aduertentiæ, ſeu deliberationis.

II. Propter paruitatem materiæ.

III. Propter ignorantiam. *Idem ibidem.*

5 Intentionem habens nullum veniale vitandi, ſecundum quoſdam peccat mortaliter, ſecundum alios vero venialiter. *Diana 3. tr. 6. reſol. 24. Bonac. to. 2. de peccatis diſp. quæſt. 3. pun. 5. n. 17.*

Mihi probabilius videtur peccare mortaliter: ſicut, & Religioſus qui non vult obſeruare Regulas, & ſtatuta, niſi ea ſolum, quæ obligant ad peccatum mortale. Ratio eſt, quia hic ſe conſtituit in proximo morali periculo peccandi mortaliter, quia venialia diſponunt ad mortalia. Ex quo principio cadunt rationes adductæ pro contraria ſententia. Non enim dicimus huiuſmodi voluntatem eſſe mortaliter peccaminoſam ex ſe, ſed ex proximo periculo: ſicut aſpectus, vel collocutio Mulieris ei, qui ſemper expertus eſt ex ea ſe in pollutionẽ voluntariam incidere.

6 Peccata interna tot numero ſunt, quot ſunt actus moraliter interrupti. Actus autem internus moraliter interrumpitur ex duobus.

I. Per Pœnitentiam ſeu propoſitum contrarium.

II. Per alias actiones, ad peccatum illud tamquam ad finem, non directas, vt edere, bibere, dormire, &c. quæ eſt communis, & recepta opinio.

Diana *tamen 2. tr. 16. reſol. 27.* probabile putat, duobus tantum modis in huiuſmodi actis peccata multiplicari. 1. Per pœnitentiam, quando illam, data opportunitate, non implet, puta non reſtituit. 2. Per nouum poſitiuum animum, ſeu propoſitum perſeuerandi: nec ſufficit antiqua continuatio.

7 Qui multos communicat, vel abſoluit in peccato mortali, tot peccata cõmittit, quot ſacramenta miniſtrat. *Bonac. to. 1. diſp. 5. de pœnitentia quæſt. 5. ſect. 2. pun. 2. §. 3. diff. 2. n. 7.*

Si tamen hoc fiat abſque morali interruptione, probabile eſt, quod vnum ſolum peccatum committat. *Diana 1. tr. 7. reſol. 41. & 43.*

Vbi reputat etiam probabile, quod non peccat Sacerdos, qui in peccato mortali miniſtrat Eucharistiam antea conſecratam.

8 Homo non debet vnum peccatum facere, vt aliud vitet; & ideo non debet qualitercumque mentiri, vt vitet Superbiã. Vnde S. Gregorius dicit, quod incaute ſunt humiles, qui ſe mentiendo illaqueant. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 133. 1. 3.*

9 *Effectus.* Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit. *S. Gregor. 25. Moral. c. 9.*

10 Ratione peccati mortalis laicus efficitur de iuriſdictione Epiſcopi. *gloſ. cap. 1. de off. Ord.*

11 *Pœna.*

11 *Pœna.* Probabilius videtur, mortuũ cum mortali, & veniali, puniendum eſſe æterna pœna in Inferno, non ſolum pro mortali, ſed etiam pro veniali, licet deleto quo ad culpam ſiue maculam, non autem quo ad reatum ſiue obligationem ad pœnam. Similiter pro mortalibus quantum ad culpam, non autem quantum ad totam pœnam deletis. Idem de illo, (ſi caſus contingere poſſet) qui cum ſolo Originali, Venialique decederet. *Clau. Reg. lib. 2. c. 13. n. 11. Bonac. de legib. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 1. n. 3. Vide S. Thom. 1. 2. quæſt. 87. 5. 2. & Suppl. quæſt. 69. 7. 6.*

12 Aſſerentes coram alijs, ſiue publicè, ſiue priuatè, beatiſſimam Virginem conceptam eſſe cum peccato, ſunt excommunicati excommunicatione reſeruata Papæ, *ex decreto Pauli V. ampliata à Gregorio XV. conſt. 29. quam retuli, in collect. ad Iob. 3. 9.*

Excipiuntur Fratres Prędicatores, qui inter ſe duntaxat de ea re loqui poſſunt. *Gregor. XV. append. ad d. decretum 29.*

P E C V N I A.

Moneta. Theſaurus. Venditio.

1 IN *Banchis* Campſorum depoſita, cẽſetur Iure immobilium. *Tiraq. de ret. tract. gloſ. 7. num. 114. Barboſa alleg. 95. n. 44.*

Idem de pecunia redacta ex venditionibus, ſeu redemptionibus cenſuum, dotibus Monialium ſupra numerum, & ſimilibus, ſaltem cum eſt magnæ quantitatis, *vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 1. de rer. diuiſ. n. 21.*

2 Pecuniam vndique congeſtam ita ad ſe redigentes, vt quaſi monopolium pecuniæ facere videantur, monopolij pœnis puniendi. Pius V. Conſtit. *In eam* §. 3. *Quicumque.*

3 Pecuniæ in dubio præſumuntur ſoluentis. *Rota apud Galleſ. deciſ. 7. n. 3.*

4 Nulla pecunia, publico ſigillo ſignata, refutari poteſt: excepta tamen ærea, præſertim in magna quantitate, & exceptis conſuetudine, pacto, vel aliqua lege ſpeciali, vt in expeditione litterarum Apoſtolicarum, in qua non recipiuntur niſi nummi aurei recenter cuſi. *Bonac. tom. 2. diſp. 3. de contr. quæſt. 2. pun. 1. n. 2. ex l. 1. C. de veteris numiſmatis poteſtate lib. 11.* Quæ tamen loquitur de ſolidis, ideſt aureis.

5 Illi, qui non acquiſierunt pecuniam, ſed ſuſceperunt acquiſitam ab alijs, liberalius eam expendunt; quia non ſunt experti indigentiam. *Ariſt. 4. Ethicor. S. Thom. 2. 2. quæſt. 117. 4. 1.*

6 Pecuniam adulterinam, etiam ex inaduertentia, vel ignorantia, exigens, non poteſt eam tradere alij, quam ei, qui ſibi dedit: ex eo enim, quod ipſe fuit deceptus, non acquiſiuit ius alios decipiendi. *Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 5. n. 4.*

Attamen cõtraria quoque probabilis eſt in eo, qui expendit talem pecuniam bona fide. *Diana 3. tr. 6. reſol. 3. ſupra verbo Moneta.*

P E N S I O.

Beneficium. Epiſcopus. Fructus. Homicidium. Horæ. Seminarium.

1 RESERVATIO. Per infantem natum in naui nõ augetur penſio ſiue naulum: quia eius vectura parua, nec his omnibus vtitur, quæ ad nauigantium vſum parantur, *l. Sed addes 21. §. Si quis mulierem ff. loc. locati.*

2 Si penſio imponatur ſuper beneficio alia authoritate quam Papæ, puta per Epiſcopum ad alendum Clericum Pauperem, vel pro aliqua concordia, bonoque Pacis, ex hoc Eccleſia, vel beneficium non intelligitur obligatum, ſed ſola perſona Beneficiarij: quare illo mortuo, non tenetur ſucceſſor ad ſoluendam penſionem. *cap. Niſi eſſent, 21. De preben. Supra Epiſcopus num. 32.*

† Gratia reſeruationis penſionis non redditur nulla ex eo, quod collatio beneficij non ſubſiſtat: quia Penſio non mutatur ex perſona Beneficiarij. *Othob. deciſ. 46. n. 18. 5*

3 Penſio ſuper beneficio Iuriſpatronatus non poteſt reſeruari, niſi facta Papæ expreſſione Iuriſpatronatus, licet Patroni cõſenſus non requiratur. *Rota apud Galleſ. deciſ. 138. num. 5.*

† In translatione tamen non eſt neceſſarium facere mentionem Iuriſpatronatus. *Othob. deciſ. 22. n. 40.*

Reſeruatio Penſionis pro Rectore nulla eſt: ſecus vero ſi reſeruata fuerit portio fructuum, remanente congrua Vicario perpetuo ad præſcriptum Conſt. 47. Pij V. *Ad exequendum.* Florentina 21. Iulij 1629.

Sacra, &c, *die 7. Aprilis* 1629. reſpondit, penſiones legitimè reſeruatas eſſe deducendas à tertia parte fructuum in diſtributiones conuertenda, ſicut etiam ſubſidia, quartæ, & aliæ impoſitiones: quia fructus dicuntur, qui reliqui ſunt, deductis oneribus. *l. Non amplius, ff. i. de legat. 1.*

Cum Parochialis aſſeritur nimium penſionibus grauata, refertur Sanctiſſimo poſſe Parocho congruam portionem aſſignari, reſiduis fructuum Penſionario dimiſſis, ne Animarum cura negligatur. *Rauennat. 17. Nouemb. 1641. lib. 51. 610.*

Romæ apud S. Petrum die Mercurij . . . Iunij 1568. fuit Conſiſtorium, in quo decreuit Sanctitas ſua, omnes Penſiones aſſignatas Suffraganeis ſuper fructibus Eccleſiarum, quibus præficiuntur, tranſire ad ſucceſſores; dummodo illi Eccleſijs, qua-

rum

rum ſunt Suffraganei, deſeruiant, vel ſaltem per ipſos non ſtet. Alias ſtatim cenſeantur extinctæ. *lib.57. 34.*

Suffraganei vero deinceps dari non poſſunt Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, etiam quibus ſolent concedi, niſi pro eorum ſuſtentatione aſſignetur ſuper fructibus Eccleſiarum, quibus ſuffragari debent, ducati 300. auri de Camera. *Ex Congreg. Conciſt. P.F. Archip. to.4. ad 190.* *

4 *Subiectum.* Penſio non poteſt ante decimum quartum annum incœptum obtineri: *Barboſa alleg.60. num.79. Ex Sac.Congregatione.*

Licet in Collect.Bullar. v. Aetas. *Ex eadem* referat, ſufficere ætatem ſeptem annorum.

5 Milites Lauretani priuilegium habēt retinendi penſionem, licet Matrimonium contrahant. *Rota in vna Aeſina Penſionis Venetis 27. Febr. 1601. coram Ludouiſio.*

Et transferendi vſque 200. aureos. *Rota apud Galleſ. deciſ. 138.*

† Sanctiſſimus, audita relatione Congregationis die 18. Decembris 1576. declarauit, Penſionarium cenſeri Beneficiatum ad effectum gaudendi priuilegio fori Eccleſiaſtici, de quo Concilium loquitur. Idque duabus rationibus. 1. Quin Cancellaria habet Penſionarium pro Beneficiato: ideo vult exprimi in Bullis penſiones ſicut Beneficia. Quia Pius V. Bulla ſua coëgit Pēſionarium ad dicendum officium ſaltem B. Mariæ. Vnde poſtea S. C. Conſulta, an Clericus primæ Tonſuræ, qui in habitu incedit, habetque tamquam Clericus penſionem, ſed non beneficium, nec Eccleſiæ iuſſu Epiſcopi deſeruit, gaudeat priuilegio fori, cenſuit gaudere ad inſtar obtinentis beneficium. *Refert Fagnan. c. Ad audientiam. De reſcript. n.131..132.*

Filius legitimus eſt capax penſionis reſeruatæ in Beneficio à Patre reſignando. Brittonorien. 9. Iunij 1657. *

6 Penſio acquiritur Monaſterio ex perſona Monachi, expendenda in Religioſas Penſionarij neceſſitates, & reſiduum pro eodem Monaſterio, 1602. Oliuetani 23. Aprilis 25.

7 *Solutio* num.2. Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere penſionem, etiam in ſubſidium pro terminis decurſis in vita Anteceſſoris, maximè ſi fuerit per Penſionariū adhibita diligentia ad exigendum. *Rota in vna Neritonen. Penſionnm 10.Iunij 1611. coram Ludouiſio.*

Sicut etiam nouus fundi Vectigalis Poſſeſſor tenetur Canonem ſoluere etiam pro terminis decurſis tēpore Anteceſſoris, maximè in ſubſidium. Attamen contra priorem poſſeſſorem recurſum habet. *l. Imperatores 7. ff. n. De publicam, & Vectigal.*

† Sacra Congregatio Conſulta, an verba illa Concilij, *ducatorum centum*, ſint Intelligenda iuxta morē cuiuſque regionis reſpondit ita intelligenda die 30.Martij 1594. *Fagnan. c. Extirpandæ. De Præben. n.19.* *

8 Propoſito dubio ex ſpeciali reſcripto S. D. N. in hac ſacra Congregatione S.R.E. Cardinalium, negotijs, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præfecta, an & quomodo procedendum ſit ad pœnam Interdicti, vel ſuſpenſionis contra Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas, moroſos in ſolutione Penſionum, auctoritate Apoſtolica reſeruatarum, attento c. Quia periculoſum. De ſent. exc. in 6.

Eminentiſſimi Patres, re ſæpius perpenſa, ac ſedulo examinata, in hanc deuenerunt ſententiam; vt firmis remanentibus clauſulis, in litteris Apoſtolicis reſeruationis Penſionum huiuſmodi apponi ſolitis, & citra præiudicium mandatorum relaxatorum ab A. C. & eorum legitimæ executionis, ac iuriſdictionis eiuſdem A.C. poſtquam legitimè conſtiterit, etiam extraiudicialiter, quod executio realis fieri, vel conſummari non poſſit dolo Epiſcopi Debitoris, vel ob occultationem fructuum, vel ob ſubtractionem Pignorum, vel etiam ob impedimentum laicalis poteſtatis, antequam deueniatur ad pœnam cenſurarum, moneatur ſerio idē Epiſcopus nomine huius S. C. vt infra terminum ab eadem præfigendum, vel cum effectu ſoluat; vel ſi quid habet iudicialiter opponendum, deducat coram A. C. vel coram Signatura Iuſtitiæ, reportando reſcriptum ſuſpenſiuum. Alias nouerit, ſe vti inobedientem, & contumacem ab hac Sancta Sede habendum fore. Termino elapſo, ſi ſolutio non ſequatur, deſtinetur Vicarius Apoſtolicus, & Oeconomus Menſæ Epiſcopali: qui non amoueatur, donec fuerit integrè ſatisfactum, & ſufficienter prouiſum, etiam pro terminis futuris.

Quod ſi viſitatio perſonalis ſacrorum liminum immineat, non concedatur facultas viſitandi per Procuratorem: vt occaſione ipſius acceſſus ad vrbem compelli poſſit ad ſolutionem.

Demum durante adhuc Contumacia, ſubijciatur pœnæ ſuſpenſionis, & Eccleſiaſtici Interdicti, de licentia tamen expreſſa S.D.N. 17. Auguſti 1646.

Super hoc tamen decreto non fuit expeditum Breue: cuius praxim vide, 1655. Belluno 17. Septembris 150. 251. Maſſa 1. Octobris 274. Terracina 275. Sauona 277.

9 *Oblig.* Clericus Penſionarius, ſi velit horas canonicas recitare, non tenetur ad officium paruum B. Mariæ. Nam dum Pius V. impoſuit Penſionarijs onus officij parui recitandi, non cenſetur illud impoſuiſſe excluſiuè, ſed cumulatiuè quo ad Horas canonicas, ne Penſionarios æque ac Beneficiarios grauaret. Quod habet locum, etiam ſi non ſolum habeat penſionem, ſed etiam beneficium vel ſit in ſacris: vnica enim officij Diuini recitatione varijs obligationibus ex diuerſis titulis poſſe ſatisfieri manifeſtum eſt. *Bonac. de hor. Canon. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 4. *n.* 9. *&* 10.

10 Penſionem habens ſuper Eccleſia minante ruinam, tenetur ad illius reſtaurationem pro rata contribuere, ſicut & ad onere impoſita ratione fructuum beneficij: niſi penſionem ab omni onere liberam obtinuiſſet. *Barboſa alleg.*64. 18. *Garzias* 1. *par. c.* 5. *num.* 171.

Quia Conc. *Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. præcipit Eccleſiam inſtaurari ex fructibus ad ipſam quomodocumque pertinentibus: vnde ſi rector prædicta ſoluat, poterit vti retentione pro rata. *Garzias de benef.* 1. *p. c.* 5. *n.* 171. *& ſeqq.*

Et ſi Rector reuera non poteſt, cogendus eſt ſupplere Penſionarius: non obſtante aliqua ſua prætenſione in contrarium, 1580. A. S. Carlo 26. Iulij 130. 7. Sept. 147.

11 Penſionem habentes vltra valorem ſexaginta ducatorum aureorum de Camera annuorum, tenetur ſub pœna priuationis deferre veſtes talares. *Sixt. V. conſt.* 92.

Cuius tamen diſpoſitio non comprehendit iter agentes, vel in villis habitantes, quoad priuationem beneficiorum ob non geſtationem veſtium talarium. *Sacra Congr. in vna Vlixbonen.* 14. *Octobris* 1589. *Barboſa alleg.* 55. 56. *&* 57.

12 Penſionem habens vltra triginta aureos annuos de Camera, vel excedentem ſimplicis Penſionarij ſuſtentationem, pro qua forum exterius triginta aureos annuos ſufficere præſumit, ſubijcitur ſpolio. *Bonac. de Simon. diſp.* 3. *pun.* 2. *n.* 17.

13 *Translatio num.* 5. Penſionem Pater transferre poteſt in filium, etiam illegitimũ, ſi eas transferendi facultatem habeat. *Barboſa alleg.* 65. *num.* 27. *c.* 1. 17. 24.

14 Penſio prima, & translata ſpeculatiuè loquendo non ſunt eædem, ſed diuerſæ; quia per translationem antiqua penſio extinguitur, nec Translatarius habet cauſam ſiue ius à Transferente, ſed à Papa. *Rota apud Farin. tom.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 122. *n.* 3.

In praxi tamen ſecus; quia huiuſmodi extinctio eſt momentanea, & Penſio translatarij habet eaſdem qualitates, quas habebat penſio transferentis. *Rota num.* 9.

† Et quod non obſtabat transferenti, neque translatario obſtare debet: vt late *Othob. deciſ.* 22.

15 Conſtitutio S. m. Vrbani VIII. edita 8. Martij 1636. prohibet, penſiones alias translatas, denuo transferri. *Othob. deciſ.* 147. *num.* 16.

16 Concilium non prohibet transferri penſiones ſuper Beneficijs Seminario vnitis. *C. C. Æſina* 26. *Aprilis* 1602. *

PEREGRINVS. Bona.

PERITVS. Electio.

PERIVRIVM.

Auaritia. Iuramentum. Notarius.

PERMVTATIO.

Beneficium.

1 SI *Epiſcopus* permutet prædia ſuæ Eccleſiæ, ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, nec poſtea illud expediat, ſub prætextu quod cupit videre, an ſit vtilis permutatio: petat Confirmationem, & quatenus peruenerit ad traditionem, etiam abſolutionem, 1613. Caiazzo 20. Ian. 5.

2 Epiſcopi non poſſunt inuicem permutare aliqua loca ſuæ diœceſis ſine beneplacito Sedis Apoſtolicæ, 1622. Fiandra 13. Nouembris 138.

Quod cōmitti ſolet Metropolitano proprio, vel vicino, ſicut commiſſum fuit S. Carolo Archiepiſcopo Mediolanenſi pro diœceſibus Papiæ, & Vigeuani, 1578. 27. Nouembris 12.

† Die 9. Iunij 1625. Permutationes Beneficiorum certo generi Perſonarũ ex fundatione debitorum non poſſe ab Ordinario admitti in fauorem Perſonæ non vocatæ. C. C. *

PERSONATVS:

Dignitas.

PERTINACIA.

Vanagloria.

PESTIS.

Cura. Domus. Euchariſtia. Infirmus.

TEmpore Peſtis, concedi debet omnibus Religioſis facultas Sacramenta adminiſtrandi, 1617. Atrebaten. 11. Aug. 208.

† 2 Sacra, &c. die 9. Nouemb. 1630. cenſuit, Canonicis cauſa peſtis abſentibus deberi quotidianas diſtributiones, ſi Peſtis graſſetur, ac petentes ſoliti ſint inſeruire, & probetur legitima conſuetudo, quod diſtributiones huiuſmodi dentur abſentibus ex iuſta cauſa. Quando vero dicatur Peſtis graſſari, vt ſit iuſta cauſa abſentiæ, iudicio Epiſcopi relinquendum. *Vercellen.*

Quæ rurſus die 16. Maij 1654. in vna Turritana cenſuit deberi diſtributiones Canonico,

nonico, qui propter peſtem non potuerat in ciuitatem ingredi, ſi peſtis graſſetur, Canonicus ipſe ſolitus ſit inſeruire, & adſit Eccleſiæ conſuetudo. Immo & nouiter prouiſis de Canonicatibus, Poſſeſſione per legitimum Procuratorem capta, ſi propter peſtem ad reſidentiam prohibeantur accedere, debentur diſtributiones. Lucana 28. Iulij 1657.

3 Die 23. Decembris 1576. S.C. cenſuit, ſcribendas litteras ad Card. S. Praxedis (S: Carolum) in hanc formam. Parochi tempore peſtis teneantur omnino reſidere in ſuis Eccleſijs Parochialibus: & ſi non reſideant, agendum contra eos ex decreto Cōcilij c. 1. ſeſſ. 23. & ſeruata forma ibidem præſcripta. Miniſtrent vero omnino Parochianis peſte infectis Sacramenta baptiſmi, & pœnitentiæ per alios. Idque pro commoditate Parochianorum, qui ſani eſſent, quique veriſimiliter conuerſari nollent cū Parochis ad peſte infectos euētibus. *Fagnan. c. Clericos. De Cler. non reſid. n.* 45.

Sanctiſſimus die 18. Decembris 1576. decretum factū in Parochis multo magis debere procedere in Epiſcopis, qui magis obligati ſunt. Poſſe tamen Epiſcopos in locis tutioribus manere, & inde prouidere. Sed nunc id non eſſe opus vlterius diſcurrere, aut diffinire. n. 47.

4 Die 26. Septemb. 1757. S. D.N. audita relatione, &c. benignè pro hac vice tantum indulſit, vt Epiſcopus Pennen. attento quod peſtis, vt aſſeritur, per eius diœceſim graſſatur, adeo vt non poſſit in publicis Eccleſijs abſque euidenti periculo permitti concurſus Populi, facultatem celebrādi in priuatis Oratorijs pro ſuo arbitrio & prudentia, & prout temporis, ac perſonarum qualitas, & ratio poſtulabit, gratis & durante contagio duntaxat duraturam valeat impertiri. Ita tamen vt circa loci decentiam atque Altaris cultum, & circa ſacra ſuppellectilia, omnia quæ de Iure ſeruanda ſunt, ſeruentur. *

P I G N V S.

Creditor. Debitor. Fideiuſſor. Fructus.

P I L A T V S. *Crux. Iudicium.*

1 SE excuſans *de morte Chriſti ſcripſit ad Imperatorem Epiſtolam tenoris ſubſequentis.*

C. Tiberio Neroni Imperatori Pontius Pilatus S.

Nuper contigit, cuius rei ipſe Teſtis eſſe poſſum, Iudæos ſeipſos, poſteroſque ſuos per inuidiam crudeli damnatione perdidiſſe. Cum enim ex oraculorum promiſſis, Maiorum ipſorum auctoritate receptis, hoc expectarent, vt Deus illorum per Virginem iuuenculam mitteret, qui Iure Rex eorum diceretur: hunc, me præſente, miſit in Iudæam. Is, quod omnibus notum eſt, cæcis viſum reſtituebat, leproſos mundabat, reſolutos neruis curabat. Viderunt quoque ipſum abegiſſe dæmonia, atque obſeſſos à ſpiritibus immundis liberaſſe. Mortuos itē e ſepulchris ipſis reſuſcitauit. Obediebant ipſi ventorum turbines: ſiccis pedibus mare inambulabat. Fecit alia quoque permulta miracula: vt vulgo etiam inter Iudæos, & Plebem Dei Filius diceretur. Principes vero Sacerdotum æmulatione, & liuore commoti, aduerſabantur illi, captumque illum mihi tradiderunt; ementitiſque ſceleribus eum Reum faciētes Magum appellabant, atque legis eorum deſertorem, & contradictorem. Quibus perſuaſionibus ſeductus ipſe, fidem querelis eorum adhibui, flagellarumque ipſis tradidi, vt pro arbitrio in eum animaduerterent. Crucifixerunt igitur illum; & ſepulchro, quo conditus erat, cuſtodes adhibuerunt: inter quos etiā ex meis Militibus nonnulli erant, qui tertio die ipſum à mortuis reſurgentem viderunt. Nequitia autem Iudæorum hoc facto magis exarſit; numeraruntque magnā pecuniam ipſis militibus, quatenus Diſcipulos ipſius noctu corpus rapuiſſe prædicarent. Acceperunt hi quidem pecunias; nihilominus tamen publicè profeſſi ſunt, atque teſtantur, ſe viſiones Angelorum vidiſſe, ac *Ieſum* illum vere à mortuis reſurrexiſſe. Hæc autem idcirco ſcripſi, ne quis nugis ac mendacijs Iudæorum, ſi de re geſta aliter loquantur, fidem adhibeat. Vale.

2 Tertullianus in Apologetico ſcribit, quod cū Tiberius Imperator hæc de Chriſti miraculis e Syria audiſſet, detulit ad Senatum cum prærogatiua ſuffragij ſui, vt Chriſtus inter Deos Romanorum reciperetur. Erat enim vetus Romæ decretum, *de quo ſupra v. Nouitas, nu.* 4. ne quiſquam recens inter Deos reciperetur, niſi hoc Senatus approbaſſet. Sed cum Senatus abnuiſſet; Cæſar nihilominus in ſententia perſtitit, ſuppliciumque Chriſtianorum accuſatoribus comminatus eſt. *Xiſtus lib.* 1. *v. Pontius Pilatus.*

3 Pilatum vero Lugdunum relegauit C. Caligula Cæſar, Tiberij ſucceſſor; vbi ille ſibi manus intulit, mortemque conſciuit. *Panon. Can.* 4357.

P I L E O L V S.

1 IN *Miſſa,* etiam extra Canonem, à ſolo Papa concedi poteſt: *quia c. Nullus* 56. *de Conſecr. diſt.* 1. etiam Epiſcopo prohibet velato capite celebrare, vel cum baculo accedere ad Altare. Ergo neque ſe-

cum, neque cum alijs diſpenſare poteſt. *Sac. Rit. Congregatio* 31. *Ianuarij* 1626. *cuius decretum appoſitum poſtea fuit in principio Miſſalis. Videnda, quæ ego retuli in meo Compendio Epiſcoporum v. Berrettino, & v. Miſſa, & in Epitome v. Pileolus.*

2 Qui aſſiſtit in Choro Miſſæ Conuentuali, non poteſt portare pileolum per totum Canonem: in alijs Diuinis officijs permitti non eſt prohibitum. *Sacra Epiſcoporũ Congregatio Epiſcopo S. Angeli* 5. *Nouemb.* 1602.

PILEVS. *Proceſſio.*

1 D*eferri* non debet ſimul cum ſuperpelliceo, ſiue cotta, niſi extra Eccleſiam, pluuia cogente, 1601. Aliffe 20. Febr. 86. n. 3. *Rit. Rom. Rubr. de Proceſſ. verſ. Omnes decenti.*

2 Prohibitio, ne deferatur à Clericis, intelligitur in Eccleſia, & in proceſſionibus, 1601. Giorgento 27. Martij 107. 1603. Tropea 8. Apr. 40. 13. Maij 55. *Can.* 3. 1. 28.

POENA.

Acceſſus. Carcer. Caſus. Cenſura. Clericus. Contractus. Cuſtos. Damnatus. Falſum. Hieroſolymitani. Impunitas. Iudex. Iuramentum Calumniæ. Legatum. Legatus. Licentia. Matrimonium. Neceſſitas. Occiſio. Peccatum. Quæſta. Recurſus. Simonia. Sponſa. Teſtamentum. Vindicta.

1 B*ullationis* ſiue ſignationis faciei nullì crimino ſo debet imponi. *l. Si quis in metallum* 17. *C. de pœnis.*

2 *Immurationis* de quo fit mentio in *c. Accuſatus* 8. *§. fin. De hæret. in* 6. fit, claudendo Monialem intra cellam eiuſdem Monaſterij, obſtructa muro ianua; relicta tantum parua feneſtella ad recipiendum lumen; & altera, per quam ſibi poſſint ſubminiſtrari victus, & alia neceſſaria. Hæc feneſtella ſemper erit clauſa, claue apud Abbatiſſam aſſeruanda: quæ vel nunquam, vel admodum raro licentiam dabit alicui Moniali Muratam alloquendi. Imponi ſolet propter exitum à Monaſterio ad malum finẽ, delicta carnis conſummata, & alia grauiſſima, 1620. Ragusa 16. Martij 78.

3 *In Regno* Nobiles deportantur, Plebeij furca ſuſpenduntur; & aliquando Nobiles deportantur, vel relegantur, Plebeij vero condemnantur ad Regias triremes perpetuo, vel ad tempus. *Vinc. de Franch. dec.* 569.

4 *Capitalis* pœna tribus modis dicitur.

I. Mortis naturalis, & vltimi ſupplicij, quando ſcilicet ex amiſſione vitæ ſequitur etiam amiſſio libertatis, & Ciuitatis.

II. Mortis ciuilis, puta damnationis in metallum, ex qua quis amittit libertatem, & ciuitatem: cui ſucceſſit pœna triremiũ, vel carceris perpetua.

III. Deportationis, vel relegationis, ex qua quis amittit ciuitatem, cui ſucceſſit bannum, vel exilium perpetuum. *De quibus late Farin. pract. crim. quæſt.* 19.

5 Quando Frater, & Monialis inuicem peccant, Frater traditur Curiæ ſeculari, Monialis immuratur vt ſupra n. 2. 1601. Carmelitani 28. Febr. 45. 1588. Treuiſo 15. Octobris 100. 15. Nouemb. 121. 1589. Tortona 14. Martij 26. 1601. Ferrara 27. Martij 51. 1602. Chioggia 4. Iunij 33.

Si vero non ſe extendit ad tantum nefas, priuatur per quinquenniũ acceſſu ad portas, & collocutorium, voceque actiua, & paſſiua, 1601. Ferrara 27. Martij 51.

6 *Pecuniaria.* Condemnati ad ſoluendum aliquam pœnam, audiri non debent, niſi facto de ea publico depoſito, 1603. Meſſina 16. Octobris 116.

Vnde debet fieri Depoſitarius mulctarũ, 1577. Oſtuni 3. Septemb. 8. 1580. Spoleto 25. Octob. 181. 1602. Andria 6. Auguſti 84. 1645. 17. Febr. 2.

Qui cautionem præſtet de bene adminiſtrando, expendat cum mandato ſubſcripto ab Ordinario, & reddat rationem in fine anni coram Ordinario, & duobus Capitularibus, 1652. Mineruino 6. Septembris 25. 1645. Catanzaro 17. Febr. 2.

Quorum Canonicorum alter eligatur ab Epiſcopo, alter à Capitulo, 1654. Terracina 20. Nouemb. *Arg. Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 18.

Nec vllo modo pecunia mulctarum teneatur ab Ordinario, 1596. Andria 10. Septembris 75.

7 Ordinarius abſtinere debet à pœcuniarijs contra Regulares, 1645. Conuentuali di Strongoli 29. Septembris 6.

8 *Moniales* diſcolæ, inquietæ, & incorrigibiles non extrahuntur à Monaſterijs, ſed ibi Carceribus, & alijs pœnis puniuntur, 1601. Bergamo 3. Iulij 77. Ancona 7. Nouembris 102. 1615. Zamorra 30. Ianuarij 1v. 1651. Gubbio 3. Febr. 3.

9 Moniales Monaſterii quietem turbãtes, velo vocibuſque priuantur, carceribus mancipantur, vel per alia Monaſteria diuiduntur, 1589. Pauia 29. Nouemb. 99. 1603. Volterra 15. Iulij 52. 53.

Item per ieiunia, Carceres, Compedes, & manicas, prohibitione rotarum, & collocutorij, ſeparatione ab Obedientibus, & creſcente contumacia, inuocatione brachij ſæcularis, 1591. Mantoua 20. Febr. 32. Vrbino 18. Martij 47.

10 *Qual.* Grauius puniri debet prouocans, quam prouocatus, 1594. Corneto 2. Martij 53.

11 Non debent propter relaxationes ſuppri-

ſupprimi, vel extingui, vel alio transferri Monaſteria, ſed procurari, vt per Superiores reformentur, & delinquentes puniantur, 1601. Bruxelles 11. Decembris 110.

12 Non debent Superiores de facto, & cauſa prius non cognita, punire Fratres, licet demerentes, 1602. Conuentuali 26. Nouembris 80.

13 Fratribus à Carcere relaxatis, in quos coniecti fuerant propter delicta circa Moniales, inter alias pœnas imponitur, vt nunquam implicari valeant in ſeruitio Monialium, 1650. Napoli 30. Septembris 82.

14 *Declaratio*. Pœna priuationis ipſo facto incurſa, non obligat ante ſententiam Iudicis declaratoriam, niſi aliter habeatur in Canone, vel lege vſu receptis. Vnde Superior alicuius Religionis, ſi incidat in aliquem caſum ablationis, ſiue priuationis Prioratus ipſo facto incurrendæ, etiam ſi palam conſtet de crimine, non incurrit in dictam pœnam, donec per ſuperiorem declaretur: & conſequenter tuta conſcientia in officio manere poteſt, nec ſubditis illum à gubernatione expellere licet. *Diana 2. tract. 17. reſol 67.*

Quam opinionem probauit Sacra Regularium Congregatio, 1646. 5. Octobris 5. & 1649. 20. Nouembris 4.

15 Pœna impoſita pro tot annis, intelligitur præciſè de ſolaribus, non de diſtantia ab vno Capitulo ad aliud, 1627. Palermo 27. Aug. 433.

16 *Excuſatio vel Condonatio*. Pœna alicui actui ſtatuta locum non habet, quando is actus irrite fit; niſi aliter exprimatur, vel de mente Legislatoris colligatur. *Sanchez lib. 5. cap. 4. num. 10. & 12.*

17 Pœnam Legalem ante condemnationem non deberi, certum fere eſt, Conuentionalem vero probabile. *Diana 1. tr. 8. reſol. 29. & tr. 10. reſol. 23. & ſupra v. Cuſtos.*

18 Pœna non debet exigi, dum tranſgreſſio leuis eſt, 1604. Cirenza 17. Maii 58.

19 Pœnam delictorum, etiam deficiente, vel deſiſtente Accuſatore, raro debet Princeps remittere, vel condonare: ne ex multitudine gratiarum Populus efficiatur audacior ad delinquendum. Poſſet tamen aliquando ob iuſtas, & euidentes cauſas, aut miſerabiles caſus, puta minorem ætatem Rei, ſenectutem infirmam, delictum ſine animi deliberatione ſed ex impetu cōmiſſum, inſignem delinquentis peritiam, ſeu artem Reipublicæ neceſſariam aut perutilem, primum, & vnicum delictum alioqui bonæ vitæ hominis, homicidium caſuale, merita delinquentis, vel ſuorum, vel alterius, qui pro ipſo ad Principem fundat preces, & ſimilia. Iudices vero inferiores ſi ex ſimilibus cauſis pœnam corporalem in pecuniariam mutent, ſibi applicare non poſſunt, ſed vel Fiſco, vel ad opera pia. *Diana 6. tract. 6. reſol. 1.*

20 Moniales relaxari non debent, cum adhuc recens eſt delicti memoria, ſed poſſunt eis concedi Sacramenta bis, aut ter in anno, 1602. Ferrara 3. Decembris 84.

POENITENTIA.

Confeſſarius. Denunciatio. Excommunicatio. Parochus. Probatio. Satisfactio.

1 Erecto pœnitentiario per Epiſcopum cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, non comprehenditur præbenda vacans in menſe Apoſtolico, ſed prima vacatura in menſe Epiſcopi, quæ ſit integra, & Canonicalis. *Barboſa alleg. 55. n. 3.* Et ego ex decreto Clem. VIII. confirmato ab Vrbano VIII. dixi in Compendio Epiſcoporum, & etiam infra v. Seminarium.

† Erigi non poſſe ab Epiſcopo Pœnitentiariam de Præbenda iam Vacante, ſi ad alterius, etiam inferioris, puta Capituli, collationem ſpectat, ſed erigi debere de vacatura. *Concordien. 11. Septemb. 1608. C. C.*

Pœnitentiarius tamen inſtitutus cum vnione Præbendæ proximè vacaturæ, ante adeptionem Præbendæ non participat de diſtributionibus quotidianis. *lib. 90. 358. 1540. Aquilana.*

Pœnitentiarius nō poteſt obtinere Cappellam ſine diſpenſatione Apoſtolica, licet tam Cappella, quam Præbenda ſint tenues; quia eſſet triplex, cum habeat officium, & Canonicatum. *Aſten. 19. 1609. lib. 89. 395.*

Pœnitentiarius debet ad reſidendum cōpelli, 1600 Spoleti 12. Decemb. 33.

Non tamen tenetur ad maiorem reſidentiam quam alij Canonici, ſed abeſſe non debet eo tempore, quo frequentius Pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiunij Quatuor temporum, Quadrageſimæ, Aduentus, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B. Mariæ, Omnium Sanctorum, Natiuitatis Domini, &c. *Segobien. lib. 50. 249.*

Quod autem dictum eſt, Pœnitentiariū non teneri ad maiorem reſidentiam, quam alios Canonicos, intelligi quo ad Chorum; quia quo ad Confeſſiones audiendas nullam habet Vacationem pro diebus, & horis de quibus ſupra, & etiam infra §. proximè ſeq. *Foroſempronien. 7. Iulij 1618.*

Circa tempus, & horam, quibus Pœnitentiarius in ſua Sede pro audiendis confeſſionibus permanere debet, Epiſcopi iudicio ſtandum eſſe; qui tamen eo tempore, quo cogno-

cognouerit, pœnitentes non adeſſe, qui eius opera vti velint, ad intereſſendum in ea cogi minimè debere. *Foſſanen.* 18. *Septembris* 1637. *ad* 4. *

2 *Priuilegia*. Pœnitentiarius, dum in Eccleſia ſua confeſſiones audit, non ſolum lucratur diſtributiones, quæ dantur intereſſentibus in Choro, ſed etiam quæ dantur præſentibus,& comitantibus proceſſiones, & exequias mortuorum, quæ fiunt eo tempore, dum ipſe confeſſiones in Eccleſia audit. *Ita declaraſſe Sacram Congreg. in vna Genuen.* 4. *Septembr.* 1591. *teſtatur Garzias de benef.* 5. *par. cap.* 4. *n.* 125. *& refert Bonac. de hor. Can. diſp.* 2. *quæſt.* 5. *pun.* 2. §. 5. *num.* 3.

3 Non debet in manu tenere Virgam, niſi in Vrbe, vel vbi haberetur de conſuetudine. *Barboſa l. c. num.* 29.

4 *Authoritas*. Pœnitentiarius non poteſt facultatem ſuam nec generaliter, nec ſpecialiter delegare, niſi facultatem ſpecialem habeat delegandi pro caſibus particularibus; vel quia ſibi conceſſum cenſetur tantùm nudum miniſterium, vel quia in eo cenſetur electa induſtria perſonæ. *Barboſa alleg.* 56. *num.* 22.

Pœnitentiarius approbatus,& in poſſeſſionem immiſſus à Delegato Apoſtolico, quod Vicarium, & Tribunal Ordinarij ſuſpectum haberet, poteſt audire confeſſiones abſque alia licentia ipſius Ordinarij Aquileien 25. Febr. 1607. *

5 Non poteſt à reſeruatis abſoluere, niſi ei ſpecialiter ſit conceſſum, *num.* 23.

6 Sacræ Pœnitentiariæ litteræ aperiri poſſunt ab eo, qui non eſt Doctor, ſed non expediri. *Bonac. tom.* 2. *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 2. *num.* 3.

7 *Recuſans* audire Pœnitentes debet ab Epiſcopo puniri, & aliquando etiam præbenda priuari, vt deciſum eſt. *Barboſa n.* 26.

8 Cato ſolebat docere, ſe trium rerum per totam vitam pœnituiſſe.

I. Si quid arcanum Mulieri credidiſſet.

II. Si per aquam traieciſſet, dum poteſſet per terram proficiſci.

III. Si aliquam diem per incuriam ſine ſtudio conſumpſiſſet. *Plutarchus in eius Vita. Vt refert Dinot. de verbor. obligat.* §. *loca, num.* 3.

9 *Adiuncta*. Monialibus pœnitentiatis exprobrari non debent earum errores, ne abundantiori triſtitia abſorbeantur, 1602. Gaeta 25. Octobris 70. 1635. Fiorenza 9. Nouembris 341.

10 Moniales cogi non poſſunt ad conſentiendum reſtitutioni Pœnitentiatarum, 1625. Vicenza 25. Octobris 244.

11 In foro Conſcientiæ Pœnitenti, tam pro ſe, quam contra ſe, creditur. *c. Significaſti, il ſecondo, de homicid.*

POLLVTIO.

Eucharistia. Virginitas.

1 Pollutionem ob bonum finem deſiderare licet, ſicut ob eumdem finem de præterita complacere; non tamen vllo modo procurare. *Nauar. c.* 16. *n.* 7.

2 An quis poſt pollutionem nocturnã, vel voluntariam communicare, vel celebrare poſſit, & ſimiliter poſt copulam carnalem, vel coniugalem, plene dixi in Collect. ad cap. 23. Deuteronomij verſ. 10.

3 Pollutionem in ſomnis cœptã, quis, licet perfectè vigilans, reprimere non tenetur, ſi moraliter certus ſit, ſe non conſenſurum in eam. *Diana* 3. *tr.* 5. *reſol.* 21.

4 An autem peccet, qui confricationibus conatur expellere ſemen corruptum, *idem* 3. *tr.* 5. *reſol.* 85.

5 De Pollutione Eccleſiæ v. Eccleſia num. 27. & ſeqq.

PONTIFEX.

Epiſcopus. Ordinarius. Papa. Vicarius.

1 Vel dicitur à Potentum profligatione; vel à Pontibus faciẽdis: quia Pons ſublicius primo ligneus factus *eſt à* Pontificibus; vel à Poſſe, & facere, ideſt à Poſſe Sacrificare: Sed hoc modo conueniret cuilibet Sacerdoti, licet per excellentiã attribuatur Epiſcopis,& per antonomaſiam Chriſti Vicario. *Lauor. tom.* 1. *Var. lucubr. tit.* 1. *c.* 2. *num.* 10.

2 Pontificalium vſum habens, quando de Altari paramenta poſſit accipere. *Vide ſupra Abbas num.* 11.

3 *Decretum Sacræ Congregationis generalis de Propaganda Fide habitæ coram Sanctiſſimo die* 28. *Martij* 1651.

Ad relationem Eminentiſſimi D. Card. Ludouiſij Sanctitas ſua decreuit, quod Epiſcopi Sacræ Congregationi de propaganda Fide ſubordinati, non poſſint exercere Põtificalia in alijs, præterquam in proprijs Eccleſijs, etiam ſi eſſet de conſenſu Ordinariorum, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, ac eidem Pontifici reſeruatæ, dummodo à præfata Sacra Congregatione non ſint in certo loco deſtinati Vicarij Apoſtolici, ſeu Adminiſtratores alicuius alterius Eccleſiæ.

Et ſic ordinati debent declarari Suſpenſi, 1655. Breſcia 23. April. 35. 30. April. 52.

4 Pontificalia exercere non poteſt Epiſcopus, antequam bullas expediat, 1620. Oria 21. Nouembris 181.

POPVLVS. Grex.

PORCVS. Grex.

PORTA.

Clauſura. Collocutorium. Confeſſarius. Conuentus. Eccleſia. Executio. Immunitas.

1 C*Athedralis* verſus Aedes Canonicales aperta eſſe debet pro ſeruitio Canonicorum, & Commodo Populi, 1588. Albenga 8. Nouemb. 235. verſ. Al ſecondo.

2 In domo fieri non debet ab illa parte, qua exitur in vineam alterius, 1603. Aſcoli 23. Iulij 83.

3 Neque Epiſcopus poteſt facere Portam in Vrbis mœnibus, ſi ſit Populo præiudicio, vel ſcandalo, 1603. Motula 1. Septembris 104.

4 Porta, qua ab Eccleſia itur in domũ priuatam, debet muro obſtrui, 1646. 15. Iunij 2.

5 Similiter quæ à Clauſura reſpondet in Eccleſiam exteriorem, 1575. Camerino 25. Aug. 621. 1579. Iſernia 1. Decemb. 7.

6 Et etiam, quæ à Collocutorio intrat in clauſuram, dum adeſt alia Porta ordinaria, quæ vnica eſſe debet, 1592. Arezzo 3. Decemb. 39. Fieſole 40. 1593. Spoleto 18. Octobris 312. 1645. Perugia 20. Ian. 13.

7 Porta Clauſuræ nunquam aperiatur, niſi pro introducendis perſonis, vel rebus neceſſarijs, quas Rota non capiat, 1593. Como 16. Martij 118. 1594. Città di Caſtello 10. Ian. 19. 1650. Recanati 15. Iulij 50.

8 Neque ibi tunc adſit aliqua Monialis, cui id ex Officio non incumbat, 1593. Como 16. Martij 118. §. 2. 1639. Lecce 9. Septembris 137. 1650. 15. Iulij 20. 67.

9 Nec vnquam aperiatur occaſione collocutionis ſeu viſitationis, neque pro Matre, vel Sorore, 1576. fol. 847. 1619. Nullius Altamura 5. Iulij 238. 1653. Peſaro 24. Ianuarij 2.

10 Debet habere duos peſſulos cum clauibus diuerſis, vna interior, quæ de nocte ſit penes Abbatiſſam, interdiu apud oſtiariam: altera exterior apud Confeſſarium, vel procuratorem, vel Deputatum Monaſterij. *Ibidem*.

11 Regulares non vadant proceſſionaliter ad portam clauſuræ Monaſteriorum ad recipiendas Reliquias, vel aliud, 1617. Forlì 24. Ian. 21.

POSSESSIO.

Beneficium. Inſtrumentum. Penſio. Præſcriptio. Sententia.

1 A*Cquiſitio*. Poſſeſſio per Clauium traditionem translata videtur. *l. Clauibus* 74. *ff. u. de contrah. empt. Oinot. de Interd. vti poſſidetis n.* 54.

2 Poſſeſſio rerum emittentis profeſſionem illico transfertur in Monaſterium capax abſque alia apprehenſione, ſicut & Arrogati in Arrogantem. *Oinot. de Interd.* §. *Poſſidere n.* 121.

3 Ad capiendam poſſeſſionem, ſiue ad rem vacantem occupandam, ſufficit ingredi in fundum, Caſtrum, vel inſulam, eo animo, vt totum occupet: nec oportet ipſius ſingulas partes ſiue glebas circumambulare. *l.* 1. *in princip. ff. i. de acquir. poſſeſſ. Oinot. de rer. diuiſ.* §. *Inſula n.* 5.

4 Eandem in ſpecie poſſeſſionem duo in ſolidum poſſidere non poſſunt. *Rota apud Galleſ. deciſ.* 44. *n.* 4.

5 Per adeptionem Poſſeſſiones Eccleſiæ, vel beneficij acquiritur etiam Poſſeſſio bonorum. *Rota apud Coccin. deciſ.* 13. *n.* 6. *& deciſ.* 30. *n.* 2. *& deciſ.* 51. *n.* 5.

6 Poſſeſſorium, & petitorium poſſunt ſimul cumulari. *c.* 3. 4. *&* 6. *De cauſa poſſeſſ.*

7 *Probare* Poſſeſſor non cogitur titulum ſuæ poſſeſſionis, niſi quando dubium eſt, an pro hærede, an vero ſolum pro poſſeſſore poſſideat. *l. vlt. C. de rei vend. l. Cogi* 11. *C. de petit. hæred. Othob. d.* 62. *n.* 20.

Poſſidere pro poſſeſſore dicitur, qui non poteſt allegare alium titulum ſuæ Poſſeſſionis, niſi rei detentionẽ, puta fur, vel prædo.

8 Poſſeſſio nõ probatur ex actibus, qui dederunt cauſã liti, maximè ſi ius aliquod conſiderabile non tribuant. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 4. *n.* 2.

9 Ex vnica ſolutione probatur quaſi poſſeſſio Iuris exigendi. *Rota deciſ.* 313.

POSTVLARE. *Aduocatus*.

1 E*St deſiderium* ſuum, vel Amici, in iure apud Iudicem exponere, vel alterius deſiderio contradicere, *c.* 2. *Infames* 3. *quæſt.* 7. *l.* 1. §. *Poſtulare, ff. u. de Poſtul. gloſ. c. Poſtulare. De Poſtul. c.* 1. 38. *Quæ in Rubrica eiuſdem tituli ponit hos verſus de ijs, qui poſtulare prohibentur.*

Non cuicumque datur, quod poſtulet, immo negatur.
Addictus pœnæ, ſeruus, Puer, Actor arenæ,
Luminibus carens, Mulier, Muliebria paſſus.

2 Clerici, ſiue Beneficiati, ſiue in ſacris conſtituti, poſtulare prohibentur coram Iudice ſæculari, niſi pro ſe, aut Eccleſia ſua, aut coniunctis, vel miſerabilibus perſonis, aut niſi neceſſitas immineat. *c. fin. de poſtul. & quæ ibi dixi.*

POSTHVMVS.

P*Oſthumi* præteriti rumpunt teſtamentũ, etiam ſi nati ſtatim in obſtetricis manu moriantur, dummodo non ſint monſtra, niſi mortui fuerint adhuc viuo Patre, licet poſt factum teſtamentum: quia ſi Pater poſtea decedat ſine nouo teſtamento, ſuc-

curri-

currritur hæredi Inſtituto per Bonorũ poſſeſſionem ſecundum tabulas, & teſtamentum ſubſtentatur de Iure Prætorio. *l. Commodiſſime* 10. *ff. n. de lib. & Poſth. Oinót. Inſt. de extr. liberor.* §. *Poſthumi num.*8. *& de bonor. poſſ.* §. *fin. num.*11.

PRAEBENDA.

Beneficium. Canonicus. Pœnitentiaria.

PRæbendam tribus expectantibus, vno auctoritate S. M. Innocentij X. alio S. D. N. Alexandri VII. tertio eiuſdem Alexandri, ſed cũ clauſula; quod præferatur omnibus alijs receptis auctoritate Prædeceſſorum eiuſdem Alexandri, non autem ſua, tunc primam vacantem, nulli de Iure debitam, habebit ſecundus, ſecundam tertius, & tertiam primus. Et ita ſecundus expectans conſequitur per alium, ſcilicet per tertium, primam Præbendam, quam conſecutus non fuiſſet per ſeipſum. *c. Auctoritate* 7. *De conceſſ. Præb. lib.*6.

*Caſus eſt valde notabilis, ſed hodie parum neceſſarius, niſi forte cum creantur Canonici ſupranumerarij cum vnione præbendæ proximæ vacaturæ: nam alias expectatiuæ non conceduntur amplius. Conc. Trid. ſeſſ.*24. *de reform. cap.*19.

Alium caſum ſimilem, in quo Mater conſequitur ſucceſſionem filij pro proximum Agnatum, quam conſecuta non fuiſſet per ſeipſam, refero lib.3. Inſtitutionum Ciuilium tit.1. num.35.

PRAECEDENTIA.

Auguſtiniani. Canonicus. Cella. Collegium. Confraternitas. Profeſſio. Sepultura. [illegible] *Soror. Vicarius.*

1 LAtini præcedunt Græcis, 1618. Palermò 17. Auguſti 116.

† Miſſionarij ratione Miſſionis non poſſunt prætendere præcedentiam. P.F. 30. Septemb. 1641. ad 4 8. n.33. *

2 *Vicarius* in illis functionibus, in quibus interuenit vti Canonicus, ſedere, & ſtare debet in habitu Canonicali, & loco ſuo, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, 1590. Anagni 9. Ian. 6.

Multo minus poteſt hanc præcedentiam prætendere Canonicus ſubſtitutus à Vicario 1612. Lanciano 13. Nouembris 104. 11. Decembris 114.

Sed quando non interuenit in habitu Canonicali, nec vti Canonicus, præcedit omnes alios Canonicos, & dignitates, etiam primam poſt Pontificalem, 1592. Auignone 3. Martij 12. 1618. Teramo 6. Iulij 134.

3 *Canonicus* Hebdommadarius officium faciens, debet habere locum ſuper omnes Dignitates, & Canonicos. *Vt ex Sacra Rituum Congregatione in vna Brunduſina* 17. *Iunij* 1616. *tradit Barboſa de Can. c.*18. *n.*30.

4 Canonici, Capitula, Clerique Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Hiſpaniæ, per Breue Clementis Octaui præcedunt cuicumque Religioni, etiam in proprijs Eccleſijs, 1622. 17. Iunij 140

5 Si alicui conferatur idem Canonicatus, quem prius habuerat, & cui renunciauerat, vel fuerat eo priuatus, debet obtinere locum ſuæ promotionis vltimæ, non primæ, 1604. Biſegli 5. Octobris 43.

† Canonici Cathedralis Eccleſiæ præferendi ſunt Abbatibus, quando capitulariter procedunt. Extra quem caſum Abbates titulares habentes vſum Mitræ, & Baculi præcedere debent. Ipſorum tamen Abbatum Vicarijs ſemper, & vbique ſunt præferendi Canonici. *lib.*43. 364. *

6 *Parochus* quilibet in Eccleſia propria quoſcumque alios; qui Ordine Hierarchico non ſunt Superiores, antecedit in ſolẽnibus Miſſis dicendis, alijſque omnibus præeminentijs. Ideo Rota cenſuit, Parochum in Eccleſia ſua præferendum eſſe Decano, & Capitulo Collegiatæ, ad eam Eccleſiam perſonaliter ex antiqua conſuetudine accedenti, vtque Maior minori in eius domo cedere teneatur. *Barboſa alleg.*78. *n.* 38.

7 Certum eſt quoque, quod ſimplex Parochus, ſeu Presbyter ſtolam deferens, præcedentiam habere debet ſuper omnes presbyteros, & Rectores, ſaltem dum vt Canonici Collegialiter non incedunt: Ex Sac. Rit. Congr. *Barboſa de Can. cap.*17. *n.*57. *&* 67. *& ſeqq.*

8 *Confraternitati* antiquiori, & nobiliori, ſi ab honorabiliori loco deturbetur, fit iniuria, quam etiam de facto propellere poteſt. *Barboſa alleg.*78. *num.*41.

9 *Religio*, quæ prior eſt in inſtitutione ſeu approbatione, Romæ præcedit poſterius inſtitutam, vel approbatam: Vnde Ciſtercienſes præcedunt Cæleſtinos, quia eorum Congregatio prius approbata fuit. *Barboſa num.*36. *&* 37.

10 Canonici Regulares præcedunt Monachos, etiam nigros. *Pius V. conſt.* 23. *Septembris* 1563.

11 Monachi vero, ſi non quæſtuent, præcedunt Mendicantes, 1617. Silueſtrini 19. Maij 135.

12 Inter Mendicantes vero Fratres Prædicatores præcedunt, vbi eorum priuilegia ſunt in vſu. *Ex Pio V. Greg. XIII. & Clementis VIII. Barboſa num.*30.

13 Generaliter qui ſunt in quaſi poſſeſſione præcedendi, præcedent, licet Romæ ſeruaretur contrarium: vbi vero non conſtat de quaſi poſſeſſione, præcedunt ij, qui ſunt antiquiores in loco controuerſiæ, vt ex

ex

ex Greg. XIII. conſt. 80. *Expoſcit*, & S. C. Dixi in meo Compendio tam Epiſcoporum, quam Regularium v. Præcedentia, & v. Proceſſio.

14 Clerici tamen Regulares ſæcularibus cedunt, licet nouiter introductis, 1582. Ceneda 22. Decemb. 21. 1598. Spoleti 25. Febr. 20.

15 Præcedentia inter Regulares vtriuſque ſexus incipit à die profeſſionis, non habitus, non obſtante quolibet prætextu, & contraria conſuetudine, 1588. Rauenna 12. Septemb. 89. &c. 1650. Agoſt. di Lomb. 7. Ian. 7. 1654. Oſſeruanti 21. Aug. 86.

Licet fuiſſent in alia Prouincia incorporati; non autem à die incorporationis, 1653. Riformati 22. Auguſti 201. 1657. Oſſ. 20. Decembris 228.

Niſi quando profiterentur duo eodē prorſus temporis momento. Qui ſi eodem quoque tempore fuiſſent veſtiti, data paritate profeſſionis, præcedit, qui prius acceptatus fuit, licet in eodem capitulo, 1603. Aſſiſi 13. Mar. 35.

Etiam ſi profeſſio facta fuiſſet in alio Monaſterio, 1594. Mexicana 3. Ian. 2.

Licet quis cedere vellet Iuri ſuo, 1600. Aſſiſi 30. Octobris 83.

Non obſtante qualibet contraria conſuetudine, quæ declaratur abuſus, 1592. Napoli 23. Nouembris 38. 1595. Ancona 14. Iunij 57. Valentin. 15. Decembris 180.

Quæ tamen tolerari poterit, quod ad profeſſos ante notificationem decreti, 1595. Arezzo 2. Ian. 53. 1597. Padoua 1. Decemb. 135. 1628. Rimini 23. Septembris 296. 1651. Bari 13. Ianuarij 16.

Intelligendum eſt item cæteris paribus: nā Clerici, & Choriſtæ præcedunt Conuerſis licet profeſſione antiquioribus, 1621. Foligno 19. Octobris 232.

Ex gratia conceſſa fuit à Sacra Congregatione à die completi anni Nouitiatus, dum per Nouitium non ſteterat, quominus profeſſionem emitteret, 1653. Vallombroſa 14. Nouembris 251. 1654. Agoſt. 24. Iulij 48. 53.

16 Præcedentia in profeſſis ante tempus bona fide incipit à fine 16. annorum, 1648. S. Baſilio 13. Nouembris 4.

In laicis factis Clericis per Breue incipit à die Profeſſionis Clericalis, 1649. 26. Febr. 14. 1660. S. Girolamo di Portogallo 5. Martii 43.

Alias à die rehabilitationis, 1625. Terz'Ordine 14. Ian. 11.

18 *In Nouitijs*, durante nouitiatu, præcedentia deſumitur à die habitus, 1601. Foſſombruno 2. Ian. 23.

† Magiſtris debetur præcedentia à die decreti Magiſterij, non autem à die confirmationis. P. F. 1643. 432. 53. *

PRAECEPTVM.

Obedientia. Opinio. Superior.

1 Q*Val.* Ad perſonaliter comparendum fieri nō poteſt abſque cauſæ expreſſione, 1650. Monteſiaſcone 12. Maij 7.

2 Præceptum, etiam ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne quis ſcribat ad ſuperiores, nullum eſt, 1629. Cappellani di Brindiſi 11. Maij 150.

3 Præcepta, & ordinationes practicari debent, antequam confirmentur, 1604. Nullius Altamura 26. Ian. 14.

4 *Ad ſatisfaciendum* præceptis, requiritur tantum, vt adimpleatur ſubſtantia operis præcepti; non autem vt adſit intentio ſatisfaciēdi præcepto per illud opus; immo ſatisfit, etiā ſi opus præſtetur cum intentione non ſatisfaciendi. Puta ſi quis officium deuotè recitet animo iterum recitandi; vel Miſſam audiat animo non ſatisfaciendi per illam, ſed aliam audiendi. Item ſi ieiunet ex deuotione, animo non ſatisfaciendi ieiunio impoſito à confeſſario, ſed iterum ieiunandi. Nam non tenebitur amplius recitare, vel ieiunare. *Laym. lib. 1. tr. 1. c. 4. n. 7. Bonac. tom. 2. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 10. n. 19. & ſeqq. Diana 6. tr. 6. reſ. 47.*

Opinio probabilior; licet contraria tutior.

5 *In Pœnam* præcepti de non diſcedendo non incurrit, qui recurrit ad Superiorem, 1601. Fermo 15. Maij 135. Meſſina 3. Septembris. *v. Fuga 1.*

6 Non poteſt Epiſcopus procedere ad aliquam pœnam pro contrauentione præcepti facti ad aures, 1613. Brindiſi 26. Iunij 54.

PRAEDICATOR.

Canonicus. Cappellani. Communitas. Epiſcopus. Examen. Organum. Parochus. Priuilegium. Regularis.

1 E*Lectionem* Vniuerſitates præſentare debent Ordinario per totum menſē Nouembris Quadrageſimæ præcedentem; & ſi præſentatus fuerit reiectus, alium per totū ſequentem menſem Decembris: alias eo anno ius amittunt nominationis, quæ deuoluitur ad Epiſcopum, 1591. Roſſano pro Vniuerſitate Coriolani 10. Decembris fol. 386. 1627. Caſſano 11. Iunij 277.

Et communitas nihilominus tenetur expēſas ſubminiſtrare iuxta ſolitum, 1612. Marſi 13. April. 42. 1621. Mileto 22. Iunij 87.

2 Quando tamen electio re integra notificatur parum poſt terminum elapſum, admitti debet, ſaltem ex gratia, 1627. Nocera 29. Ianuarij 36.

3 Item cū Vniuerſitas notificauit electionem in tempore, ſi electus poſtea non vult, vel non poteſt illuc ire, non debet Vniuerſitas ipſa priuari iure ſuo ſine culpa, 1612. Narni 24. Febr. 22. *c. Si electio 26. De elect. in 6.*

Niſi id accideret in vltimis diebus ante Quadrageſimam; quia tunc prouidebit Epiſcopus: nec Communitas recuſare poterit Prædicatorem recipere, vel ei eleemoſynam ſolitam dare, 1648. Monteſiaſcone 18. Sept. 7.

4 Prædicator deſtinatus ab Epiſcopo de-

functo, vel electus à Rectoribus antiquis, prædicare debet: nec ſucceſſores poſſunt eligere nouum, 1587. Mazara 15. Decemb. 273. 1601. Cirenza 2. April. 113. 1645. 17. Febr. 3.

5 Electionem vi factam Ordinarius non admittat, ſed ipſe prouideat, 1623. Mileto 17. Februarij 3.

6 Quando Partes ſunt in diſcordia, ſeu vertit lis inter Epiſcopum, & Communitatē, S. C. ſolet eligere Prædicatorem, vel mandare, vt iam electus proſequatur ſine præiudicio ambarum partium, 1603. Amelia 14. Ian. 6. Venoſa 14. Nouemb. 133. Vgento 3. Decembris 145. Ariano 28. Ian. 16. Orvieto 16. 1605. Venoſa 8. Febr. 12. 1606. Ferrara 10. Ian. 4. 1645. Tortona 10. Nouemb. 6. 1648. Monteſiaſcone 5. Martij 5. 18. Martij 2.

Quo caſu tenetur Communitas eleemoſynam ſoluere, 1617. Città della Pieue 24. Februarij 22.

✝ Communitas compellitur eleemoſynā ſoluere, licet ius ſibi ex immemorabili competens eligendi Prædicatorem Epiſcopo ſponte cedere velit. Campanien. 2. Martij 1619. *

7 *Turnus ſiue* Circulus concionum, vbi eſt in vſu, debet obſeruari, 1603. Altari 17. Febr. 17. 1611. [illegible]urri 4. Febr. 12. 1612. Senegaglia 13. Nouembris 106.

Licet Alternatiua eſſet inter Publicum, & Fratres, 1646. Agoſt. 22. Iunij 1.

Sed vbi non eſt in vſu, non debet introduci de nouo, 1617. Fermo 24. Ian. 12.

8. *Subiectum*. Clericis curam Animarum habentibus licet publicè prædicare, quamuis Sacerdotes nondum ſint: laicis vero minimè, ſed tantum legere aliquem librum ſpiritualē. *c. Sicut* 14. *De heret. gloſ. c. Adijcimus* 20. *v. Sacerdotes* 16. *q.* 1. 1592. Caua 9. Iunij 92.

9 Presbyteri vero ſæculares, qui curam Animarum non habent, ſine licentia Epiſcopi prædicare non poſſunt; neque Vicarius, ſi non eſt in Sacris, vel non approbatus, 1601. 2. Aprilis 119. §. 2. *Trid. ſeſſ.* 5. *c.* 2.

✝ Sacra vero C. C. in vna Bracharen. cenſuit, Clericum Minorum ordinum poſſe prædicare. *

10 *Neque Regulares* extra clauſtra degentes, neque Clauſtrales extra Eccleſias ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo, cuiuſcunque priuilegij prætextu. *Ex Trid. ſeſſ.* 5. *c.* 2. infra num. 16.

11 Sacra Congregatio in vna Vicentina 22. Ian. 1622. declarauit, Regulares prædicare volentes in Eccleſiis, quæ non ſunt ſuorum Ordinum, poſſe ab Epiſcopo examinari.

12 Religioſi Societatis Ieſu poſſunt eſſe Prædicatores, licet in Sacris conſtituti non ſint. *Greg. XIII. conſt. 95. Vigore Priuilegij.*

13 Ad prædicandū Monialibus mitti poteſt quilibet Regularis, modo non alloquatur ſeparatim aliquam ex ipſis Monialibus, 1591. Monteſiaſcone 25. Martij 54. 1592. Gerace 2. Martij 42.

Etiam pro ſermonibus ſpiritualibus ad crates, 1593. Terni 8. Iunij 183. 1608. Terracina 5. Martij 25.

Vel ad alloquendum Moniales in communi de rebus ſpiritualibus, ſiue ad crates, ſiue ad collocutorium, 1601. Sebenico 2. Iunij 20. Zara 14. Nouembris 102.

14 *Epiſcopus* prædicare poteſt, nedum in ſua diœceſi, ſed per totum Orbem, niſi ab Epiſcopo loci prohibeatur. *Nau. c.* 25. *num.* 141. *Barboſa alleg.* 76. *n.* 3.

Alij tamen probabilius cenſent, neceſſariam eſſe licentiam Ordinarij loci, ſi prædicare velit extra ſuam diœceſim. *Paſqualig. ad Franc. num.* 623. Et ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum in vna Theatina, 1614. 12. Decembris fol. 128.

In Eccleſijs vero ſuæ diœceſis, etiam Regularium, poſſe, etiam ipſis Regularibus inuitis; aſſeritur reſpondiſſe Sacra Congregatio Prouinciali Dominicano Galliæ 11. Ian. 1584.

15 *Approbare* Prædicatores ſpectat ad Epiſcopum, licet electio ſpectaret ad alios 1603. Aiquā 8. April. 38. Vnde Sacra Congregatio cenſuit, communitatibus, ac Dominis temporalibus locorum, qui ſunt in quaſi poſſeſſione nominandi Concionatores, non licuiſſe, ſeu licere, eoſdem deputare, ſeu conſtituere, ſed tantum nominare ſeu præſentare locorū Ordinarijs. Vnde Epiſcopus reijcere poterit patentem nominationis huiuſmodi tenoris. *Eligimus, & deputamus, ac electum, & deputatum declaramus*, 1655. Ceſena 17. Septembris 252. *Arg. c. Quod autem* 5. *De iurep.*

16 In Eccleſijs ſui Ordinis ſufficit licentia Epiſcopi petita, licet non obtenta: modo Epiſcopus ſe habeat mere negatiue, licentiam petitam non concedendo, ſecus ſi expreſsè prædicare prohibeat, 1627. S. Agoſtino 30. Aprilis 193. 1628. Regulari di Cordoua 22. Septembris 304.

In Eccleſijs vero, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, non ſufficit licentia petita, ſed requiritur obtenta, 1601. Aleſſano 14. Febr. 42.

Ordinarius tamen prohibere non poteſt in genere, quo minus Regulares in Eccleſijs ſui Ordinis concionari valeant: non enim præſumitur adeſſe iuſta cauſa pro omnibus ſubiectis vnius Religionis, 1610. Salerno 19. Nou. 103.

Sed bene in ſpecie ex aliqua iuſta cauſa: puta ſi quid in concione dicant, quod hæreſim ſapiat, vel quod offenſioni, & ſcandalo ſit, 1597. Gerunden. 4. Aug. 88.

Vel quando propter Proceſſionem, aut aliā piam cauſam cuperet cōfluentiam ad Cathedralem, 1593. Faenza 17. Nouemb. 339.

17 *Tempus*. Nulla Concio, neque Paſſionis Dominicæ, debet fieri de nocte, 1629. Caſtro 30. Martij 41.

18 *Locus num.* 14. 16. In Cathedrali nemo debet prædicare permitti, qui non ſit Magiſter in Theologia, 1596. Palermo 24. Octob. 88.

19 S. C. non concedit licentiam Prædicatori Vniuerſitatis prædicandi in Eccleſia Regularium, vbi non eſt ſolitum, ſine conſenſu ipſorum Regularium, 1611. Tolentino 23. Octobris 119.

Non enim cogi poſſunt Regulares ad acceptandum in ſuis Eccleſijs Prædicatores Sæculares, vel diuerſarum Religionum, 1613. Alatri 12. Febr. 19.

Niſi eſſet conſuetudo in contrarium, 1614. Fermo 28. Febr. 11.

20 Regulares quoque tenere debent in concionibus velum diuiſiuum Mulierum à viris, 1609. Fano 22. Maij 33. 1659. Rimini 6. Martij 77.

21 *Eleemoſyna* n. 1. 6. Non poſſunt Vniuerſitates diminuere eleemoſynas conſuetas Prædicatoribus elargiri. *Sac. Congr. Epiſcopo Caſſanen. Nuncio Neapolitano* 3. *Iulij* 1590. *Synod. Caputaquen. Brancatij de Concionator. n.*4. 1654. *Oſſeruanti di Ferentino* 24. *Iulij* 46.

22 Ceſſante conſuetudine, dare Prædicatoribus eleemoſynam, in Cathedrali ſpectat ad Epiſcopum, in Parochiali vero ad Parochos, & in Collegiatis ad Capitulum, ſi qui curam habent Animarum per ſe prędicare, vel nolint, vel nequeant. *Diana* 3. *tr.* 5. *reſol.* 71. Vbi dicit, eos, qui decimas percipiunt, teneri ad ſalarium; Parochianos vero ad expenſas victus.

23 Si ſit cõſuetudo, quod Vniuerſitas det eleemoſynam Prædicatoribus, etiam electis ab Epiſcopo, poteſt Epiſcopus Communitatem cogere, alias non, niſi Prædicator electus fuerit ab ipſa Vniuerſitate. *Prout hæc, & alia de Concionatoribus latius dixi in Can. lib.* 1. *tit.* 31. *De Off. Ord. num.* 6.

24 Regulares, etiam Societatis Ieſu, dum prædicant in ſuis Eccleſijs, poſſunt recipere, & diſtribuere eleemoſynas eorum arbitrio, commendare etiam quemcumque locum pium voluerint ex iis, quos Epiſcopus edixerit poſſe commendari: extra vero, prout Epiſcopus voluerit: Ad commendandum vero familias, ſeu perſonas particulares indiſtinctè neceſſaria eſt licentia Epiſcopi, 1626. Padoua 27. Nouembris ex S. C. Concilij. Catacen. 15. Nouembris 1607.

25 *Pœna*. Prædicatores miracula falſa vel incerta, vel Prophetias per Sacram Scripturã non approbatas prædicantes, vel Eccleſiarum prælatis nominatim detrahentes, incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam in Concilio Lateranenſi ſeſſ. 11. *Nau. cap.* 25. *num.* 142. *De quo dixi latius in explic. Can. lib.* 5. *tit.* 39. *De ſent. excom. num.* 178. §. 4.

26 *Admonitiones*. Prædicator non ſemper eſſe debet in publico, ſed quandoque ſe ab aliorum aſpectibus in ſolitudinem retrahere: & hoc quidem propter tria.

I. Quandoque quidem propter corporalem quietem, exemplo Chriſti, qui dixit Diſcipulis, vt habetur Marci 6. *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum: erant enim qui veniebant, & redibant multi, nec ſpatium manducandi habebant.*

II. Quandoque vero cauſa orationis; vnde dicitur Lucæ 6. *Factum eſt in illis diebus exijt in Montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Vbi ait S. Ambroſius, quod ad præcepta virtutis ſuo nos informat exemplo.

III. Quandoque vero vt fauorem hominum vitet, ne ſuperbia elatus meritum perdat: vnde Chriſtus, licet eſſet impeccabilis, vt nos tamen ſuo doceret exemplo: *Videns turbas, aſcendit in Montem.* Matth. 5. vbi dicit Chryſoſtomus: *Per hoc quod non in Ciuitate, & Foro, ſed in Monte, & ſolitudine ſedit, erudiuit nos, nihil ad oſtentationem facere, & à tumultibus abſcedere, & maximè cum de neceſſarijs diſputare oportet.* Sanctus Thom. 3. q. 40. 1. 3.

Adde IV. Vt verba eius maiorem habeant auctoritatem: nam nimia familiaritas parit contemptum. Vnde Apoſtolus 1. Thimot. 4. 12. ait: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Et Tit. 2. 15. *Nemo te contemnat.*

27 Prædicator cauere debet à verbis nimis ſelectis aut elegantibus, auribus Auditorum pruritum generantibus, quæ & ab ipſis Ethnicis oratoribus vituperantur: quippe quæ fini Rhetoricæ, quod eſt perſuadere, ſunt aduerſa. Nam teſte Quintiliano lib. 8. *Iacet ſenſus in oratione, in qua verba laudantur.* Verba enim nimis elegantia attentionem rapiunt; ne quid dicatur, ſatis intelligant, dum ſolum dicendi modum admirantur. *Rodriq. eſſerc. ſpirit. tr.* 1. *cap.* 8. *lib.* 3. §. *Il talento.*

28 Die 27. Octobris 1649. Sacra Congregatio S. Officij mandauit, vt Superioribus Religionum notificetur, quod Prædicatoribus ſignificent, vt caueant ab allegatione Doctorum, & Auctorum modernorum præſertim viuentium.

PRAEFECTVS.

AVguſtalis dicebatur Præfectus Aegypti, cui poteſtas erat, & imperium inſtar Proconſulis, donec ſucceſſor intraret Alexandriã Metropolim Aegypti, vt habetur in *l. vnica, ff. n. de off. Præfecti Auguſtalis.*

Fuit Præfectura hæc ampliſſimæ Dignitatis Magiſtratus, vt qui ſex Prouincijs Aegypti ius diceret.

Cur autem Aegypti Præfectura dicta fuit Auguſtalis, ex Dione petas originẽ, qui lib. 5. de his agens ait, Octauianum Auguſtum, qui cum ceteras Prouincias Romanis Senatoribus adminiſtrandas conceſſiſſet, Aegyptum tamen iis tantum, qui eſſent Equeſtris ordinis, vnde & ipſe ducebat originem, tribuiſſe; idque eo

conſilio; vt (quod idem teſtatur Auctor) cũ nouarum rerum ſtudioſiſſimi eſſent Aegyptij, ne ab aliquo Senatore ad res nouas moliendas inſtigarentur, omnem aditum proficiſcendi in Aegyptum Senatoribus intercluderet: vt qui ægro animo ferrent, Romanæ Reipublicæ amplitudinem ad vnius hominis Imperiũ deuolutam. *Hæc ex Dione Tacitus lib.2. Annalium.*

Aliam etiam affert cauſam, ne,qui præeſſet Aegypto, cum vellet, fame vrgeret Italiam, leuique præſidio aduerſus ingentes copias inſideret. Additque non tantum Senatoribus; ſed & Illuſtribus Romanis Equitibus in Aegyptum profectionem inhibitam ab eodem fuiſſe. Et inſuper lib. 12. hæc ait: *De Auguſtalium Præſidum auctoritate, D. Auguſtus apud Equeſtres, qui Aegypto præſiderent, lege agi; decretaque eorum perinde haberi iuſſerat, ac ſi Magiſtratus Romani conſtituiſſent.*

Idem lib. 17. in hæc verba: *Aegyptum iam inde à D. Auguſto Equites Romani obtinent loco Regum. Ita viſum expedire, Prouinciam aditu difficilem, annona fœcundam, ſuperſtitione, ac laſciuia diſcordem, & mobilem, inſciam legum, ignaram Magiſtratuum, domi retinere.* Hæc ille.

Id eſt enim, quod Strabo lib. 17. ait, eiuſmodi Præfectos Auguſtales Regis ordinem gerere. Videbatur enim ea Prouincia eſſe quodammodo peculiare Regnum Romani Imperatoris: vnde deſertus à ſuis Nero cogitauit inter alia ſibi à Senatu Aegypti Præfecturam concedi. *Hæc ſcribit Sueton. in Nerone cap. 47.*

Vt autem Equeſtris ordinis homines tantum eam Prouinciam adminiſtrarent, vſque ad Seueri Imperatoris tempora perdurauit: ſub Seuero enim, (vt auctor eſt Dio lib.51.) Aegyptij ab Imperatore Senatores habere meruerunt Præſides: & à filio eius Antonino iidem Aegyptij in Senatum Romanum adſcripti fuerunt.

Perſeuerauit tamen idem Titulus, vt qui præeſſet Aegypto, Præfectus Auguſtalis diceretur. *Baron. ad Martyrol. 20. Octobris.*

PRÆLATIO.

Conuentus. Exteri. Habitus. Præcedentia. Synodus. Teſtimoniales.

1 IN *recipiendis* ad habitum, ciues, cæteris paribus, præferri debent exteris, 1595. Fano 18. Decemb. 181. 1599. Faenza 1. Apr. 31.

Modo non excludantur exteræ, quando pro ipſis etiam locus eſt, niſi ſecus in fundatione cautum eſſet, 1603. Fano 2. Iulij 40.

2 Prius acceptata pro loco numerario vacante, præferri debet acceptatis poſtea, 1597. Terracina 3. Febr. 17. 1607. Camerino 7. Auguſti 20.

3 Quæ offert dotem in pecunia numerata, præferri debet offerenti in ſtabilibus, 1621. Alatri 15. Febr. 35.

4 Quando pro loco vacante concurrunt duæ totaliter pares; illa præferenda, quibus plures ſuffragantur, 1652. Macerata 8. Nouembris 64.

PRAELATVS.

PRælati propriè dicuntur: qui iuriſdictionem aliquam Eccleſiaſticam habent in foro externo. *gloſ. c. Decernimus v. Eccleſiarum Prælati. De iudic. Bonac. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 22. pun. 7. n. 12.*

PRAESCRIPTIO.

Bona. Conſuetudo. Filius. Ludus. Pœna. Teſtis.

1 PRæſens ad effectum præſcriptionis dicitur ille, qui domicilium habet in eadem Prouincia, licet in ea corporaliter non habitet. *l. fin. C. de præſcript. decem vel viginti ann. Oinot. de vſuc. de ſpecieb. præſcript. n. 3.*

2 *Tempus.* Ius præſcribendi fuit antiquiſſimum, vt dixi in ſuo titulo 6. lib. 2. ciuil. n. 3.

3 Præſcriptio contra Eccleſiam Romanã non currit, niſi centum annorum. *c. Cum nobis 14. c. ſi diligenti 17. De præſcript. c. vlt. eodem tit. in 6.*

Contra quamlibet autem Eccleſiam, vel piam cauſam quadraginta annorum. *l. vlt. & Auth. Quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. 16. q. 3. per tot. c. Ad Aures 6. c. Illud. 8. De præſcript. Tiraq. priuil. 139.*

Vnde ius præſentandi ex lapſu 40. annorũ videtur ablatum. *Rota in vna Mutinenſi Beneficij 27. Maij, & 26. Iunij 1648. coram Arguelles.*

Contra Clericos vero ratione bonorum patrimoniliũ ſicut contra laicos. *v. Bona n. 4.*

4 Contra Canonicorum Regularium bona, & iura non currit præſcriptio, niſi ſexaginta annorum. *Sixt. IV. conſt. 10.*

Idem priuilegium an. 1434. conceſſerat Eugenius IV. Monachis S. Benedicti. *Teſte Bonac. tom. 2. de reſtit. diſp. 1. quæſt. vlt. pun. 2. §. 2. num. 28.*

Et per conſequens etiam alij Religioſi eodem priuilegio gaudent per communicationem. *Neſcio tamen, an ſit in vſu.*

5 Actiones criminales regulariter præſcribuntur viginti annis: vnde poſt id tempus nõ poteſt aliquis neque de homicidio accuſari. *Oinot. l. c. n. 44.*

6 *Interruptio.* Si bona fide emiſti bouem, vel aliam rem mobilem à non domino, & ſic vſucapere cœpiſti, ſed poſtea excidit à tua cuſtodia, nec per diligentem inquiſitionem eam inuenire potuiſti; licet poſtea reinuenias, vſucapio tamen fuit interrupta: ita vt de nouo cogaris reincipere vſucapionem, nec præteritum tibi prodeſt. Nam res mobiles, præſertim animatæ, ſi de noſtra cuſtodia exierunt, & diligenter perquiſitæ non potuerunt inueniri, deſinunt eſſe in noſtra poſſeſſione, tam naturali, quam ciuili. *Oinot. de Interd. §. Poſſidere. num. 184.*

7 Præſcriptio inundatione interrumpitur, vt latius dixi lib.2. Ciuilium tit.1. n.64.

8 *Contraria.* Abuſus, & interruptio de ſe præſcriptionem impediunt per multa vtriuſque diſciplinæ iura, quæ refert gloſſa. *extr. Cum inter nonnullos Io. XXII. de verb. ſign. ver. Non iuſta, in fine, vbi ponit hos verſus.*

Tempus longæuum te non excuſat in æuū,
Cum male ſis vſus, quia non præſcribit abuſus.

9 Præſcriptio non currit contra non valentem agere. *Rota apud Seraph. in vna Romana Saluiani Interdicti veneris 5. Iunij* 1590.*deciſ.*926. *n.*3. *& alibi ſæpiſſimè.*

Alios caſus, in quibus præſcriptio, vel non procedit, vel dormit, retuli in tit. ſuprad. de vſucap. n.15.

PRAESENS. Abuſus. Præſcriptio.

PRAESIDENS.

Capitulum. Electio.

OFficium Præſidentis expirat, electo Generali, 1649. Agoſt. 21. Maij 1.

PRAESVMPTIO.

Falſum. Regula. Vanagloria. Vicarius.

PRECARIVM.

Commodatum. Et quæ dixi lib.3. Ciuilium tit.15. n.28. & lib.4. tit.15. n.82.

PRESBYTER:

Beneficium. Clericus. Epiſcopus. Miſſa. Sacerdos.

1 PRocuratoris officium exercere nequit. *Martin. V. conſt.* 3.

2 Pro derobatione bonorum etiam iterata non poteſt curiæ ſæculari tradi. *c. Tua* 6. *De Pœnis. Farin. conſ.*143. *n.*9.

3 Pro debito Ciuili non carceratur, niſi in caſibus à iure permiſſis: nec cenſuris, niſi in ſubſidium, cogitur. Quod ſi aderit cameralis obligatio, ad A. C. recurrendum erit *Sac. Congreg. Epiſcopo Guardiæ Alferiæ* 22. *Aug.* 1591.

Vide quæ dixi in can. tit. de ſolut. vbi excepi caſus ſuſpicionis fugæ, obligationis ad factum, & quando executio realis fieri non poteſt, niſi petant beneficium c. Odoardus.

4 Qui præ timore, vel balbutie non pronunciat Euangelium S. Ioannis, quod legitur in fine Miſſæ, ſed eius loco aliud ſuo arbitratu recitat; debet à Miſſarum celebratione ſuſpendi, quoſque illud ritè pronunciare aſſueſcat. *Sac. Rit. Congr. Card. Sabellio Archiepiſcopo Salernitano* 5. *Iulij* 1631.

PRETIVM.

Venditio. *Et quæ dixi lib.3. Ciuilium tit.24. de empt. num.* 22.

PRIMOGENITVS.

PRimogenitura ius olim apud Hebræos conſiſtebat in hoc, quod Primogeniti præ alijs in feſto ſacrificia offerebant, quod ſedebant ad dexterā Patris, quod cibos duplicatos recipiebant, & in alijs, de quibus late dixi in Collect.ad Geneſ. 25.32. *gloſ.fin.c.8. Quā periculosū* 7. *quæſt.*1.

PRINCEPS.

Fides. Gratia. Impunitas. Pœna. Regulæ.

PRIOR.

Auguſtiniani. Confraternitas. Dignitas. Generalis. Superior.

1 PRioratus eſt Dignitas, ſi conuentualis eſt, ſcilicet ſi ſaltem duos habet ſub ſe: alioquin non. *gloſ. in ver. Conuentualem. Clem.*2. *de reſcript.*

Idem dic de Plebano, ſeu Archipresbytero. *Barboſa de Can. c.*4. *n.*6. *&* 28.

2 Prior Collegiatæ non eſt neceſſe quod ſit Doctor vel licentiatus, licet haberet iuriſdictionem cū omnibus Iuribus quaſi Epiſcopalibus in Collegiata exempta: *quia Conc.Trid. ſeſſ.*24. *c.*12. *de reform.* hortatur, non præcipit, Dignitates omnes Doctoribus conferri. *Barboſa de Canon. c.*11. *n.* 6.

*De ſtylo tamen Curiæ prima Dignitas in Collegiatis non confertur ſine Diſpenſatione niſi Doctoribus, c.*1. 23. 4.

3 Prior Collegiatæ ſi interſit in Cathedrali thurificari debet duplici ductu, ſicut dignitates, & Canonici, licet non habeat præcedentiam ſuper illos. *Sac. Rit. Congreg. in vna Tuſcanen.* 19. *Aug.* 1619.

PRIVATIO.

Beneficium. Clericus. Confraternitas. Parochus. Reſidentia. Sepultura.

1 PRiuilegij Clericalis imponi non poteſt ex eo, quod quis geſtet arma prohibita, 1602. Lecce 18. Iunij 69. 6. Aug.83. Ep.1.

2 Beneficij non poteſt imponi ab Ordinario ex eo, quod quis non expediuit Bullas infra menſem, 1602. Caſtellaneta 20. Aug. 93.

PRIVILEGIVM.

Baticellus. Cancellarius. Clericus. Confirmatio. Hieroſolym. Papa. Priuatio. Proceſſio. Regula. Regularis. Subcollector. Superior.

1 DE fori priuilegio late dixi in explic. 15. ex tom. Bullæ Cœnæ, num. 94. & ſeqq. Canonis vero ibidem nu.150. & ſeq. & ſupra ver. Excommunicatio.

2 *Confirmatio,* vel innouatio priuilegiorum nihil noui Iuris tribuit, ſed ſolum conſeruat antiquum. *c. Ex parte* 13. *de priuileg. vt dixi in Can. lib.*2. *tit.*30.

3 *Eff.* Priuilegium non tollit pactum, vel aliud priuilegium præcedens, ſi non faciat ſpecialem mentionem de eis. *cap.*3. *de decim. c. Veniens* 19. *de præſcript. Ang. v. Decimæ n.*7.

4 *Amittitur* decennio priuilegium, in caſibus tamen expreſſis in Iure, vt eſt priuilegium nundinarum. *l.* 1. *ff. n. de nundinis.*

Limitationes vide lib.5. Canon, tit.33. n.21.

5 Prædicatores, & Lectores, qui ſuum non exercent Officium, non gaudent priuilegiis: debetque imponi pœna ipſo facto incurrenda Superioribus localibus, qui decretum hoc obſeruari non faciunt, 1592. Domenicani

ni 29. Aprilis 73. † Clem. VIII. conſt. 60. Nullus omnino, §. 9. Nullus, niſi actu legat, vel prędicet, aliquo ſui gradus priuilegio gaudent, *

Modo non impediantur abſque culpa ſua, Quare Diffinitor iniuſtè impeditus gaudet priuilegiis, 1647. 27. Martij 5.

Sicut, & quilibet Officialis abſque ſua culpa impeditus ab exercendo Officio, 1650. 10. Martij 4.

6 Regulares, eorumque Monaſteria, & bona, non ideo deſinunt ſuis gaudere priuilegiis, quod modernus Abbas non ſit Religioſus, ſed perpetuus Commendatarius, 1627. Ciſterçienſi 26. Martij 139.

7 Moniales ſubtractæ ab obedientia Regularium, Ordinarioque ſubiectæ, non poſſunt amplius gaudere priuilegijs, vel conſtitutionibus illorum, quia intelliguntur ſolum conceſſa pro tempore, quo durabit regimen. Exceptis gratiis ſpiritualibus, ſi fuerunt præſeruatæ in vltimo Breui, 1603. Crema 27. Octobris 81. 1604. Ferrara 22. Nouemb. 81.

8 Diſcalceati fruuntur iiſdem priuilegijs, quibus Calceati, 1638. Santiſſima Trinità 12. Nouemb. 415. 1645. Agoſt. Scal. 1. Septemb. 1. 1651. 11. Aug. 14.

9 *Reuocari* poteſt Priuilegium conceſſum ſubdito, non vero priuilegium conceſſum non ſubdito. Hinc eſt, quod priuilegia conceſſa per Eccleſiam Imperatori, vel Regibus, valide reuocari poſſunt, & cum iuſta cauſa etiam licitè; quia quilibet Chriſtianus Princeps eſt ſubditus Eccleſiæ; Priuilegia vero conceſſa Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis à Principibus ſęcularibus, neque licitè, neque valide reuocari poſſunt; quia Eccleſia, vel Eccleſiaſtici non ſunt ſubditi Principibus ſęcularibus. *Diana 4. tr. Hieroſol. 82.*

10 Clauſula generalis reuocatoria priuilegiorum non extenditur ad inſerta in corpore iuris. *Bonac. tom. 3. diſp. 2. quaſt. 3. pun. 48. n. 39.*

Niſi fuerit multum prægnans, & quæ faciat conſtare de mente Principis. *Rota apud Galleſ. deciſ. 93.*

11 Quando reuocantur conſuetudines, non cenſentur reuocari priuilegia, etiam per conſuetudinem acquiſita, niſi fiat mentio priuilegiorum: nam reuocatio priuilegiorum eſt res odioſa. *Bonac. to. 2. de legibus diſp. 1. quaſt. 3. pun. 1. num. 3.*

12 Ex qua ratione infertur, quod ſi occaſione alicuius gratiæ cōceſſæ viuæ vocis oraculo, ſit acquiſitum aliquod ius per conſuetudinem, non cenſetur reuocatum per conſt. Gregor. XV. & Vrbani VIII. quæ reuocauerunt viuæ vocis oracula. Vnde Sacra Regularium Congregatio ſæpius declarauit, non fuiſſe reuocata viuæ vocis oracula, antea vſu recepta, licet habeant tractum ſucceſſiuum, vt retuli ad verbum in meo Regularium Compendio, v. Viuæ vocis oracula.

PROBATIO. *Teſtis.*

1 *Q Vando* nulla probationum habet perfectionem in ſua ſpecie, coniungi ſimul non poſſunt ad faciendam plenam probationem. *Rota apud Coccin. deciſ. 69. num. 12.* v. Teſtis.

2 Litteris Epiſcopi circa iudicia, & collationes nō creditur, niſi ſaltem duos teſtes adſcriptos habeant. *gloſ. 1. c. Poſt ceſſionem 7. de probat. Barboſa de Can. cap. 14. n. 35.*

3 Probationes leuiores ſufficiunt in manutentione; & quando non agitur de ſubſtantia debiti, ſed de quantitate. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 324.*

PROCESSIO.

Canonicus. Capitulum. Confraternitas. Eucharistia. Hieroſolymitani. Magiſter. Pracedentia. Sacerdos.

1 *I Ndicere* proceſſiones publicas extraordinarias nemo poteſt, niſi ſit Ordinarius. Teſte *Barboſa de Can. cap. 42. n. 20. Vide Conſt. Pauli V. quæ incipit. Cum inter cæteras, relatam à Diana in fine 4. Partis.* & quæ dixi in Can. 1. 31. 14.

2 *Regulares* non poſſunt auctoritate propria facere proceſſiones etiam priuatas extra eorum Eccleſiæ, & Monaſterij ambitum, *niſi* aliter ſe habeat conſuetudo, vt dixi in Can. lib. 1. tit. 31. De off. ord. n. 14.

3 Prohibere non poteſt Epiſcopus, ne Regulares in Proceſſionibus pileum deferant, 1581. Salerno 8. Nouemb. 139.

Neque Dominicanis, ne faciant proceſſionem Roſarij, 1582. Nicaſtro 24. April. 56.

4 *Obligati*. Clerici omnes, tam Sęculares, quam Regulares, etiam ſi ſint exempti, ad publicas proceſſiones, puta Corporis Chriſti, Litaniarum, & Iubilæorum vocati, compelli poſſunt, vt latius dixi. l. c. à num. 22.

5 Cum timentur ſcandala, prohibentur Confraternitates pro ea vice ad proceſſiones accedere, 1624. Terni 24. Maij 73.

6 *Puniri* non poteſt, qui non accedit ad proceſſiones intimatas, in quibus ſibi non fuit aſſignatus locus conueniens, 1574. Macerata 26. Aprilis 227.

7 *Modus*. Ordinarius debet requirere cōſilium Capituli pro ordinandis, & dirigendis proceſſionibus. *Allegata ſupra n. 1.*

8 Curet Ordinarius, vt Regulares, cum in proceſſionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis Defunctorum corporibus, & alijs ſimilibus, bini cum omni modeſtia, & decentia incedant, & vt ordines ipſi minimè confundantur, 1593. Toletana 23. Aug. 45.

Nec ſub alio vexillo, niſi propriæ Crucis, 1588. Nardo 16. Maij 43.

Nec intermiſceantur Pueri, Puellæ, vel etiā viri cum extraordinarijs habitibus, puta Angelos, vel dæmones referentibus: Puellæ vero neque

neque cum ſuis veſtibus ordinarijs, niſi in loco ſolito aliarum mulierum, 1602. Piacenza 4. Septemb. 57. 1618. 31. Auguſti 293. 1619. Modena 14. Iunij 210.

Cum facultate Ordinario procedendi contra Regulares cuiuſcumque ordinis inobedientes, 1604. Cremona 6. Septemb. 48.

9 *Imaginem* Beatiſſimæ Virginis cum Baldachino, & intorticijs in proceſſione deferri non prohibendum, 1621. Serui di Perugia 20. Iulij 133. 1609. Padoua 20. Decemb. 89. 1579. Cremona 11. Martij 58.

Modo petatur ab Ordinario licentia, vt occurri poſſit abuſibus, 1613. Turino 12. Martij 27.

Idem de Imaginibus ſiue ſtatuis Sanctorũ, 1647. 19. Iulij 15.

10 *Cruces* in proceſſionibus diſtinctè deferantur, non vero omnes ſimul, 1597. Veroli 31. Maij 41.

11 *Abuſus* antiqui tolli debent cum magna cautela, ne maiora ſcandala ſequantur, 1603. Nocera de' Pagani 13. Maij 53.

12 *Tempus*. Confraternitas poſterius erecta non debet facere proceſſionem eàdem die, & hora cum antiqua, 1620. Candia 25. Iulij 219. 1621. Cremona 28. Septemb. 141.

Idem de Regularibus, 1593. Serui di Cortona 7. Auguſti 60. 1651. Agoſt. di Caſale 7. Iulij 8.

Quod, & Sacra Rituum Congregatio ſtatuit in decreto, quod ego authenticum obtinui tenoris ſubſequentis: *Conquerentibus fratribus Seruitis loci Summa Ripa, Taurinen. diœceſis, ſolitis in die Conceptionis B. Virginis facere ſolemnem proceſſionem in honorem eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis, de nonnullis alijs eiuſdem loci, prætendentibus facere ſimilem proceſſionem eodem die in eodem loco. Sacra Rituum Congregatio reſpondit, nullo modo eſſe permittendas duas proceſſiones eodem die in eodem loco: & ideo in caſu propoſito Fratres Seruitas manutenendos eſſe omnino in eorum ſolita proceſſione, & nõ licere alijs eodem facere ſimilem proceſſionem. Taurini die 9. Aprilis 1633.*

Vnde Minores de obſeruantia prohibiti sũt facere eàdem die proceſſionem cordonis, vbi Conuentuales eam facere cõſueuerant, 1653. Vigeuano 20. Martij 40. 7. Nouembris 244.

13 Nihil debet innouari in proceſſione ſolita fieri Feria vj. Paraſceues inter primam, & ſecundam noctis horam, 1596. Trahu. 31. Ianuarij 10.

14 Proceſſiones die Paſchatis fieri ſolitæ non debent ab Ordinario anticipari ad Sabbatum Sanctum, 1604. Napoli 27. April. 49.

15 Proceſſio ſolemnis, aliquo certo die facienda, ſi cadat in Feriam vj. Paraſceues, eo anno transfertur in aliam, 1598. Spoleti per la proceſſione della Vigilia di S. Benedetto di Norcia, 25. Febr. 20.

16 *Locus, num. 2.* Confraternitates exiſtentes intra clauſtra Regularium non poſſunt facere proceſſiones extra ipſa ſine licentia Ordinarij, 1605. Piacenza 26. Aprilis 23. 1645. Terracina 26. Maij 14.

17 Moniales non poſſunt facere celebrare proceſſionem Sanctiſſimi Roſarij à Particularibus per Ciuitatem ſub prætextu obtentæ per ipſas aggregationis: quia hæc non extenditur niſi ad perſonas intra ipſam clauſuram degentes, 1616. S. Domenico 26. Febr. 30. Burgen. 35. 26. Auguſti 125.

18 Intra clauſuram Monialium fieri non debent ab exteris proceſſiones, neque cum Sanctiſſimo Sacramento, 1596. Napoli 10. Ianuarij 66. 1602. 23. Aprilis 23.

19 Proceſſiones Regularium tranſire non permittantur per Eccleſias Monialium, licet adeſſet conſuetudo, 1602. Oliuetani 27. Martij 40. 1517. S. Domenico 24. Nouemb. 301.

Secus de alijs, 1648. 24. Aprilis 45.

PROCESSVS.

Cauſa. Iudex.

1 QVando committitur compilatio, vel expeditio Proceſſus, intelligitur nõ ſolum de informatiuo, ſed etiam de defenſiuo, 1617. Aſſiſi 22. Decembris 269.

2 Epiſcopus abſque Irregularitatis metu poteſt Officialibus laicis oſtendere proceſſum criminalem ſuæ Curiæ; non tamen ipſum Proceſſum, vel eius Copiam tradere pro indicijs contra complices, 1594. Andria 2. Maij 127. 1601. Lodi 16. Ian. 29.

Multo minus Regulares, 1612. Minimi 28. Auguſti 112.

Niſi ex gratia ſpeciali Sanctiſſimi, 1620. Fiorenza 12. Nouembris 297.

3 *Merces*. Dum ordinatur trãſmiſſio proceſſus ad inſtantiam Partis, intelligitur, ſoluta Actuario competenti mercede, 1580. Monopoli 4. Octobris 170.

4 Quando Pars inſtans non poteſt ſoluere mercedem Copiæ totius Proceſſus, ordinatur tranſmiſſio ſolius Summarij, 1618. Gaeta 7. Decembris 240.

Vel Proceſſus Originalis, 1627. Venetia 9. Aprilis 148.

Vel datur commoditas deſcribendi, 1625. Oſſeruanti 7. Maij 100.

Vel dari iubetur in forma Pauperum, vel etiam gratis, ſi ſit egeſtas nimia, 1623. Acerenza 7. Aprilis 37.

Præſertim Regularibus bona immobilia nõ poſſidentibus, & ſignanter neque pecuniam, 1625. Oſſeruanti 18. Martij 6.

5 Quando petitur Copia Proceſſus ad videndum, ad quod Tribunal cauſæ cognitio ſpectet, non ſoluit tunc Reus mercedem, ſed in fine, cui ex Tribunalibus fuerit adiudicata cauſa, 1627. Aſſiſi 17. Martij 38.

PRO-

PROCVRATOR.

Capitulum. Cauſa. Clauſura. Confraternitas. Debitor. Doctor. Epiſcopus. Falſum. Fides. Matrimonium. Presbyter. Proteſtatio.

1 INtor *Procuratorem*, & Sindicum hoc intereſt, quod Procurator gerit negotia Domini, Sindicus autem Vniuerſitatis. *Rubr. extr. De Sindico. gloſ. c. coram 7. De in integr. reſtit.*

2 Electi Procuratores Monialium hortari poſſunt ad Officium acceptandum, non cogi. *v. Ioannes, penult. iuncta gloſ. verbo Mandatum ſuſceptum. De teſtam.*

† Elapſo termino ad eligendum Camerarium, eligit Epiſcopus per modum prouiſionis. C. C. Vrbeuetana 26. Febr. 1639. *

3 Quando Procurator teneatur de facto ſubſtituti, & an poſſit reuocare ſubſtitutum, & cætera ad Procuratores pertinentia, dixi in Can. lib. 1. tit. 38. num. 19. & 20.

PRODITIO.

Auaritia.

† PROFANATIO.

FOrmam profanandi Eccleſias, & altaria tradit Gauant. in fine praxis Viſitationis Epiſcopalis. *

PROFESSIO.

Clauſura. Conuerſa. Conuertita. Debitor. Dos. Educandæ. Monaſterium. Nouitius. Poſſeſſio. Reformatio Regularis. Translatio. Vita. Votum.

1 PRofeſſus in Religione incapaci bonorũ immobilium, æquiparatur mortuo morte naturali. *Arg. l. 1. §. ſed, & ſi Patruus, ff. ſi. de coniungen. cum emancipato liberis.*

2 *Debitor*, facta ceſſione bonorum, poteſt ad profeſſionem admitti, non obſtante Bulla Sixti V. 1601. Certoſini 1. Octobris 66.

Niſi obligatus eſſet ad ratiocinia, quia tunc ante rationem redditam admitti non poſſet, 1602. A menſe Octobris 1648. Theatini 3. Decembris 4.

3 *Conuerſus* factus Sacerdos debet iterum emittere profeſſionem Clericalem, ſi diuerſa eſt à laicali, 1603. Minimi 15. April. 28.

4 *Tacita*. Moniales, quæ peregerunt annum Nouitiatus, & poſtea perſeuerauerunt multis annis in Monaſterio debent declarari tacitè profeſſæ à die, quo compleuerunt annum probationis. Et ſi velint iterum expreſsè profiteri, debent admitti ſine præiudicio profeſſionis tacitæ, & iurium propter eam Monaſterio quæſitorum, 1592. Napoli 23. Nouemb. 37. 1601. Alatri 14. Nouemb. 104.

Maximè ſi exercuerunt officia Profeſſarũ, & ſuffragium tulerunt in electione Abbatiſſæ, 1591. Seſſa 25. Iulij 114.

Officia namque per non Profeſſas non poſſunt exerceri, 1578. Aſſiſi 16. Decemb. 19.

Immo Profeſſio tacita inducitur ſolum ex eo, quod Puella geſtauit per annum integrũ habitum non diſtinctum à Profeſſis, 1609. Vgento 12. Iunij 39. *Clem. fin. de Regul.*

Nec Profeſſiones tacitæ ſunt ſublatæ per Concilium: vt dixi in tit. de Regular. n. 28.

† Et Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 11. de ijs, qui profeſsionem emiſerunt in Militijs, &c. ad effectum exemptionis, intelligitur non ſolum de profeſsione expreſſa, ſed etiam de tacita. *lib. 50. 238. Caſenat. ad 3.* *

Secus ſi geſtauit velum album Nouitiarum, 1601. Napoli 3. Iulij 73.

Multo magis ſi non geſtauit habitum eius Religionis, quam intendit profiteri, 1640. Cagli 21. Septemb. 324.

Vel etiam ſi geſtauit per aliquod tempus habitum Monachalem ex deuotione abſque intentione profitendi, 1601. Capaccio 6. Auguſti 84.

5 *Acceptatio*. Abuſus eſt non ferendus, quod Puellæ acceptentur eodem tempore ad habitum, & ad profeſsionem, 1628. Senegaglia 15. Decemb. 381.

Præterquam in Conuertitis. *v. Conuertita.*

6 *Reijcere* à profeſsione Nouitiam nõ poſſunt Moniales ſine iuſta cauſa, 1648. 2. Octobris 52. *ſupra v. Nouitius n. 1.*

Sacra tamen Epiſcoporum, & Regul. Congregatio cenſuit, nullo modo Moniales iuramento, vel cenſuris eſſe cogendas ad exprimendam cauſam, cur aliquam Nouitiam à profeſsione reijciant: poſſe tamen per Ordinarium, ſi ita expedire iudicauerit, ſuper huiuſmodi negotio ſecreto interrogari: Et ſi quæ votum aduerſus Nouitiam tulerunt, idoneam repulſæ cauſam adduxerint, ab incœpto deſiſtet Ordinarius: & conſanguineis Nouitiæ, vt acquieſcant, ſuadebit. Sin autem Moniales nullam, aut minus idoneam voti ſui cauſam attulerint, dabit operam Ordinarius, vt ipſas à ſententia ſua abducat: ne contra Chriſtianam charitatẽ lædant, aut minuãt exiſtimationem Nouitiæ. At ſi pertinaciter recuſauerint, de earum contumacia ſacram hanc Congregationem faciat certiorem, vt de opportuno remedio confeſtim prouideri poſſit, 1605. Pampalona 5. Nouemb. 76.

Quæ aliquando iuſsit iterum conuocari Capitulum, dummodo Monialibus pro extorquendis votis vis non inferatur, 1601. Aſſiſi 39. Ian. 71.

Et ſi neceſſe ſit, vt Ordinarius ſecreto, & ex improuiſo ſe conferat ad Monaſterium, vbi procuret ſuffragia per Moniales liberè dari 1620. Piſtoia 30. Iunij 138.

8 Non reputatur iuſta reiectionis cauſa, quod Nouitia egreſſa ſit curationis gratia in domum ſuam, & poſtea reuerſa de licentia Sacræ Congregationis, niſi conditionem, præſertim in materia honeſtatis, deteriorаſſet, 1601. Cremona 26. Nouemb. 80.

8 *In manu* Ordinarij principaliter, non autem Abbatiſſæ, fieri debet profeſsio Monialium, 1625. Lingonien. 22. Febr. 45.

Pro-

Profeſsio tamen emiſſa in manu ſuperioris, reclamante maiore parte Monialium, exiſtimatur nulla, 1653. Colonia 26. Sept. 459.

9 Si Abbatiſſa, licet Ordinis S. Benedicti Moniales ad profeſsionem recipiat, non ideo poteſt adhibere ſtolam, vel eis benedicere, aut velum dare, 1592. Brindiſi 16. Martij 52. *v. Monaſterium* 2.

† Nam Abbatiſſa, etiam translata de tertia Regula ad Regulam S. Claræ poteſt Moniales ad profeſsionem admittere. C.C. 1. Decembris 1612. *c. Conſuluit* 4. *Qui Cler. vel vou.*

Hæc duo decreta tam Sac. Congr. Epiſcop. quam Concilij non ſunt contraria, ſupra relato n. 8. quia illud loquitur de congruo, & in caſu, quo præſens eſſet Ordinarius, cui Moniales ipſæ, & Abbatiſſa ſubſunt. *

10 *Aetas*. Non diſpenſatur, vt aliqua profiteri poſſit ante 16. annum expletum, 1503. Meſſico 18. Martij 17.

Niſi raro, & à Sanctiſſimo, 1632. Genoua 3. Decemb. 233. 1634. Napoli 19. Maij 188.

Vel inter Conuertitas. *v. Conuertita*.

11 Non tamen excludi poteſt, quæ non peruenit ad 19. vel quæ excedit 25. 1604. Valliſoletana 12. Ian. 1. verſ. circa XIII.

12 *Illitterata* non admittitur ad profeſſionem Choralem, 1604. Giorgento 12. Ian. 3.

Sed conuerſarum, licet fuiſſet recepta pro Chorali, 1593. Venetia 6. Iulij 218.

Exceptis Conuertitis, 1602. Genoua 19. Martij 17.

Vel niſi S. C. ex iuſta cauſa diſpenſet, 1601. Como 20. Febr. 43. 1602. Genoua 19. Mar. 17.

Cum dote pinguiori, 1606. Mondoui 24. Iulij 64.

Commutando officium in alias orationes; vel ieiunia arbitrio Ordinarij, vel confeſſarij, 1610. Nullius Peſcia 20. Aug.

Modo interueniat cũ alijs in Choro, 1612. Arezzo 13. April. 48. 1616. Imola 27. Aug. 130

Et illud pro poſſe conetur ediſcere, 1618. Milano 3. Martij 56.

13 *Illegitima* à profitendo nõ excluditur, licet non poſſit in Abbatiſſam eligi, 1591. Mazara 28. Ian. 30.

14 *Energumena* ſi poſtea liberetur, poteſt ad profeſſionẽ admitti, 1601. Imola 9. Ian. 26.

15 *Si dos* realiter depoſita, caſu tempore profitendi non poſſit exigi, non ideo impedienda profeſſio, 1605. Lucca 29. Nou. 87.

PROMISSIO.

Alternatiua. Beneficium. Notarius.

1 F*Acta* ex metu, etiam leui, vel importunis precibus, eſt inualida. *Bonac. de contr. diſp.* 3. *quæſt.* 12. *pun.* 1. *n.* 14.

De metu graui textus eſt *l. Qui in carcerem*, 22. *ff. v. Quod met. cauſa*.

2 Non eſt improbabile ſecundum Dianã 3. *tr.* 17. *reſol.* 9. *&* 4. *tr.* 4. *reſol.* 122. quod ſimplex promiſſio, licet acceptata, non obliget in conſcientia, quod ſubintelligatur tacita conditio, *Niſi poſtea pœnituerit*. Contrarium tamen tutius, & probabilius.

3 Promittens alicui indemnitatem de culpa commiſſa per famulum, tenetur etiam de furto ab eo doloſè commiſſo; quia dolus eſt ſpecies culpæ late ſumptæ, & hoc in caſu procedit à fortiori. *Nau. c.* 17. *num.* 178.

† Et promiſſio indemnitatis, cum ſit maioris efficaciæ, quam accollatio debiti, extenditur ad moleſtias nedum de iure, ſed etiam ad eas, quæ iniuſtè, & de facto inferri poſſent. *Othob. deciſ.* 74. *

4 Promiſſio intelligitur, durantibus perſonis, vel rebus in eodem ſtatu. *Rota apud Farin. par.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 664. *n.* 9.

5 De promiſſione faciendi conſentire dixi in Can. lib. 3. tit. 15. De pactis n. 6.

PROPRIETAS.

Expenſæ. Paupertas.

1 E*Leemoſynæ* Pauperibus, aut locis pijs, fiant à Regularibus, & Monialibus communi, non particulari nomine, 1616. Reggio 10. Iunij 85. Clem. VIII. Conſtit. 28. de largitione numerum *Religioſa*.

2 Nulla Officialis faciat de proprio expẽſas ſui Officij, 1642. Foligno 28. Febr. 67.

4 Proprietatis actus potiores, in quibus Religioſi peccare poſſunt, & quorum abſolutio ſolet ſuperioribus eſſe reſeruata, ſunt ſequentes.

I. Quicumque propria authoritate aſſumpſerit in vſum ſibi, vel alijs ſpecialem, rem cõmunem alijs Fratribus, puta libros, veſtes, contra voluntatem expreſſam, vel probabilem ſui Superioris.

II. Qui res aliquas Prælato petenti, & vitanti cælat, vel claues earum abſcondit, vel retinet, ne Prælatus tollat, & ne ad libitum de illis diſponat.

III. Qui contra voluntatem ſui Prælati coram eo cum aliquo Fratre de re aliqua ſibi approprianda, contendit.

IV Qui ſimiliter in Cella aliqua, vel particulari Conuentu permanere procurat.

V. Qui domos, & poſſeſſiones proprio nomine, & propria authoritate alteri locat; & illorum fructus, cenſus, vel Canones expetit, exigit, vel accipit.

VI. Quicumque res ſuperfluas, & curioſas, & pecuniam ipſam, apud ſe habuerit, iiſque vtatur, etiam de voluntate, & permiſſu Prælati.

Et hoc eſt probabilius: licet quidam apud Dianam 3. *tr.* 2. *reſol.* 65. *arbitrentur, hunc non facere contra votum Paupertatis.*

VII. Quicumque alienauerit, vel diſpoſuerit propria authoritate de re ſibi conceſſa, vel à ſe quocumque modo acquiſita.

VIII. Qui contractus, vel ſchedulam fecerit, in quibus ſe aliquid dare teneri, vel ſibi

ab alio deberi, confiteatur.

IX. Quicumque abſque Prælati conſenſu, & aſſenſu res ſibi conceſſas, vel non conceſſas, apud ſæculares depoſuerit, vel cuſtodierit.

X. Quicumque in lucro Mercaturæ cuiuſcumque generis, ſiue poſſeſſionum, ſiue Animalium, ſiue mercium omnis generis, partem habuerit.

XI. Si quis Superior concedat, & ſubditus teneat, bona ſtabilia ad vſumfructum, adminiſtrationem, vel Commendam, etiam nomine Conuentuſ.

Verum hoc vltimum non eſt improbabile fieri poſſe, præſertim in illis Religionibus ſeu Conuentibus, & Monaſterijs, in quibus Concilium Tridentinum quo ad hanc partem nō eſt adhuc executioni mandatum. *Ex Sanchez, Diana, & alijs dixi latius in Can. lib.3. tit.31. De Regular. num.* 16.

PROSPECTVS.

Clauſura. Eccleſia. Fabrica. Feneſtra.

1 PRohibetur per decreta generalia S. C. quod Perſonæ particulares proſpectū habeant in Eccleſiam, 1635. Verona 15. Iun. 55.

2 Nullo modo debet eſſe in Monaſteria Monialium, 1605. Lecce 28. Febr. 19. §. 6.

Neque à feneſtris Campanilis alicuius Eccleſiæ vicinæ, 1605. Portugallen. 16. April. 22.

Ideoque pleno muro debent obſtrui, 1612. Aquila 31. Iulij 106.

Et quæ huiuſmodi eſſent in Monaſterio monialium, per quæ videre poſſent, & videri, 1636. Parma 28. Nouemb. 480.

Nec quis permitti debet ædificium attollere, ſi per id proſpectum in Monaſterium ſit habiturus, 1612. Terni 15. Maij 65. 1617. Bari 18. Febr. 33.

Et ad idem parietes attollere iubetur, ac feneſtras claudere, 1645. Ancona 11. April. 1.

Et demoliendæ, manſiones fabricatæ in viculo intermedio, ac claudendum ambulacrū, quod à tecto Monaſterio imminet prædominans, 1653. Aſſiſi 11. Iulij 352.

Non obſtante qualibet appellatione, vel recurſu, 1653. Conuerſano 8. Aug. 355.

3 Prohiberi debet Monialibus ſub grauibus pœnis vſus ocularium ſeu Perſpicillorū longiorum, 1627. Ancona 1. Octobris 464.

PROTECTOR

Canonicus. Cardinalis. Eccleſia.

1 NOn poteſt dare vocem excluſis à Conſtitutionibus, 1645. 6. Octobris 9.

Vel abſoluere, relaxare, aut diſpenſare in pœnis incurſis à Religioſis, eo quod alienauerunt, vel Romam venerunt ſine licentia. *Ex Clem. VIII. & decretis S. C. Concilij.*

2 † Sacra C. C. die 19. Maij 1588. cenſuit, tolerandos ab Ordinario laicos Protectores Monaſteriorum, dummodo ab ipſo deputentur, & ad eius nutū ſint amouibiles. *lib.* 15. 867. *

PROTESTATIO.

Regula.

A *Proteſtatione, neminem audiri, niſi docto de legitimo mandato*, cenſetur receſſum, niſi in alijs actibus repetatur. *Rota apud Coccin. deciſ.*28. *n.*2.

† Et generaliter à qualibet proteſtatione. *c. Per tuas* 6. *de condit. appoſ.* *

PROTONOTARIVS.

Canonicus. Exemptio.

1 IN *Choro* deferre non poteſt habitum Protonotarij, ſi vult participare de diſtributionibus, 1583. Camerino 7. Maij 104.

2 Parari non poteſt ad Altare, licet eſſet Vicarius generalis; quia hoc eſt proprium Epiſcoporum, & Pontificaliter celebrantium Priuilegium, 1592. Turritano 17. Aug. 152. *Decretum Sācræ Congregationis Rituum habetur in principio Miſſalis.*

3 Quando incedunt tamquam Protonotarij, debent habere locum apud Epiſcopum: ſed ſi tamquam Canonici, ſtare vel incedere in loco ſuo, 1574. Macerata 28. April. 226.

In Cærem. Epiſcoporum Protonotarijs aſſignatur locus poſt Abbates, qui debent habere locum ſecundum iudicium, & prouidentiam Epiſcopi, dummodo non ſupra, nec inter Canonicos, lib.1. c. 13.

4. Protonotarij ſunt Ordinario ſubiecti, 1646. 8. Iunij 3.

† Participantes tamen ſunt exempti etiā de iure Concilij Tridentini ſeſſ.24. c.11. quia cenſentur actu ſeruire. *

PROVINCIA.

1 CVm *vna* Prouincia diuiditur in duas, Patres Prouinciæ, vel Magiſtri, ſeu vocales, non habent votum, niſi in capitulo ſeu Congregatione illius Prouinciæ, in qua ſitus eſt conuentus, cuius ſunt filij, 1633. Conuentuali 12. Aug. 229.

2 Priuilegium Exprouincialis vſus cellæ vnius ad electionem ipſius, 1647. Oſſeruanti di Portogallo 27. Martij 15.

3 Actu prouincialis eligi non poteſt Viſitator extra ſuam Prouinciam, 1645. Oſſeruanti 28. Iulij 16. 17.

PROVISIO.

Beneficium. Collatio. Executio. Ordo.

PRVDENTIA. Ars.

PVELLA. Educandæ. Monialis.

PVER.

Aetas. Ancilla. Excommunicatio. Interdictum. Irregularitas.

PVNCTATOR.

Canonicus. Diſtributiones. Chorus. Epiſcopus.

1 COntrapunctator eiuſdem Eccleſiæ eligēdus, vt confrontatione, ſi opus ſit, poſſint detegi fraudes, 1593. Fondi 15. Febr. 45. 1605. Lecce 28. Febr. 19. §. 1.

2 *Compelli* poſſunt Punctatores ad exhibendum librum Ordinario, non vero ad oretenus eidem quotidie ſignificandum deficiētes,

tes, 1602. Caſtellaneta 26. Auguſti 92.

3 *Appellatio* à ſimilibus præceptis non debet in Tribunali A.C. cognoſci, 1613. Aiqui 22. Nouembris 97.

4 Punctator retinere debet librum in loco publico, ibique deficientes adnotare, ac librum oſtendere cuicumque poſtulanti, 1649. Peſaro 19. Nouembris 3.

5 *Salarium* debetur Punctatoribus, 1602. Malta 17. Aprilis 39. §. che ſi aſſegni.

6 *Pœna* cenſurarum imponi non debet nõ reſtituenti damnum ex omiſſione punctandi, ſed carceris ad triennium, & ſimiles, 1602. Caſtellaneta 21. Aug. 93.

7 Punctaturæ dari debent intereſſentibus, licet ex Decreto Epiſcopi applicandæ eſſent alijs pijs vſibus, niſi adeſſet ſtatutum in contrarium, 1601. Nona 16. Iunij 150. 19. Iun. 153.

P V P I L L V S.

Donatio. Minor.

P V R G A T O R I V M. Anima.

Q

Q V A D R A G E S I M A.

Acceſſus. Canonicus. Chorea. Ieiunium. Muſica. Oratio. Prædicatio. Veſperæ.

1 E*Piſcopus* in ſua diœceſi concedere debet facultatem etiam Vicarijs foraneis, & Archipresbyteris, vt de conſilio Medicorum impertiri poſſint indigentibus licentiã veſcendi cibis vetitis: quæ detur omnino gratis, ita vt nec pro ſcriptura quicquam accipere liceat, 1591. Otranto 20. Aug. 334.

2 Non probatur, quod in Quadrageſima celebrentur Diuina officia cum Muſicis, Inſtrumentis, maximè ſi ſit occaſio, vt eo confluat Iuuinorum multitudo nõ ſine ſcandalo, 1602. Padoua 27. Martij 52.

QVADRAGINTA HORARVM ORATIO

Canonicus. Confraternitas. Euchariſtia. Hieroſolymitani. Ieſuitæ. Oratio.

1 D*Iſpenſandi*, vt in humilioribus locis adhibeantur octo lumina cum aſſiſtentia ſex Perſonarum ad minus: quod & à Regularibus obſeruetur, 1588. Sauona 22. Nouembris 147.

Inter quas adſit Sacerdos, vel Diaconus, vel Subdiaconus cum Cotta, cum alius Clericus, aut Perſona ſufficiens, 1589. Sauona 4. Iulij 22.

2 Duæ Confraternitates erectæ in eadem Eccleſia non debent habere huiuſmodi orationem eadem die, 1590. Palermo 5. Iunii 143.

3 Retinenda pia conſuetudo deferendi proceſſionaliter Sanctiſſimum Sacramentum à Cathedrali ad Confraternitatem pro Quadraginta horarum oratione, & eodem modo reportandi, 1609. Borgo S. Sepolcro 30. Aprilis 43.

4 Epiſcopus non poteſt cogere Regulares, vt eant ad Orationem 40. horarum extra ſuas Eccleſias, 1581. Salerno 8. Nouemb. 139.

Q V Æ S T O R.

Clauſura. Confraternitas. Conuerſæ. Conuertitæ. Diſcalceati. Eleemoſyna. Euchariſtia. Gratis. Habitus. Hoſpitale. Mendicantes. Neceſſitas.

1 P*Ro licentia* quæſtuandi locis pijs iuxta ſolitum exigi ſolum poſſunt baiocchi quinque ad mercedem Notarij, 1615. Città di Caſtello, 14. Aprilis 39.

Quæ licentia concedi non poteſt à Principibus, vel Magiſtratibus ſæcularibus, ſed obtinenda eſt à Papa, vel Epiſcopo. *Clem. Abuſionibus. De pœnit. & remiſſ.* Vt declarauit Sacra Congregatio Concilij ſeſſ. 21. cap. 5. 1582. Reggio 9. Gennaro 1. 1620. Auerſa 22. Febr. 37.

Regulares tamen Mendicantes tali licentia non egent: ſed in locis, vbi non habent Conuentum, tenentur oſtendere licentias ſuorum Superiorum, 1577. Oſtuni 15. Febr. 25. &c. 1620. Oſſeruanti 17. Nouembris 294. 1646. Cappuccini 5. Octobris 9. Oſſeruanti 13. Iulij 20. 1649. 21. Maij 8. 13.

2 Non debet Ordinarius permittere Quæſtuarijs, vt imprimant eorum licentias, 1602. Vrbino 4. Septembris 96.

Nec eos facilè admittere, licet deferant licentias impreſſas, 1601. Ventimiglia 27. Nouembris 240. 1602. Lanciano 9. Ian. 8.

Quæſtuarij carcerari debent, & ad Iudicem Originis remitti; vt ibi puniantur, vbi fuerũt eis iniuncta præcepta, & vbi frequentius eſt id genus maleficij, 1605. Piſtoia per Spoleto 7. Iunij 39.

Vbi tribus vel quatuor funium ictibus publicè inflictis, mittantur in exilium à ciuitate, & diœceſi per quinquennium, ſub pœna triremium ad decennium, &c. in caſu fractionis exilij, vel nouæ quæſtuationis, 1600. Spoleto 18. Decemb. 31. 1601. 3. Decemb. 200. 1602. Lanciano 5. Febr. 15.

Maximè ſi publicauerunt falſas indulgentias, 1602. Lanciano 5. Martij 20.

Aliquibus fuit remiſſum exilium cum idonea cautione de non diſcedendo ab Vmbriæ Prouincia, & de nullibi in poſterum quæſtuando, ſub pœna triremium ad vitam, &c. 1596. Spoleto 10. Septembris 75.

4 Eleemoſynæ repertę penes Quæſtuarios, ſi dari non poſſint eidem loco, cuius contemplatione fuerunt factæ, diſtribuendæ ſunt Monaſterijs Monialium, quæ magis egent, 1596. Bari 20. Aug. 69. Vrbino 4. Septemb. 72. Chieti 30. Septemb. 81. 1597. Ventimiglia 3. Iunij 43. 1605. Aiqui 13. Iulij 45.

5 Confraternitatibus, & alijs locis pijs, quæ hoſpitalitatem actu non exercent, non eſt regulariter danda licentia quæſtuandi. *Sacra Congregatio Vicario Lauden.* 18. *Aug.* 1584. *vt dixi in Can.* 5. 39. 171.

6 Diſcalceatis B. Mariæ de Mercede non impedienda quæſtuatio pro redemptione Captiuorum, 1645. Mercede 6. Octobris 18.

Sunt tamen in hoc ſubiecti Generali Calceatorum. *v. Obedientia, 23,* ſupra v. Eleemoſyna.

7 Regulares vnius Conuentus, non poſſunt quærere ſub titulo alterius Conuentus, vel Confraternitatis, 1602. Nullius Putignano 23, April. 25. 1618. Oſſeruanti Riformati 12. Ianuarij 13.

† Item non licet Regularibus quærere ſub titulo S. Antonij in detrimentum Parochialis, vel Hoſpitalis; nec eleemoſynas eo nomine etiam ſponte oblatas accipere, 13. Ian. 1618. ſupra v. Eleemoſyna 23. *

8 Multo minus Presbyteri ſæculares, maximè ſi Regulares hoſpitalitatem exerceant. Et hoc licet Clerici ſæculares haberent Eccleſias, vel Cappellas eiuſdem, 1587. Gieſuati di Vercelli, 14. Aprilis 96.

† Sacra C. C, 12. Iunij 1608. cenſuit, nullo pacto licere Regularibus in quæritandis eleemoſynis Altaria per vicos habere conſtructa, minuſque eiſdem candelabra vel pollubra ſuperimponere, vel alia ratione ſimili fideles ad largitionem prouocare: mandauitq; Vicario, vt hoc decretum à Regularibus quauis exemptis obſeruari faciant, *Neapolitana.*

Eadem 19. Decembris 1620. petente Archiepiſcopo Sanctæ Fidei in Indijs Occidētalibus, prohibuit, ne Regulares quærentes eleemoſynam deferant Imaginem indutam. *

9 *Probibitio* quæſtuandi per quatuor milliaria prope Conuentus Mendicantes anteriores, 1647. 15, Nouemb. 1.

Vel vbi præiudicium affert Mendicantibus loci, 1648. Riformati 18. Martij 7.

Maximè ſi Conuentus erectus fuit cū prohibitione quæſtuandi, 1649, Conuentuali di Poſnania, 10. Decembris 1.

10 Vel ſub nomine S. Antonij ſine licentia Superiorum illius Religionis, 1648. 20. Nouembris 11.

11 Si quis autem eam quidem facultatem habeat, ſed nihilominus circa id exceſſus, & falſitates committat, Ordinario mandante, debet carcerari, eiuſque pecuniæ, ſcripturæ, reſq; aliæ ſequeſtrari, 1613, Reggio 25. Iun. 55.

12 Ordinarij prohibere non poſſunt Regularibus, ne quæſtuent ante Confraternitates, niſi probetur conſuetudo in indiuiduo, 1603. Carmelitani 4. Aug, 58.

13 *Nec vlla Monialis,* licet conuerſa, & non profeſſa, nec aliqua Mulier ſæcularis exire poteſt à Monaſterio ad quæſtuandum, illucque reuerti, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, 1583. Città di Caſtello 19. April. 92.

14 Quæ licentia non conceditur, niſi cum expreſſa prohibitione recipiēdi puellas ad habitum Monialium, vel conuerſarum tam intra, quam ſupra numerum præfixum. Et ſi nihilominus recipiantur, declarantur inhabiles ad profitendum; & ſi profiteantur, nulla profeſſio; 1605. Caſtel durante 7. Iunij 29.

15 Sed quando Moniales pro quærendis eleemoſynis tenent aliquas Mulieres, vel alias Perſonas ætatis maturæ, quæ Tertiariarum habitum geſtent, ſed non ſint profeſſæ, nec clauſuram intrent, non prohibentur ad habitum recipere, 1602. Aquila 17. April. 21. Bergamo 13. Iulij 47. Bologna 16. Iulij 77. Cremona 78. 1612. Siena 2. Maij 54. 1613. Foligno 29. Nouembris 128.

Neque huiuſmodi quæſtuatio poteſt eis prohiberi, vel impediri, 1582. Napoli 23. Nouembris 9.

16 In licentijs concedendis mittendi Profeſſas ad quæſtuandum, hæ conditiones apponi debent, & ad vnguem obſeruari.

I. Quod Quæſtuantes ſint ſaltem annorū quadraginta.

II. Quod ſingulæ nunquam incedant, ſed binæ ſemper.

III. Quod in domibus longiorem moram non faciant, quam ſit neceſſarium pro expectandis eleemoſynis.

IV. Quod habeant locum ſeparatum, & diſtinctum ab alijs Monialibus, & conuerſis, quæ non exeunt.

V. Quod extra non pernoctent, niſi in neceſſitate; & tunc in domibus conſanguinearum, vel aliarum piarum feminarum.

VI. Quod in Eccleſia faciant ſua exercitia ſpiritualia ſicut aliæ; quo tempore non ſunt impeditæ.

VII. Quod ea, qua decet, modeſtia, incedant, oris parte velata.

VIII. Cum alijs monitionibus, & prohibitionibus, quæ Ordinario neceſſariæ, vel expedientes videbuntur, 1637. Parma 2. Octobris.

17 Hæc licentia non datur per totum ſtatum ſiue dominium, ſed ſolum per totam diœceſim, 1603. Bologna 13. Nouemb. 92.

18 Facultas veſtiendi reſtituitur, quando Moniales ſe obligant non quæſtuare, & reipſa vixerunt per annum ſine quæſtuatione, 1601. Pauia 25. Octobris 98. &c. 1603. Nocera 16. Octobris 75. &c.

QVARTA.

Canonica. Faleidia. Fideicommiſſum. Legatum. Legitima. Sepultura. *Et quæ dixi libro 2. Ciuilium. Fid. hæred. n. 5. & lib. 4. tit. 15. n. 26.*

† QVINDENNIVM.

Sacra C. C. in vna Cenaten. 1. April. 1625. cenſuit, ſolutionem quindennij faciendā eſſe habita ratione Præbendarum, non autem diſtributionum quotidianarum. *

R

RATIO.

Calculus. Miniſter. Officialis. Profeſſio.

1 Ratione legis ceſſante, ipſa quoque lex ceſſat, licet verba non ceſſarent. *c. Cum ceſſante 60. De appell. l. Adigere 6. ff. i. de Iure patr. Nau. c. 4. n. 1. in fin.*

Et

Et quidem ſi ratio vniuerſaliter ceſſet, vniuerſaliter quoque ceſſat obligatio legis: ſi vero particulariter, vel in aliquo tantum caſu, tunc ceſſat pro illo caſu, vel perſona tantum, vt probabiliter tradit. *Diana 1. tr. 6. De Paup. relig. reſol.* 33. *& tr.* 10. *reſol.* 28. *&* 5. *tr.* 14. *reſ.* 96.

2 Et, cui remiſſa eſt redditio rationis, non videtur remiſſus dolus, & redditio reliquorũ, quæ penes ipſum ſunt, vt ea lucrifaciat, ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat, hoc eſt vt non teneatur de aliqua culpa, vel negligentia, ſed tantum de dolo. *Rota apud Farin. par.* 1. *tit.* 1. *deciſ.* 377. *Oinot. Inſtit. de legat.* §. *Peculium, n.* 9.

3 Ratio ſemel reddita iterum reddi non debet, niſi conſtet de errore: & ſi adſit tranſactio, vel res iudicata, niſi conſtet de dolo vero. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 536. *Otthob. deciſ.* 5.

Maximè ſi ratio reddita fuit defuncto, & ab ipſo acceptata, 1619. 17. Decemb. 7.

RECVRSVS. *Carcer. Expenſæ.*

1 M*oleſtare* ſeu vexare recurrentes ad Sacram Congregationem, eſt directè contra §. 12. Bullæ Cœnæ, 1574. Ferentino 9. Septembris 12.

Multo magis ſi quis contra eos, licet curatos, Proceſſum formet, 1606. Andria 15. Decembris 95.

Vel executionem aliquam faciat, 1604. Potenza 22. Nouembris 66.

Etiam pro pœnis contumacialibus, 1590. 10. Iulii 180.

† Etiam in cauſis, in quibus prohibetur appellari; quia non ideo prohibetur recurſus ad Sedem Apoſtolicam. C.C. vt retuli cap. 2. 28. 75. *

2 Præceptum factum ab Epiſcopo, ne pecuniæ communes expendi poſſint occaſione recurſus ad Romanam Curiam, nullum eſt, quia ipſum recurſum impedit indirectè, 1604. Nullius Maruggio 15. Nouemb. 64. *v. expenſæ.*

REFORMATIO.

1 I*N materia* Reformationis nõ eſt minus neceſſaria lenitas quam rigor, 1639. Sãtiſſima Trinità, 9. Septemb. 139.

Præſertim cum Monialibus, 1602. Napoli 2. Iulij 41.

2 *Noua* permitti non debet ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, 1650. 1. Septemb. 35. *c. fin. de Relig. dom. c.* 1. *eod. in* 6.

3 Qui in Religione S. Auguſtini profeſſionem iam emiſerunt, ſi tranſeant ad Reformatos Arelatenſes, probationis annum peragere minimè tenentur, 1614. 13. Ian. 78.

5 Monaſterium, ſi fieri poteſt, reformari debet totum ſimul, licet minus perfectè, potius quam concedere in eodem Monaſterio ſeparationem Reformatarum à nõ Reformatis, 1601. Napoli 25. Octobris 98.

5 Pro Reformatione datur licentia tranſferendi Moniales à Reformatis, 1601. Meſſina 20. Aug. 87. 1602. Sulmona 31. Maij 32. 1611. Napoli 6. Maij 54. 1616. Derthuſen. 29. Aprilis 66.

6 Moniales non reformatæ in electione Abbatiſſæ non habent vocem nec actiuam, nec paſſiuam, 1619. Catania 4. Iunij 208.

Sed Abbatiſſa, & Officiales eligi debent de reformatis, dum adſunt idoneæ, 1602. Napoli 5. Maij 9. 8. Maij 27.

Nec electio reſtringatur ad duas, vel tres, 1602. Napoli 8. Maij 27.

7 Monaſterijs renuentibus reformationẽ acceptare non conceditur licentia recipiendi Puellas ad habitum, 1602. Napoli 26. Maij 19.

Nec admittendi ad profeſſionem eas, quæ ſe ad illam nolunt obligare, 1603. Napoli 8. Aprilis 24. 15. Iulij 52. num. ſeq.

8 In ijs Monaſterijs, quæ partim illam recipiunt, partim non recipiunt, recipi non debent, niſi illæ, quæ ſe volunt reformationi ſubijcere, 1602. Napoli 17. April. 21.

9 Reformatio non eſt credenda ſtatim, ſed probanda diu, antequam detur licentia veſtiendi, 1602. Capua 17. Nouemb. 61. 1604. 4. Maij 34.

10 Quæ profeſſionem emiſerunt, antequã introduceretur reformatio, hortari debent ad illam acceptandam, ſed non cogi, 1602. Napoli 5. Martij 9.

11 Si vna ſola ſit, quæ reformationem acceptare nolint, transfertur ad aliud Monaſterium, 1622. Virdunen. 25. Febr. 43.

REGALIAE.

Canonica Portio.

1 S*Vnt* quædam res, vel poteſtates ſiue facultates, quæ reſeruantur Principi in ſignum ſpecialis præeminentiæ, de quibus eſt titulus, *Quæ ſint Regalia,* in vſibus feudorum.

2 Regalium nomine continentur.

I. Angariæ, quibus exiguntur perſonales præſtationes.

II. Per angariæ, nempe pecuniæ, & opera.

III. Gabellæ,

IV. Salinæ.

V. Piſcariæ.

VI. Ripatica.

VII. Portus. *Diana 6. tr. 8. reſol. 1. verſ. Probatur ſecundo.*

3 Eorum redditus inter Gabellas, & Vectigalia computantur. *Ibidem.*

REGVLA.

S. Benedictus. Nouitia.

1 R*Egulam* habens pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam: ita vt allegans caſum eſſe exceptum à Regula, teneatur hoc probare. *c. 2. De coniug. Leproſor. gloſ. l. Omnis diffinitio* 202. *ff. n. de reg. iur. Oinot. Proem. libro 3. Inſt. num.* 5.

2 *Cancellariæ* Regulæ expirant morte Põtificis: ſed reuiuiſcunt per nouum Pontificẽ renouari ſolitæ, & ligant etiã non promulgatę. *Barb. 3. alleg.* 57. *n.* 60. Has retuli in tit. De Reg. iuris.

3 *In Monialibus* primæ Regulæ S. Claræ, vel earum Confeſſoribus, aut Miniſtris, nullã cauſat differentiam, quod ſubiectæ ſint Ordinario, vel Regularibus ad hoc, vt fruantur gratijs, & Priuilegijs ſpiritualibus eidem Regulæ conceſſis, 1618. Genoua 14. Decembris 397. v. Priuilegium.

4 Et ſi Regula S. Claræ ab Vrbano IV. moderata anno 1260. quæ ſecunda dicitur, inter alia præcipiat, quod Moniales dormiant veſtitæ ſuper culcitra ſtramentitia, non portent induſia, neque Carnibus veſcantur, & à die 8. Septembris vſque ad Paſcha ieiunent, 1632. Vrbis 19. Martij 73.

Vbi tamen eſt Piſcium, & herbarum inopia, poteſt Epiſcopus conniuere, quod Moniales huiuſmodi veſcantur Carnibus, 1624. Camerino 23. Septembris 224.

5 Sacra, &c. Si Sanctiſſimo, &c. cenſuit, cum Monialibus S. Claræ de Vrbe hucuſque Profeſſis diſpenſandum, vt in futurum Regulam tertij Ordinis S. Franciſci obſeruent: in poſterum vero recipiendæ eandem tertij Ordinis Regulam expreſsè profiteantur, 1622. 9. Martij 73.

6 Mitigatio Regulæ S. Claræ, facta à Superioribus Regularibus, extenditur cum beneplacito Sanctiſſimi ad Monaſteria ſubiecta Ordinario, 1646. Caſtellaneta 4. Maij 4.

7 Regulæ Monacali adeo eſt annexa abdicatio proprietatis, & cuſtodia Caſtitatis; vt neque Summus Pontifex diſpenſare poſſit, vt quis ſit Religioſus, & non teneatur ad obedientiam, Paupertatem, & Caſtitatem. *Prout ex S. Thoma 2. 2. quæſt. 88. 11. c. latius explicaui c. Cum ad Monaſterium 6. in fine. De ſtatu Monachor. in Collect. ad Eccle. 4. 12. Vide etiam Clau. Reg. lib. 6. c. 11. num. 14. & ſeqq.*

Reliquum eſt, vt ad maiorem ſtudioſorum vtilitatem ponantur per alphabetum.

REGVLAE IVRIS.

A

Regulæ Sexti.

1 A*Cceſſorium* naturam ſequi congruit Principalis.

2 Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem, *num.* 5.

Regula ff. n.

3 *Abſentia* eius, qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij, damnoſa eſſe debet.

4 Abſurdum eſt, plus iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viueret.

5 Actus legitimi, qui non recipiunt diẽ, vel conditionem; veluti emancipato, Acceptilatio, hæreditatis aditio, Serui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus ſuprafcripti tacitè accipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium afferunt. Nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit. Quæ ſi verbis nominatim acceptilationis cõprehendantur, nullius momenti faciet actũ.

6 Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, in his ignoſcitur ſeruis, ſiue Dominis, ſiue his, qui vice Dominorum ſunt, obtemperauerint.

7 Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.

8 Alterius Circumuentio alij non præbet actionem.

Regulæ Communes à me Collectæ.

9 *Ablatiui* abſoluti important conditionẽ. *l. Si Seruus, §. Qui Margaritam, ff. i. de legat. 3. l. A Teſtatore, ff. i. de condit. & demonſtr. Rota apud Galleſ. deciſ. 159. num. 1.*

10 Abſit, vt ea, quæ propter bonum ac licitum facimus, aut habemus, ſi aliquid inde præter noſtram voluntatem alicui mali acciderit, nobis imputetur. *c. 8. De occidendis, 23. quæſt. 5.*

11 Abundans cautela non nocet. *l. Teſtamentum 17. C. de Teſtam.*

12 Actus Agentium non operantur vltra intentionem eorum. *l. Non omnis 19. ff. v. ſi cert. pet.*

13 A diuerſis non fit illatio. *Arg. l. Papinianus 20. ff. v. de Minor.*

14 Adulterium non committitur ſine dolo. *l. penult. ff. n. Ad l. Iul. de Adult.*

15 Affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus. *l. Si mora 9. iuncta gloſ. ff. i. ſol. mat. S. Thom. 1. 2. quæſt. 71. 6. 1. Nau. prælud. 7. n. 7.*

16 Aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, D. 12. *Vide quæ dixi lib. 3. Ciuil. tit. 30. num. 1.*

17 Altare vnum non diſcooperiendum, vt alterũ contegatur. *gloſ. auth. Quomodo oporteat Epiſcopos §. Sed neque effuſas. l. ſin autem, § fin. ff. n. de aqua pluu. arc. cap. Cum cauſam 36. De præben.*

18 Ambulatoria eſt voluntas hominis vſque ad extremum vitæ ſpiritum. *l. Quod ſi iterum 4. ff. i. de adim. legat.*

19 Amor plus deſcendit, quam aſcendat. *gloſ. penult. l. liberi 28. C. de inoff. teſtam.*

20 Arma Clericorum ſunt Breuiarium, & Lacrymæ. *c. 21. Conuenior. 23. quæſt. 8.*

21 A veteri Iure non recedimus, niſi quatenus per nouum inuenitur expreſſum. *l. Præcipimus 32. in fin. c. de appell.*

B

Regulæ Sexti.

1 BEneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione Canonica obtineri. reg. 1.

2 Bona fides non patitur, vt ſemel exactū iterum exigatur. *num. 3. 83.*

Regulæ ff. n.

3 *Bona fides* non patitur, vt bis idem exigatur. *num. 2.*

4 Bona fides tantum poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

Regulæ Communes à me Collectæ.

5 *Bona*, & præſertim pecunia, vita, & ſecundus ſanguis hominū dicuntur. *Oinot. Inſt. de Iuſt. & Iure, §. Iuris præcepta, n. 3.*

6 Bonarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt. *S. Aug. c. fin. in fin. 5. diſt.*

C

Regulæ Sexti.

1 CErtum eſt, quod is committit in legē, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. reg. 88.

2 Contractus ex conuentione legem accipere dignoſcuntur. *infra num. 12. reg. 85.*

Etiam quod fuerit Conuentum vltra, vel præter naturam Contractus. Rota apud Farin. par. 1. tom. 1. deciſ. 415. num. 4.

3 Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt interpretatio facienda. reg. 7.

4 Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. *litt. N. num. 44.*

Dummodo minus ſit eiuſdem generis, & contineatur in maiori. Bonac. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 6. ſect. 2. pun. 3. num. 4. de Sacram.

5 Cum ſunt partium iura obſcura, Reo fauendū eſt potius, quam Actori. F. 5. reg. 39.

6 Cum quid prohibetur, prohibētur omnia, quæ ſequuntur ex illo.

7 Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. 14.

8 Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtā ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

9 Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet. 1. 30.

Regulæ ff.

10 *Capienda* occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.

11 Cæterum ſi dolus, & calliditas interceſſerit, de dolo actio competit.

12 Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt; quidam, & dolum, & culpam. Dolum tantum depoſitum, & Precarium. Dolum, & Culpam Mandatum, & Commodatum, Venditum, Pignori acceptū, locatum. Item Dotis datio, Tutelæ, Negotia geſta. In his quidem, & diligentiam, Societas, & rerum communio, & dolum, & culpam recipit. Sed hoc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus Nam & hoc ſeruabitur, quod ab initio conuenit: legem enim contractus dedit. Excepto eo, quod Celſus putat, non valere, ſi conuenerit ne dolus præſtetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt: & ita vtimur. Animalium vero Caſus, morteſque, quæ ſine culpa accidunt; fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent; rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus Prædonum, à nullo præſtantur.

13 Conſilij non fraudolenti nulla obligatio eſt. *N* 12.

14 Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

15 Cui ius eſt donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius eſt.

16 Cui damus actionem, eidem exceptionem cōpetere multo magis quis dixerit. *Q.* 6.

17 Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad vniuerſos omnes pertinent. *Q.* 10.

18 Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt.

19 Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

20 Culpa eſt, miſcere ſe rei, ad ſe non pertinenti. *N.* 8.

21 Cum amplius ſolutum eſt, quam debeatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione. reg. 83.

22 Cum de iure duorum quæratur: melior eſt conditio poſſidentis. *I.* 12.

23 Cum par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa. Secus ſit, cum de dolo excipitur Petitoris: non enim datur talis replicatio petitori, ſi Rei quoque in ea re dolo actum ſit. *I.* 12. reg. 196.

24 Cum Prætor in hæredem dat actionē, quatenus ad eum peruenit, ſufficit, ſi vel ex momento ad eum peruenerit ex dolo defuncti. reg. 169.

25 Cum principalis cauſa non ſubſiſtat, plerumque nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent. reg. 138.

26 Cum quis in alicuius locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſit.

27 Cum quis poſſit alienare, poterit & cōſentire alienationi. Cum autem donare non conceditur, probandum erit: nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam voluntatem eius habendam.

28 Cum ſeruis nulla actio eſt.

29 Cum tempus in teſtamento adijcitur, credendum eſt, pro hærede adiectum, niſi alia mens fuerit Teſtatoris. Sicut in ſtipulationibus Promiſſoris gratia tempus adijcitur.

30 Cum verbum *reſtituas* legi inuenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen, & fructus ſunt reſtituendi.

Regulæ Communes à me Collectæ.

31 *Caſus omiſſus* remanet ſub diſpoſitione Iuris communis. *c. ſuſceptum, de Reſcript. in 6.*

32 Clericorum arma ſunt Breuiarium, & lacrymæ. *cap.21.* Conuenior. 23. quæſt. 8.

33 Conditiones extrinſecæ non ſubintelliguntur, niſi exprimantur. *l. Si ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus in fin ff. n. de verb. oblig.*

34 Contraria allegans non debet audiri. *c. ſollicitudinem 54. de appell c. vnico iuncta gloſ. v. contra ætatem. Vt Eccleſ. benef ſine dimin. confer. l. cum precum, 9. C. de liberali cauſa.*

35 Crimen vel pœna, vel calamitas, aut paterna, aut materna nullam filio maculam infligere debet. *l. Ex liberis 17. C. de vſufr. l. crimen, 26. ff. n. de pœnis.*

36 Crimina, vndecumque claruerint, ſunt punienda. *c.2. de off. ord.*

D

Regul. Decretalium.

1 DVbia in meliorem partem interpretanda ſunt. *Beda Rom.2.*

Regulæ Sexti.

2 *Damnum*, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare. *reg. 86.*

3 Decet conceſſum à Principe beneficiũ eſſe manſurum. 16.

4 Delictum Perſonæ non debet in damnum Eccleſiæ redundare. 76.

5 Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eumdem. N.8. reg.9.

Regulæ ff.

6 *Deiecit*, qui vel iuſſit, mandauit, ratum habuit; rati enim habitio mandato comparatur. R. 1.

7 D. Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnandos.

8 Dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt. *Supra num.5.*

9 Domum ſuam reficere vnicuique licet, dummodo non officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

10 Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

Donatio tamen regulariter non præſumitur. l. fin. C. de donat.

Regulæ Communes à me Collectæ.

11 *Debitor* in genere nõ liberatur ſpeciei peremptione. *l. Incendiũ 11. C. ſi cert. pet.* M.3.

12 Debitor vnius rei, ſoluendo aliam, non liberatur. *l. Eum 16. & l. Manifeſti 17. C. de ſolut. v. Inſt. ciuil. 3. 3. 30. 1.*

13 De duobus malis minus eſt eligendũ. *c. Duo mala diſt. 13. I. 68.*

14 De raro contingentibus lex parum curat. *c.1. de tregua, & pace.*

15 Dies interpellat pro homine. *c. Potuit. de locato. l. Magnam 12. C. de contrab. & committ. ſtipul.*

16 Dilationes in dubio intelliguntur cõtinui temporis. *l.1. C. de fer.*

17 Diſpoſitio ſemper accipienda eſt de caſu dubitabili. *l. 1. ff. n. Ad Manicip. Rota apud Farin. p.1. deciſ. 167. n.36.*

18 Dolus, & fraus cuiquam patrocinari non debent. *c. Cum dilectus 8. De relig. domib. c. Ex tenore 16. De reſcript.*

19 Duæ fictiones circa idem concurrere non poſſunt. *l. 1. C. de dotis promiſſ.*

Niſi vna veniret in conſequentiam alterius. Rota apud Farin. par.1. to.1. deciſ.319. n.5.

20 Duo vincula fortiora ſunt quam vnũ. *c.1. de tregua, & pace.*

E

Regulæ Sexti.

1 EA *quæ* fiunt à Iudice, ſi ad eius non ſpectant officium, viribus, non ſubſiſtunt. *reg.25.*

2 Eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.

3 Exceptionem obijciens non videtur de intentione Aduerſarij confiteri.

4 Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.

Regulæ ff.

5 *Ea quæ* raro accidunt, non temere, *id eſt non facile*, in agendis negotijs computantur.

6 Ea eſt natura Cauillationis, quam Græci *cacoyrgian* appellant, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes, diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

7 Ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad Fiſcum perueniunt.

8 Ea, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur.

9 Ea, quæ ad dandum impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.

10 Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

11 Eius eſt nolle, qui poſſit, & velle.

12 Error probabilis excuſat à condemnatione expenſarum in cauſa principali.

13 Et ſi nihil facilè immutandum eſt ex ſolemnibus: tamen vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt. *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 18.

14 Ex pœnalibus cauſis non ſolet in Patrem de peculio actio dari.

15 Expreſſa nocent; non expreſſa non nocent.

16 Ex qua perſona quis fructum capit, eius factum præſtare tenetur.

Regulæ Communes à me Collectæ.

17 *Ea quæ* in præfationibus dicuntur: intelliguntur repetita in contractibus. *l. Titia* 134. §. *Idem reſpondit, ff. n. de verb. oblig.* Sacra Congr. Archiepiſcopo Panormitano 1655. 23. Aprilis fol. 32.

18 Egeſtate ſordentibus mors eſt ſolatiũ, vita ſupplicium. *l. Quiſquis* 5. §. *Filij, C. Ad l. Iuliam Ma.* iuxta illud Sapien. Eccli. 30. 17. *Melior eſt mors quam vita amara.*

19 Errantis nulla voluntas, vel conſenſus eſt. *l. cum teſtamenta* 8. *Cum l. ſeq. C. de Iur. & facti ignor.*

20 Error facti etiam prudentiſſimos fallit. *l.* 2. *ff. v. eod.*

21 Exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptis. *l. Quæſitum* §. *De neque. l. Nam quod liquida,* §. *vlt. ff. i. de penu. leg. gloſ.* 1. *l. His verbis, ff. i. de legat.* 3. *Rota apud Seraph. deciſ.* 718. *nimi.* 7. *v. Chriſma n.*

22 Ex delatione armorũ præſumitur quis habere malum animum. *gloſ.* §. *Si quis ruſticus* 5. *Verſ. Mercator. verb. Non eſt quem lædat. De pace tenen. & eius Violator. in vſib. feudor.*

23 Ex fine deſumenda eſt intẽtio Auctoris. *l. Cum aurum* 19. §. *Perueniamus, ff. i. de auro, & arg. legato. l. fin. ff. i. de hæred. inſtit.*

24 Exigere eſt extorquere à nolente ſoluere. *l. ſoluendo, ff. n. de negot. geſt.*

25 Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur. *c. Significaſti* 4. *De elect.*

Intellige quo ad rei ſubſtantiam. Verum quo ad accidentia, annexa, connexa, ſubſequentia, & rei cognitionem poteſt multum operari: vnde non eſt ſuperflua. Rota apud Cenc. deciſ. 285. *num.* 12.

✝ Sicut hæc ſuperfluum dici poteſt, quod operatur maiorem declarationẽ, & tollit dubitationem ac lites. *Othob. deciſ.* 244. *n.* 14. *

26 Ex principio colligitur intentio diſponentis. *l. fin. ff. i. de hæred. inſt.*

27 Extra territorium ius dicenti non paretur impune. *c. fin. De conſt. in* 6.

F

Regulæ Sexti.

1 F*Actum* legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari. *N.* 46.

2 Fruſtra ſibi quis poſtulat fidem ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

Regulæ ff.

3 *Factum* à Iudice, quod ad eius officium non pertinet, ratum non eſt. *E.* 1.

4 Factum cuique ſuum, non Aduerſario ſuo, nocere debet. *M.* 1.

5 Fauorabiliores Rei potius, quam Actores habentur. *C.* 5.

6 Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec Iudices eſſe poſſunt, nec Magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec Procuratrices exiſtere.

7 Fere quibuſcumque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur. Cum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo, & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium interuenit.

8 Fere in omnibus pœnalibus iudicijs & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur.

9 Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

10 Fraudis interpretatio ſemper in Iure Ciuili non ex euentu duntaxat; ſed ex conſilio quoque deſideratur.

11 Fructus rei eſt, vel pignori dare licere.

12 Furioſi, vel eius, cui bonis interdicitur, nulla voluntas eſt.

13 Furioſus abſentis loco eſt. *V.* 7.

Regulæ Communes à me Collectæ.

14 *Facto* datur voluntas intelligi. *l. Reprehendenda* 5. *C. de Inſtit. & ſubſtit.* Vnde verſus.

Intima per mores cognoſcimus exteriores. *Vide quæ de hoc dixi Gen.* 27. 42. *& latius Prou.* 27. 19. 1. *& ſeqq.*

14 Factum infectum reddi non poteſt. *l. In bello* 12. §. *facti, ff. n. de captiu. & poſt lim. reuer.* V. 10.

Neque à Deo, non quod Deus omnia facere non poſſit: ſed quia hoc non eſt factibile, cum implicet contradictionem. *S. Thom.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 4.

15 Factum non præſumitur, niſi probetur. *c. Cum in iure* 31. *De off. Deleg.* niſi quod de iure faciendum erat. Herman. Medull. Theol. l. 1. tr. 2. c. 1. dub. 3. §. 6. *Infra n.* 17.

16 Factum præſumitur, quod fieri conſueuit. *l. Scio cui, ff. i. de ann. leg. l. vlt. C. de fideiuſſor. Rota apud Farin. p.* 1. *deciſ.* 457. *n.* 3. *Bonac. tom.* 1. *de alien. diſp.* 2. *pun.* 5. *n.* 6.

17 Factum quid præſumitur ab eo, qui facere tenebatur. *Rota apud Coccin. deciſ.* 250. *num.* 7.

18 Fictio in caſu ficto operatur idẽ, quod veri-

veritas in caſu vero. *Rota apud Farin. p.1. to.1. deciſ.319. num.3.*

19 Finis præcepti non cõtinetur ſub præcepto. *S.Thom.1.2. quæſt.100. art.9. Nauar. cap. 13. num.2.*

20 Fortiſſima eſt præſumptio, quæ deſumitur ex communiter accidentibus. *l.Certi 9. §. Quoniam, ff.v. Si cert. pet.*

21 Frangenti fidem, fides frangatur eidẽ. *l. Cum proponas, C. de pact. ſupra n.2.*

22 Fraus non præſumitur, niſi probetur. *l.1. ff.u. Pro Soc.*

G

Regulæ Sexti.

1 G*Enerus* per ſpeciem derogatur. *I.52.*

Regulæ ff.

2 *Generaliter* cum de fraude diſputatur, nõ quid habeat Actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuit, conſiderandum eſt.

3 Generaliter probandum eſt, vbicumque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium Domini, vel Procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

H

Regulæ ff.

1 H*æredem* eiuſdem poteſtatis, iuriſque eſſe, cuius fuit Defunctus, conſtat.

2 Hæreditas nihil aliud eſt, niſi ſucceſſio in vniuerſum ius, quod Defunctus habuit tempore mortis.

3 Hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt; hęredum loco habentur.

4 Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat.

Regulæ Communes à me Collectæ.

5 *Homo* eſt digniſſima creatura. *l. Iuſtiſſime, ff. v. de Aedil. edicto.*

6 Homo præſumitur viuere vſque ad cẽtum annos (*Eccli.*, 18. 8, *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. l. An vſusfructus 56. ff. v. de vſufr. Oinot. de petit. hæred num.68.*

7 Homines ad diſſentiendum ſunt faciles. *l. Item ſi vnus 17. §. Principaliter, ff. v. de recept. arb.*

I

Reg. Decretalium.

1 I*N ipſo* cauſæ initio non eſt à quæſtionibus, *ideſt tormentis*, inchoandum. *Greg. VII. Varien. Epiſcopo.*

Regulæ Sexti.

2 *Ignorantia* facti, non Iuris excuſat. *reg.13. E.20.*

3 Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. *reg. 41. F. 39.*

4 In alternatiuis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. *reg. 70. V.5.*

5 In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa. *reg. 78.*

6 Indultum à Iure beneficiũ non eſt alicui auferendum. *reg. 17.*

7 Infamibus Portæ non pateant Dignitatum. *reg. 87.*

8 In generali conceſſione nõ veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie cõceſſurus. *reg. 81.*

9 In Iudicijs non eſt acceptio Perſonarum habenda. *reg.12.*

10 In malis promiſſis fidem non expedit obſeruari. *reg. 69.*

11 In obſcuris minimum eſt ſequendum. *reg. 30.*

12 In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis *infra 44. & C. 22.23. reg.65*

13 In pœnis benignior eſt interpretatio facienda. *reg.49.* infra 47.

14 In re communi potior eſt cõditio prohibentis. *reg.56.*

15 Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque fieri conſueuit. reg.45. *infra num. 36.*

16 In toto partem non eſt dubium contineri. reg.80. *infra 50.*

17 Is, qui in ius ſuccedit alterius, eo Iure, quo ille, vti debebit. *reg.46.*

18 Is, qui tacet, non fatetur, ſed nec vtique negare videtur.

Regulæ ff.

19 *Id quod* noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

20 Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

21 Imaginaria venditio non eſt, pretio accedente.

22 Imperitia culpæ annumeratur.

23 Impoſſibilium nulla obligatio eſt. N.3.

24 Impuberes ab omnibus Officijs ciuilibus debent abſtinere.

25 In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, condemnantur, non totum, quod habent, extorquendum eſt; ſed & ipſorum ratio habenda, ne egeant.

26 In contrahenda venditione ambiguũ pactum contra Venditorem interpretandum eſt: ambigua autem intentio accipienda eſt, vt res ſalua Actori ſit.

27 In ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda eius eſt, qui eas protuliſſet.

28 In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

29 In contractibus, in quibus doli præſtatio,

ſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.

30 In eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucro potiturus eſt, durior eſt cauſa petitionis.

31 In eo, quod plus eſt, ſemper ineſt minus. *P.* 5.

32 Infinita æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis.

33 In hæredes non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio; veluti furti, damni, iniuriæ, & bonorum raptorum.

34 In iure ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt, conditionem non impleri, fiat, quo minus conditio impleatur, haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. Quod ad libertatem, & legata, & hæredum inſtitutiones perducitur: quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur; cum per Promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

35 In obſcura voluntate manumittentis fauendum eſt libertati.

36 In obſcuris inſpici debet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet. *ſupra num.*15.

37 In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum; quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in ſolidũ tenentur: hoc eſt, vt vnuſquiſque pro ea parte, pro qua hæres eſt, conueniatur.

38 In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur.

39 In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perterrefecit, quo minus fiat. *ſupra num.*3.

40 In omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Vbi vero genus actionis id deſiderat, ibi, ad quemuis pro ſeruitio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

41 In omnibus quidem, maximè tamen in Iure, æquitas ſpectanda.

42 In omnibus officijs, quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

43 In negotijs contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: Pupillus vero omnia negotia Tutore Actore, agere poteſt.

44 In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. *ſupra* 12.

45 In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio.

46 In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quam aduentitio lucro.

47 In re dubia benigniorem interpretationẽ ſequi non minus iuſtius, quã tutius. *ſup.*13

48 In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur.

49 In ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

50 In toto, & pars continetur. *ſupra* 16.

51 In totum omnia, quæ animi ſui deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt.

52 In toto Iure Generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſſimum habetur, quod per ſpeciem directum eſt. *G.* 1.

53 Inuito beneficium non datur.

54 Inuitus nemo cogitur defendere.

55 Is damnum dat, qui iubet damnum dare: eius vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt.

56 Is natura debet, quem Iure Gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus.

57 Is, qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur; quia pro poſſeſſore dolus eſt. *P.* 10.

58 Iure naturæ æquum eſt, neminem cũ alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem. L. 1.

59 Iura Sanguinis nullo Iure ciuili dirimi poſſunt.

60 Ius noſtrum non patitur, eumdem in Paganis & teſtato, & inteſtato deceſſiſſe; earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus, & inteſtatus quis ſit.

Regulæ Communes à me Collectæ.

61 *Id dicimur* poſſe, quod de Iure facere poſſumus. *l. Conditiones* 14. *ff. i. de condit. inſtitutionum.*

62 Idem eſt iudicium fori interni, & externi, quoties forum externum non nititur falſa præſumptione. *Sanchez de matrim. lib.*1. *quæſt.*5. *num.*20. *verſ. Tandem probatur. Bonac. de contr. diſp.*2. *quæſt.*2. *pun.* 6. §. 2. *n.*49. *& quæſt.*5. *pun.*4. *n.*4. *& alibi ſæpe.*

63 Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit. *l.Nam is,* 6. *ff.v. de dolo malo. c.Olim* 16. *De reſtit. ſpol.*

64 In beneficiis pleniſſima eſt interpretatio facienda. *c.Quia circa* 22. *De priuileg.*

65 In claris non eſt locus conjecturis. *l.continuus* 137. §. *Cum ita, ff. n. De verb. oblig.*

66 In dubio ad propriam verbi ſignificationem, non autem ad impropriam, vel abuſiuam, ſanus referendus eſt intellectus. *l. Non aliter* 69. *ff. i. de legat.* 3. *l. Nepos Proculo* 125. *ff. n. de verb. ſign.*

67 In dubio tutior pars eſt eligenda. *c. Ad Audientiam* 12. *De homicid.*

68 In dubio non præſumitur delictum. *l. Marito* 51. *ff v. Pro ſocio.*

69 Inhabilis ad vnum, eſt inhabilis ad ei annexum. *c.Poſtulaſtis* 7. *De Cler. exc. gl ſ. cap. ſtudeat* 39. *v. Vt tale beneficium,* 50. *diſt.*

70 Iniuriam pati poteſt, qui eam facere nequit. cap. 2. Illud 15. diſt.

71 In pœnis, quæ ſurgunt ex delicto, qui non habet in ære, luit in corpore. *l. 1. in fin. ff. n. de pœnis. l. fin. ff. u. de in ius voc.* Vnde verſus.

Corpore det pœnas, qui caret ære malus.

72 In re ſua vnuſquiſque eſt moderator, & arbiter. *l. In re mandata, C. Mand.*

73 Inter dantem, & recipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis. *c. fin. de inſtit. iuncta gloſ. v. recipientem.*

74 Iudex non debet eſſe clementior lege: mitius enim agitur cum lege, quam cum Miniſtro legis. *gloſ. Clem. 2. v. Suſpenſi. De pœnis.*

† Iura iuribus concordanda ſunt, & legũ concreto vitanda. *c. Cum expediat 29. De elect. in 6.* *

75 Iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus. *l. Iuſtum 6. C. de eden.*

76 Iuuari non conuenit beneficijs, & non decipi. *gloſ. c. 1. de Commod.*

L

Regulæ Sexti.

1 L*ocupletari* non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. *I. 57. P. 8.*

Regulæ ff.

2 *Libertas* inæſtimabilis res eſt.

3 Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

4 Locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſierit.

Regulæ Communes à me Collectæ.

5 *Legibus*, quæ inducunt certam ſolemnitatem in actibus hominum, prohibentque contractus, & diſpoſitiones ſine certa ſolemnitate fieri, renunciari non poteſt. *l. Nemo poteſt 55. ff. i. de leg. 1.*

6 Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt. *l. Nam ad ea 5. ff. u. de legib.*

7 Legitimè factum pœnam non meretur. *l. Gracchus 4. C. Ad l. Iul. de adult.*

8 Lex non extenditur ad præterita. *cap. 2. & c. fin. De conſt.*

9 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. *c. 1. cum ſimilib. diſt. 19.*

10 Limitata cauſa, limitatum producit effectum. *Arg. l. In agris 16. ff. n. de acquir. rer. domin. Nau. cap. 27. num. 172. in fin.*

M

Regulæ Sexti.

1 M*Ora* ſua cuilibet eſt nociua. *F. 4. V. 12.*

Nec debet commodum afferre. l. Relegatorum, ff. n. de Interd. & Releg.

2 Mutare conſilium, quis non poteſt in alterius præiudicium. *N. 21.*

Regulæ ff.

3 *Marcellus* ait. Definit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. *N. 6.*

4 Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

5 Minus eſt actionem habere quam rem.

6 Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cũ defraudantur, non vt facilius calumnientur.

Regulæ Communes à me Collectæ.

7 *Magis* id ſpectari debet, quod in veritate ſubſiſtit, quam quod ſimulant Partes. *l. Si forte, ff. n. de Caſtren. pecul. & toto tit. C. Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.*

8 Maiores, & difficiliores cauſæ, & quæſtiones ad Sedem Apoſtolicam ſemper referantur. *c. 5. Multis 17. diſt.*

9 Melius eſt intacta Iura ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *l. fin. C. In quib. cauſ. reſt. in integ.* N. 33.

10 Melius eſt paucos, & bonos habere Miniſtros, quam multos & malos. *Clem. Papa I. Epiſtola ad Iacobum.*

11 Milites magis arma quam Iura ſciunt. *l. fin. §. fin. C. de iure delib.* v. Notarius 5.

12 Mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio, male ſuos remunerant hoſpites. *§. Iſt præcepit Dominus 13. q. 1. c. Et ſi Iudæos 13. De Iudæis.*

13 Mutatio verborum mutationem diſpoſitionis indicat. *l. 4. §. Prætor, ff. n. de damno inf. l. Statutum, ff. de admin. Tutor. Bonac. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 18. pun. 3. num. 10.*

N

Regulæ Decretalium.

1 N*Eceſſitas* non habet legem. *Reg. Quod non eſt. 4.*

2 Non poteſt eſſe Paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & Paſtor neſcit. *Greg. in Regiſtro.* reg. 10.

Regulæ Sexti.

3 *Nemo poteſt* ad impoſſibile obligari. *I. 23. reg. 6.*

4 Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur. reg. 79. *infra num. 18.*

5 Non debet aliquis alterius odio prægrauari. *infra num. 50.* reg. 22.

6 Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri. *N. 3.* reg. 60.

7 Non eſt obligatoriũ contra bonos mores præſtitum Iuramentum. *reg. 58.*

8 Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. *C. 20. reg. 19.*

9 Non

9 Non licet Actori, quod Reo licitum non exiſtit. *infra num.*45. reg.52.

10 Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. *reg.*52.

11 Non firmatur tractu temporis, quod de Iure ab initio non ſubſiſtit. O. 9. contra *c. Placet,* 12. *de conuerſ. coniug.*

12 Nullus ex conſilio, dummodo fraudolentum non fuerit, obligatur. C. 13. 62.

13 Nullus pluribus vti defenſionibus prohibetur. *infra num.*17.

Regulæ ff.

14 *Nec ex Prætorio*, nec ex ſolemni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt: quamuis obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari, & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem. Quia actionum modus, vel lege, vel per Prætorem introductus, Priuatorum pactionibus nō infirmatur, niſi tunc, cum inchoatur pactio, inter eos conuenit.

15 Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione.

16 Nemo, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.

17 Nemo ex his, qui negat ſe debere prohibeatur etiam alia defenſione vti, niſi lex impediat. *ſupra num.*13.

18 Nemo plus Iuris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet 4.

19 Nemo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quam ipſe habuit.

20 Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuslibet alterius coercitionis, ad alium transferre.

21 Nemo poteſt mutare conſilium in alterius iniuriam. M. 2.

22 Nemo enim in proſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis.

23 Nemo dubitat, ſoluendo videri eum, qui defenditur.

24 Nemo de domo ſua inuitus extrahi poteſt.

25 Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

26 Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtitit.

27 Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. S. 1.

28 Nemo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet.

29 Nemo videtur dolo facere, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

30 Nemo alieno nomine agere poteſt.

31 Nemo Prædo eſt, qui pretium numerauit.

32 Neratius conſultus, an quod beneficiū dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe æſtimaretur? Reſpondit, nō videri ſibi Principem, quod ei, quem viuere æſtimabat, conceſſiſſet, Defuncto conceſſiſſe. Quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet ipſius æſtimationem eſſe. *Reg.*151.

33 Neque interdicto, neque in cæteris cauſis, Pupillo noceri oportet dolo Tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

34 Neque Pignus, neque Depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

35 Nihil tam naturale eſt, quam eodem genere quicquam diſſoluere, quo colligatum eſt. Ideoque verborum obligatio verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario cōſenſu diſſoluitur. O. 1.

36 Nihil conſenſui tam contrarium eſt (qui, & bonæ fidei iudicia ſuſtinet) quam vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt.

37 Nihil intereſt, ipſo Iure quis actionem non habeat; an per exceptionem infirmetur. *Reg.*43.

38 Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit: & cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo tempore præterito, peti non poteſt.

39 Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

40 Non capitur, qui ius publicum ſequitur.

41 Non videntur conſentire qui errant.

42 Non vult hæres eſſe, qui ad aliū transferre voluit hæreditatem.

43 Non videtur cæpiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione.

44 Nō debet cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere. C.4.

45 Non debet Actori licere, quod Reo non permittitur. *Supra num.*9.

46 Non eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent, licet id caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. F.1.

47 Non videtur quis quid capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.

48 Non videtur defendere, non tantum qui latitat, ſed & is, qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.

49 Non debeo melioris conditionis eſſe, quam Auctor meus, à quo Ius in me tranſit.

50 Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *Supra num.*5.

51 Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit.

52 Non ſolet doli exceptio nocere his, quibus voluntas Teſtatoris non refragatur.

53 Non ſolet deterior fieri conditio eorum, qui litem conteſtati ſunt, quam ſi non eſſent, ſed plerumque melior.

54 Non ſolent quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturas.

55 Non

55 Non poteſt videri improbus, qui ignorat, quantum ſoluere debeat.

56 Non poteſt videri cæpiſſe, qui ſtipulatus poteſt ſubmoueri.

57 Non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.

58 Non vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita & ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

59 Non videtur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

60 Non eſt ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.

61 Non poteſt dolo carere, qui imperio Magiſtratus non obtemperat.

62 Non alienat, qui duntaxat amittit poſſeſſionem.

63 Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur.

64 Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.

65 Non omne, quod licet, honeſtum eſt.

66 Non poteſt videri deſijſſe habere, qui nunquam habuit.

67 Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poteſt.

68 Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

69 Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.

70 Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, vna aliam cõſumit.

71 Nunquam ex poſt facto creſcit præteriti delicti æſtimatio.

72 Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

Regulæ Communes à me Collectæ.

73 *Nemo* præſumitur iactare ſuum. *l. Cum de indebito* 25. *ff. v. de probat.*

74 Nemo inuitus emere, vel vendere cogitur. *l. Nec emere, C. de iure delib. l. Inuitum, C. de contrah. empt.*

75 Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus. *c.* 1. *Ne Cler. vel Mon.*

76 Nemo plurium perſonarum ſuſtinet vicem. *c.* 38. *Presbyteros,* 16. *quæſt.* 1. *Vide lib.* 2. *Ciuil. tit.* 18. *num.* 9.

77 Nihil ita fidei congruit humanæ, quã ea, quæ placuerunt, cuſtodire. *l. Non minorem* 20. *C. de tranſact.*

78 Nihil hominibus magis debetur, quam vt ſupremæ voluntatis, poſt quam aliud iam velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, iterum quod non redit, arbitrium. *l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.*

79 Nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat. *c. licet, de teſtib. l. fin. C. Mandati.*

80 Non concludit hoc adeſſe, quod contingit abeſſe. *l. Neque Natales, C. de probat.*

81 Non entis nullæ ſunt qualitates. *l. Si ſeruum,* 4. §. *fin. ff. v. de act. empt.*

82 Non eſt addenda afflictio afflictis. *c. Cũ percuſſio* 7. *q.* 1. *c. ex parte. iuncta gloſ. v. Afflictio. De Cler. ægrot.*

83 Non facere eſt facere. S.Thom. 2.2. q. 74. art. 1. ad 1. *l. Si mora, ff. ſ. ſol. matr. Nauar. c.* 17. *num.* 211.

84 Non facere, & non bene facere, paria ſunt. *l. Quoties* 6. *ff. v. Qui ſatiſd. cog.*

Et quod nullum eſt, nullum parere poteſt præiudicium. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 271. *n.* 24. *& deciſ.* 461. *num.* 9.

Vnde ſi legitimatio eſt nulla, inſtitutio quoque nulla erit. *d. deciſ.* 271.

85 Non intelligitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum. *cap. Eccleſiæ, & c. ſolemnitas, de conſecr. diſt.* 1. *c. Placuit,* 3. *de conſecr. diſt.* 4. *c. vnic. de Cler. non Ordin. miniſtr.*

86 Notabilia, niſi ſpeciatim notẽtur, quaſi neglecta videntur. *l. Item is* 15. §. *At Prætor* 26. *ff. n. de iniur.*

O

Regulę Decretalium.

1 *Omnis* res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. *Reg.* 1. S. *Io.* Chryſoſt. N. 35.

2 Offendens in vno factus eſt omnium reus. *reg.* 9. S. Aug. lib. de Pœnitentia.

Regulæ Sexti.

3 *Odia* reſtringi, & fauores conuenit ampliari.

Regulæ ff.

4 *Omnes* actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent. P. 15.

5 Omnia, quæcumque cauſæ cognitionẽ deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

6 Omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

7 Omnia fere iura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

8 Omnis hæreditas, quãuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

9 Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcũtur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium quidem ſine vitio cæperint. N. 11.

10 Omnis diffinitio in iure Ciuili periculoſa eſt: parũ eſt enim, vt non ſubuerti poſſit.

Regulæ Communes à me Collectæ.

11 *Obligatio* ſemel extincta non reuiuiſcit. *l. Cum ex cauſa. De remiſſ. pignor.*

12 Omnia noſtra facimus quibus authorita-

ritatem impartimur. *l.*1. §. *Sed neque, C.de vet. iur. enucl.*

P

Reg. Decretalium.

1 **P***Ro* Spiritualibus homagium, *Iuramentum ſcilicet fidelitatis,* non præſtatur.

Regulæ Sexti.

2 *Peccati* Venia non datur niſi correcto. *Reg.*5.

3 Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. *Reg.*4.

4 Pluralis locutio duorum numero contenta eſt. *Reg.*40.

5 Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus. 1. 31. *Reg.*35.

6 Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit. *Reg.*2.

7 Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. *Reg.*48.

8 Præſumitur Ignorantia, vbi ſcientia non probatur. *Reg.*47.

9 Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona. *Reg.*7. infra num.18.

10 Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere. *Reg.* [illegible] 57. infra num.11.

Regulæ ff.

11 *Parem* eſſe conditionem oportet eius, qui quid poſſideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret, vel haberet. *Supra num.* 10.

12 Plerumque emptoris eadē cauſa debet eſſe circa petendum aut defendendum, quæ fuit Auctoris.

13 Plerumque fit, vt etiam quæ à nobis abire poſſint, perinde in eo ſtatu ſint, ac ſi nō eſſent eius conditionis, vt abire poſſent: & ideo quod Fiſco obligamus, & vendere interdum, & alienare, & ſeruitutem prædio imponere poſſumus.

14 Plus cautionis in rem eſt, quam in perſonam.

15 Pœnalia iudicia ſemel accepta in hæredes tranſmitti poſſunt. *O.* 4.

16 Prætet Bonorum Poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

17 Priuatorum Conuentio iuri publico non derogat.

18 Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam Perſonæ. Et ideo quædam ad hæredes tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad hæredes nō tranſeunt. *ſupra n.*9.

19 Pupillus pati poſſe non intelligitur.

20 Pupillum, qui proximus eſt pubertati, capacem eſſe, & furandi, & iniuriæ faciendæ.

Regulæ Communes à me Collectæ.

21 *Paria* ſunt non facere, ac non legitimè facere: *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 271. *n.* 207. & *deciſ.*496. *n.*2. N. 84. num. ſeq.

22 Paria ſunt non eſſe, ac nullum eſſe, cum quod nullum eſt, nullum parere poſſit præiudicium. *l. Quoties* 6. *ff. u. Qui ſatiſd. cog. Rota apud Ludouiſ. deciſ.*496. *n.*9.

23 Paria ſunt non eſſe, & non apparere. *lib.*3. *Ciuil. tit.*14. *num.*94.

24 Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. *l. Viro, ff.i. ſol. matr.*

25 Paria ſunt aliqua facere tempore inhabili, vel tempore habili, ſi effectus confertur ad tempus inhabile. *Abb. in c.* 5. *de pactis. ex l. Quod ſponſæ, C. de donat. ante nupt.*

26 Paria ſunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri. *Ang. l.*1. & *l. Inter cauſas, ff. u. Mand.* Q. 51.

27 Pars non diuiditur contra totum, ſed contra aliam partem. *S. Thom.*1. *q.*93. 2.3.

28 Parum eſt iura condere, niſi ſit qui ea exequatur. *l.* 1. *ff. p. Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſus eſt.*

29 Parum, & nihil æquiparantur. *gloſ.extr.* 2. *Io. XXII. v. Fugere de elect. l. ſi fundum* 16. *ff. u. de fundo dot.* Q. 27.

30 Patria poteſtas in pietate, non in atrocitate, conſiſtere debet. *l. Diuus* 5. *ff. n. Ad l. Pomp. de Parricid.*

31 Pater, & Filius vna, & eadem Perſona eſſe cenſentur. *l. fin C. de Impub.*

32 Plura ſunt negotia quam vocabula. *l.*4. *ff. u. Præſcript. verbis.*

33 Plus operantur boni mores quam diuitiæ. *l. ſcire oportet,* §. *cum reliquis, ff.i. de tutor. & Curator. datis ab his, &c.*

34 Pœnas ob delicta ſolui magna ratio ſuadet. *l. ſi à reo* 70. §. *fin. ff.n. de Fideiuſſor.*

55 Prætor ſemper æquitatem ob oculos habere debet. *l. Quod ſi* 4. *ff. u. eo quod certo loco.*

36 Præſumptio Iuris, & de Iure non admittit probationem in contrarium. *Abb. in c. Inter alia n.* 7. *de immun. Eccleſ. Tolet.lib.*1. *c.*37. *à* 12.

37 Princeps iniuriam illatam circa latus ſuum militantibus reputat propriam. *l. Quiſquis* 5. *C. Ad l. Iul. ma.*

38 Princeps non præſumitur velle alicui facere præiudicium. *c. Quamuis, de reſcript. in* 6. *l.* 2. §. *Merito, & l. ſi quis à Principe, ff. n. Ne quid in loco publico.*

39 Priuatio præſupponit habitum. *l. Decem, ff.n. de verb. oblig.*

40 Priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum eodem priuilegio. *l. Verum* 11. §. *Item quæritur, ff.u. de Minor. Oinot. de action.* §. *Rurſus n.*47.

41 Priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. *c. Priuilegium* 11. *quæſt.* 3. *c. Tuarum* 11. *de Priuileg. c. licet,* 18. *de Regular. Et dixi in Can. lib.*5. *tit.*33. *n.*22.

42 Probatio in vna cauſa, ſuffragatur in

alijs. *Arg. l. Ingenuum, ff. u. de ſtatu hom. Rota in vna Mediolanenſi fructuum, quam ad verbum refert Bonac. de Simon. diſp.4. q.3. n.7.*

43 Probatis extremis, præſumuntur media. *Oinot. de vſucap. princ. n. 60. vide quæ dixi lib.3. Ciuilium, tit.24. De empt. n.48.*

44 Probato facto, præſumuntur interueniſſe omnia neceſſaria ad factum. *cap. In præſentia. De probat. Bonac. tom.2. de præcept. diſp.4. q.1. pun.9. n.4.*

45 Propoſitiones indefinitæ æquipollent vniuerſalibus, præterquam in materia probatoria. *Rota apud Coccin. deciſ.55. n.2.*

46 Propoſitum mente retentū nihil operatur. *l. Cum plures 62. §. locator. ff. u. locati. l. Si reperendi, 4. ff. de Cond. ob cauſ.*

47 Proteſtatio non prodeſt, ſi eſt contraria facto. *Cum M. de Conſt. c. Olim 20. iuncta gloſſa. De cenſibus.*

Dicitur autem contraria facto, quando totum factum deſtruit, ſecus ſi tantum limitat actum. *Rota apud Cenc. Addit deciſ. 93. n.4.*

48 Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis. *l. fin. C. de pact. Conu.*

Q

Regulæ Decretalium.

1 QVi ex timore facit præceptum, aliter quam debeat, facit; & propterea iam non facit. *Reg.8.* S. Auguſtinus. *P. 21.*

2 Quicquid in ſacratis Deo rebus, & Epiſcopis iniuſtè agitur, pro Sacrilegio reputatur. *Stephanus Papa.* Reg.7.

3 Quod latenter, aut per vim, aut alias illicitè introductum eſt, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere. *Greg. VII.*

Regulæ Sexti.

4 *Quæ* à Iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

5 Quæ contra ius fiunt, debent vbique pro infectis haberi.

6 Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multo magis admittendus. *Reg.71. C. 16.*

7 Qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere. *Reg.82.*

8 Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſeipſum. *Reg.72.*

9 Qui prior eſt tempore, potior eſt iure. *Reg.54.*

10 Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum, & e contra. *C.17. Reg.55.*

11 Qui tacet, conſentire videtur. *Reg.43.*

12 Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet alijs in exemplum. *Reg. 74.*

13 Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit. *Reg.67.*

14 Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendiū retorquendū. *Reg.61*

15 Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *Reg.29.*

16 Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe. *Reg.24. Infra num.33.*

17 Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. *Reg.21.*

Regulæ ff.

18 *Quæ* ab initio inutilis fuit conſtitutio, tractu temporis conualeſcere nō poteſt. *N.11.*

19 Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.

20 Quæ legata, mortuis nobis, ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per Nos, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus, aliter atque cum ſtipulati ſumus. Nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam ſi liberatis nobis à poteſtate Domini conditio exiſtat.

21 Quæ propter neceſſitatem conceſſa ſunt, non debent in argumenta trahi. *I. 5.*

22 Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

23 Quamdiu poſſit valere teſtamentum, tamdiu legitimus hæres non admittitur.

24 Quatenus cuiuſque interſit, in facto, non in iure, conſiſtit.

25 Qui actionem habet in rem recuperādam, ipſam rem habere videtur. *M. 5.*

26 Qui auctore Iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

27 Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuerit, iudicium animi fuiſſe: ideoque in breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe dicitur.

28 Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius. Hæredi autem hoc imputari non poteſt, dum non ſponte cum legatarijs contrahit.

29 Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur; quia pro poſſeſſore dolus eſt. *P. 10.*

30 Qui in locum alterius ſuccedunt, iuſtam habent ignorantiæ cauſam, an id, quod petebatur, deberetur. Fideiuſſores vero non minus quam hæredes iuſtam ignorantiā poſſunt allegare: Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agetur, non etiam ſi agat. Nam plane qui agit certus eſſe debet; cum ſit in poteſtate eius, quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. *C. 8.*

31 Qui in ius, dominiumque alterius ſuccedit, eius iure vti debet. *I. 17.*

32 Qui in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt: nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

33 Qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur

detur dolo facere; quia parere neceſſe habet. ſupra 16.

34 Qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quia non hoc facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iuſſus eſt.

35 Qui per ſucceſſionem, quamuis longiſſimam, defuncto hæredes extiterint, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes extiterint.

36 Qui poteſt facere, vt poſſit conditioni parere, iam poſſe videtur.

37 Qui poteſt inuitis alienare, multo magis, & ignorantibus, & abſentibus poteſt.

38 Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

39 Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat; non videtur moram facere.

40 Qui tacet, non vtique fatetur, ſed tamen verum eſt non negare. 1. 18.

41 Qui vetante Prætore facit, hoc aduerſus Edictum facere propriè dicitur.

42 Quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere non cogitur.

43 Quod actum eſt, cum in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationē.

44 Quod attinet ad Ius Ciuile, ſerui pro nullis habentur; non tamen, & Iure naturali: quia quo ad Ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

45 Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt perducendum ad conſequentias.

46 Quod cuipiam præſtatur, inuito non tribuitur. 1. 53.

47 Quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

48 Quod in initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere. N. 11.

49 Quod euincitur, in bonis noſtris non eſt.

50 Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet. *Supra num.*8.

51 Quod nulli eſſe poteſt, id, vt alicuius fieret, nulla efficere poteſt obligatio.

52 Quod quis, cum ſeruus eſſet, egerit, proficere liberto facto non poteſt.

53 Quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit.

54 Quod quis ex ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. *d.*2.

55 Quod quis, ſi velit, habere non poteſt, id renunciare non poteſt.

56 Quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio aut dubitatio Iuris moderatur, iuſtis decretis res temperanda eſt.

57 Quoties dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum eſt.

78 Quoties duplici Iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo Iure, quod antea defertur, ſupererit vetus.

59 Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

60 Quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimū habeat iniquitatis. l. 11.

61 Quoties vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cuius in lucro cauſa tempore præcedit. *ſupra num.*9.

62 Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vnam tantum quis experiri debet.

63 Quo tutela redit, eò & hæreditas prouenit, niſi cum feminæ hæredes intercedunt. *l. Quintus Mutius Sempronio*.

Regulæ Communes à me Collectæ.

64 *Quæ* dantur ſub conditione, ea non adimpleta, non ſortiuntur effectum. *Arg. c. Commiſſa. De elect. lib.6. Rota apud Coccin. deciſ.*108. *n.*7. *ſupra num.*54.

65 Quæ in continenti fiunt, ineſſe videntur. *l. Lecta, ff. v. de reb. cred.*

66 Quæ indefinitè relinquuntur à lege, definienda ſunt arbitrio boni viri. *c. De cauſis,* §.1. *De off. Releg. l.*1. §.1. *ff. i. de iure delib.*

67 Quæ in præfationibus dicuntur, cenſentur repetita, &c. ſupra litt. E. n.17.

68 Quæ præcedunt, ſeu præmittuntur, digniora cenſentur. *gloſ. §. vlt. Inſt. de iur. nat.*

69 Quæ ratio eſt de toto ad totum, eadem eſt de partem ad partem. *c. Paſtoralis, §. Item cum totum. De offic. Deleg. l. Quæ de tota, ff. v. de rei vind.*

70 Quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendū. *l. licet, C. de except.*

71 Quæ ſingula non proſunt, ſimul vnita iuuant. *Rota apud Farin. par.*1. *tom.*1. *deciſ.*494. *num.* 10.

72 Quæ ſunt ſtatuta ad augendum, operari non debent diminutionem: & quæ ſtatuta ſunt ad reſtringendum, operari non debent ampliationem. *c. fin. de vrb. ſign. Nau. c.* 25. *num.* 138. *Bonac. tom.* 1. *de clauſura, quæſt.* 2. *pun.*6. *n.*7. *l. Rem legatam, ff. i. de adimendis legatis.*

73 Quæſtioni de facto reſpondere non eſt Iuriſconſulti. *l. Vt reſponſum c. de tranſact.*

74 Quando conſtat de intentione conſtituentis, non curamus de verbis: non enim ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. *c. Petitio. De Procur.* Querelatus non poteſt querelare. *c. fin. de teſtib.*

75 Qui cauſam damni dat, damnum feciſſe videtur. *l. Qui occidit, ff. v. Ad l. Aquil. l.* 55.

76 Qui ad aliud attendit, non dicitur eſſe præſens. *l. Coram Titio, ff. n. de verb. ſign.*

77 Qui altari ſeruit, de altari viuere debet. *cap. Extirpandæ* 30. *De præben.*

78 Quicquid induci poteſt humana lege, poteſt, & conſuetudine. *c. fin. de conſuet. l. De quibus, ff. v. de legib.*

79 Qui declarat, non ſtatuit. *l. Hæredes*

palam, §. *ſed & ſi notam*, *ff. i. de teſtam.*

80 Quid tam humanum eſt, quam fortuitis caſibus Mulieris virum, vel vxorem fortuitis caſibus Mariti, participem eſſe? *l. Sicut dotem*, §. *Si Maritus*, *ff. i. ſol. matr.*

81 Qui ex duobus propoſitis vnum affirmat, alterum negare videtur. *c. Nonne* 5. *De præſumpt. l. Cum Prætor* 12. *ff. v. de iudic.*

82 Qui geminat delictum, veniam non meretur. *Bald. in l. 3. C. de Epiſcopali aud.*

83 Qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet. *l. Iulianus* 13. *ff. v. de act. empti.*

84 Qui non habet in ære, luit in corpore. *I.* 71.

85 Qui vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam. *c. Cum Eccleſia, de elect. l. Iniuriarum*, §. 1. *ff. n. de iniur.*

86 Qui tenetur ad aliquid, tenetur, & ad conſequens neceſſarium. *Arg. l. Illud*, *ff. i. de act. hæred. c. Præterea. De off. Deleg.*

87 Qui vult conſequens, vult & antecedens neceſſarium. *l. Quamuis, & ibi Bald. C. de fideicomm. Rota apud Farin. par. 1. tom. 1. deciſ. 110. num. 5.*

Non procedit tamen, cum deficit poteſtas in volente conſequens. Rota deciſ. 535. num. 11.

88 Qui vult antecedens, vult & conſequēs neceſſarium. *l. Si à reo* 70. §. *fin. ff. n. de fideiuſſor. S. Thom. in 4. diſt. 40. quæſt. 1. art. 3. & in ſuppl. quæſt. 98. art. 1. c.*

89 Quod accidentaliter euenit, non eſt adeo attendendum. *l. Si quis nec cauſam*, *ff. v. de reb. cred.*

90 Quod culpa caret, in damnum vocari non debet. *Barboſa 2. par. ff. i. ſol. matr.*

91 Quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito. *c. Sciendum 8. quæſt. 1. l. Et ſi contra fabulas, ff. i. de vulg.*

92 Quotieſcumque multis graſſantibus xemplo opus eſt, pœnæ poſſunt augeri. *l. Aut facta* 16. §. *fin. ff. n. de Pœnis.*

93 Quotieſcumque vis eſt iuſta, reſiſtentia eſt iniuſta. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 69. 4. c. Paul. de Caſtro, & Oinot. Inſt. de leg. Aquilia*, §. *Iniuria n. 6.*

R

Regulæ Sexti.

1 Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari. *reg.* 10. d. 6.

2 Rationi congruit, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. *reg.* 77.

3 Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum. *reg.* 9.

Regulæ ff.

4 *Regula* eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat, non vt ex regula Ius ſumatur; ſed vt ex Iure, quod eſt, Regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur: & vt ait Sabinus, quaſi cauſæ coniunctio eſt: quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officiū ſuum.

5 Refertur ad vniuerſos, quod publicè fit per maiorem partem.

6 Res iudicata pro veritate accipitur.

Regulæ Communes à me Collectæ.

7 *Relatum* eſt in referente cum ſuis qualitatibus. *l. Aſſe toto, ff. i. de hæred. inſtit. Rota apud Farin. p. 1. tom. 1. deciſ. 457. n. 2.*

8 Ream linguam non facit, niſi rea mens. *c. Homines 22. q. 2.*

9 Remittentibus actiones, & iura ſua, non eſt dandus recurſus ad ea. *l. 4. C. de Pactis. l. Quæritur*, §. *Si venditor, ff. n. de Aedil. edicto.*

Niſi id fecerint per errorem. Diana 3. tr. 2. reſ. 83.

10 Res inter alios acta, alijs non obſiſtit. *c. Quamuis 25. De ſent. & re iudic.*

Facit tamen aliquam præſumptionem. Rota apud Ludouiſ. deciſ. 524. num. 7.

11 Res ſua nemini ſeruit. *l. vti fru. ff. u. ſi vſufr. pet.*

12 Res ſemel mea amplius mea fieri non poteſt. *l. Proprias 13. C. delegat.*

13 Res nulla eſt tam ſacra, quæ ſuum non habeat ſacrilegium *Seneca.*

14 Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. *l. lex vectigali, ff. n. de pignor.*

S

Regulæ Sexti.

1 Scienti, & conſentienti: non fit iniuria, neque dolus. *reg.* 27.

2 Semel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum. *reg.* 51.

3 Semel malus ſemper præſumitur malus. *reg.* 8.

4 Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. *reg.* 23.

5 Sine poſſeſſione Præſcriptio non procedit. *reg.* 3.

Regulæ ff.

6 *Secundum* naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. Q. 10.

7 Semper in contractibus nō ſolum quod liceat conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt.

8 Semper in dubijs benignora præferenda ſunt.

9 Semper in generalibus ſpecialia inſunt.

10 Semper in obſcuris quod minimum eſt ſequimur. I. 11.

11 Semper in ſtipulationibus, & cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non appareat, quod actum erit, conſequens eſt, vt id ſequamur, quod in regione,

ne, in qua id actum eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

12 Semper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur, ſed ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione. Reg. 1.

13 Semper qui dolo facit, quo minus haberet, pro eo eſt habendus, ac ſi haberet.

14 Seruitutē mortalitati fere cōparamus.

15 Seruus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

16 Sicut pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

17 Si filius ſub conditione ſtipulatus emācipatus fuerit, deinde extiterit conditio, Patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

18 Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt, præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, & ſi ſummam rei diſparem habeant, pro paribus accipienda ſunt.

19 Si librarius in tranſcribendis ſtipulationibus verbis erraſſet, nihil nocere, quominus, & Reus Fideiuſſor teneatur.

20 Si nemo ſubijt hæreditatem, omne ius teſtamenti ſoluitur.

21 Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cæpiſſe.

22 Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

23 Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Regulæ Communes à me Collectæ.

24 *Satiſdatio* maleuolum propoſitum non mutat, ſed diutius graſſandi tribuit facultatem. §. *penult. Inſt. De ſuſp. tutor.*

25 Scire leges non eſt earum verba tenere, ſed vim, & poteſtatem. *l. ſcire leges, ff. n. de legib.*

26 Scire eſt rem per cauſam cognoſcere.

27 Sequentia declarant antecedentia. *l. Si ſeruus* 50. §. *fin. ff. i. de legat. primo.*

28 Sicut leges non dedignantur ſacros canones imitari; ita & ſacrorum ſtatuta canonum Principum cōſtitutionibus adiuuantur. *c. 1. de non. op. nunc.*

29 Si ego vinco vincentem te, multo magis vinco te. *l. De acceſſionibus, ff. n. de diu. & temp. præſcrip.*

† Si id quod ago, non valet vt ago, valet tamen eo modo, quo valere poteſt. *c. vnic.* §. *Idem, de deſpouſ. imp. in* 6. *

30 Sine lege, vel efficaci ratione non eſt aliquid aſſerendum contra ius regulare. *c. legitur* 24. *quæſt.* 2. *c. Conſuluiſt.* 20. 2. *q.* 5.

31 Solutionem allegans eam quoque probare tenetur. *l. fin. C. de ſolut.*

32 Sponte factum dicitur, quod nulla neceſſitate cogēte ſit, quod motu proprio, quod liberè, non autem coactè, vel ad petitionem, &c. *Rota apud Farin. p.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 184. *n.* 8.

33 Standum eſt Peritis in arte. *l.* 1. *ff. i. de ventre inſpic. c. Propoſuiſti. De probat.*

34 Stylus deciſorius debet plenè probari. *Rota.*

35 Subrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur. *l. Si eum* 10. §. *Qui iniuriarum, ff. n. Si quis caut.*

Intellige tamen, & limita, prout dixi in tit. de action. num. 317.

36 Summa eſt ratio, quæ pro Religione facit. *l. ſunt perſonæ* 43. *ff. v. de Relig. & ſumpt. fun.*

T

Regulæ ff.

1 *Temporalis* permutatio Ius Prouinciæ non innouat.

2 Toties in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex ſuo.

Regulæ Communes à me Collectæ.

3 *Traditionibus*, non nudis pactis, rerum dominia transferuntur. *l. Traditionibus, C. de pactis.*

4 Tacitum, & expreſſum æquiparantur. *l. Cum quid* 3. *ff. v. ſi cert. pet. E* 25.

5 Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes. *c. Quemadmodum* 25. *De iureiur.*

V

Regul. Decretalium.

1 *Vtilius* ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur.

Regulæ Sexti.

2 Vtile non debet per inutile vitiari.

Regulæ ff.

3 *Vani* timoris, non iuſta excuſatio eſt.

4 Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo primo die venerit, audiendus eſt. Ita enim Imp. noſter Antoninus cum D. Fratre ſuo reſcripſit.

5 Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterum eſſe factum. 1-4.

6 Vbi cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur.

7 Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, Mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in Surdo. Hoc quidem, & reſponderi poteſt, &c.

8 Vbi repugnantia inter ſe in teſtamento inuenitur, neutrum ratum eſt.

9 Velle non creditur, qui obſequitur imperio

perio Patris, vel Domini.

10 Verum eſt neque facta, neque ſtipulationes, factum poſſe tollere. Quod enim impoſſibile eſt, neque pactione, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem aut in factum efficere poſſit. F. 14.

11 Vbi duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

12 Vnicuique ſua mora nocet. Quod & in duobus reis promittendi obſeruatur. M. 1.

Regulæ Communes à me Collectæ.

13 *Vbi* eſt eadem ratio, debet eſſe idem ius. *l. Illud, ff. v. Ad l. Aquil. l. A Titio, ff. n. de verb. oblig.*

14 Vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. *l. De pretio* 8. *ff. v. de public. in rem. act.*

15 Vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum. *l.* 1. §. *ſed & ſi quis, ff. i. de Carb. edicto. c. Vbi, de elect. in* 6.

16 Velle quis non præſumitur, quod facere nõ poteſt. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 531. *n.* 3.

17 Verba ad extraneum ſenſum ſunt trahenda, cum res aliter ſalua eſſe non poteſt. *Arg. l. Cum quidem, ff. n. de verb. ſign. gloſſa fin. c. Intelligentia. Extra, De verb. ſign.*

18 Verba formaliter ſunt intelligenda. *l. In delictis* 4. §. *Si extraneus, ff. v. de noxal. act. Bonac. tom.* 2. *diſp.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 8. §. *Incidens, n.* 3.

19 Et cum effectu. *c. relatum* 7. *de Cler. non reſid. l.* 1. §. *Hæc verba, ff. v. Quod quiſque iuris. l. Quoties* 6. *ff. v. Qui ſatiſd. cog. l. penult. ff. v. Ne quis in ius voc.*

20 Verbum *Debet* iuxta propriam ſignificationem, non importat debitum honeſtatis, ſed præcepti. *c. Sicut Eccleſia,* 2. *quæſt.* 2. *c. Oblatæ. De appell. Bonac. to.* 1. *de clauſ. quæſt.* 2. *pun.* 9. §. 3. *diff.* 1. *n.* 1. *ſupra v. Campana, n.* 5. *& v. Debitor num.* 2.

21 Veritas diſputando maximè eluceſcit. *Ariſt. lib.* 3. *Metaphiſ.*

22 Vim vi repellere omnes leges, omniaque Iura permittunt. *l. Scientiam,* 45. §. *Qui cum aliter, ff. u. Ad l. Aquil. Arg. c. Si vere* 3. *de ſent. excom.*

23 Voluntas mente retenta nihil operatur. *l. Cum in plures* 62. §. *locator, ff. v. locati.*

Si quis plura deſideret, videat Collectaneam Propoſitionum vtriuſque Iuris, impreſſam in volumine Communium opinionum.

REGVLARIS.

Acceſſus. Aromatarius. Caſus reſeruatus. Clericus. Confeſſarius. Coniux. Cura. Debitum coniugale. Donatio. Eccleſia. Eleemoſyna. Epiſcopus. Exemptio. Fideicommiſſum. Filius. Ieiunium. Illegitimus. Legatum. Legatus. Litteræ. Matrimonium. Mercator. Miſſa. Monaſterium. Monialis. Monitorium. Obligatio. Officium. Ordo. Patronus. Peccatum. Pœna. Poſſeſſio. Præcedentia.

Prædicator. Preſcriptio. Proceſſio. Schola. Seminarium. Sepultura. Solus. Tortura. Tranſitus. Viſitatio. Votum. Vxor. Et in Can. lib. 3. *tit.* 31.

1 QVid, &c. Ordó Mendicantium continet Fratres S. Dominici, S. Franciſci, Eremitanos S. Auguſtini, Carmelitanos, tam obſeruantes, quam Mitigatos, Religiónem Seruorum B. Mariæ, Societatis Ieſu, Minimorum S. Franciſci de Paula, Congregationem Ieſuatorum, B. Io. de Deo, vulgo, Fàte ben Fratelli, Clericorum Miniſtrantium Infirmis, Regularium S. Pauli, &c. *Vide Barboſam alleg.* 77. *à num.* 14. / De off. Epiſc.

Clerici Pauperes Matris Dei, ſeu Scholarũ Piarum erant ex Mendicantibus: ſed hodie eorum Religio fuit redacta in Congregationem ſæcularem, Ordinarijs locorum ſubiectam, ad inſtar Congregationis Presbyterorũ Oratorij, ſeu S. Philippi Nerij, per S. m. Innocentium X. cuius conſtitutionem retuli in meo Compendio Regularium. *v. ſuppreſſio.*

2 Ingreſſus Religionis pertinet ad minimam Capitis diminutionem. *Rota in vna Bononienſi Fideicommiſſi* 26. *Ianuarij* 1632. *coram Veroſpio.*

3 Monachus poſt profeſſionem, poteſt acquirere ciuilitatem, Doctoratum, & alia iura Ciuilia, quæ non repugnant profeſſioni Religioſæ. Et ad retinendum nomen agnationis, & Familiæ qualitates in Religione, ſatis eſt, vt profeſſus vtatur annulo ſignatorio, quoties occaſio feret: non autem neceſſe habet deferre ſua inſignia humero ſuſpenſa. *Rota in vna Bononienſi de Blanchettis Fideicõmiſſi die* 9. *Decembris* 1633. *coram Veroſpio.*

4 *Tranſire* Regulares ad nullam Religionem neque arctiorem poſſunt, niſi prius conſtet, quod illa eos recipere parata ſit, vt dixi in tit. de Regularibus n. 6. & ſeqq.

5 De priuilegio Eremitarũ Camaldulenſium recipiendi etiam Carthuſianos dixi ibidem n. 2. verſ. Eſt tamen notandum.

6 *Exemptio*, Regulares non comprehenduntur ſub Ordinationibus generalibus, niſi de ipſis expreſſa mentio fiat, 1617. Napoli 30. Decembris 276.

7 Regulares, ſecluſo ſcandalo, non tenẽtur ad ſeruanda ſynodalia, & multo minus alia præcepta Epiſcoporum, *Diana* 5. *tract.* 12. *reſol.* 36.

† Sacra Congreg. Conc. 7. Iulij 1618. cẽſuit, Regulares eiuſdem Concilij decretis minimè prohiberi ſupraſcriptos actus in eorum Eccleſiis exercere, dummodo quo ad ſacras Conciones prius ab Epiſcopo benedictionem obtinuerint. Actus vero ſunt huiuſmodi.

I. Oblationes recipere.

II. Quæſtuare per Parochias, antequam Curatus collegerit primitias.

III. Concionari vel ſermocinari diebus feſtis, & Quadrageſimæ,

IV. Do-

IV. Docere doctrinam Chriſtianam.
V. Benedicere Mulieres poſt partum.
VI. Annunciare Populo feſta, & ieiunia inter Miſſarum ſolemnia.

Aliunde tamen poſſunt eis prædicta, vel aliqua ex ipſis eſſe prohibita. *

8 Regulares prædicantes in ſuis Eccleſijs examinari non poſſunt ab Epiſcopo, 1603. Chieti 15. Iulij 77.

9 Religioſi non poſſunt in Eccleſijs, quæ ad eos pleno iure non pertinent, inſtituere, ſeu præficere, præſertim curæ Animarum; nec inſtitutos ſeu præfectos amouere, inconſultis Epiſcopis. *c. In Lateranenſi* 31. *De Præben.*

10 An Domus ſeu Monaſteria Regulariũ exempta ſint, vt ſunt loca quædam, vel an ipſæ ſolæ Perſonæ Regulares dicantur exemptæ, non loca, tam affirmatiua, quam negatiua, reputatur probabilis à Diana 5. tract. 9. reſol. 66. Vbi vtriuſque partis aſſertorum nomina, & rationes refert. *Sed vide, quæ ego dixi in tit. De Regular. num.* 14.

11 Regulares delinquentes in adminiſtrãdis Sacramentis Perſonis ſæcularibus, vel prædicantes contra præſcriptum Concilii Tridẽtini, nempe extra Eccleſias ſuorum Ordinum ſine licentia Epiſcopi, vel in Eccleſijs ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo; poſſunt ab Epiſcopo, tam per cenſuras Eccleſiaſticas, quam per alias quaſcumque opportunas pœnas puniri, & eos declarare ac exequi: non tamen ab inferioribus Prælatis iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem habentibus, nec ab Epiſcopo, ſi id in loco Nullius diœceſis fecerint. *Greg. XV. Conſt.* 18. *Inſcrutabili, iuncta declaratione Sacra Congr. Mancin. pract.* 7. *dub.* 16. Nota tamen vt dixi in d. tit. de Regular. n. 26.

Similiter ſi confeſſiones audiunt ſine ſua licentia. *Ibidem, &* 1627. Giennen. 27. Aug. 434.

Pœnæ tamen pecuniariæ contra Regulares ſunt inſolitæ, 1645. Regolari di Peſaro 29. Septembris 32.

12 An autem Epiſcopus poſſit denunciare Regulares, qui excommunicationem incurrerunt, etiam in caſibus, in quibus non habet iuriſdictionem in eos, aliqui reputant vtramque probabilem per ea, quæ congerit Cappuccin. Compend. priuilegior. verſ. An ſi Regularis. verb. exemptio.

Certum eſt tamen, quod *in caſu Clem.* 1. *de priuileg.* poſſunt, nempe quando excommunicationem incurrunt propter adminiſtrationẽ aliquorum Sacramentorum ſine licentia Parochi; vel abſolutionem à cenſuris, aut caſibus reſeruatis abſque neceſſaria facultate.

Gauant. in Manual. v. Exempti num. 13. *Epiſcopo,* inquit, *ſubduntur exempti ad hoc, vt per eum poſſint denunciari, & mandari vt euitentur, quando ſunt notoriè excõmunicati.* DD. apud Barboſam, alleg. 105. num. 73. & eſt caſus expreſſus in cap. Nulli 8. de ſent. excomm.

Quam opinionem etiam contra Regulares, probauit Sacra Regularium Congregatio, vt dixi ſupra v. exemptio num. 14. §. VI.

13 Moleſtantes Religioſos Mendicantes, & eorum bona per gabellas, &c. ſunt excommunicati exc. P. reſ. *Pius V.* Sed videtur etiã Bullæ Cœnæ.

14 Regularis extra clauſtra degens poteſt viſitari, corrigi, & puniri ab Ordinario, vbi deliquerit, non obſtante Priuilegio. *Trident. ſeſſ.* 6. *c.* 3.

Licet degat extra clauſtra de licentia Apoſtolica, vt ſæpius declarauit Sacra Congregatio eiuſdem Concilij, 1626. Conuentuali di Milano 20. Nouembris. v. Clauſtra 7.

14 Taxantes Inſtitutum ſocietatis Ieſu ſũt ipſo facto excommunicati, & eorum abſolutio reſeruatur Papæ, vel Generali Societatis. *Gregor. XIII. conſt.* 89. *Aſcendente Domino. Rodr. eſſerc. ſpirit. lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 20.

15 Impedientes eos, qui volunt Religionem ingredi, &c. ſunt excommunicati. *Panon. deff.* 5227. §. 9. *num.* 37.

16 *Mare magnum* dicitur Compilatio priuilegiorum, Religioſis per diuerſos Summos Pontifices conceſſorum, vt latius dixi in d. tit. Regular. n. 41, & 42.

17 Religioſi communicantes in priuilegiis, non proinde communicant in pœnis, & prohibitionibus alterius ordinis. *Ex Laurentio Portel. Diana* 6. *tr.* 7. *reſol.* 1.

Niſi forte in illis prohibitionibus, cenſuris, & pœnis, quæ in Religionis alicuius fauorem contra Laicos ſunt latæ. *Cappuccini. v. Communicatio priuilegiorum. verſ. Notandum.*

18 Item neque communicant in priuilegijs exorbitantibus, & quæ de raro conceduntur.

19 Item neque in Indulgentijs, præſertim in Altaribus priuilegiatis. *Diana* 6. *tr.* 7. *reſ.* 39.

20 Omnes concedunt, quod quando Pontifices conceſſerunt priuilegia Societati Ieſu tali modo, vt ſubditi illius non communicent in illis, niſi ſibi concedatur à ſuo Generali; hæc limitatio non ligat alios Regulares, ſed gaudent illis priuilegiis inconſulto ſuo Generali. *Diana* 3. *tr.* 2. *reſol.* 81.

Quod multo magis habet locum, quando limitatio non à Pontifice, ſed à Superioribus Societatis facta fuit.

Verum Gregorius XIII. conſt. *Decet Romanum*, prohibet Religioſis Societatis vſum alicuius priuilegii Mendicantium, ſine conſenſu Superiorum, vt eſt videre in compendio priuilegiorum eiuſdem Societatis. fol. 141.

21 Religioſi poſſunt agere iniuriarũ contra eos, qui tempore Bacchanaliũm vtuntur eorum habitu. *Oinot. de iniur.* §. *Iniuris, n.* 27. *Infra v. Ruſticus n.* 1. *ex o.* 3. *De Regul.*

22 *Beneficium.* Regulares prouiſi de Beneficijs perpetuis, nõ poſſunt amoueri ſine cauſa.

ſa. *Clem.1: de ſuppl.neglig.Prælatorum. Rota apud Coccin. deciſ.18. num.11. & 12.*

23 Religioſus, etiam Canonicus Regularis, ad aliam Religionem translatus, perpetuo eſt incapax ſæcularis beneficij, etiam Curati. *Conc. Trid. ſeſſ.14. de reform. cap.11.*

Etiam Iuriſpatronatus, 1603. Albenga 15. Aprilis 43.

24 Immo hodie nullus Regularis abſque diſpenſatione Papæ poteſt obtinere ſæculare beneficium, licet Curatum. *Ex Sac. Congreg. Sanch. in Summa, tom.2. cap.29. n.71.* 1603. Cremona 1. Septemb. 79. Turino 27. Octob. 81.

25 Neque Canonicus Regularis nõ translatus degere poteſt extra Clauſtra in habitu Presbyteri ſæcularis ſub prætextu, quod obtineat beneficium ſæculare: quia ſi beneficia ſunt ſimplicia, obſtant ſacri Can.; ſi Curata, obſtat decretum S. M. Gregorij XIII. quod refertur in Regiſtris S. C. Concilij, & eſt tenoris ſubſequen. *S. D. N. Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus, abſque permiſſu Summi Pontificis, aſſumere curam animarum, etiam ad tempus.* Lauret. quæſt. 86. 8. Iulij 1581.

✝ Quia dixit obſtare Concilium Lateranenſe in concordatis ſub Leone X. Nec diſpenſantur, vbi nulla grauis affertur cauſa, 1604. Burgen. 2. Nouemb. Sixto V. placuit ad tempus concedi in caſu penuriæ ſęculariũ. Et tunc deducto victu, ſuperabundantes redditus conuertuntur in alimoniam Pauperum, & vtilitatem Eccleſiæ. Nec fiant, niſi inſtante Epiſcopo pro neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ. C. C. *

Quod Clemens VIII. mandauit inuiolabiliter obſeruari, non obſtante quod id forte per ſacros Canones permitteretur Canonicis Regularibus, præterquam translatis, 1605. Cremona 1. Sept. 69. Turino 27. Octob. 81.

Et cum hic caſus die 15. Maij 1655. fuiſſet iterum in S. C. Concilij propoſitus, Sacra eadem Congr. perſtitit in decretis, ac Canonicos huiuſmodi ad Concurſum admitti vetuit.

Neque ſuper hoc eorum Generalis diſpenſare poteſt, 1628. 24. Aug. fol.271.

✝ Nam vt dictum eſt Greg. XIII. declarauit nolle, vt Regularis ad huiuſmodi Parochialis concurſum admitteretur; quia dixit obſtare Concilium Lateranenſe in concordatis ſub Leone X. *lib.* 7. 657. 8. *Iulij. & lib.* 23. 570. 16. *Iulij* 1581.

Sacra C. C. perpenſis Rotæ deciſionibus atque decreto Gregorij XIII. & Sixti V. prohibente Regulares abſque diſpenſatione obtinere Parochiales Eccleſias, cenſuit, in hoc caſu, in quo nulla grauis affertur cauſa, & de ſpeciali aliquo vacante beneficio non agitur, diſpenſationem nequaquam eſſe concedendã. *Burgen. 2. Nouemb.* 1604. *

26 *Benedicere* paramenta Eccleſiarum ſibi non ſubditarum non poſſunt ſuperiores Regularium; vt ſupra v. Abbas num. 5.

Miſſa. Poſſunt Epiſcopi prohibere, ne Regulares permittant Sacerdotes exteros in eorum Eccleſijs celebrare, niſi ab eiſdem Epiſcopis, viſis litteris commendatitijs ſeu teſtimonialibus, admiſſi fuerint. *Sac. Conc. Congr. 12. Nouemb.* 1594. *Et Epiſcopor. & Regul. vt retuli in Compend. & etiam ſupra v. Miſſa.*

Ipſis autem Regularibus prohibere nõ poteſt, ne celebrent in Eccleſijs ſæcularium. Pius Quintus conſtit. 41. *Et ſi mendicantium* in reſponſione ad octauam moleſtiam. *Volumus*, inquit, *quod Fratribus Mendicantibus huiuſmodi non ſolum prohiberi non poſſit, ne Miſſas, & alia Diuina officia faciant in eorum Eccleſijs, verum etiam in quibuſcumque alijs, vbi Miſſas celebrare ſolitum eſt, etiam ipſis non vocatis, ſeu ad id requiſitis, celebrare valeant.*

Excipiendæ ſunt tamen Eccleſiæ Monaſteriorum Monialiũ ex decretis poſtea emanatis.

Nec non fratres præfatos, etiam ſolos, Mortuorum corpora aſſociare, nec per locorum ordinarios aut Rectores Eccleſiarũ ſeu alios quoſcumque prohiberi poſſe decernimus, & declaramus, ad quaſcumque Eccleſias deferantur. Et licet ſupradicta conſtitutio Pij Quinti fuerit per Greg. XIII. redacta ad terminos iuris, non tamen cenſentur reuocata ſupradicta. *Sac. Epiſcopor. Congr. Epiſcopo Theani 17. Maij* 1580. *fol.*99. Vel quia eis competant de Iure communi ſeu vigore ſuorum priuilegiorum, etiam præciſa ſupradicta conſtitutione: ſeu quia aſſerantur eis de nouo conceſſa per Vrbanum VIII. 25. Iunij 1633.

28 Quando tamen ex hoc ſcandala, & inconuenientia oriuntur, Sacra Congregatio prohibere ſolet, ne Regulares ſuſcipiant onera celebrandi in Eccleſijs ſæcularibus, & econuerſo, niſi in caſu neceſſitatis. *In vna Cremonen. 11. Septembris* 1598. *fol.*84. Sed de hoc latius in Regularium Compendio, & etiam ſupra v. Miſſa.

29 Religioſi priuilegiati celebrare poſſunt in Altari portatili extra Eccleſiam, in locis tamen decentibus, & honeſtis, ſi non contradicat Epiſcopus: quia Conc. Trid. ſeſſ.22. nõ tollit directè illorum priuilegia, ſed dat facultatem Epiſcopis id prohibendi, etiam non obſtantibus priuilegijs. *Diana 6. tr.8. reſol.* 39.

30 *In die Paſchæ* non eſt licitum neque Tertiarijs communionem à Regularibus accipere, licet quis alias ſatisfecerit, vel intendat ſatisfacere præcepto ſumendi communionem à proprio Parocho. *Sac. Conc. Congreg.23. Ian.* 1588. *Mancin. pract. 7. dub.9. n.6 & ſeqq.*

31 Nec ſatisfacit quis præcepto, ſi etiam extra diem Paſchæ, ſine tamen licentia Parochi, ſuſcipiat communionem à Regularibus, animo ſatisfaciendi. *Mancin. ibid. n.*11.

Et ita Vrb. VIII. reſcribi mandauit Cardinali Boncompagno Archiepiſcopo Neapolitano. Epiſtolam refert *Diana 6.tr.2.reſ.58.in fine.*

32 Li-

32 Licet tamen Regularibus adminiſtrare communionem etiam in die Paſchatis, ſuis ſeruientibus laicis, qui eis actu ſeruiunt, & intra clauſtra viuunt. *Mancin. dub.13. ex Trid. ſeſſ.24. c.11.*

33 Non tamen præfati laici ſeruientes abſolui poſſunt à Regularibus non approbatis ab Epiſcopo, *dub.14.* ✝ Sed contrarium declarauit ſæpius S. C. C. de laicis intra clauſtra degentibus, qui ſunt perpetui commenſales, vt retuli in meo Comp. Reg. v. Confeſſio. * Infra v. Tertiarius.

34 *Sepelire* poſſunt Regulares in ſuis Eccleſijs eos, qui mortui ſunt cum eorum habitu, vt latius dixi in 4. Ciuilium tit.15.n.24. *vide ſupra n.27.*

35 *Dimiſſoria.* Clemens Octauus præſcripſit Regularibus modum, & formam concedendi dimiſſorias ſuis ſubditis. Verba decreti ſunt hæc: *De mandato Sanctiſſimo D.N. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui, mandatur omnibus, & ſingulis quorumcumque Regularium ſuperioribus, vt de cætero obſeruent, & obſeruari faciant ea, quæ in decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini continentur: cuius tenor eſt talis.*

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum ſæpius cenſuit, ſuperiores Regulares poſſe ſuo ſubdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis ordines ſuſcipere voluerit, litteras dimiſſorias concedere, ad Epiſcopum tamen diœceſanum, nempe illius Monaſterij, in cuius familia is Regularis, qui ordinandus eſt, poſitus fuerit. Et ſi Diœceſanus abfuerit, vel ordinationes non habuerit, ✝ *& ſiue præſens ſiue abſens, alium ſuo loco Antiſtitem, qui ordinationes habeat, non adhibuerit, ita vt iam continuo integroque ſpatio ſex menſiũ in ea diœceſi habitæ non fuerint generales ordinationes, vel ſedes Epiſcopalis vacaret;* * *ad quemcumque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinentur quo ad doctrinam; & dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionẽ dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abfuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinationes. Verum cum à ſuperioribus Regularibus, Epiſcopo diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, litteræ dimiſſoriæ dabuntur, in eis vtique huiuſmodi cauſam abſentiæ diœceſani Epiſcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam eſſe. Quod ſi Regulares ordinandi morentur in Monaſterio Nullius diœceſis, huiuſmodi dimiſſorias concedendas eſſe ad Epiſcopum viciniorem, in eoque procedere omnia, quæ ſuperius dicta ſunt.*

Quod qui non fecerit; Officij, & dignitatis ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiuſdem Sanctiſſimi D.N. Papæ reſeruatas pœnas incurrant. Dat. Romæ die 15. Maij 1596. Congr. Epiſcopor. 1638. Min. Obſeruanti 11. Iunij 206. *Diana 2. tract.16. reſ.15.*

✝ Nota ſuper illud. *Dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinentur quo ad doctrinam,* quod in alijs debet Epiſcopus ſtare teſtimonio Superiorum Regularium, niſi aliqua probabilis ſuſpicio obſtiterit: quo caſu Epiſcopus ſe de veritate debebit inſtruere, nec aliter ad ordinationem procedere. *ex eadem Congreg.* *

Huius decreti metu non audent amplius Regulares mittere ordinandos ad Epiſcopos originis, ſed tantum diœceſanos vt ſupra. *Diana 6. tract.7. reſol.35.*

36 *Confeſſio n.33.* Regulares approbati ab Ordinario ad audiendas Confeſſiones ſæcularium, cùm primum alicuius infirmi confeſſionem exceperint, id Parocho ſignificare debent, & hoc eis ab Epiſcopo præcipi poteſt ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſſiones, vt Romæ fit. *Sac. Congr. Epiſcopo Senogallien. 23. Iunij* 1616. *& ante 1. Iulij* 1606.

Sufficit tamen hoc facere per ſcripturam ſiue fidem ſcriptam, apud Infirmum relictam. *Ead. Ian. Epiſcopo Andrien.* & alias, vt ſupra, & in Compend. Reg. v. Confeſſarius.

Non tamen poſſunt abſoluere à caſibus reſeruatis, neque prætextu corrigiarum S. Monicæ, vt dixi ſupra v. caſus reſeru. n.9.

37 Regulares compelli non poſſunt ad confeſſiones audiendas extra ſuas Eccleſias, 1604. Segni 12. Ian. 5. n.2.

38 Quando poſſint à Confeſſionibus audiendis ſuſpendi, vide decretum Sacræ Congregationis, quod retuli in d. tit. de Regular. num.9.

39 Confeſſarij Regulares diſpenſare poſſunt etiam extra confeſſionem in omnibus votis, in quibus poteſt Epiſcopus, excepto voto peregrinationis vltra duas diætas. *Diana 3. tr.5. reſol.25. v. Quarto. Bonac. tom. 2. de præceptis diſp.4. quæſt.2. pun.7. §. 4. n. 27. Comp. priuileg. v. Abſolutio quo ad Fratres, & Sæculares verſ. ſeptima Concluſio, fol.58. & v. Votum n.6. fol.536.*

Verum hæc reſtrictio peregrinationis ad duas diætas per multos Summos Pōtifices ſublata fuit, quo ad commutationem, non vero etiam quo ad diſpenſationem.

Item notandum maximè expedire, vt diſpenſationes huiuſmodi in actu tantũ Sacramentalis Confeſſionis concedantur; cum hæc clauſula ſemper apponi ſoleat in facultatibus Sacræ Pœnitentiariæ pro foro interiori.

40 *In Monaſterijs* ſibi ſubiectis non debent Regulares excludi ab adminiſtratione bonorum, ſed admitti ſimul cum Epiſcopo, vel eius Vicario, 1601. Vercelli 16. Ian. 30. Gregor. XV. conſt.18. *Inſcrutabili.*

41 *Alienatio.* Decretum Sacræ Congregationis Concilij, quo Regularibus intra Europæ fines conſiſtentibus, prohibetur alienatio, cum reuocatione priuilegiorum, retuli lib.2. Ciuilium tit.1. n.20. Ampliat. 6.

42 *Ad Cambium* recipere non poſſunt Regulares, vt latius *dixi lib.3. Ciuilium tit.24. n.124.*

43 *Succedit* Monaſterium in fideicommiſſo

ex perſona Monachi, vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 23. num. 18.

46 *Donare* hodie Religioſi poſſunt in quibuſcumque caſibus virtutis actum concernẽtibus: quia Conſtitutio Clem. VIII. per Vrbanum itidem Octauum moderata fuit, vt retuli lib. 2. Ciuilium tit. 7. de donat. n. 13. §. 7.

47 *Peculia* etiam hodie poſſunt Religioſis ad vſum concedi, vt dixi in tit. de Regular. num. 16. & ſeqq.

48 *Caſuum Conſcientiæ* Collationibus interuenire tenentur Regulares, qui curam habent Animarum, vt latius dixi ibidem n. 13.

Secus ſi curam huiuſmodi non habeant, licet ſint ad confeſſiones audiendas approbati, 1629. Padoua, e Regolari d'Andria 6. Apr. 119.

49 *S. Inquiſ.* Regulares per S. Officium puniti, (ſalutaribus pœnitentijs exceptis) eo ipſo fiunt inhabiles ad gradus, & officia Religionis; nec rehabilitari poſſunt, niſi per Sanctiſſimum, vel per DD. Inquiſitores. *Sac. Congreg. ex decreto Vrb. VIII. ann. 1626. Diana 4. tract. 5. reſol. 48. 4. 18. 7. §. 10.*

50 Hodie Superiores Regulariũ per Conſtit. 26. Pauli V. *Romanus Pontifex*, prohibentur cognoſcere de cauſis hæreticalibus ſuorũ ſubditorum. *Diana 4. tr. 8. reſol. 23.*

51 *Vocem* habere poſſunt in Capitulo Regulares, Sacris non initiati, ſi ſtatutum eorum id concedat, vt in Religione Minimorum: quia Conc. Trid. *ſeſſ. 22. c. 4. de reform.* talem caſum non comprehendit. *Ex Congr. Conc. Sanchez Conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 55.* † Quia intelligitur ſolum de Regularibus non Clauſtralibus, vt ſunt multa capitula Cathedraliũ, & Collegiatarum in Hiſpania. *

Laicis Recollectorũ fuit conceſſa per Breue 1648. recollett. 3. Ian. 4. 1653. 27. Mar. 55.

52 *Accedentes* Regulares ad colloquendum cum Monialibus abſque licentia Sacræ Congregationis, vel Epiſcopi (quæ tamen ab Epiſcopo concedi non poteſt, niſi quater in anno, in ſcriptis, ad coniunctas ad minus in ſecundo gradu, extra tempus Aduentus, Quadrageſimæ, Vigiliarum, Feriæ ſextæ, & Sabbati ac Feſtorum de præcepto) vltra pœnas priuationis officiorum vociſque actiuæ, & paſſiuæ, ipſo facto incurrendas, peccant mortaliter. Exceptis Superiore, cui Monaſterij ſeu Domus cura incumbit, Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque Ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur. *Ex pluribus Sacræ Congregationis decretis, quæ refert an verbum Bonac. de clauſ. quæſt. 3. pun. 4. n 4. & Diana 1. tr. 10. reſol. 12. & Lezana. v. Monialis n. 18. & 19. Ego ipſe in meo Compendio v. Acceſſus. & ſupra v. Acceſſus, & v. Monialis, &c.*

Lezana vero ibidem n. 23. ſubdit, quod licentia conceſſa Religioſo, videtur etiam ad Socium extendi, ſaltem ſi non ſit diuerſa ratio. Eſſet diuerſa ratio, ſi licentia conceſſa fuiſſet ad alloquendam conſanguineam tantum, & Socius non eſſet Conſanguineus.

53 *Taurorum* agitationi, etiam licitæ, intereſſe non poſſunt Regulares. *Ex Bulla Clementis VIII. Barboſa de Can. c. 1. num. 44.*

Quam tamen Bullam ego inuenire non potui. Certe illicita prohibetur Eccleſiaſticis per Pium V. ſub excommunicatione latæ ſententiæ, vt dixi in Can. lib. 4. tit. 13. De torneamentis remiſſiue.

RELICTVM.

Cauſa pia. Legatum. Teſtamentum.

1 *SIc, & tali* tempore per verba denotantia tempus poſitum in caſu obligationis ſimpliciter, licet peti non poſſit, niſi in fine illius temporis. *l. Qui hoc anno. l. Eum qui certarum, ff. n. de verb. oblig. §. Qui hoc anno Inſtit. de inutil. ſtipul.*

Relictum tamen tali modo ad pias cauſas peti poterit in ipſius tẽporis initio. *l. Si ita fuerit, ff. n. de manum. teſtam. Diana 3. tr. 6. reſol. 29. verſ. Secundo.*

2 Relictum alicui, cum ad certam ſeu legitimam ætatem peruenerit, peti non poteſt, ſi legatarius morte præuentus ad eam nõ peruenerit, tamquam deficiente conditione. *l. Fundus. l. Mauius, ff. i. de condit. & demonſtr. l. Qui habet, ff. i. de vulg. & pupill.*

Niſi ſit legatum ad pias cauſas. *l. Si ita ſcriptum fuerit, ff. v de manum. teſtam. l. Si Seruus liber. ff. ii. de ſtatu lib. Quos textus de libertate loquẽtes ad omnem piam cauſam trahunt allegati per Tiraq. priuil. 23.*

3 Relicta nominatim ab vno, non debentur ab alio ſubſtituto. *l. Vnica, §. His itaque, C. de Caduc. tollen.*

Niſi ad pias cauſas. *Text. in l. 4. §. Lucius, ff. i. de alim. & cib. legat. Secundum gloſſam, & lecturam Bartoli hoc in alimentorum materia diſponentẽ, ad omnem piam cauſam extendit Tiraq. priuil. 36.*

4 Relictum præſtandum ab eo, cui Teſtator nihil reliquerat, perinde habetur, ac ſi nõ fuiſſet ſcriptum. *l. Ab eo, C. de fideic.*

Ad pias tamen cauſas valet, & ab hærede petetur. *l. Ab alio hærede, ff. i. de alim. & cib. legat.*

Quam in alimentorũ materia loquentem, Bart. ibi in prima oppoſitione trahit ad omne id, quod reſpicit piam cauſam.

RELIGIO.

Nouitas. Regularis. Suppreſſio.

REgularium Clericorum ſeu Canonicorum inſtituta fuit in primitiua Eccleſia à primis Chriſti Diſcipulis. *Benedictus XII. conſt. 6. Pius IV. conſt. 75.*

RELIQVIAE. *Altare.*

QVod non poſſint aſportari, dixi in tit. de ſent. excom. num. 176. §. 4. Et de Reliq. num. 4.

REMISSIO.

Donatio 1.

RESCRIPTVM.

IMpetratum ab eo, qui conſtitutus eſt in aliqua dignitate, non valet, niſi de dignitate impetrantis in eo mentio habeatur. *c. Ad aures 8. De reſcript. gloſ. 2. c. Ad audientiam 2. eod.*

RESIDENTIA.

Beneficium. Cura. Epiſcopus. Parochus. Peſtis.

RESTITVTIO.

Commodatum. Concurſus. Confeſſarius. Culpa. Cuſtos. Detractio. Doctor. Exemplum. Fama. Furtum. Gabella. Hæres. Homicidium. Hora. Ignorantia. Impedimentum. Iudex. Legatum. Legatus. Ludus. Notarium. Pater. Ratio. Seruus. Simonia. Venditio.

1 IN *integrum* debita Minori, conceditur etiam eius hæredi. *Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 6. n. 17.*

2 *Quid & quantum*. Qui bona fide rem alienam retinet, ideſt qui probabiliter credit, eam rem eſſe ſuam, vel eius, qui ſibi eam dedit; aut enim, qui ſibi eam dedit, ius habuiſſe ad eam dandam; ſimul ac ſcierit alienam eſſe, tenetur eam Domino reſtituere, etiam ſibi pretio, quod pro eâ dedit, non refuſo. Si vero rem ipſam non habet, non tenetur reſtituere, niſi pretium eius, ſi eam vendidit, vel id, in quo factus eſt locupletior. Qui vero mala fide rem alienam detinet, reſtituere tenetur eamdem rem, ſi poteſt: ſin minus, tantum, quantum pluris valuit à tempore iniuſtæ acceptionis, ſeu detentionis, quamuis ſine ſua culpa perierit, niſi eodem prorſus modo peritura vel deterioranda fuiſſet apud Dominũ. Nam res ſemper perit damno eius, qui eſt in mora. Poſſeſſor autem malæ fidei ſemper eſt in mora. *Nauar. cap. 17. num. 7. 8. 9. 10.*

Vide tamen *Diana 3. tr. 5. reſol. 43.* vbi reputat probabilem opinionem dicentium, eum, qui rem furtiuam bona fide conſumpſit, non teneri, neque in quantum factus eſt locupletior, quando fur eſt potens ad reſtituendum.

Intellige etiam, quando peritura erat apud Dominum ſine iniuſtitia, puta incendio, ruina, naufragio, iuſto bello: ſecus ſi cum iniuſtitia, aut ſi res ſupereſt, aut periit poſt incendium, naufragium, &c. *Bonac. quæſt. 3. pun. 11.*

3 Fur tenetur reſtituere Domino, quod pluris rem alienam vendidit, quam Domino ſteterat, ſi augumentum fundetur in valore intrinſeco ipſius rei, puta quia Pullus aut vitulus factus eſt equus, vel taurus: ſecus ſi augmentum fundetur in ſimplici induſtria ipſius furis. Datur etiam ei neceſſariarum expenſarum repetitio, niſi cum pœna poſt condemnationem excomputentur. *Bonac. de contr. diſp. 1. q. 9. pun. 11. n. 8. & pun. 12. §. 2. n. 8. verſ. Dixi in foro.*

4 *Regulares* amoueri non debent ab aliqua Eccleſia, donec reſtituantur eis expenſæ ab ipſis factæ pro fabrica ipſius Eccleſiæ, & Conuentus, tam de redditibus Religionis, quam de eleemoſynis communibus, vel particularibus factis ad intuitum ipſorum Fratrum, 1601. Serui 16. Ian. 51.

5 *Inueniens* rem alienam in aliquo loco, ſi eam timeat ſibi fore pernicioſam, poteſt eam in eodem loco relinquere, vel reponere. *Bonac. de reſtit. diſp. 1. q. 4. pun. 2. n. 1.*

6 Si quis rem inuentã reponat in aliqua Eccleſia, & adhibita diligentia, non inueniatur Dominus, impendi debet in ſeruitium, vel vtilitatem illius Eccleſiæ, quod ſit in poſſeſſione, vel detentione, merito præferendæ, 1592. Aquino 22. Septemb. 176. 1601. Ceſena 17. Aprilis 120.

7 Qui inuenit crumenam plenam pecunijs, & adhibita ſufficienti diligentia, non inuenit Dominum, poteſt illas pecunias ſibi retinere: quia res quæ nullum habent Dominum, fiunt prioris occupantis. Habere autem incertum Dominum eſt idem ac habere nullum. *Diana 2. tr. 17. reſol. 5.* Vbi vtriuſque opinionis aſſertores enumerat.

Contraria tamen, quod incerta ſint reſtituenda Pauperibus, tutior eſt, & probabilior. *Bonac. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 4. n. 3.*

8 *Participans in damno*, ſi excuſatur à peccato, puta ob iuſtum metum, vel ignorantiam, excuſatur etiam à reſtitutione. Si vero non excuſatur à peccato, tenetur ad reſtitutionem eius partis, cuius inferẽdæ cauſa fuit, vel etiam totius, ſi totius inferendæ cauſa fuit, & alij complices reſtituere, vel nequeũt, vel nolunt. *Bonac. de reſtit. q. 2. pun 10.*

9 Iocatores, qui neſciunt ſe continere, & iocando alteri damnum inferunt, actione in factum ad intereſſe tenentur. *Oinot. Inſt. de furtis, §. Interdum quoque n. 2.*

10 *Cauſa* damni non præuiſi nec intenti, ſed caſu prouenientis ex ſua iniuſta actione, vt ſi domum ingreſſus ad furandum, eam inaduertenter, & contra intentionem incendit, in conſcientia non tenetur ad reſtitutionem: quia cum tale damnũ non imputetur ad culpam, neque ad pœnam imputari debet. *Nauar. c. 17. n. 140. & alij, quos refert, & ſequitur Bonac. de reſtit. diſp. 1. q. 1. pun. 3. §. vnico n. 11.*

In foro tamen exteriori agi poteſt ex tertio capite legis Aquiliæ, in qua etiam leuiſſima culpa venit per l. ſciendum 45. §. Qui cum aliter, ff. n. Ad l. Aquil. ibi. *Sed ſi defendendi mei cauſa lapidem in Aduerſarium miſero, & non eum, ſed prætereuntem percuſſero, tenebor lege Aquilia.*

Si tamen noctu domum alienam ingreſſus ad furandum, pedibus in aliquid offendit, illudque fregit, tenetur ad reſtitutionem damni illati. Nam damnum, quod inde ſequitur, non videtur ſequi per accidens; cum ex tali actione ſoleant huiuſmodi mala ſequi. *Bonac. num. 12.*

11 Non tenetur ad reſtitutionem, qui nõ eſt cauſa damni, ſed ſolum occaſio. Puta qui ſcripſit litteras falſo continentes, Romæ penuriam eſſe frumenti, ex quibus fortuito inuentis motus eſt alius, vt magnam frumenti copiam inferret in Vrbem: hic enim damnũ ſuæ leuitati debet imputare. Item qui alapa percuſſus, ſeu verbali affectus iniuria, tantum inde ruborem accepit, vt exinde mortẽ obierit, ſuæ leuitati, & iracundiæ hoc imputare debet: vnde percutiens, vel iniurians non tenebitur ad reſtitutionẽ reſpectu ſecutæ mortis. *Bonac. l. c. num* 11.

12 Dubius an ſuo conſilio, vel actione fuerit cauſa damni, non tenetur ad reſtitutionem: quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, præſertim in materia Iuſtitiæ. Probabile putat *Diana* 3. *tr.* 5. *reſol.*84.

13 Si prouocans alium ad rixam, vel duellum à prouocato vulneretur, vel occidatur; prouocatus ad nullam tenetur reſtitutionem vulnerato, vel hæredibus occiſi: & neuter offendens, vel occidens, ſi ex condicto deſcenderunt in arenam; quia volenti, & conſentienti non fit iniuria. *Diana* 3. *tr.*6. *reſol.*53.

Quod habet locum etiam inter Animalia, vt dixi lib.4. Ciuilium tit.9. n.1. §.4.

14 *Turpis*. Mulier, ſiue etiam Mas, non tenetur ad reſtitutionem eius, quod pro turpitudine ſine fraudibus notabilibus acceperũt à ſuis Amicis donare potentibus: quia nemo turpiter accipiens à turpiter dante tenetur vlli de præcepto reſtituere: Sicut nec Iudex, qui accipit pecuniam, vt iniquè iudicet, ſicarius, vt hominem occidat, &c. per diſputata late, & concluſa à *Nauar. cap.*17. *n.*34. *& ſeqq.*

Et qui promiſerunt meretrici, ſecundum probabiliorem tenentur ſoluere, niſi quantitatem exceſſiuam prodige promiſiſſent: quia tunc obligantur tantum ad dandum moderatam, licet promiſſionem iuramento firmaſſent. *Diana* 4. *tr.*4. *reſol.*27.

15 Quæ recipit aliquid, ab Amaſio turpi intentione ſibi miſſum, non tenetur ad reſtitutionem, licet ipſa non intendat prauo operi conſentire: quia hæc, & ſimilia ſimpliciter dantur, non ad obligandum, ſed ad alliciendum. Idem dic de omnibus, quæ dantur ad alliciendum ad aliquid, quod recipiens præſtare non intendit. *Diana* 2. *tr.*16. *reſol.*49.

Nam conditio ſeu intentio mente retenta non qualificat actum, nec facit conditionem. *l. Si repetendi* 7. *C. de condit. ob cauſ.*

Vnde quando tradens aliquid voluntariè tradit titulo donationis, vt excitet alterum ad aliquid faciendum, etiam quod ex iuſtitia facere, vel omittere tenetur, recipiens poteſt acceptum retinere, etiam ſi poſtea non præſtet ea, ad quæ præſtanda tradens intendebat ipſum allicere. *Bonac. q.*3. *pun.*2. *n.*6.

16 Aſtrologus ſiue Diuinator, qui pecunias accepit pro diuinatione illius rei, quam arte naturali ſcire nequit, ſed arte Dæmonis; non tenetur ad reſtitutionem poſt adhibitam diligentiam, & operam, vt ope Dæmonis id ſciret. Ratio eſt, quia illa opera, & diligentia eſt pretio æſtimabilis, etiam ſi forte diuinationis effectus ſecutus non ſit: ſicut opera Medici curantis Infirmum eſt pretio æſtimabilis, licet forte moriatur Aegrotus. Ex oppoſito ſi quis ignarus artis diabolicæ, aliqua prætendat diuinare, & ob id pecuniam accipiat, tenetur ad reſtitutionem acceptæ pecuniæ: quia decipit tradentem pecuniam, & conſequenter peccat contra Iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem non ſolum pecuniæ acceptæ, ſed etiã damnorum, vel expenſarum, quas alter fecit, vel quæ paſſus eſt, ſpe diuinationis illius. *Bonac. q.*3. *pun.*3. *num.*10.

17 *Excuſatio*. Filius ſuccedens Patri, Auo, vel Matri, in bonis acquiſitis per vſuram, vel alios contractus illicitos, vel per delictum, non tenetur reſtituere cum graui detrimento ſui ſtatus; ſiue bona fide habeat hæreditatem, ignorans ea bona eſſe iniuſtè acquiſita; ſiue mala fide, ſciens illa bona eſſe iniuſtè acquiſita. Si tamen delictum eſſet notorium, poſſet ſolum tantum retinere, quantum alius debitor, qui ex contractu licito, vel delicto occulto aliquid deberet, & in graue infortuniũ incidiſſet, quo impediretur reſtituere. *Diana* 5. *tract.*14. *reſol.*57.

Et generaliter qui ſtatum aliquem bona fide acquiſiuit, non tenetur amittere ſtatum, vt reſtituat, ſed tantum diminuere: ſecus ſi acquiſiuit iniuſtè. *Clau. Reg. lib.*10. *tr.*5. *cap.*6. *num.*27. *& ſeqq.*

18 Epiſcopus concedere poteſt Bullam compoſitionis pro ſua diœceſi, licet non ſit in vſu. Nam cum nullo iure probari poſſit, hoc eſſe reſeruatum Papæ, locum habere debet illa Regula, quod quicquid poteſt Papa in toto Orbe, poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi. *Diana* 4. *tr.*4. *reſol.*112.

Plus addit *Bonac. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun.*4. *n.* 22. *tom.*2. hanc compoſitionem fieri poſſe etiam à Principibus pro ſuo territorio, vel ſubditis: quia bona Ciuium iure naturæ diriguntur in vtilitate Reipublicæ, cui expetit locupletes habere ſubiectos. Ergo deficiente vero Domino, pertinebit ad Rempublicam, ſeu Principem eorum diſpenſatio.

REVELATIO.

Denunciatio. Monitorium. Notarius.

REVERENTIA.

Honor.

REVS.

Actor. Exilium. Interrogatio. Regulæ.

1 QVi *iuridicè* interrogatus negat delictũ, ſecundum communiorem peccat mortaliter, licet capite plectendus eſſet. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.*69. 1.

Licet

Licet non ſit improbabile, quod cum pœna mortis, vel alia valde grauis imponenda, venit, poſſit æquiuocare, ſi ſubſit ſpes euadendi. *Diana 2. tr.15. reſol.27.*

Idem omnino dicendũ de eo, qui ſe ſciens iuſte condemnatũ ad differendam executionem appellat. *Nau. c.25. n.38.*

2 Reus non cogatur Expenſas erogare Commiſſario contra ſe, parte inſtante, deſtinato: ſed hoc fiat actoris expenſis, quæ in fine à Reo reficiendæ ſunt, ſi in culpa repertus fuerit. *Sacra Congregatio Archiepiſcopo Roſſanen. 15. Februarij 1583.*

Iſti tamen Commiſſarij, vulgo Caualcatæ, non poſſunt per Ordinarios intra ſuam diœceſim expediri expenſis prætenſorum Reorũ. *Sacra Congregatio per textum iuncta gloſ. in cap. Cũ ab omni. De vita, & hon. Cler. ſupra Ordinarius num.3.*

3 Reus repertus innocens, cogi non debet ad ſoluendam aliquam pecuniam, 1604. Ancona 3. Febr. 17.

† Multo minus expenſas pro diætis, 1660. Monopoli 24. Septembris 107. *

4 Durante iudicio, non debet à celebratione, vel ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendi, niſi indigeret abſolutione, vel diſpenſatione alicuius cenſuræ, vel Irregularitatis, 1602. Caſtellaneta 23. Iulij 75. §.7.

REX. Excommunicatio.

ROCCHETTVM.

Habitus. Miſſa.

ROMA.

Nouitas. Recurſus.

CVm Romani, Vrbe, Capitolio excepto, à Gallis capta, & incenſa, Veios migrare decreuiſſent; eos L. Furius Camillus Dictator, longa oratione, multiſque rationibus, à ſententia deterruit: inter quas non iniucunda de ſitu almæ Vrbis. *Non ſine cauſa,* inquit, *Dij Hominesque hunc condendæ Vrbi locum elegerunt; ſaluberrimos colles; flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi commeatus accipiantur; mare vicinum ad commoditates, nec expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum: Regionum Italiæ mediũ, ad incrementa Vrbis natum vnice locum. Argumento eſt ipſa magnitudo tam nouæ Vrbis. 365. annus Vrbis agitur Quirites, &c. Tit. Liuius lib.5.*

ROSARIVM.

Proceſſio.

COnfraternitas Sanctiſſimi Roſarij ſita extra Eccleſias Dominicanorũ non poteſt ab ipſis viſitari, 1602. Spoleti 23. April.41. 1603. Camerino 13. Maij 53.

ROTA. *Clauſura.*

1 NOn poteſt concedere inhibitiones cõtra reſolutiones captas in S.C. 1605. Nullius Altamura 28. Febr. 17.

2 Abſtinere debet à cognitione, vel proſecutione cauſarum introductarum in S.C. 1607. Napoli 5. Decembris 88.

Multo magis Rota Maceratæ, 1613. 23. Februarij 24.

3 Rota Sacriſtiæ Monialium duas habeat ligneas feneſtras cum ſuis clauibus, quarum interior ab Abbatiſſa, exterior à Confeſſario teneatur: & ita reſtringatur, vt per eam non poſſint porrigi niſi neceſſaria ad celebrationẽ, & paramenta ſtrictè plicata, 1596. Meſſina 2. Iulij 76. 1601. Bologna 2. Ian. 23.

4 Rota Collocutorij extra tempus ſeruitij debet clauſa teneri: Eccleſiæ vero, vel Sacriſtiæ inſuper adeo reſtringi, &c. *vt ſupra.*

5 Non debet reſpõdere in manſiones Fratrum, neque Confeſſarij, 1601. Bologna 2. Ianuarij 23. 1604. Piſtoia 4. Maij 35. Nullius Peſcia 26. Octobris 65.

6 Rotæ, quæ reſpondent in loca publica, debent muro obſtrui, 1649. 8. Ian.3.

RVBRICA.

Miſſa.

ET *titulus* idem in hac materia ſunt, nempe thema ſeu ſubiectum, de quo tractatur: & eſt optima Interpres nigri, vt latius exemplificaui lib. 1. Inſt. Ciuil. tit. 1. de Iuſt. & Iure num. 1.

RVSTICVS.

Cauſa.

1 VTens veſte longa in deriſionem Doctorum, tenetur iniuriarum. *Oinot. Inſt. de Iniur. §. Iniuria num.27. Supra v. Regularis num.21.*

2 Ruſtici veſci nõ debent pane albo, pullis, & aliis delicatis cibarijs, ſed caſeo, cæpis, & fabis. *Oinot. lib.3. tit.1. De ſucceſſ. inter vir. & vxor. n.16.*

S

SABBATVM.

Campana. Feſtum. Miſſa.

SACERDOS.

Cappellanus. Confeſſarius. Euchariſtia. Exilium. Græcus. Irregularis. Miſſa. Parochus. Presbyter. Schola.

ABſoluere poteſt Sacerdos quilibet in articulo mortis. Quidam dicunt iure Diuino. *Palud.4. diſt. 20. quæſt.1. art.2. Couar. par.1. §.6. n.5. in c. Alma Mater. Comit. tom.1. lib.1. q.14.*

Alij probabilius humano. *Sot. Val. Vaſq. in 4. diſt.3. quæſt.3. art.1. Suar. diſp.26. ſect. Addit. Toleti lib.1. c.15.*

A peccatis autem venialibus, vel à mortalibus ſemel ritè confeſſis, quilibet Sacerdos abſoluere poteſt, qui non ſit excommunicatus vitandus. *Diana 5. tr.14. reſol.86.*

2 *Conſecratio.* Habens intentionem ſufficientem, & materiam præſentem, eam conſecrat, licet nec tangat, nec videat. *Rodriq. 1. par. c.148. num.10.*

Etiam ſi Pixis ex inaduertentia, vel obliuione, tempore conſecrationis non aperiatur. *Diana 3. tr.6. reſol.103.*

3 Sacerdos, qui multas hoſtias ad conſecrandum accepit, & memor tantum illius, quam præ manibus habet, verba conſecrationis profert, omnes conſecrat propter intentionem virtualem procedentem ex actuali, quam habuit, cum illas hoſtias conſecrandas accepit. *Ang. v. Euchariſtia* 1. §. 27.

4 Hæretico Sacerdoti minante mortem, ſi non conſecret omnem panem exiſtentem in foro, poterit Sacerdos proferre verba ſine intentione conſecrandi. *Sancius ſelect. diſp.* 35. *n.*6. *Diana* 3. *tr.*6. *reſol.*83.

Niſi hoc fieret in contemptum fidei; tunc enim mortem potius ſuſtinere deberet.

5 *Mediolanenſes* Sacerdotes celebrare poſſunt Ritu Romano de licẽtia Ordinarij, 1601. 6. Auguſti 182.

6 *Defunctorum* Miſſas pro viuentibus, vt moriantur, Sacerdos celebrans, Sacerdotio priuatur, ſcilicet verbaliter deponitur, & perpetuo exilio relegatur, vna cum eo, qui hoc fieri conſuluit, vel mandauit. *Diana* 4. *tract.* 4. *reſol.*10. §. *Verum*.

7 *Oblig.* Sacerdos, qui non habet beneficium reſidentiæ, cogi non debet ad celebrandum quolibet feſto de præcepto, præſertim ſub rigoribus, & pœnis; quia Conc. Trident. *ſeſſ.*23. *c.*14. non ita ſtrictim explicatur, 1615. Sarſina 6. Febr. 11.

Neque ad Proceſſiones: & ſi non audit Confeſſiones, neque ad Congregationes Caſuum, 1620. Meſſico 11. Aug. 141.

8 *Approbatio* Sacerdotum ſæcularium, qui celebrare volunt in Eccleſijs Regularium, ſpectat ad Ordinarium, 1629. Scio 10. Martij 62.

9 Sacerdoti, qui ſer. ſer. exiuit à Religione, denegari non debet licentia celebrandi, modo congruum ſuſtentamentum habeat, 1630. Cappuccini 5. Iulij.

10 *Exteri* Sacerdotes, qui celebrare volunt in alma domo Lauretana, debent habere licentiam ab Epiſcopo: ſi vero celebrare, vel communicare volunt in S. Cappella, requiritur ſchedula Gubernatoris, 1603. 4. Iunij 62. 25. Iunij 72. verſ. ſopra il dare.

11 *Ieiunium*. Sacerdos ad euitandum verum ſcandalum, nempe peccati occaſionem, & non tantum admirationem Populi, poterit celebrare non ieiunus, quia præceptum Diuinum naturale de vitando ſcandalo præponderat Eccleſiaſtico de non communicando poſt cibum. *Gauant. Rubr. Miſſal. p.*3. *tit.*9. *n.*3. *Diana* 4. *tr.*4. *reſol.*104.

12 *Coram Excommunicatis*, vel in Eccleſia polluta, qui Sacerdos celebrat, peccat mortaliter; & ſi in Interdicta, inſuper fit irregularis. *c. Is qui* 18. §. *Is vero, de ſent. exc. in* 6.

13 *Eleemoſyna*. Sacerdos, licet ſecundum aliquorũ opinionem celebrare poſſit pro eleemoſynam oblaturis. *Rodriq.* 1. *p. cap.* 250. *n.*9. In praxim tamen hæc opinio deducenda non videtur, quod auaritiam quandam, & turpe lucrum redoleat. *Bonac. de Sacram. diſp.* 4. *q. vlt. pun.*7. §. 5. *n.*3.

Maximè ſtante prohibitione, de qua ſupra verb. Cappella n. 2.

14 Sacerdos, qui non ſatisfecit oneri manualis eleemoſynæ, non poteſt alias accipere, niſi de conſenſu, vel quia ſatisfacere poſſit omnibus intra breue tempus, *vt latius dixi in Can. lib.*1. *tit.*41. *n.*12. §. 5.

SACRAMENTVM.

Circumciſio. Intentio. Materia. Officium. Parochus.

1 Sacramentum contemnere non dicitur, qui non accipit illud, eo quod non ſit de neceſſitate ſalutis; alioquin omnes, qui nõ accipiunt ordinem, vel non contrahunt Matrimonium, contemnerent huiuſmodi Sacramenta; ſed qui Sacramentum locis, & temporibus opportunis ideo non ſuſcipit; quia paruifacit. *S. Thomas* 3. *q.*65. 4. 3. *Nau. c.*22. *n.*9.

2 Sacramentorum materiam, & formam eſſe debere phyſicè ſimul, probabiliter affirmat. *Scotus. Gabriel. Riccardus. Nauar. c.*22. *n.*8. *Silueſter. Caietanus, & alij*.

Attamen multi probabilius cenſent, ſufficere ſimultatem moralem. *Diana* 3. *tr.*4. *reſol.* 6. *& tract.* 9. *reſol.*40.

3 Petens Sacramentum ab improbo Miniſtro, qui creditur indignè miniſtraturus, tolerato tamen, & miniſtrare parato, ſi id faciat cum cauſa, non peccat: ſi ſine cauſa, venialiter tantum. *Diana* 1. *tr.*8. *reſol.*31.

4 Epiſcopus excludere non poteſt à participatione Sacramentorũ tamquam publicos peccatores etiam eos, qui mactauerunt vitulas, aut alias beſtias vaccinas, contra formam pragmaticæ: quia hæc lex, vel non obligat ad peccatum mortale, vel ſaltem non tali modo, vt contra tranſgreſſores deueniri poſſit ad huiuſmodi declarationem ſiue. pœnam, 1590. Mazara 3. Iulij 74.

Nec eos, qui eidem Epiſcopo non ſoluunt debita, 1591. 5. Febr. 226.

Nec Colonos, ſuæ curæ ſubiectos propter prætenſiones contra Dominos.

Neque conuentos propter vſurpationem bonorum Eccleſiaſticorum, niſi vſurpatio ſit notoria, & euidens, 1602. Napoli 12. Martij 27. 1616. Bari 22. Nouembris 151.

Nec procedentes per viam Iuſtitiæ coram ſuo Iudice competente, donec iuridicè cognoſcatur, quod Proximũ offenderit, & quod abſque actuali emendatione perſeuerare velit in notorio peccato mortali, 1598. Vmbriatico 11. Septemb. 37.

Nec examinatos contra Reum, qui in tortura ſuſtinuit negatiuam, ſub prætextu caſus reſeruati falſi teſtimonij, 1607. Sorrento 7. Auguſti 35.

Multo minus ſub prætextu, quod Clericis tran-

tranſeuntibus caput non aperuerit, 1613. Veroli 23. Aprilis 38.

† Sed an in terris Turcarum dominio ſubiectis negari poſſint Sacramenta Chriſtianis, qui deferunt *Turbantem* ſcilicet illud operimentum capitis, quod ſoli Turcæ deferre ſolent. Congregatio Theologorum à S.m. Vrbano VIII. deputata cenſuit, conuerſos ad fidem poſſe tuta conſcientia deferri indiſtinctè omnem habitum nationis diſcretiuum, dummodo non ſit proteſtatiuus falſæ Religionis (cuiuſmodi eſt veſtis lanea talaris, qua ſoli Sacerdotes infideles vtuntur) & hoc donec nanciſcantur occaſionem transfugiendi ad fideles; nec proinde arcendos à ſuſceptione Sacramentorum, ſi propoſitum habeant profitendi fidem, quando iuridicè de illa interrogarentur. & hoc modo videtur intelligendũ decretum S.C. de P.F. 1626. 137. 18. §.2. quod Chriſtiani deferentes Turbantem admitti nõ poſſunt ad Sacramenta. *

5 Sacramenta, excepta Pœnitentia, poſſunt adminiſtrari cum ſola licentia Parochi, non obſtante conſtitutione Synodali, 1602. Caſtellaneta 20. Aug. 92. n.1. & 2.

SACRIFICIVM. *Miſſa.*

E*St oblatio* alicuius rei permanentis, facta Deo per Miniſtrum publicum, ad hoc ſpecialiter conſecratum, cum aliqua rei oblatæ immutatione, in recognitionem ſupremi dominij.

Ex hac diffinitione colligitur, quinque cõditiones eſſe neceſſarias ad hoc, vt aliqua oblatio verè, & propriè dici poſſit Sacrificiũ.

I. Quod actio ſacrificãdi ſit externa: actio enim interna tantum non poteſt dici ſtrictè, & propriè Sacrificium, ſed latè tantum, & metaphoricè.

II. Quod ſoli Deo offeratur, non alicui Sanctorum, nec Beatæ Virgini; licet in honorem Sanctorum offerri poſſit, ſoleat, & debeat.

III. Vt Miniſter Sacrificij non poſſit eſſe quicumque, ſed debeat eſſe publicus, & ad hoc legitimè conſecratus.

IV. Vt genuflexiones, laudes, & ſimiles actiones tranſeuntes non poſſint dici ſacrificia propriè dicta; quia per eas non offertur Deo aliquid permanens.

V. Vt res, quæ Deo in Sacrificium offertur, aliquo modo immutetur, puta occidatur, vel comburatur, vel ſanguinem fundat: ſiue ſit res animata, ſiue inanimata. *Hæc omnia latius Pauon. 1. Medit. 16. De Sacrificio cruento. Inſtruct. num. 2.*

SACRILEGIVM. *Reg. lit. N.*

E*St violatio* rei ſacræ non qualiſcumque, ſed qua ratione ſacra eſt. *Diana 6. tract. 6. reſol. 53.*

SANCTIO.

Decretum.

SANCTITAS.

Canonizare. Mors. Oratio. Patronus.

1 S*Anctitatis* titulus hodie ſoli Romano Pontifici, olim etiam aliis competebat. *c. Agapitus 16. quæſt. 1. c. Studeat 50. diſt.*

2 Mortui cum fama Sanctitatis, vel Martyrij non poſſunt cum ſplendoribus depingi, neque eorum Sepulchris apponi tabellæ, vel Imagines: quæ tamen recipi debent, & ſeorſum aſſeruari, donec à Sede Apoſtolica canonizentur, vel Beati declarentur. Item nec libri de Vita, vel miraculis eorum imprimi poſſunt abſque recognitione Ordinarij: qui ſimul cum Inquiſitore auctoritatem habet talia puniendi. *Vrb. VIII. Congr. Inquiſ. conſt. 37. Sanctiſſimus.*

3 Permitti poteſt, depingi vitam cum miraculis S. Rochi ſecundum quod inuenitur ſcriptum ab aliquo graui Auctore, præſertim à S. Antonino in 3. ſuæ Chronicæ. Facto verbo cum Sanctiſſimo, 1577. Ad S. Carolum, 28. Octobris 28.

Officium tamen, & Miſſa eiuſdem S. Rochi non conceditur, niſi in Eccleſijs eius nomine dicatis. *Ex S. C. Rituum 26. Nouembris 1619. Gauantus v. Horæ, num. 15.*

4 Ordinarij prohibere non poſſunt, ne S. Catharina de Senis depingatur cum Stigmatibus, vt fit etiam Romæ, 1594. Nullius Altamura 14. Septembris 328.

SAPIENTIA.

Scientia.

1 S*Apientiam* adipiſcerentur multi, niſi putarent ſe eam adeptos: vnde Seneca de tranquillitate Animæ. *Puto,* inquit, *multos ad Sapientiam potuiſſe peruenire, niſi putaſſent ſe perueniſſe. Onerat diſcentem turba librorum, non inſtruit: multoque ſanctius eſt paucis auctoritatibus te tradere, quam errare per multos.*

2 De Sapientia Aegyptiorum dixi in Collect. ad Act. 7. 22.

3 De Sapientia Chaldæorum diſtincta in Magos, Caldæos, Ariolos, Maleficos, & Aruſpices, in Collect. ad Dan. 1. 3.

SAPONARIA.

1 E*Ius Eccleſia* eſt veluti Collegiata: cuius Archipresbyter iuriſdictionem exercet ſimul cum Epiſcopo Marſicano, cumulatiuè, & non excluſiuè, 1588. Marſico 9. Februarij 22.

2 Epiſcopus Marſicanus prohibere non poteſt Curiæ ſæculari Saponariæ, ne brachiũ præſtet Archipresbytero, 1606. 8. Maij 37.

3 Confeſſores Saponariæ approbantur per modum prouiſionis ab Epiſcopo Marſicano, 1617. Conuentuali 15. Septembris 246. 1625. Marſico 14. Iunij 66. 1640. 17. Aug. 92. 22. Decembris 142.

Tandem lis finita fuit in fauorem Epiſcopi Marſicani, ablata Archipresbytero omni Iuriſdictione fori externi, & oppido Saponariæ Iuriſ-

Iuriſdictioni Epiſcopali totaliter ſubiecto, vt ab Epiſcopo audiui.

SATISFACTIO.

Excommunicatio. Praeceptum.

1 Sine *Pœnitentia* non in baptiſmo, ſed in confeſſione iniungitur: quia ad hoc vt conſequamur effectum paſſionis Chriſti, oportet nos ei configurari. Per baptiſmum vero perfectè ei configuramur ſecundũ illud Rom.6. *Conſepulti ei per baptiſma in mortem.* Vnde Baptizatis nulla pœna ſatisfactoria imponitur: quia ſunt totaliter liberati per Paſſionem Chriſti. Quia vero Chriſtus ſemel tantum pro peccatis noſtris mortuus eſt; ideo non poteſt homo ſecundo configurari morti Chriſti per Sacramentum baptiſmi. Vnde oportet, quod illi, qui poſt baptiſmum peccant, configurentur Chriſto patienti per aliquid pœnalitatis, vel paſſionis, quam in ſeipſis ſuſtineant: quæ tamen multo minor ſufficit, quam eſſet condigna peccato, cooperante ſatisfactione Chriſti. *S.Thom.3. quaeſt.49. artic.3. ad 2.*

2 Suffragia pro alijs applicanda in pœnitentiam imponi poſſe, negat Io. Sanchez. diſp.16.

Affirmant relati à Diana 3. tr.4. reſol.54.

3 Pœnitentia, niſi aliud Confeſſarius iuſſerit, poteſt differri per annum: quia illud *ſemel in anno* in c. Omnis vtriuſque, refertur non ſolum ad peccatorum confeſſionem, ſed etiam ad impletionem Pœnitentiæ. *Diana 2. tr.15. reſol. 53. verſ. Et hæc dicta ſufficiant. & 5. tr.5. reſol. 15. verſ. Non deſunt tamen.*

Melius tamen, & tutius eſt illam implere quamprimum.

4 Pœnitens, cui fuit eleemoſyna in ſatiſfactionem impoſita, non poteſt ea ſibi ſubuenire: quia ſic nihil efficeret pœnale, & inter dantem, ac recipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis. *Diana 5. tr.8. reſol.37. & 38.*

5 Pœnitentia poteſt imponi, tam ante, quam poſt abſolutionem, licet melius ſit eam ante abſolutionem imponere, ſe conſuetudini, & Rituali conformando. *Diana 5. tr. 13. reſol.36.*

6 An Pœnitentia facta in peccato mortali operetur remiſſionem pœnæ, vel partis, ſaltem recedente fictione, quidam aiunt, quidã negant, vtrique probabiliter. Taxata iuxta grauitatem peccatorum, nec minorata ob fragilitatem Pœnitentis (ſi talis dari poteſt) remittit, & extinguit debitum totius pœnæ temporalis reſtantis. *reſol.38.*

SAVL.

An *adorauerit* Dæmonem, vel Animam Samuelis, dixi in Collect. ad 1. Reg.28. 15.

SCANDALVM.

Ars. Iſmael.

† SCHISMATICI.

In *Congregatione de qua ſupra v.Baptiſmus n.1. ſecundo loco propoſitum dubium de laudo Græcorum in Eccleſia Zacynthi tenoris vt ſequitur.*

Græc. Inſulæ Zacynthi in Eccleſia Cathedrali Latina aliquoties in anno ſolent conuenire, & ibi præſente Epiſcopo Latino, quaſdam acclamationes facere, quas *laudum* vocant, pro Papa, & pro Patriarcha Conſtantinopolitano in hac forma. *Sanctiſſimo, & beatiſſimo Patri, & Domino Vrbano VIII. Vniuerſali Papæ Romæ multi anni.* Et deinde. *Sanctiſſimo, & beatiſſimo Patri noſtro D. Cyrillo Vniuerſali Patriarchæ Conſtantinopolis nouæ Romæ, multi anni.* Et notetur, quod in Græco verbum illud *Vniuerſali,* explicatur cum verbo *Oecumenico.*

Quærit Epiſcopus, an licitè aſſiſtere poſſit huiuſmodi laudo?

Dubium facit, quia ſua præſentia videtur approbare, quod Patriarcha Conſtantinopolitanus rectè vocetur *Oecumenicus* contra decretum S. Gregorij Papæ; & conſentire, quod fiat acclamatio huiuſmodi pro Patriarcha heretico, & ſchiſmatico.

Patres fuerunt concordes, Epiſcopum prædictũ non debere aſſiſtere, ſed repellere Græcos à ſua Eccleſia hoc laudum concinentes, ſi poterit. Non quidem propter illa verba, *Sanctiſſimo, & beatiſſimo,* quia ſunt tituli Dignitatis, & Officij, qui etiam ſimplicibus Epiſcopis tribuebantur antiquitus: ſed quia Patriarchæ Conſtantinopolitani ſchiſmatici ſunt & hæretici, ideoque non laudandi ſed execrandi; & propter verbum *Oecumenicum.* Nam S. Gregorius, & alij Pontifices, & in ſpecie S. Leo Nonus ſemper Patriarchis Conſtantinopolitanis, prædictum titulum *Oecumenici* ſibi vſurpantibus reſtiterunt, immo etiam nonnulli eorundem Pontificum præfatos Patriarchas ob tituli huiuſmodi vſurpationem excõmunicarunt, dicentes in diminutionem aliorum Epiſcoporum ab ipſis Patriarchis titulum huiuſmodi vſurpari; quia nec Romanus Pontifex, licet ſit Paſtor Paſtorum, in diminutionem aliorum Epiſcoporum aſſumere ſolet titulum huiuſmodi.

Nec obſtat Conciliũ generale, in quo præſentibus, & tacentibus Legatis Apoſtolicæ Sedis Tharaſius Patriarcha hoc titulo fuit à ſuis Græcis honoratus: quia vt dicit Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione ad ipſum ſeptimum Concilium, Legati prædicti non contradixerunt, ne turbaretur Synodus, & alij articuli principalis, qui tunc contra Iconoclaſtas agitabantur, ob eorum contradictionem non deciderentur.

Nec item obſtat Extr. Martini V. per quã videtur Epiſcopus poſſe communicare etiam in Diuinis cum Hæreticis, & Schiſmaticis non denunciatis, & propterea aſſiſtere dicto Laudo: quia indecentia illa, quæ ex tali aſſiſtentia quam-

quamdam approbationem laudi importante, reſultat, excludit priuilegium prædictæ Extrauag. & propterea eadem Extrauagans non habet locum ſaltem reſpectu prędicti verbi *Oecumenici*. Poſſet etiam dici, quod ex Concilio Later. vltimo vitandi ſunt omnes excommunicati notorij, & non ſoli percuſſores Clericorum, vt retuli in tit. de ſent. exc. num. 31. Not. 3.

Ex prædictis concluſerunt Patres, ſcribendum eſſe Epiſcopo, vt laudo prædicto non aſſiſtat: & donec poſſit (exemplo Archiepiſcopi Stellæ, qui Græcos in ſua Cretenſi Metropolitana tale laudum concinere volentes, cõſtanter repulit) ſe excuſet aut fugiat, donec reuocatio ſeu ſuſpenſio decreti contrarij à Senatu Veneto emanati, poſſit obtineri.

Quo vero ad commercia Ciuilia conniuẽdum, quod Catholici communicent cum Schiſmaticis, vbi huiuſmodi commercia tolli non poſſunt ſine ſcandalo. P. F. 1626. 80. 23.*

S C H O L A.

Clericus. Fides. Magiſter. Parochus. Seminarium. Suppreſſio.

1 **E** *Piſcopus* liberè permittere debet, vt Magiſtri idonei, ab Vniuerſitatibus approbati, ludum aperiant: nec impedire Clericos non Seminariſtas, ne Scholas frequentent ſibi bene viſas, 1618. Brindiſi 22. Maij 38. c. 1. & ſeqq. de Mag.

2 Prohiberi non debet Presbyteris Sæcularibus etiam Curatis, 1599. Ventimiglia 12. Ian. 3. 1601. Rieti 6. Aug. 84. 20. Aug. 192. Ceſena 1. Octobris 217. 27. Nouemb. 241.

Regularibus vero ſic intra Monaſteria, 1588 Caſſano 28. Martij 29.

3 † Scholaſteria in locis, vbi nõ eſt Seminarium, nõ eſt neceſſario conferenda Doctoribus vel Magiſtris, aut licentiatis in ſacra pagina vel Iure Canonico: quia Concilium *ſeſſ.* 23. *c.* 18. §. *De cætero*. Loquitur ad finem, vt docere poſſint per ſeipſos in Seminario cum minori impenſa, 5. *Maij* 1597. *Calagurritana*.

4 Ludimagiſtri Vniuerſitatis non tenentur docere Pueros Seminarij, niſi ad publicas ſcholas accedant. *Ciuitatis Plebis* 11. *Decembris* 1610. *

S C I E N T I A.

Doctor. Littera. Monitorium. Sapientia.

1 **T** *Riplex eſt*, eminens, mediocris, & infima, ſiue ſufficiens. Eminens eſt, quæ ſubtiles quæſtiones diffinire nouit, & in promptu reſponſiones habet; aut ſaltem cum reuolutione librorum.

Mediocris eſt, quæ ſcit aliquo modo examinare negotia, & in libris quærere, aut conſulere peritiores & dubitare, licet omnia non habeat in promptu.

Sufficiens eſt, quæ ſufficit ad faciendum, quod ſibi imminet ex officio. *Ang. v. Clericus* 2. §. 4.

2 Scientes præſumuntur à vitijs abſtinere. *c. Cum à iuuentute. De præſumpt.*

S C O T V S. Mors.

S C R I P T V R A.

Archiuium. Falſum. Inſtrumentum. Maria. Pilatus. Subſcriptio.

1 **Q** *Væ, & qualis* dicatur authentica. *gloſ. cap. 1. de fide Inſtrum.*

Quando requiratur. *gloſ. c. 1. §. Poſtquam verſ. In ſcriptis. De cenſib. lib. 6.* Quæ ponit. 34. caſus, in quibus ſcriptura requiritur.

2 Quando ſcriptura in parte probatur vera, præſumitur in totum vera. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 62. n. 8.*

3 Quando Notarius in aliqua Scriptura relata ad præcedentem non repetit cognomẽ, & qualitates perſonarum, præſumitur idemptitas ſcripturæ. *Rota apud Farin. par. 1. tom. 1. deciſ. 714. num. 3.*

4 *Recognitio* Scripturæ facienda per duos Teſtes: qui ſi non viderunt ſcribere, ſed habent notam manum, non admittuntur à Rota, niſi quando vlterius concurrunt adminicula. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 389.*

5 Scriptura tam publica, quam priuata, poſt centum annos, non indiget recognitione. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 3.*

Nec quod conſtet de Notariatu illorum, qui ſcripſerunt, nec de citatione in tranſumptis. *Rota apud Coccin. deciſ. 85.*

6 Liber Depoſitarij, concurrentibus adminiculis, probat. *Rota apud Coccin. deciſ. 36. n. 2.*

7 *Cuſtodia*. Reponi debent in Archiuio cum aliquo ordine, cuſtodirique diligenter, 1601. Auerſa 9. Ian. 27. & 50.

Nec ab eo ob aliquam cauſam remoueri. Quarum ſi aliquæ neceſſario eſſent exhibendæ, ipſarum exemplum authenticum extrahatur, 1575. Taranto 719.

8 Sede vacante conficiendum Inuentariũ ſcripturarum Menſæ, & ſeruandum in aliquo conuentu Regulariũ, 1641. Cagli 8. Nouemb.

9 Proceſſus, & ſcripturæ cauſarum, tam ciuilium, quam criminaliũ, exceptis ſpectantibus ad S. Officium, relinqui debent in manu vicarij, 1642. Campagna 2. Octob. 114. ad 5.

10 Scripturæ in cauſis dari poſſunt etiam in manus Notarij, 1601. Città di Caſtello 3. Iulij 162.

11 *Exhiberi* debent petentibus ſcripturæ publicæ, & earum copia dari, 1601. Malta 7. Nouemb. 224. &c. *ſupra n. 7.*

12 Scripturæ petitæ à S. C. ſolent ab Ordinarijs tranſmitti gratis, præſertim quando tractatur de Regularibus, vel Monialibus, 1694 Volturara 26. Ian. 10.

13 *Monialibus* omnibus permitti non debet indifferenter, vt in cella teneant Inſtrumenta ad ſcribendum, ſed duntaxat, quibus ſuperioriſſæ ob aliquam rationabilem cauſam expedire videbitur, 1579. Parma 4. Iulij 86.

14 *Quid Christus* inclinatus in terram ſcripſerit, dixi in Collect. Io. 8. 6.

15 De Epiſtola Abagari Edeſſenorum Reguli ad *Ieſum Chriſtum*. & *Ieſuchriſti* ad eundē Abagarum reſponſione.

Abagarus Vchaniæ Filius Toparcha, Ieſu Saluatori bono, qui apparuit in locis Ieroſolymorum S. Auditum mihi eſt de te, & de ſanitatibus, quas facis, quod ſine medicamentis, aut herbis fiant iſta per te, & quod verbo tantum cæcos facis videre, & leproſos mundas, & immundos ſpiritus ac dæmones eijcis. & eos, qui longis ægritudinibus affligantur, curas, ac ſanas, mortuos quoque ſuſcitas. Quibus omnibus auditis de Te, ſtatui in animo meo, vnum eſſe e duobus, aut quia tu ſis Deus, & deſcenderis de cælo, vt hæc facias; aut quia Filius Dei ſis, qui hæc facis. Propterea ego ſcribens rogauerim te, vt digneris vſque ad me defatigari, & ægritudinem meam, qua iam diu laboro, curare. Nam & illud comperi, quod Iudæi murmurant aduerſum te, & volunt Tibi inſidiari. Eſt autem mihi Ciuitas, parua quidem, ſed honeſta, quæ ſufficiat vtriſque.

Reſponſio. Ieſus *Nazarenus Abagaro Toparchæ. Beatus, quia credidiſti in me, cum ipſe non videris; ſcriptum eſt enim de me, quod hi, qui me vident, non credunt in me; & qui non vident me, ipſi credent in me, & viuent. De eo autem, quod ſcripſiſti mihi, vt veniam ad te; oportet me omnia, propter quæ miſſus ſum, hic explere: & poſtea cum compleuero, recipi me ad eum, à quo miſſus ſum. Cum ergo aſcendero, mittam Tibi aliquem ex diſcipulis meis, vt curet ægritudinem tuam, & vitam tibi, atque his, qui tecum ſunt, præſtet.*

Hæc epiſtola, licet Euſebius Cæſarienſis ſe eam in Archiuijs Vrbis Edeſſæ reperiſſe, ac de Syriaca in linguam Græcam tranſtuliſſe referat, relata tamen eſt inter ſcripturas apochryphas à Gelaſio Papa primo.

Sed *S. Io. Damaſcenus lib. 4. de fide orthodoxa c.17. ſcribit*, Dominum noſtrum *Ieſum Chriſtum* Abagaro efflagitanti, effigiem ſuam miſiſſe, Edeſſamque Vrbem huius Imaginis virtute, ab oppugnatione Perſarum, & flammarum incendio, quas ipſi excitauerant, mirum in modū liberatam. *Bibliotheca verb. Ieſu Chriſti 2.*

Hæc Imago modo aſſeruatur Romæ in Eccleſia, & Monaſterio Monialium S. Siluestri ad Campum Martium.

SCVTVM. *Dos. Moneta.*

1 I*Ntelligitur* de decem Iulijs Monetæ, in dubio Romanæ, 1602. S. Seuerino 23. Aprilis 24. 1612. Monte feltro 11. Decembris 155. 1614. Nullius Caſteldurante 9. Maij 60. † 1658. Malta 22. Nouembris 470.

2 Olim erant quædam ſcuta aurea ſolidorum 84. quæ fuerunt abrogata à Clem. VIII. anno 1596. *Othob. deciſ.64.* *

SECRETVM. Superior.

SEDES. *Eccleſia. Vicarius.*

1 P*Ermitti* debet Infirmo, vt ſe deferri faciat in Eccleſiam, ibique in ſede detecta ſine aliqua præeminentia Diuinis aſſiſtat, 1603. Giouenazzo 4. Martij 26.

2 Sedes eſſe non debent in Eccleſia extra tempus Concionū, 1583. Genoua 7. April. 82

Maximè ſi ſunt occaſio ſcandali, 1585. Cirenza 24. Septembris 192.

Niſi ſi ſint lapideæ, vel etiam ligneæ parietibus adhærentes, 1600. Sarzana 21. Nouembris 9. 1601. 28. Februarij 89. 29. Maij 145.

3 In remouendis vel alterandis ſedibus nō debent permitti nouitates, 1602. Cirenza 4. Iunij 54. 1645. Ferentino 8. Decembris 3.

Præſertim in ſede Epiſcopali, vel Principū laicorum, 1597. Genouá 27. Ian. 8. 10. Iunij 44.

† Sacra Concilij Congreg. in vna Meſſanen. 4. Septemb. 1586. cenſuit ſedem Archiepiſcopalem ære proprio Archiepiſcopi, non ex Sacriſtiæ ſacris veſtibus ornandam. *

4 Sedes poſſunt à Dominis ornari, 1602. Andria 25. Octobris 116.

Et eis etiam inſcriptio, vel aliud ſignum apponi, 1603. 14. Ianuarij 6.

5 Remouenda ſedes adeo altari vicina, vt celebrantem impediat, 1623. Nullius Caſteldurante 10. Nouemb. 114.

6 *Regularium* Superiores non poſſunt remouere ſedes à loco ſolito, niſi cum circumſpectione, maximè ſi ſpectant ad Magiſtratū, 1603. Aſſiſi 22. Martij 25.

SEMINARIVM.

Confraternitas. Hoſpitale. Oratorium. Parochus. Schola.

1 E*Rigi* non poteſt in Aedibus Canonicalibus, niſi de conſenſu Canonicorum, & ita ſeparatum, vt Presbyteri vel Clerici, nullam communicationem habeant cum Seminariſtis, 1604. Modena 3. Febr. 20.

† Illa verba, *in quibus tamen Seminaria diſcentium vel docentium actu non habentur*, c.18. ſeſſ. 23. intelliguntur de Clericis ſæcularibus: vnde Seminarium erigitur, licet in loco adſit ſtudium Regularium; nec ratione huius ſtudij Conuentus ille ſe prætendere poteſt exemptū à contributione. *

2 *Recipi* non poſſunt in Seminario Clerici ſine licentia Ordinarij, 1590. Salerno 10. Iulij 178.

Licet Epiſcopus nihil contribueret pro manutentione: quia non poteſt, propterea Seminarium prætendere aliquam exemptionem ab eius iuriſdictione, 1597. Aquileia 27. Ian. 7.

† Illegitimi non poſſunt ab Epiſcopo admitti in Seminarium, licet ſint diſpenſati ad Canonicatus, & Dignitates, 15. Martij 1595. *

3 *Taxa* quatuor pro centum ſuper beneficijs approbatur. Regiſtr. Reg. 1602. Giorgento 25. Febr. 10.

Quæ ſi non ſufficiat pro tenendo ſaltem Magiſtro Grammaticæ, & cantus Gregoriani, cum domo, & alijs neceſſarijs debet augeri, 1597. Recanati 25. Iunij 52.

† Sacra

✝ Sacra C. C. 8. Martij 1590. declarauit, contribuendum tantum Seminario diœceſis, in qua ſitum eſt beneficium, licet eiuſdem Beneficij collatio ſpectaret ad Epiſcopum alterius diœceſis.

Propoſito dubio in Congr. Concilij, an Beneficium, quod habet bona in diuerſis diœceſibus, teneatur pro Seminario contribuere ſoli Epiſcopo loci, vbi eſt Beneficium, & eius Eccleſia, an verò pro rata bonorum in diuerſis diœceſibus debeat ſingulis earum Epiſcopis contribuere?

Decretum eſt ex doctrina *Io. Andreæ, Anchárani, & aliorum DD. in c.1. De immunit. Eccleſ. in 6.* quod contribuant ſoli Epiſcopo loci, in quo eſt Eccleſia Beneficij: niſi bona in alijs diœceſibus exiſtentia ſint propria vnius Eccleſiæ ibidem ſitæ, quæ tamquam Membrum ſubiecta eſſet aut vnita principali Eccleſiæ beneficij: tunc enim contribuent Epiſcopis locorum, in quibus bona cum ſua particulari Eccleſia ſita ſunt; dum tamen dicta Eccleſia ſubiecta, aut vnita conſtructa fuerit ante acquiſitionem dictorum bonorũ. Nam ſi conſtabit, bona prius applicata fuiſſe Eccleſię principali, poſtea in eis conſtructam fuiſſe aliam particularem Eccleſiam, fiet nihilominus pro eis contributio Epiſcopo loci principalis Eccleſiæ 15. Aprilis 1579. ad 473.

Circa taxam vero notandum, adeſſe decretum S. m. Pij V. quod Epiſcopus, qui ante vndecimam diem Iulij 1567. Seminarium reipſa non erexit, quandocumque illud erigere conſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil eius nomine vltra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigat. Et ſi quid amplius exegerit; vel reſtituat, vel ab eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eam rationem exigendum erit. Niſi tamen appareat, totum illud, quod amplius exactum erit, iam fuiſſe vere conuerſum in præparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam Seminarij. *lib.*54. 532.

Vel niſi Epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi maiorem taxam impoſitam à Concilio Prouinciali. *Surrentina* 536.

Alias ſi non poteſt erigere Seminarium formale debet erigere ſcholam. *Marſicana*. Infra num. 10.

In vna tamen Materana C. C. cõceſſit poſſe taxari in plus dimidia decima. *lib.*56.1069.*

4 In taxa non debent magis grauari beneficia ſimplicia, & penſiones, quam curata, 1603. Tropea 27. Octobris 122.

✝ Immo ex redditibus Parochiarum, quæ apud Indos *doctrinæ* vocantur, fit contributio Seminario, deducta congrua Parochorum ſuſtentatione 2. Sept. 1603. coram Clem. VIII.

Item Penſionarij, etiam Regulares, tenentur contribuere Seminario. *Tropien.* 17. *Augusti* 1652.

Notandum tamen Penſionarios ante Concilium teneri contribuere indiſtinctè. Si verò Penſio reſeruata fuerit poſt Concilium, ita demum Penſionarios ad contributionem teneri, ſi per Sedem Apoſtolicam à tali contributione non fuerint exempti. Verum etiam in caſu, quo Penſionarij contribuere tenentur, Beneficiorum poſſeſſores ab Epiſcopo debere compelli ad ſoluendam portionem taxatam, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro penſionibus, quas ſoluunt: licere tamen poſtea ita ſoluentibus retinere pro rata, quicquid pro penſionibus ipſi perſoluerunt. *lib.*56. *Tridentina* 1059.

Tenetur autem Penſionarius contribuere Seminario Epiſcopi vbi ſitum eſt beneficium, nõ vbi habitat ipſe Penſionarius, licet ſit perpetuus, & perſona ficta vt Capitulum. Vnde Canonici Sancti Marci de Vrbe pro penſione centum ducatorum de Camera, quam obtinent ſuper Abbatia vnita Menſæ Epiſcopali Auximanæ, tenentur contribuere Seminario Auximano, non Romano. *lib.*63. 637.

Item Seminarium non erigendum ſuper mendicitate. P. F. 1627. 218. §. 4.*

5 *Nec Epiſcopus*, nec Cardinales exempti ſunt à contributione, 1583. Aſiſi 20. Septembris 283. 1599. Ceſena 22. Decemb. 151. 1600. 10. Iulij 67. 1601. 3. Septemb. 199. 27. Nouembris 242. 1602. Capaccio 31. Maij 52.

6 *Capitulum*, & Canonici, licet exempti ſint ab Epiſcopi iuriſdictione, compelli tamen ab eo poſſunt ad ſoluendum eorum ratam, 1604. Feltre 29. Nouemb. 71.

Niſi redditus omnes conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, ex quibus non fit contributio, vt declarauit Sacra Congreg. Concilij, 1595. Taranto 24. Iulij 57.

✝ Licet non recipiantur quotidie, ſed ſemel in anno, &c. *Hieracen. lib.*15. 311.

Nempe ſi omnes Canonicorum redditus diſtributionibus quotidianis conſtent, nihil omnino à Canonicis debere Seminario contribui: dummodo hæ diſtributiones dentur tantum his, qui ſingulis horis interfuerint, & nulli prorſus abſenti ex quauis cauſa. *lib.* 63. *Eugubina* 302.

Immo nullus Beneficiarius contribuere tenetur de incertis. *lib.*15. 302.

Similiter Epiſcopus non poteſt applicare vel taxare legata pia pro Seminario 27. Febr. 1594. Barchinonen. *lib.* 108. 388.

Maximè ſi habeant annexum onus celebrationis Miſſarum. *Larinen.* 17. *Nouemb.* 1629.*

7 *Nullius* etiam loca contribuere debent, ſi proprium Seminarium non habent, 1601. Capaccio 2. Maij 129.

Puta ſubditi Abbatis Monaſterij Cauen. Seminario Caputaquenſi, 1607. 4. April. 24.

✝ Decreuit enim Sacra C. C. quod Beneficia Territorij ſacri Monaſterij Cauen. contribue-

tribuere teneantur Seminario Caputaquen. niſi ſint vnita, vel de Menſa Monaſterij propter priuilegium Pij V, Donec autem hoc probetur, Seminarium manutenendum eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi. *lib.63. 836.*

Non tamen tenetur quis contribuere Seminario alterius diœceſis propter bona exiſtentia in illa diœceſi, ſi in ea nulla extat Eccleſia. *C. C. lib.9. Troiana 285.*

Vel ſi extat quidem Eccleſia, ſed fuit ædificata poſt applicationem bonorum Monaſterijs alterius diœceſis *ad 301.* iuxta ſupra notata num.3,

Quod habet locum, etiam quando duæ Ciuitates, ſeu diœceſes ſunt inuicem vnitæ: nam & tunc beneficia vnius non tenentur cõtribuere Seminario alterius diœceſis. Vnde die 29. Nouemb. 1653. Sacra C. C. cenſuit, beneficia diœceſis Valuen. etiamſi in ea nullum extat Seminarium, non teneri cõtribuere Seminario diœceſis Sulmonen.

Quod tamen limitandum eſt non procedere, quando Seminarium eſſet erectum ad formam Concilij vt ſequitur. *Si vero in aliqua Prouincia Eccleſiæ tanta Paupertate laborēt, vt Collegium in aliquibus erigi non poſſit; Synodus Prouincialis vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Eccleſia Metropolitana, vel alia Prouinciæ Eccleſia commodiori, vnum aut plura Collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarū aut plurium Eccleſiarum, in quibus ſingulis Collegiū inſtitui non poteſt, erigenda curabit, vbi pueri illarū Eccleſiarum educentur.* Nam hoc caſu beneficia vnius diœceſis tenerentur contribuere Seminario alterius diœceſis etiam non vnitæ. *

8 *Regulares* etiam contribuere tenentur, 1601. Celene 2. Maij 129.

Niſi ſint exempti per priuilegium ſpeciale, 6. Auguſti 186.

Vt Carthuſiani, 1587. Cauaglione 12. Maij 116.

† Item Congregatio Lateranen. *lib.62. 28. Carinolen.* *

Et Prioratus S. Spiritus, 1603. Rieti 6. Septembris 70.

Vel niſi viuant de eleemoſynis, num. ſeqq.

9 Prouiſi de Beneficijs Seminario vnitis vnione effectuanda; cum primū vacauerint, cogi non poſſunt ad contributionem, 1599. Alatri 1. Octobris 125.

† Beneficium tamen vnitum Seminario alterius diœceſis, renetur nihilominus contribuere Seminario propriæ, quod ante vnionē contribuere conſueuerat. *lib. 50. 120. Cremonen. 18. Iulij 1585.*

Item 2. Febr. 1606. Sacra C. C. declarauit, quod Beneficium fundatum à Patrono certa lege, de conſenſu Epiſcopi appoſita, vt ad nulla onera teneatur, dummodo fundatio poſt Concilium facta fuerit, non tenetur contribuere Seminario. Multò minus ſi id etiam expreſsè caueatur in fundatione, vt non debeat etiam ad Seminarium contribuere. *lib.63. Senogallien. 234.*

Item 21. Martij 1601. eadem S. C. declarauit, illa beneficia, quæ ob tenuitatem decimis Papalibus non contribuunt, neque cõtribuere teneri Seminario. *lib. 63. 843. & 23. Martij 1604. Canen. lib. 123. 444.* *

Nec Confraternitates, & alia loca pia, quæ non habent beneficia annexa, 1586. Palermo 23. Septemb. 231. Spoleto 7. Octob. 753. 1594. Recanati 10. Ian. 20. 1602. Regiſtr. Regular. Glorgento 25. Febr. 10.

Maximè ſi ſe manuteneant de eleemoſynis, de quibus non fit contributio, 1586. Triuento 13. Maij 298.

Nec Hoſpitalia, quæ non conferuntur in titulum, nec Monaſteria Monialium, niſi ratione beneficiorum vnitorum, vel bonorum ſubiectorum omnibus aliis oneribus Epiſcopalibus, 1583. Troia 22. Decemb. 329. Gerace 26. Iulii 191. 1. Decemb. 351.

Vel niſi eſſent ſolita; quia tunc omnes ſupradicti cogi debent, licet vellent renunciare priuilegio tenendi Alumnum in eodem Seminario, 1620. Aſſiſi 28. Iulij 233.

† C. C. Cullien. 26. April. 1659. ad 614.

Ex Fabricarum vero redditibus, ſi Eccleſiaſticæ ſint, Sacra C. C. declarauit contribuendum eſſe Seminario, quamuis à laicis adminiſtrentur. *lib.56. 1053. Io. Franciſcus Fagnanus.* *

Nec Clerici de Camera, 1604. Macerata 12. Maij 54.

† Vnde Beneficia Cameralium, licet ſimplicia, non poſſunt vniri Seminario. *lib. 57. 283. Murana.*

Item Collegium Græcorum Vrbis eſt exēptum à contributione Seminarij. Immo omnia Collegia Societatis Ieſu. *lib. 43. 309. Nileten.*

Et Collegium Clementinum à Clemente Octauo, 26. Febr. 1639.

Sacra quoque C. C. in vna Auenionen. cēſuit, quod beneficia collata, vel vnita exemptis à contributione, mutant ſtatum: & durante eo ſtatu, non contribuunt amplius Seminario. *lib.15. 329.*

Nam fel. rec. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis reſpondit, portionem, quam Seminario contribuere legitimè tenebatur id Beneficium, quod vnitum poſtea fuit Monaſterio, vel Mendicantium, vel eorum, qui eiſdem ac Mendicantes gaudent priuilegiis, propterea quod Beneficij ſtatus immutatus ſit adeptione eorum, qui ex Concilio ipſo, vel ex Pij V, S. m. priuilegio ab huiuſmodi onere Seminarij ſunt exempti. *lib.56. 1031.*

10 *Pro Schola* debet fieri ſimilis taxa, vbi tanta eſt omnium egeſtas, vt inſtitui nequeat Seminarium, 1605. Alatri 20. Septemb. 68.

† Pro huiuſmodi vero Schola permittitur

tur

tur dimidium taxæ, quæ ſolueretur pro Seminario. *Torcellana* 8. *Nou.* 1584. *lib.*43. 101.

Simili modo poteſt Epiſcopus cogere Capitulum, & alios ad contributionem pro Magiſtro Muſicæ, dummodo & ipſe cōtribuat pro rata. *lib.*50. 344. *Andrien.*

Circa tamen huiuſmodi Scholam notandum, quod cum plures Epiſcopi, qui Seminarium erigere minimè poterant, ſcholam inſtituiſſent, ac certam portionem ex beneficiis propterea detraxiſſent, animaduerſum fuit in Congregatione Concilij, quod huiuſmodi facultas tributa erat Epiſcopis à Concilio, cũ non poſſet inſtitui Seminarium, vt habetur *in c.*1. *ſeſſ.*5. *Eccleſiæ*. Ideoque Congregatio iuſſit ea de re agi cum Sanctiſſimo. Ad quem cum D. Card. Matthæius die 16. Febr. 1598. in Conſiſtorio retuliſſet, Sanctitas Sua mandauit de cetero has beneficiorum taxationes pro ſchola in alio caſu, quam in eo, de quo Concilium loquitur, non eſſe permittendas: ſed hactenus inſtitutas confirmauit. *lib.*56. 1214. *

11 *Vniri* non poſſunt Seminario per Ordinarium beneficia curata, ſed ſimplicia tantum, & eorum ſupportatis oneribus, 1580. Roſſano 15. Martij 65. † Licet habita tamẽ curata. C. C. 12. Febr. 1622. Mileten. *

† Cappellanias vero, quæ celebrandi Miſſas onus habent, & in titulum dantur, vniri poſſe Seminario, modo oneri iniuncto ſatis fiat. *lib.*56. 1087. *ad* 3.

Vnio quoque facta Seminario non erecto ad formam Concilij, puta quia Pueri non viuunt ſimul, nulla eſt. *lib.*3. *Piſauren.* 346.

Item C. C. cenſuit, vnionem omnium beneficiorum ſimplicium diœceſis Seminario factam, non eſſe validam: nec alicuius ſine conſilio quatuor deputatorum vt infra n. 12.

Porro vnionem Beneficiorum alioqui legitimè factam Seminario, non impediri aut ſuſpendi per reſignationem, etiamſi in Curia effectum ſuum ſortita ſit, & in fauorem Tertij. *lib.*54. 362. *Bellunen.* 1580.

Intellige cum vacauerit, quia per reſignationem in fauorem tertij non dicitur propriè vacare beneficium. Et ſic ſi Beneficium non vacans vniatur in vim Concilij, & poſtea reſignetur in fauorem Tertij, ac reſignatio admittatur, vnio pro illa vice ſuſpenditur. 23. Febr. 1581. *Oſtunen. lib.*106. 139.

Maximè quia in litteris reſignationis inſeri ſolet illa clauſula, *Cum ſuſpenſione omnium, & quarumcumque vnionum.* 19. Iunij 1608. Bellunen.

Item Regula de triennali nō impedit vnionem Seminario legitimè factam. *lib.*15. 327.

Si vero Epiſcopus Prædeceſſor beneficium ſimplex non ſeruata forma Concilij, & per conſequens nulliter, Seminario vniuit; non poteſt ſucceſſor illud eidem Seminario validè vnire ſeruata forma Concilij: quia Conciliũ non videtur dare facultatem vniendi beneficia deuoluta. 16. Iulij 1599. *lib.* 63. 641. *

Nec Canonicatus, etiam Collegiatæ, licet non ſint amplius de reſidentia, 1590. Aquila 27. Martij 70. 1594. 22. Iunij 174.

† Neque beneficia Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici. *lib.*9. *Mindonien.* 209.

Multo minus laicalis. *lib.*56. 1063.

Neque beneficia Regularia. *lib.*15. 319. *Hiſpalen.* *

Nec in præiudicium Prouiſi Apoſtolici, quando vacatio ſuccedit in menſibus reſeruatis: quia hæc facultas conceſſa Ordinariis per Concilium ſeſſ. 23. c. 13. fuit ſublata per decretum Clem. VIII. confirmatum, & ampliatum etiam ad Cardinales ab Vrbano VIII. die 15. Iulij 1642. *Quamuis*. ex eo, quia Ordinarii beneficia ſuæ collationis dabant perſonis ſibi bene viſis, reſeruata vero Sedi Apoſtolicæ vniebant Seminario, 1593. Mariana 1. Dec. 312.

† *Tenor ſupradicti decreti*. Item S. D. N. ex ſententia Sacræ Congreg. Conc. decreuit, huiuſmodi vniones, vtpote poſt vacationem in menſe reſeruato factas, nullo modo debere ſortiri effectum: & Prouiſum Apoſtolicum propterea impediendum non eſſe, quo minus beneficij ita vniti poſſeſſionem aſſequatur. 17. Maij 1599. *lib.*35. 562.

Nam Pius V. & Greg. XIII. decreuerunt, audita relatione Congr. Concilij, quod vniones factæ iuxta formam c. 15. ſeſſ. 24. de Beneficiis reſeruatis, validæ ſint, ſi modo factæ fuerint ante eorum vacationem: quod ſi poſt vacationem factæ reperiuntur, nullæ ſunt, & Prouiſi à Sede Apoſtolica debent in dictorũ beneficiorum poſſeſſionem immitti. *lib.* 106. 179. *Romana*.

Idem de ſuppreſſione. *Mindonien.* 186.

Item nulla eſt vnio facta Seminario de beneficio ſimplici ante vacationem, ſed in infirmitate, de qua poſtea Rector deceſſit. 1. Maij 1577. *lib.*65. 431.

Item die 21. Febr. 1621. De cetero ad obuiandum fraudibus oportere decerni, vt non poſſint etiam ante vacationem vniri Seminario beneficia, quæ obtinentur à Perſonis, quæ, vel ob familiaritatem Cardinalium, vel ob aliã rationabilem cauſam, tales ſint, vt quocumque menſe decedant, certum ſit ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ. Quod tamen decretum non extenditur ad præterita. Sanctiſſimus 26. Febr. 1601. ita decreuit. *lib.* 63. 612. *lib.* 69. 304.

12 Epiſcopus in *adminiſtratione* Seminarij quatuor Deputatorum conſilium requirere tenetur, ſed non ſequi. *Oſcen. lib.*54. 545.

Solus tamen Epiſcopus abſque interuentu Deputatorum compellere poteſt ad ſoluendũ portionem Seminario debitam. *lib.*56. 1048.

13 Quatuor Deputati pro regimine Seminarij non poſſunt amoueri ſine cauſa. *lib.*57. *Salernitana* 284. Senium tamen, infirmitas, vel

alia ſimilis impotentia eſt cauſa ſufficiens. *Bononien.* 5. *Septemb.* 1602. *lib.*63. 766. *

SENSVS. Intellectus.

SENTENTIA.

Abſens. Cauſa. Iudex. Matrimonium.

1 QVæ *miſericordiam* vetat, nec tenenda, nec audienda eſt: melius eſt enim, ſi in aliquo arguendi ſumus, nimiæ miſericordiæ reddere rationem, quam nimiæ ſeueritatis *c. Ponderet,* 14. *in fine,* 50. *diſt. l. Abſentem, ff. v. Depoſiti.*

2 Sententia lata contra ciuiliter poſſidentem non præiudicat naturaliter poſſidenti. *Oinot. de action.* §. *Omnium, num.*80.

3 Sententia refertur ad Acta, & debet eſſe conformis libello. *l. fin. C. de fideic. libert. Oinot. de Interd.* §. *Retinenda, num.*80.

4 Sententia criminalis ſine proceſſu, & actis, non facit fidem, etiam ſi producatur excipiendo: quia probationes in criminalibus ſunt de ſubſtantia Iudicij. *l. Si cum nulla, ff. v. de re iudic. Rota apud Galleſ. deciſ.*4. *n.*2. *& ſeqq.*

5 Sententia lata ex duabus cauſis, quarum vna ſit vera, & ſufficiens, ſuſtinetur, licet altera ſit falſa. *Bart. in l. Si plagij faciendi verſ. faciendi, ff. n. de verb. oblig. & in l.*2. §. *Ignominiæ, cauſa in addit. in fine, ff. de ijs, qui not. infam.*

✝ Cum ex depoſitionibus Teſtium conſtiterit, ſententiam à ſuo Iudice prolatam, propter auctoritatem iudiciariam præſumi debet omnia legitimè præceſſiſſe, *alias* proceſſiſſe. *c. Sicut Nobis* 16. *De ſent. & re iud.* *

6 Qui fuit ſufficienter auditus, non poteſt opponere, quod ſententia ſit ſubreptitia, vel obreptitia: ſed ſi quid releuans habet iterum deducat, 1641. Amelia 2. Aug.

7 Reuocata ſententia, reuocatur etiam executio ipſius, 1602. Voltutara 5. Febr. 72. 1602. Sebenico 25. Octobris 114.

8 Sententia in cauſa hæreſis nunquam tranſit in rem iudicatam. *Diana* 4. *tr.*7. *reſ.*35.

9 *Tenor ſententiæ.* In cauſa vertente inter N. Actorem ex vna, & N. Reum Conuentũ ex altera, Partes, in, de, & ſuper retractu domus, de qua in Actis, venditæ eidem N. Reo, à N. Nepote ex Sorore Germana eiuſdem N. Actoris, ſiue ab illius DD. Tutoribus; & Curatoribus, &c. rebuſque alijs, de quibus in Proceſſu, & actis, ad quæ, &c.

Nos N. ſedentes, &c. De Iuriſperitorum Conſilio, & aſſenſu, Chriſti nomine inuocato. Viſis libello porrecto, & inſtantijs factis per Actorem, Statuto ſuper retractu conſanguineorum diſponente, Inſtrumento venditionis Domus poſitæ, & confinatæ, prout in d. Inſtrumento, Conſanguinitate prædictorũ intra tertium gradum arboris Ciuilis, hinc inde replicatis, termino pro ſeruato habito, viſiſque viden. & conſideratis conſideran. dictũ terminum aperientes, Chriſti nomine repetito, Dicimus, ſententiamus, pronunciamus, & diffinimus in his ſcriptis, prædicto Actori licuiſſe à dicto Reo d. domum retrahere, ac ipſum Reum teneri, & obligatum eſſe dictam domum reſtituere, & reuendere dicto Actori pro eodem pretio ac modo, & forma, prout in dicto Inſtrumento; necnon eumdem Reũ fore, & eſſe condemnandum in expenſis extractionis Inſtrumenti per ipſum Reum initi, & alijs expenſis inde ſecutis, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure in poſterum, reſeruamus; mandatumque ſeu mandata quæcumque deſuper neceſſaria, & opportuna fore, & eſſe decernen. & relaxanda, prout decernimus, & relaxamus per præſentes. Et ita in his ſcriptis dicimus, ſententiamus, diffinimus, & declaramus, non ſolum, &c. Sed omni, &c. hac die, &c.

Ita pronunciaui Ego N.

Lecta lata, & in his ſcriptis promulgata fuit dicta ſententia per D. Reuerẽdiſſimum Vicarium Generalem ſedentem, vt ſupra, & per me Notarium ſtipulata dicta die. In Aedibus, &c. Præſentibus N. & N. Teſtibus, &c.

Ita eſt Ego N. Notarius, & Canc. Epiſcopalis, &c.

10 *Alia Sententia.* In cauſa vertente, in, de, & ſuper exemptione, & liberatione Vineæ à cenſu de quibus in Actis, ſtantibus moleſtijs illatis à Domino dicti cenſus, & de conſenſu requiſito à D. Actore à DD. Cenſus prædicti, &c. rebuſque alijs, de quibus in actis, &c.

Viſis Inſtrumentis venditionis Vineæ, de qua agitur, & impoſitionis cenſus ſuper eadem Vinea, necnon viſis Inſtantijs, reſponſionibus, replicationibus, & terminis aſſignatis, eorumque lapſu, viſiſque, &c. aperiendo terminum pro ſeruato habitum, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis de Iuriſperitorum conſilio ferimus, & aſſenſu, dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & diffinimus, d. N. Reum teneri, & obligatum eſſe, ad liberan. d. Vineam à d. Cenſu, & ad facien. conſentire N. ſuper Iure, quod habet in dicta Vinea, & illam eximen. Et eũdem N. Reum in omnibus expenſis fore, & eſſe condemnan. & mandatum executiuum decernen. & relaxan. ſuper prædictis fore, & eſſe, prout condemnamus, decernimus, & relaxamus per præſentes. Et ita, &c. Non ſolum ſed omni, &c. hac die, &c.

Ita pronunciaui Ego N.

Actum Mediolani in Aedibus, &c. Præſentibus N. & N. Teſtibus, &c.

N. Notarius, & Cancellarius Archiepiſcopalis, &c.

Nota tamen, quod hæc ſententia faciendi conſentire, nulla eſſet, niſi in proceſſu conſtaret de moleſtijs illatis. *Rota apud Galleſ. dec.*109. *num.*11.

11 *Decretum diffinitiuum immiſſionis in vim Saluiani.* Qui Perill. & Reuerendiſſimus D. Vica-

Vicarius Generalis ſedens, &c. Viſo libello, ſcripturis, & inſtrumentis publicis productis, ex quibus reſultāt extrema vtilis Saluiani Interdicti, & credito d. Dominici, Viſiſque viden. &c. Chriſti nomine inuocato, in his ſcriptis dixit, declarauit, & pronunciauit, d. Dominicum, & pro eo N. Procuratorem ſuum, fore & eſſe immitten. in realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem domus, de qua in libello, remoto exinde dicto Teutonio, retinen. donec, & quouſque de fructibus, & penſionibus illius idem Dominicus de ſuo credito ſatisfactus, &c. & omne mandatum neceſſarium, & opportunum, & de aſſociando, &c. & pro expenſis, &c. Non ſolum, &c. Sed omni, &c. Hac die, &c.

N. Vicarius Generalis.

Lecta lata, & data fuit ſupradicta ſententia per d. D. Vicarium ſedentem, &c. & per me rogata, & ſtipulata in Cancellaria Epiſcopali hac die, &c. Præſentibus N. & N. Teſtibus, &c.

N. Cancellarius Epiſcopalis, &c.

SEPVLTVRA.

Altare. Cadauer. Canonicus. Chriſtus. Clericus. Confraternitas. Conuerſa. Corpus. Damnatus. Epiſcopus. Epitaphium. Fides. Hieroſolymitani. Iudæus. Pactum. Parochus. Pater. Regulares. Vſura.

1 AD *Domini* Sepulchrum accedentes ſine licentia Papæ incurrunt excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam. *Pauon. deff.* 5227. *num*. 38.

2 *Locus*. Eccleſiæ non debent fodi neque excauari pro ſepultura, ſed in Sepulchris ſiue tumbis profundis infra terram Chriſtianorū cadauera ſepeliri. Pius V. conſt. 5. Cum primum Apoſtolatus. *Et vt in Eccleſijs*, inquit, *nihil indecens relinquatur, ijdem*, ſcilicet Capitula, Parochi, Rectores, Vicarij, Sacriſtiæ, Oſtiarij, & alij Cuſtodes, etiam Regulares, *prouideant, vt Capſæ omnes, & Depoſita, ſeu alia Cadauerum conditoria, ſuper terram exiſtentia, omnino amoueantur, prout alias ſtatutum fuit: & vt defunctorum Cadauera in tumbis profundis infra terram collocentur.*

Non tamen comprehenduntur monumenta marmorea, muris ſeu columnis adhærentia, præſertim amotis Cadaueribus à locis altis: quia hæc nullam indecentiam, immo magnum ornamentum afferunt Eccleſijs. *Sacra Epiſcoporum Congregatio Epiſcopo Mantuano*, 13. *Octobris* 1579. *fol.* 114.

3 Epiſcopus ſiue Rector Eccleſiæ in caſu neceſſitatis diſpenſare poteſt, vt Cadauer in alieno ſepulchro ſepeliatur, inuito Patrono; qui in tali caſu non dicitur rationabiliter inuitus. Si vero ſine diſpenſatione hoc fiat, maximè extra caſum neceſſitatis, Cadauer ad inſtantiam Patroni eſſet exhumandum. *Ex Rota, & alijs Bonac. tom. 2. de contr. diſp. 3. quæſt.* 21. *pun.* 3. *num.* 4.

4 Vxor, quæ habuit plures Maritos, in vltimi ſepulchro ſepelitur. *c. 3. §. fin. de ſepult. lib. 6.* Vir tamen non ſepelitur in Sepulchro vxoris. *Lauor. tit.* 2. *c.* 11. *num.* 137. 138.

5 Corpora laicorum, etiam Mulierum nobilium, non ſunt ſepelienda in ſepulturis Monialium, prohibente Sacra Concilij Congregatione ſeſſ. 25. de Reg. *cap.* 5. *die* 11. *Martij* 1585. *teſte Bonac. l. c. n.* 6. *verſ. Vndecimo*.

Neque in earū Eccleſia exteriori, licet ſoluere vellent pœnam Synodalem, 1652. Macerata 8. Nouembris 66.

Niſi de licentia S. C. & conſenſu Monialiū, 1603. Montefeltro 21. Nouemb. 89.

Quæ requiritur etiam pro ibi fabricando Sepulchro, 1604. Ferrara 12. Iulij 12.

Et concedi ſolet perſonis benemeritis, vel cum eleemoſyna competenti, 1601. Meſſina 6. Auguſti 84.

Et tunc Officium facit Parochus vſque ad Portam Eccleſiæ, & non vltra, 1615. Oſſeruāti 5. Iunij 62.

6 Non permittitur ingreſſus in clauſuram ad ſepeliendas Moniales, 1577. Rieti 10. Martij 140. 1582. S. Domenico 30. Gennaro 29.

Multo minus quod propterea, vel pro celebrandis exequijs, ingrediantur Regulares, 1620 Lisbona 11. Aug. 239.

Alias omnes culpabiles incurrunt in excōmunicationem violatæ Clauſuræ, 1596. Bologna 20. Aug. 97.

7 Nulla adeſt prohibitio ſepeliendi Moniales in Eccleſia exteriori, vbi eſt in vſu, 1594. Carm. 20. Septembris 305.

Sed vbi non eſt in vſu, debet id fieri ſecretè, de nocte, & cum ſolo Sacerdote ac Miniſtris neceſſariis, 1595. Cremona 15. Martij 16.

Nec nō cum licentia Superioris, 1594. Carmelitani 20. Septemb. 305.

Et omni caſu debent Moniales deferre cadauer vſque ad portam clauſuræ, 1618. Torcello 14. Decembris 395. 1623. Aſtoricen. 13. Ianuarij 8.

8 *Prohiberi* non poteſt, ne cadauer ſepeliatur occaſione Iuris ſepulturæ: cum nulla ratio patiatur, Chriſtianæque pietati repugnans videatur, maximè vero ob pecuniarium intereſſe, cadauer inſepultum remanere. *Sac. Epiſcopor. Congregatio in vna Crotonien.* 17. *Sept.* 1617.

9 Sepultura Eccleſiaſtica denegatur mortuis in agitatione taurorum, & alijs feris ſpectaculis. Pius V. conſt. 48. *De ſalute*.

10 *Proceſſio*. Funus comitantes non permittantur expectare per viam, vel ad domum defuncti, non obſtante contraria conſuetudine. *Sacra Rituum Congreg. in vna Tropien.* 8. *Febr.* 1631. *Et in alia Theleſina* 12. *Febr.* 1633.

† Et non obſtante, quod non adeſſet Clerus ſed ſolus Parochus, 1646. 23. Martij 16. 1648. Carmelitani 29. Maij 1. 1651. Regolari della Città di Caſtello 28. April. 5.

Sacra quoque C. C. 16. Ian. 1649. cenſuit, Regulares, quando vocantur ad aſſocianda De-

Defunctorum cadauera, teneri accedere ad Parochialem Eccleſiam, aut, concurrente legitima conſuetudine, in aliam Eccleſiam: ſed nullo modo poſſe per viam expectare, aut ad domum Defunctorum conuenire, non obſtante contrario vſu allegato. *

Sed conuenire debent in Eccleſiam Parochialem Defuncti, vel in eam, in qua fortè depoſitum eſſet Cadauer, vt ex decretis S. C. dixi lib.4. Ciuilium tit. 15. n.25. §. 5.

Non tamen Mulieres, vel puellæ proceſſionaliter, 1621. Cremona 23. Martij 42.

11 Societas Mortis non debet impediri, ne in ſepeliendis Pauperibus Sacerdotem cum ſtola ducat, 1598. Gaeta 9. Martij 17.

12 Hæres Defuncti inuitare poteſt eum numerum Sacerdotum ſiue ſæcularium, ſiue Regularium, aut Confraternitatum, & accipere illam quantitatem ceræ, quæ ſibi magis libuerit: nec cogi poſſit ad vocandum Capitulum, vel alios præter Parochum: cui tamen debetur duplum eleemoſynæ, quæ datur ſimplicibus Sacerdotibus, 1579. Ferrara 17. Martij 59. 1580. Monte peloſo 11. Octobris 174. 1581. 17. Decembris 6.

† c.12. Quæſta 13. q.2. c.Ad Apoſtolicam 42. de Simon. *

13 Cadauera, quæ ad Eccleſias Mendicantium deferuntur, poſſunt recta via à domo ad dictas Eccleſias deferri cum aſſiſtentia proprij Parochi, ſi intereſſe velit, alioquin etiam eo abſente, & inuito. *ex Sacra Congregatione ſynod. Caputaq. Brancatij ſeſſ.3. cap.1. n.6.*

14 Crux illius Eccleſiæ deferri debet, in qua Defunctus ſepelitur. *Sac. Congr. Vic. Baren. 29. Iulij 1616.*

14 *Officium* ſuper defunctis, in Eccleſia, vel Oratorio Confraternitatis non exemptæ, fit à Parocho, non à Cappellano Confraternitatis. *ex Sac. Congreg. Epiſcopo Lauden.* 20. *Aug.* 1601. *Lauor. tit.2. c.11. n.107.*

In Eccleſia vero Regulariũ fit ab ipſis Fratribus. *Synod. Caputaq. vbi ſupra n.13.*

16 In huiuſmodi Officijs; & præcedentia Epiſcopus cogere debet etiam Regulares ab obſeruandum ſolitum, 1601. Potenza 5.Febr. 72. 7. Nouemb. 224. 5. Decemb. 247.

17 Licere Capitulis, quoties Defunctorũ funera ad Eccleſias quaſcumque, etiam Regularium, comitantur, ingredi Eccleſiam, atque in illa ſuper ipſo corpore Pſalmum *Miſerere,* vel *De profundis,* cum verſiculo: Reſpõſorio, & oratione ſuper defuncto; ſine tamen ſtola, & Pluuiali, recitare, vel decantare, 1604. Cremona 9. Aug. 6. Septemb. 30. Oſſeruanti 16. Aug. 39. 1606. Conuentuali 1. Iulij 54. §.4. 1646. 15. Iulij 18.

18 Domi vero, antequam cadauer efferatur, poſſunt hæredes ſuper eo officia recitare facere cuicumque libuerit, 1579. Macerata 19. Maij 76.

19 *Abuſus.* Epiſcopus impediat cum omni diligentia ac Paſtorali ſolitudine Gentilitatis abuſum, quod Feminæ in funere ſuorum liberorum, Parentum, aut Maritorum, capillos vellant: non tamen imponat pœnam excommunicationis, 1587. Hieracen. 20. Aprilis 104. 1588. Mariana 6. Decemb. 260. §. 10.

20 *Conuiuia,* & prandia tolerari poſſunt in Anniuerſarijs Defunctorum, 1588. Mariana 6. Decemb. §. 9.

21 *Funeralia.* Pauperum cadauera gratis tumulari debent. *Sac. Epiſcopor. Congr. in vna Caſſanen.* 5. *Maij* 1617. *fol.* 81.

22 Liceat hæredi mittere cum Defuncto candelas, vel intorticia extincta, donanda Cõfraternitatibus, modo duplum earum deferantur accenſæ, 1598. Ceneda 14. Octobris 57.

23 Pro ſepultis in Eccleſia noua Confraternitatis Curatus idem recipere debet, ac ſi ſepelirentur in ſua Parochiali, 1606. Mileto 25. Iulij 58.

24 Cæteris paribus nõ poteſt amplius exigi ab exteris, quam à Ciuibus, 1640. Chieti 25. Maij 55. 1646. 31. Martij 8. 1653. Manfredonia 20. Iunij 106. 2. 21. 1654. Nardo 10. Iulij 35.

25 Sacra, &c. Inhærens declarationibus alias deſuper editis, cenſuit non licere Parochialium Eccleſiarum Rectoribus maiorem eleemoſynam pro Defunctis in Eccleſijs Regularium ſepeliendis, exigere, quam eis ſolueretur: ſi in proprijs, vel alijs ſæcularium Eccleſijs ſepeliri deberent: & contrafacientes ab Ordinario pœnis, & cenſuris ſibi bene viſis, ſeuerius eſſe puniendos, 1593. Oſſeruanti 27. Octobris 80. 1642. 22. Aug. 296. 1643. S. Domenico 2. Octob. 488. † 1647. 20. Martij 7. 1651. Oſſeruanti d'Altamura 27. Ian. 286. 27. Martij 4. Et pro Minoribus de Obſeruantia in Partibus Indiarum decreuit Clemens VIII. conſt.96. *Expoſitum Nobis.* *

S E Q V E S T R V M.

Decretum. Hæres. Miſſa.

R*Es ſequeſtratæ,* quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, debent vendi, deponique pecunia, durante ſequeſtro, 1603. Theano 18. Martij 32. 1645. Caſtro 2. Iunij 3.

S E R V V S.

Ancilla. Baptiſmus. Cardinalis. Coniux. Famulus. Filius. Fuga. Hæres. Metus.

1 S*Eruitus* eſt conſtitutio Iuris Gentium, qua quis alieno dominio contra naturam ſubijcitur. *Inſt de Iure Perſon. §.Seruitus.*

2 Seruo ſuo quis de Iure Gentium iniuriam facere non dicitur, ſecus de iure naturali, vel Diuino. *§. Seruis. Inſt. de Iniur. Addit. Oinot. De his qui ſunt ſui, §. fin. 5. a.*

3 Seruum, ſiue apud hoſtes captum redimens, poteſt eum retinere, donec ſibi pretium redemptionis reſtituatur; dummodo nõ plus ſibi petat reſtitui, quam hoſtibus ſoluerit.

Oinot.

Oinot. Inſtit. de Interd. §. Summa autem diuiſio, num. 77.

SIBYLLA.

1 Sibyllæ omnes feminæ fuerunt, perpetuæ Virgines, Vates Deo plenæ.

2 *Cumea* à Cumis Campaniæ in Italia Vrbe nomen accepit. Cecinit de Chriſti aduentu Carmina Iſaiæ Vaticinio ſimillima.

Cum Deus ab alto Regem demittet Olympo.
Tunc Terra omniparens fructus Mortalibus ægris
Reddet inexhauſtos, frumenti, Vini, Oleique.
Dulcia tunc mellis diffundent pocula Cœli:
Et niueo latices erumpent lacte ſuaues.
Oppida plena bonis, & pinguia culta vigebunt,
Nec gladios metuet, nec belli Terra tumultus.
Verum pax terris florebit omnibus alta
Cumque Lupis Agni per montes gramina carpent,
Permixtique ſimul Pardi paſcentur, & Hædi.
Cum Vitulis Vrſi degent armenta ſequentes:
Carniuoruſque Leo præſepia carpet vti bos.
Cum Pueris capient ſomnos in nocte Dracones,
Nec lædent; quoniam manus Domini obteget illos.

3 *Cumana* ex Ioniæ Vrbe, quæ dicitur Cumis, oriunda, Amalthea quoque, Erophile, & Demophile nuncupata; eſt illa, quæ dicitur nouem libros ad Tarquinium Priſcum Regē detuliſſe; pro ijs tercentos aureos poſtulaſſe; irridente Rege, ſex ex illis coram eo ſucceſſiuè combuſſiſſe, ſemper pro reliquis idem pretium poſtulaſſe, & tandem pro tribus ſuperſtitibus accepiſſe. Eius de Filio Dei feruntur huiuſmodi carmina.

Tunc ad Mortales veniet, Mortalibus ipſis
In terris ſimilis, Natus Patris Omnipotentis
Corpore veſtitus.

Hæc alia ex græco, ſunt noſtro ſermone ſic traducta.

Vocales quatuor autem
Fert, non vocaleſque duas, binum geniorum.
Sed quæ ſit numeri totius ſumma docebo.
Namque octo Monades, totidem decades ſuper iſta,
Atque hecatontadas octo, infidis ſignificabit
Hominibus nomen. Tu vero mente teneto.
Hæc vero eſt ſumma nominis Ieſu.

10	8	200	70.	400	200.	Sūma 888
Ι	Η	Σ	Ο	Υ	Σ.	

4 Cur ratio exametri Carminis in Græcis Sibyllarum verſibus vſquequaque ſeruata nō fuit, Iuſtinus Martyr refert cauſam, tum in Notarios ineruditos, tum in Auctrices memoria lapſas. Nam Sibyllæ, afflatione ceſſante, omnium pariter à ſe dictorū obliuiſcebantur.

5 *Perſica* reliquit nobis huiuſmodi Carmina de Præcurſore Chriſti, ac baptiſmo eiuſdē.

Tunc quoque vox quadā veniet per deſerta locorū
Nuncia, Mortales miſeros quæ clamet ad omnes.
Vt rectos faciant calles, animoſque repurgent
A vitijs, & aquis perluſtrent corpora mundis.

6 *Helleſpontica*. In Agro Troiano, Vico Marmiſſa, prope oppidum Gergeticum, Cyri tēporibus nata, hæc de Chriſti doctrina ſcripta reliquit.

Ille Dei legem complebit, non violabit;
Perſimilem formam referens, & cuncta docebit.

7 Lybica reliquit huiuſmodi Vaticinia circa miracula Chriſti.

Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes.
Læſos, quotquot ei fident; cæcique videbunt.
Incedent claudi; Surdis audire licebit:
Inſolitas Mutis debitur formare loquelas;
Expellet furias, oppreſſi morte reſurgent.

8 *Samia*, nomine Pitho, de Chriſto ingrediente Hieruſalem, Aſcenſo Aſello, huiuſmodi protulit oraculum.

Salue caſta Sion, permultaque paſſa Puella,
Ipſe Tibi Rex en tuus Aſcenſo intrat aſello,
Erga omnes mitis, iuga quo tibi, quo iuga demat.
Intoleranda tibi, quæ fers, ceruice ſubacta.

9 *Delphica*, nomine Anthemis, quæ vixit ante Troianum excidium, cuius plures verſus Homerus ſurripuiſſe creditur, de Paſſione Chriſti reliquit oraculum huiuſmodi.

Impinget illi Colaphos, & ſputa ſceleſtis
Iſrael labijs, neque non, & fellis amari.
Apponet eſcam, potumque immitis aceti.

10 *Phrygia* de morte Chriſti cecinit hiſce carminibus.

Scindetur Templi velum, mediumque diei
Nox tenebroſa tribus premet admirabilis horis;
Et tridui ſomno peraget mortalia fata.

11 *Tiburtina*, nomine Albunea, ex Tibure Italiæ Vrbe, Chriſti Reſurrectionem, & Aſcenſionem cecinit hiſce carminibus.

Sed poſtquam triduo lucem repetiuerit, atque
Monſtrarit ſomnum Mortalibus, atque docendo
Cuncta illuſtrarit, Cæleſtia Regna ſubibit
Nubibus inuectus.

12 Erithræa reliquit huiuſmodi Carmina.

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR.

Iudicij in ſignum Tellus ſudore madeſcet,
Et Rex æternus ſummo deſcendet Olympo,
Scilicet vt carnem, Mundumque, vt vindicet omnē.
Vnde Deum fidi, diffidenteſque videbunt
Summum cum Sanctis in Sæcli fine ſedentem.

Corporeorum Animas Hominū, quo iudicet, olim.
Horrebit totus cum denſis vepribus Orbis:
Reijcient Simulacra viri, gazaſque repoſtas,
Exuretque ignis terras, cælumque, Salumque
Incendentque fores anguſti carceris Orci:
Sanctorumque omnis caro libera reddita lucem
Tunc repetet: ſemper cruciabit flamma ſceleſtos.
Vtque quis occultè peccauerit, omnia dicet:
Sub lucemque Deus reſerabit corpora clauſa.

Dentes ſtridebunt, crebreſcent vndique luctus:
Et lux deficiet: Solemque, nitentiaq; aſtra
Inuoluent tenebræ: tum Lunæ ſplendor obibit.

Foſſas attollet, iuga deprimet, ardua, montes;
Impedietque nil mortales amplius. Altum

Longa

Longa carina fretum non ſcindet. Montibus arua
Ipſa æquabuntur. Nam fulmine torrida tellus.
Vnaque, & ſicca fontes, & flumina hiabunt:
Sidereiſque ſono triſti tuba clanget ab oris.

Stultorum facinus mœrens, Mundique dolores,
Et Chaos oſtendet, & Tartara terra dehiſcet:
Regeſque ad ſolium ſiſtentur Numinis omnes.
Vndaque de cælo fluens ignea, ſulphure mixto,
Atque omnes homines ſignum præſigne notabit.
Tempore eo lignum, cornu peramabile fidis,
Oppoſitus Mundo Caſus; ſed vita Piorum
Reſpergendo; lauans duodeno fonte necatos.

Hucuſque Sibylla.

13 *Lignum hoc* eſt lignum Crucis, quod habet duo brachia. Brachium ſeu Cornu dextrum fidis Chriſtianis multum amabile, ſed ſiniſtrum impijs Mundanis valde oppoſitum atque terribile. *Aſpergendo fonte duodeno*, ideſt duodecim fructibus Spiritus ſancti, vel miniſterio duodecim Apoſtolorum, *necatos*, ideſt mortuos propter peccatum, fit vita eorum, reſuſcitans illos ad vitam gratiæ. Vel dicamus, *lauans necatos fonte duodeno*, ideſt omni genere vitiorum: nam duodenarius numerus in ſcripturis vt plurimum eſt vniuerſitatis deſignatiuus. Vel *necatos* duodecim peccatis oppoſitis duodecim fructibus Spiritus ſancti. *Vide Sixtum Senenſem in Bibliotheca Sancta lib.2. v. Sibylla, vbi refert etiam Græca carmina; ego enim hæc ex Græcis tranſtuli, niſi magis notabilia.*

S I G I L L V M.

Caſus.

1 Confeſſionis eſt de Iure Diuino poſitiuo. *S.Thom. Suppl. quæſt.*11.1.2. *Nau. c.*8. *n.*2. *& ſeqq. & c.*18. *n.*52.

2 Sigillum non frangitur reuelando Venialia in genere, niſi exaggerentur per grauitatem, vel numerum, puta Titius confeſſus eſt mihi multa venialia, vel grauia venialia. *Diana* 5. *tr.*11. *reſol.*49.

3 Certum eſt apud omnes, quod peccata, & ab eis dependentia cadunt ſub ſigillo Sacramentali. An autem comprehendantur aliæ imperfectiones, vel negotia, *Io. Sanchez. diſp.*1. *num.*29. aſſerit non comprehendi, licet ea quis narraret ad ſe accuſandum: ſed ad eas cælandas ſolo naturali Sigillo teneri.

Bonacina tamen, Diana & alij tenent, ea omnia cadere ſub Sigillo, ex quorum reuelatione poſſet ſequi damnum, vel pudor Pœnitenti.

4 Sigillum authenticum, cui creditur quãdiu contrarium non oſtenditur, dicitur, vel Epiſcopi, vel Capituli, vel alicuius Principis ſæcularis, vel Vniuerſitatis, ſiue etiam ipſius Notarij, quando talibus de conſuetudine creditur. *gloſ. c. Ex litteris. Ver. Sigillum. De fide inſtrum.*

5 Sigillum Capituli teneri debet ab eo, cui mandabit Epiſcopus, 1602. Fondi 5, Martij 20.

S I G N A T V R A.

1 AD *Signaturam* Iuſtitiæ recurritur in cauſis, quæ afferre poſſunt perpetuũ præiudicium, 1577. Volterra 12. Ian. fol 14.

2 Signatura Iuſtitiæ non committit cauſas, quæ pendent in S. C. vel coram eius Delegatis, 1613. Nullius Caſteldurante, e Cremona, 30. April. 41.

3 ✝ In reſcriptis Signaturæ Gratiæ non attenditur extenſio Regentis, ſed ſola Signatura Papæ, ad differentia in Signaturæ Iuſtitiæ. *Othob. deciſ.* 207. *

S I M O N I A.

Baptiſmus. Epiſcopus. Excommunicatio. Papa.

1 Simonia crimẽ æquiparatur crimini hæreſis, & læſæ Maieſtatis. *Baiard. ad Clar. §. Simonia num.*20.

In cuius comparationem cætera crimina pro nihilo reputantur. *c. Per tuas* 32. *De Simon.*

2 Accipiens aliquid pro conſilio, vel doctrina non videtur committere Simoniam, vt probabilius cenſui in Collect. ad Prou. 23.23.

3 Vendere beneficia non ratione tituli, ſed ratione fructuum, non eſt Simonia contra ius Diuinum, ſed tantum contra Ius Canonicum: & ſi fiat auctoritate Papæ, qui ſeparare poteſt fructus à titulo, nulla eſt Simonia; quia Papa liberam, & plenam diſpoſitionem habet in omnibus beneficijs.

Quod vendere beneficia ratione fructuum, non ſit Simonia, niſi quatenus prohibetur à Iure Canonico, patet à ſimili in vaſis ſacris, quæ vendi poſſunt ratione materiæ tantum.

Item in Beneficiorum permutatione, in reſeruatione Penſionis, in reſignatione in fauorem Tertij: quæ ſi fiant ſine Superioris authoritate, ſunt, vel præſumuntur Simoniaca; cum ea vero non. *c.*2. *De Præben. in* 6. *Clem.*1. *Vt lite pend. gloſ. c. Ex parte. De off. Delegati. Turrecrem. in c. latorem,* 1. *quæſt.*1. *Panorm. in c.* 1. *De Simon. & in repetit. ſuper c. Extirpandæ §. Qui vero. De Præben. num.* 37. *& in cap. Cum pridem de pact. num.*11. *Caietanus in opuſculis tomo* 2. *tr.*9. *quæſt.*1. *Sotus lib.*2. *de iuſt. & iure, quæſt.*7. *art.*5. *Nau. c.*23. *num.*108.

4 Supradictorum ratio eſt, quia ſimoniam Iure Diuino prohibitam etiam Papa committere poteſt: prohibitam vero iure tantum humano nec Papa committit, nec committitur in Romana Curia in ijs, quæ fiunt ſciente, & annuente Pontifice. *Et hoc modo intelliguntur gloſ. & Bart. in l. Barbarius, ff. v. de off. Præſid. & in l.*1. *ff. n. Ad l. Iul. de ambitu*, quod Simonia, & lex Iulia de ambitu non habent locum Romæ. *Decian. tom.*1. *lib.*5. *cap.* 84. *n.*9. *Clar. §. Simonia, n.*6. *& ibi Baiard. n.*16.

5 *Probatio* in crimine Simoniæ ſufficit, quæ fiat per ſigna, & coniecturas. *Clar. l. c. n.*12.

6 *Pœna*. Quando quis dedit, vel recepit pecuniam pro aliqua gratia circa beneficia, vltra Simoniacorum pœnas, tenetur ad reſtitutionem

tionem fructuum etiam ante Iudicis ſententiam. *Farinac. pract. crim. quaeſt.* 111. *num.*345. *Bonac. de Simon. quaeſt.*7. *pun.*4. *n.*4.

7 Datum per Simoniam applicatur illi Eccleſiæ, cui per talem dationem facta eſt iniuria. *Baiard. num.*6.

8 Clericus Simoniacus priuatur Beneficio. *Clar. num.*10.

9 *Excuſatio*. Vexatus in Iure acquiſito ſuper ſpiritualibus aut annexis, poteſt vexationem ſuam redimere pecuniam dando. *Rota in gloſ. c.Cum dilectus* 28. *il primo, de Simon.* Et repetere pecuniam ſic datam.

Hinc eſt; quod cum in graui neceſſitate mihi negantur iniuſtè ſacramenta, vexationem meam redimere poſſum pecuniam dando, vt dixi *in lib.*4. *Inſtit. Ciuil. tit.*18. *n.*26.

At ſi vexetur in iure acquirendo, non poteſt abſque ſimoniaca labe vexationem redimere. *c. Matthaeus. De Simon.*

Hinc S. D. N. Alex. VII. in conſt. quæ incipit Inter grauiſſimas, edita 2.Maij 1656. declarauit incurrere in cenſuras conſt. de datis, & promiſſis etiam eum, qui dat pro redimenda vexatione.

10 Pecunia data, vel accepta pro impenſis, vel pœna excommunicationis, vel abſolutionis, per Iuriſdictionem Eccleſiaſticam impoſita, non facit ſimoniam: quia non accipitur pro ſpirituali, ſed pro pœna delicti. Quæ ſi non erogetur locis pijs, peccatur contra Concilium, ſed non peccato ſimoniæ. *S.Thom.*2.2. *q.*100. 2. 3. *Nau. c.*23. *nu.*101. *verſ. Septimo.*

11 Dare ſpirituale pro temporali, vel ecōtra, etiam in materia beneficiali, ex mera obligatione antidorali ſeu gratitudinis, non eſt ſimonia, ſicut nec promiſſio generalis, quæ ſolum indicare ſolet vrbanitatem, vel gratitudinem, etiam ſi in tradendo dicta obligatio antidoralis intendatur, dummodo expreſsè non deducatur in pactum. *Bonac. tom.*1. *de ſimon. diſp.* 1. *q.*6. *pun.*1. *num.*1. 2. 3. 7.

SINDICVS. Procurator.

SOCIETAS. *Solus.*

1 Eſt *duorum* pluriumue conuentio honeſtè contracta ad vberiorem quæſtum, & commodiorem vſum. *Oinot. de ſociet. in princip. n.*2.

2 De ſocietate officiorum dixi lib.3. Imperialium inſtitutionum tit.26. n.10. & ſeqq.

3 Socij Viſitatorum eligi debent de eadē Prouincia viſitanda, vel ſi id minus fieri poſſit, ex aliqua viciniore, 1642. Oliuetani 11. Decembris 330.

SODOMIA.

1 Eſt *coitus* perſonarum eiuſdem ſexus.

2 Non eſt caſus reſeruatus, niſi quādo eſt completa, & conſummata, nempe quod ſit effuſum ſemen intra vas. *Arg. c. fin. de ſponſal.* Nam cum reſeruatio ſit odioſa, ſtrictè explicanda eſt. Idem eſt ad incurrendas alias ordinarias pœnas, quia lex puniens delictum, requirit illud eſſe conſummatum, præſertim quando verba legis ſunt generalia, & abſoluta de illo delicto. *Bonac. de matrim. q.*4. *pun.*11. *prop.*2. *verſ. Aduertendum eſt ſecundo. De quibus dixi lib.*4. *Ciuilium tit.*18. *n.*72.

3 An autem ſodomia cum Muliere ſit caſus reſeruatus, tam affirmatiua, quam negatiua probabilis. *Bonac. l c. n.*2. *verſ. Vtrum vero. Diana* 2. *tr.* 15. *reſol.*29.

4 In caſum tamen reſeruatum ſodomiæ incurrit tam Agens, quam Patiens. *Diana* 1. *tr.*10. *reſol.*26.

5 Sodomia, ſicut, & alia luxuriæ peccata, poteſt adiunctam habere diſtinctam ſpeciem malitiam: vt ſacrilegii, quando committitur cum Religioſo, vel cum Clerico in ſacris cōſtituto, vel cum habente votum caſtitatis; aut adulterij, quando fit cum coniugato, aut inceſtus, quando fit cum conſanguineo, vel affine intra ſecundum gradum, &c. Vnde explicandum eſt in confeſſione, vtrum copula ſodomitica habita ſit à maſculo cum maſculo, vel à maſculo cum femina; cum in poſteriori ſola pars repugnet, in priori vero pars, & ſexus. *Add. Toleti lib.* 5. *c.* 13. Contrarium tamen vt probabile refert Diana 1. tr.7. reſol.2.

6 Item eſt exprimendum, an ſit habita cū habente votum caſtitatis, vel contra voluntatem alterius, vel cum conſanguineo, aut affine in recta linea vſque in infinitū; in tranſuerſali vero vſque ad ſecundum gradū. Non tamen ſi in linea cognationis legalis, vel ſpiritualis, niſi quatenus ſociorum in crimine ſalutem tenebatur ex iuſtitia procurare, vt Parochus, Dominus, &c. *Bonac. de matrim. q.*4. *pun.*11. *n.*2.

7 Nec eſt neceſſario explicandum, commiſſum fuiſſe cum Virgine. *Idem ibidem.*

8 An vero quis agens, vel patiens fuerit: quidam negant; quia licet hæc circumſtantia aggrauet, vel minuat, non tamen mutat ſpeciem. *Diana* 3. *tr.*4. *reſol.*159. *&* 6. *tr.*6. *reſ.*36.

Quidam tutius, & probabilius affirmant, cum agens effundat etiam ſemen, quod videtur ad ſpecificum, ſeu indiuiduale quid ſpectare. *Vide Lugo, vel eum ad verbum referentem. Diana* 6. *tract.*6. *reſol.*26.

9 An vir incipiens actu præpoſtero cognoſcere vxorem, & poſtea perficiens copulam in vaſe debito, peccet mortaliter, quidam negant, quidam probabilius affirmant *Bonac. to.*1. *de matrim. q.*4. *pun.*11. *n.*12.

10 Galuinus, Ariſtoteles, & alij Philoſophi in Gentilitate Magiſtri, omnes ſodomitæ fuerunt, excepto Platone, qui amore veritatis contemplandæ abſtinuit ab omni delectatione venerea. *S. Thom.* 2.2. *q.*152. 13. *Barboſa alleg.*44. *n.*3.

S O L. *Hæreſis 2. §.12.*

1 SEcundum Nazianzenũ, & Bedam nihil aliud eſt, niſi vnio totius lucis creatæ prima die.

2 Sol non eſt calidus,niſi æquiuocè: ſicut lolium infelix dicitur,& arenæ ſteriles. *S.Th. 1.q.13. 5.1. Oreg. de Deo tr.1. c.3. §. Nam ſol.*

Contraria tamen antiquorum Patrũ,quod Cæli ſint de materia aquea, Sol verò de materia ignea iuxta illud, *Iam Sol recedit igneus*, & per conſequens ſit formaliter calidus, improbabilis non videtur Saliano die 4.Mundi.

S O L I D V S. *Scutum.*

EST nummus aureus, qui olim æquiualebat decem, & ſeptem Iulijs: ſed hodie de conſuetudine pro ſcuto monetæ ſumitur, & ſic donatio vltra quingenta monetæ ſcuta requirit inſinuationem. *De quo lib.2. ciuil. tit.7.*

S O L V S. *Epiſcopus. Regulares.*

1 ORdinarius non poteſt procedere contra Regulares ſolos incedentes, ſine ſpeciali commiſſione S. C. ſed eorum ſuperiores monere, 1599. Genoua 18. Maij 45. 1607. Rimini 17. Febr. 15.

2 Regulares extra habitatum poſſunt incedere ſoli, & etiam intus, qui ſunt officiales, 1602. Caſſinenſi 2. Aug. 49.

Et in oppidis non multum amplis, 1602. Gubbio 15. Septembris 71.

S O R O R.

Abbatiſſa. Conuerſa.

1 DVa vel ſecunda Soror. Decretum,quod germana Soror non poſſit alteri in officio, præſertim Abbatiſſatus, immediatè ſuccedere, ſed triennium intercedere debeat, approbatur, 1600. Milano 21. Iunij 47. 1645. 11. Aprilis 47. *v. Abbatiſſa.*

2 Soror in locum alterius ſubroganda,tenetur ſoluere dotem, quæ ſoluitur tempore ſubrogationis, non quæ ſoluebatur, quando ingreſſa eſt altera Soror,1602.Nola 6.Aug.52.

3 Poteſt ex gratia veſtiri Monialis intra numerum cum dote ordinaria, non obſtante quod ibi habeat alteram Sororem germanam cum multis Conſobrinis, 1601. Vercelli 15. Maij 61. 1620. Imola 19. Nouemb. 287.

Et ſi de rigore Iuſtitiæ ſecunda Soror deberet ſoluere dotem duplicatam, 1603. Arezzo 27. Octobris 81.

Maximè ſi vltra Sororem habeat etiam ibi Amitam, 1601. Foligno 2. Ian. 24.

4 Secunda Soror in loco numerario admitti poteſt ſine licentia S. C. præterquam in Ciuitate Florentiæ, vbi prohibetur per Breue Clementis VIII 1603. Forlì 26. Nouemb.69. 1620. Imola 10. Nouemb. 287.

In quo diſpenſat S. C. ex conceſſione Pauli V. 1605. 13. Octobris 69.

5 Tertia Soror recipi non poteſt in eodẽ Monaſterio licet Regularibus ſubiecto, ſine licentia S.C. 1596. Arezzo 4. Nouembris 105. 1600. Modena 11. Aprilis 29.

Quam concedere non ſolet in illis Monaſterijs, in quibus numerum Monialium eſt exiguus, 1599. Lucca 8. Martij 18. 1603. Monopoli 23. Decemb. 99. 1609. Lançiano 15. Maij 30.

Aliquando voluit, vt Moniales eſſent centum ad minus, 1604. Napoli 17. Maij 39. Mileto 31. Martij 26.

Aliquando 150. 1616. Piſtoia 20. Decembris fol. 191. à tergo.

Aliquando contenta fuit de 28. 1622. Spoleto 30. Septembris 230.

6 Dotem triplicatam ſoluit tertia Soror, ſi numerus Monialium ſit minor 90. ſi verò maior,admittitur cum duplicata, 1602. Bologna 23. Aprilis 24.

Si verò Pater ſit benemeritus, &c. admittitur etiam cum dote ordinaria, 1604. Venetia 26. Octob. 66. 1608. Faenza 12. Martij 30. &c.

Vel ſi inuenitur veſtita cum dote ordinaria, & habet alia requiſita, 1602. Modena 10. Decembris 85.

7 Vocem actiuam vel paſſiuam non habet tertia Soror, niſi poſt mortem alterius ex primis, 1646. Napoli 22. Iunij 39. &c. Siracuſa 17. Auguſti 43.

Poteſt tamen habere alia officia, quæ dantur extra Capitulum ſine ſuffragijs Monialiũ, 1600. Modena 11. Aprilis 29.

8 Aliquando tertijs Sororibus fuerũt voces ex gratia conceſſæ, maximè vbi magnus eſt numerus Monialium, 1606. Genoua 8. Martij 33. 1650. Crema 10. Iunij 14.

Vel per renunciationem alterius Sororis ſenioris, 1652. Genoua 15. Nouemb. 12.

9 Tertia, & quarta Soror habent præcedentiam à die profeſſionis ſicut aliæ, 1600. Modena 11. Aprilis 29.

10 Conſuetudo non recipiendi in eodem Monaſterio tres Conſobrinas laudabilis eſt, 1588. Como 1. Iulij 51.

11 Quarta Soror multo minus recipi poteſt in eodem Monaſterio ſine licentia Sacræ Congregationis, 1600. Modena 26. Ian. 10.

12 Tertia, & quarta Sorores ſunt priuatæ vocibus vſque ad mortem alterius ex primis duabus, 1600. Modena 26. Ian. 10.

Sicut ſi recipiantur quarta, & quinta Sorores, tres vltimæ manent ſimiliter ſine voce, 1614. Piſtoia 22. Septembris 113.

13 Prohibitio recipiendi ad habitum plures Sorores, quam duas, non prohibet, ne recipi poſſint in educationem, 1622. Iſernia 31. Ian. 6. Palermo 6. Maij 90.

S O R T I L E G I V M.

Dæmon. Inquiſitor.

S P O L I V M.

Penſio. Teſtamentum.

1 SPolia Perſonarum Eccleſiaſticarum, ſine teſtamento, vel facultate teſtandi, dece-

decedentium,ad Cameram Apoſtolicam ſpectan. *Pius IV. conſt.8. Graue nobis.*

Exceptis ſuppellectilibus vilioribus, ſi Clericus habitabat in loco beneficij, vt ſedilia ſine corio, vel ornamento, lacus, fulcra, dolia, &c. Item Miſſalia, & alia ad Diuinum cultũ deſtinata: quæ non computantur inter Spolia, nec hæredibus cedunt. Pius V. conſt.42. *Romani Pontificis.*

Sed ſuppellectilia debent futuro ſucceſſori reſeruari,ad cultum verò Diuinum dedicata, Eccleſiæ conſignari: prout hæc, & alia ad Spoliorum materiam pertinentia latius dixi lib.3. Ciuilium tit.1: num.72.

2 Teſtandi facultas non ſuffragatur Clericis extra reſidentiam decedentibus,quo minus eorum bona ſpolio cedant. *Pius IV. conſtit.91. In ſuprema.*

SPONSALIA.

Educanda. Matrimonium.

1 SI *ſponſa* litigat ſuper ſponſalibus,ſponſus nihil eo loci poſſidens cogitur inſtante parte præſtare cautionem de nõ diſcedendo,durante lite, 1593. Rimini 16. Mar.73.

2 Cohabitatio ſponſorum ante contractũ Matrimonij per verba de præſenti punibilis eſt,Viſitationes autem,& conuerſationes minimè, præſertim in præſentia conſanguineorum, 1588. Trani 25. 25. Octobris 216. 1589. Caua 26. Aug. 270. 1590. Trani 15.Maij 116. 1635. Ruuo 14. Decemb. 111. 1636. Coſenza 15. Februarij 15.

3 A diuitibus nõ exigatur vltra duos ducatos nomine pœnæ, quæ Pauperibus in pœnitentias ſalutares commutetur, 1690. Lecce 21. Auguſti 86.

4 Educandæ matrimonium contrahere volentes deſponſari debent extra clauſuram, in eam amplius non rediture ſine licentia ſanctæ Sedis, 1595. Catanzaro 15. Febr. 436.

Immo Ordinarius habita notitia,quod educandæ cõtraxerint ſponſalia, debet eas à clauſura dimittere,1634. Piacenza 13. Ian.9. 1635. Coſenza 9. Nouemb.348.

5 Abbatiſſa, quæ ſponſalium Inſtrumentum cum educanda fieri permittit ad crates, deponitur ab officio, voceque actiua, & paſſiua, 1599. Aſſiſi 20. Septemb. 87.

6 Si ſponſam de licentia Sacræ Congregationis in clauſura degentem ſponſus viſitet abſque eiuſdem Sacræ Congregationis facultate, quæ raro conceditur, & multo magis ſi præfatus ſponſus circa Monaſterium cantet vel ſonet, ipſa ſponſa debet à clauſura dimitti, 1596. Napoli 25. Febr. 171. 1588. Montepulciano 8. Iulij 52. 1604. Pauia 15. Decembris 96. 1627. Napoli 23. Aprilis 177. 1650. Piacenza 27. Martij 26.

† Iubente Sanctiſſimo D.N. propoſitum fuit in Sacra C. C. An ſponſalibus validis ab initio contractis,deinde verò mutuo conſenſu diſſolutis,ſit ſublatum impedimentum Iuſtitiæ publicæ honeſtatis? Et pluries propoſito dubio, ac maturè examinato, tandem ſub die 6. Iulij 1658. Eminentiſſimi Patres in antiqua eiuſdem Congreg.ſententia conſiſtẽtes cenſuerunt, non eſſe ſublatum.

Cuius ſententiæ vna cum rationibus hinc inde deductis,& recentioribus eiuſdem Congregationis in hac materia reſponſis, facta relatione ad Sanctiſſimum.Sanctitas Sua ſub die 10. eiuſdem menſis prædictam Congregationis reſolutionem probauit,eamdemque deinceps in dubium reuocari vetuit. *

SPONSIO.

EST *licita* ſicut & ludus, ſi abſit dolus & diſſimulatio. Propterea qui ſcit rem, pro qua ſpondet, ita ſe habere, peccat, & tenetur ad reſtitutionem rei per talem ſponſionem acquiſitæ,niſi ſua ſcientiam alteri manifeſtauerit.

Item eſſe poteſt illicita ratione malæ circũſtantiæ, ſcandali,ſeu periculi; vt ſi quis ſpondeat Titium hoc anno occidendum.

Item ſponſio circa vitam, mortẽ, ſeu creationem ſummi Pontificis, vel promotionem Cardinalium, eſt prohibita à Gregorio XIV. ſub excommunicatione latæ ſententiæ, ſummo Pontifici reſeruata. *Bonac. de contr. diſp.2. q.3. pun.2. n.18.*

SPONSVS.

Coniux. Matrimonium. Sponſalia.

SPVRIVS. Illegitimus.

STATVS.

AD *tranſmittendum* ſtatum Monaſteriorum non debet Ordinarius facere proceſsũ, examinare teſtes, vel aliquas expenſas afferre Monialibus; ſed eum e libris extrahere, gratiſque tranſmittere, 1646. 11. Maij 10.

STATVTVM.

Argumentum. Confraternitas. Matrimonium. Verbum.

1 STatuta à Sanctiſſimo confirmata, mutari non poſſunt, 1601. Oria 8. Ian.21.

2 Laicalia non debent ad Eccleſiaſticos extendi, ſed alia ſimilia in ſubſtantia fieri, ſi opus ſit, 1601. Mantoua 14. Febr. 80.

STERILITAS. Abortus.

STIPVLATIO. Notarius.

STVDIVM.

Canonicus. 23. Clericus. Doctor. Lex. Parochus.

1 DOcentes,& audientes ſacram Theologiam, & ſacros Canones,quinquennali fructuum beneficiorum ſuorum perceptione in abſentia gaudent. *Conc. Trid. ſeſſ.5. c.2. De reformat. Eman. Sà. Reſidentia 8. Nau. c.21. n.58. & 121.*

Diſtributiones tamen percipere non poſſunt, quæ ſolis intereſſentibus dantur, excepta cauſa infirmitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ. *c. De cætero 7. De Cler. non reſid. c. Licet, 32. De Præben.*

Niſi Beneficium in ſolis conſiſtat diſtributionibus quotidianis: quia tunc illas perciperet, dempta tertia parte, quæ accreſcit interceſſentibus, *vt ſupra v. Canonicus, n.19.*

Nullo tamẽ caſu dantur abſentibus diſtributiones Anniuerſariorum ex Congreg. Cõcilij.

Niſi Pœnitentiarium placeat excipere, qui dum audit confeſſiones in Eccleſia, cenſetur præſens in choro, vt dixi in Can. lib.5.tit.38. De Pœnit. & Remiſſ. n.12.

Verum hodie Parochus ratione ſtudij non poteſt abeſſe. *Ex Sac. Congreg. Bonac. de Var. tract. diſp.5. pun.5. n.16. Barboſa alleg.56. nu.30.*

S T V P R V M.

STuprator non tenetur ante ſententiam Iudicis Virginem à ſe defloratam omnino dotare, quia id pœna eſt: Pœnam autem ante ſententiam luere non eſt neceſſe. *Nou. c. 16. num.17.*

S T Y L V S.

Conſuetudo.

S V B C O L L E C T O R.

Exemptio. Parochus. Proceſſio. Ratio.

1 PRiuilegium Subcollectorum non ſuffragatur illis, qui non reſident in diœceſi, cuius ſunt deputati ſubcollectores, 1624. Piſtoia 9. Febr. 33. 1647. 13. Maij 5.

Immo S.C. non probat, quod quis deputetur Subcollector in aliena diœceſi, 1625. Piſtoia 9. Septembris 99.

Et ſic deputati non ſunt exempti ab Ordinario loci, vbi beneficium habent, 1645. Venafro 8. Decembris 6.

2 *Curam*, vel aliud ſeruitium Eccleſiarũ perſonalem reſidentiam requirens, obtinentes, non debent deputari Subcollectores: & ſi deputantur, non ſunt exempti quo ad onera beneficij, 1597. 10. Martij 21. 1606. Aſcoli di Puglia 19. April. 30. 1614. Acerra 23. Maij 42.

Vnde Epiſcopus cogere poteſt eos ad reſidentiam, & ad ſoluendum punctaturas, 1614. Marſi 20. Iunij 59. 1617. Auellino 12. Maij 87.

3 Quod autem dictum eſt de Curatis, intelligitur etiam ſi ſint Archidiaconi, vel Archipresbyteri, vel in alia dignitate conſtituti, 1652. Napoli per Motula 23. Aug. 31.

4 Et ideo amoti, vel amplius non ſeruiẽtes, non gaudẽt exemptione ab Ordinarij iuriſdictione. *Sac. Conc. Congregatio 14. Apr. 1646.*

5 In eo autem quod concernit curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, nec ſeruientes ſunt exempti, 1601. Triuento 22. Maij 140. &c.

† Item Sacra C.C. ſæpius cenſuit, in qualibet diœceſi non eſſe deputandum niſi vnicum Subcollectorem, qui ratione Beneficiorum extra illam non habeat reſidentiam, præſertim ratione Animarum curæ. Nec illos exemptione gaudere in concernentibus onera Diuinorum officiorum, Miſſarum, adminiſtrationis Sacramentorum, vel bonorum Eccleſiarum, & ſimilium, nec in cauſis Ciuilibus. *Sorana 23. Martij 1658. Sutrina, & Nepeſina 14. Decembris 1658.* *

6 Si adminiſtrauerunt redditus Capitulares, compelli poſſunt ab Ordinario ad reddẽdas rationes: Sed ſi fuerint in fraude deprehenſi, puniuntur à ſuo Iudice, 1646. 8. Iun. 3.

7 Poteſt item Epiſcopus exequi ſuam ſẽtentiam latam contra ſuum Clericum, antequam eſſet ſubcollector, vel etiam poſt, ſi antea fuerat incœptum iudicium, 1617. Policaſtro 12. Maij 87. 1626. Squillace 30. Maij 66. 1628. Gerace 24. Martij 33.

8 Remotus ob demerita, declarandus, nõ amplius gaudere priuilegijs, 1624. Brindiſi 20. Iulij 99. *Nec repugnare videtur Conſtitutio Vrbani VIII. ſupra relata v. Exempto num.6.*

9 Qui fuit Subcollector, renunciare poteſt priuilegijs Subcollectoriæ, 1645. Strongoli 2. Iunij 13.

† S V B D I A C O N V S.

1 SVbdiaconus ordinatus, dum haberet dilucida interualla, tenetur ad continẽtiam; ſecus ſi in furore, niſi antea propoſitũ habuiſſet eius ordinis ſuſcipiendi: nullo tamen caſu diſpenſatio concedenda. *C. C. Segobien. lib.15. 224. 23. Decembris* 1587.

2 Sacra C.C. cenſuit, Subdiaconum, qui in vim diſpenſationis Apoſtolicæ cum vidua matrimonium contraxit, & penſiones Eccleſiaſticas obtinet, gaudere priuilegio fori. *lib. 58. 427. Pro Archidiacono Toletano.* *

S V B D I T V S.

Metus. Seruus.

S V B H A S T A T I O.

Venditio.

PRo Cauſis Ciuilibus non debent Subhaſtari bona piorum locorum ſine licentia ſanctæ Sedis, ſine qua non potuerunt obligari, 1648. 24. April. 23.

S V B R E P T I O.

Obreptio.

† Quando ſubreptio litterarum Apoſtolicarum eſt euidens, non exigitur alia declaratio. *c. 2. de Confirm.* *

S V B S C R I P T I O.

1 REquiritur in Cõtractibus de rebus Eccleſiaſticis. *gloſ. c.1. verſ. Vel Subſcripſit, 96. diſt.*

Et in alijs, de quibus per Bart. in l. Diuus 15. §. Item Senatus, ff. n. de fal.

Hoc tamen in ſcripturis publicis de conſuetudine non ſeruatur: in quibus non ponitur Subſcriptio neque Partium, neque Teſtium. *Rota apud Farin. par.1. tom. 1. deciſ. vt latius dixi in Rubric. Ciuilium num.11.*

2 Subſcriptio diuerſorum nominum per eamdem manum ſuſpecta eſt, 1601. Venetia 5. Februarii 40.

3 Subſcriptio Epiſcopi fieri debet cum nomi-

nomine Eccleſiæ, non cum cognomine Familiæ, 1602. Volturara 25. Octobris 113. 1601. Venetia 5. Febr. 40.

4 Dum aliquis litterarum neſcius ſubſcribere debet, ante Subſcriptionem ab alio ſuo nomine faciendam faciat propria manu ſignũ Crucis ✝ *l. fin. C. de iure delib.*

Vel poteſt tenere typum ſui nominis, & cognominis, vt latius ex Rota lib. 2. Ciuilium tit. 1. num. 28. §. 3.

SVBSTITVTIO.

Pater.

1 Vulgaris tacita, facta hoc modo. *Titiũ & Caium hæredes inſtituo, eoſque inuicem Subſtituo,* adita hæreditate, expirat. Vnde legitimi Cohæredis hęredes ſuccedent Cohęredi morienti, non autem Cohæres, ſi Defunctus iam hæreditatem adierat: ſi verò non adierat, tunc Cohæres admittitur *l. Poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſt. Oinot. de vulg. ſubſt. in princip. num. 9. & 10.*

2 Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitè pupillarem: vnde ſi filius adita hæreditate, ante pubertatem deceſſerit, Subſtitutus admittitur ex tacita, ſeu præſumpta Pupillari. *Oinot. lib. 2. num. 12. & de Pupill. ſubſt. num. 4.*

3 *Fideicommiſſariè* ſubſtitutus, ſi primus hæres deceſſerit ſine liberis, excluditur per Monaſterium, vel Eccleſiam. *gloſ. c. Raynutius 16. v. Si abſque liberis moreretur. De teſtam.*

Hoc tamen multas patitur limitationes, quas enumeraui. *lib. 3. Ciuilium Inſtitutionum, tit. 1. num 97.*

4 Hæc Subſtitutio expirat, ſi Inſtitutus tempore mortis liberos habeat ſuperuenientes, licet ipſi liberi poſtea deceſſerint. *l. Lucius la ſeconda. ff. i. de hæred. inſtit. l. Generaliter, & l. Antepenult. ff. i. de Inſtit. & ſubſtit. l. Cum acutiſſimi, ff. i. de fideic. & l. Cum Auus. l. Hæredes mei, §. cum ita, ff. i. Ad S.C. Trebell. Bald. conſ. 398. num. 1. lib. 4. Surd. conſil. 67. n. 1. vol. 1. Tuſc. Concluſ. 791. tom. 7.*

5 Fideicommiſſariè ſubſtitutus alienare non poteſt, niſi in caſu, quo bona ſuæ legitimæ, ac Trebellianicæ non ſufficerent pro dote, vel donatione propter nuptias conſtituenda, vel pro neceſſitate famis, vel alia vrgentiſſima, cum decreto Iudicis. *Auth. Res qua, ſub l. fin. l. Comm. de legat.*

Libertatem tamen præſtare poteſt pretio ſoluto.

Vide quæ dixi lib. 2. Inſtit. Ciuil. tit. 8. num. 11. & ſeqq. & ſupra Alienatio 6.

SVCCESSIO.

Filius. Hæres. Illegitimus. Iudæi. Occiſio. Subſtitutio.

✝ SVFFRAGANEVS. *Penſio.*

1 Non debet Suffraganeus, vel eius Vicarius prohibere, ne ſibi præſententur comparitiones, citationes, vel Inhibitiones, à Metropolitano expeditæ, niſi per manus certarum Perſonarum, quæ ad huiuſmodi miniſterium ab ipſo Suffraganeo ſunt deſtinatæ, 1619. Spalatro 12. Aprilis 56.

2 Hodie Suffraganei non tenentur amplius, niſi pro Concilio Prouinciali, neque cuiuſcunque conſuetudinis, etiam immemorabilis, ad Metropolim accedere, neque etiã Procuratores mittere. *Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. Gregor. XIII. ex Congreg. Concil. 14. Octobris 1578. lib. 77. 75.*

Nam neque de Iure antiquo Archiepiſcopus cogere debet Suffraganeum ad ſe ſæpe venire. *lib. 77. 12. v. Nuntio.* *

SVPERIOR.

Abbatiſſa. Conſeruatorium. Diſpenſatio. Generalis. Iuriſdictio. Obedientia.

1 Nec priuilegia, nec prærogatiuæ, nec vox, & ne quidem Superioris nomen conuenit ei, qui ignorans electionem de ſe factam, non capeſſiuit adminiſtrationẽ, 1646. Trinitarij 5. Octobris 28.

2 *Minimorum* Superiores ſunt annales, & deinde vacant per alium annũ. Si verò concedatur eis aliqua prorogatio, ſufficit, ſi vacent per illos menſes, qui intercedunt vſque ad ſolitum Capitulum ſiue Diætam, 1631. 16. Maij.

3 *Vtilitas.* Quælibet res perficitur per hoc, quod ſubditur ſuo Superiori: ſicut Corpus per hoc, quod viuificatur ab Anima; & aer per hoc, quod illuminatur à Sole. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 81. 7. corp.*

4 Non debent multiplicari Superiores ſine cauſa, ſeu neceſſitate, 1648. Fieſole 17. Iulij 18. 1649. 2. Ian. 5.

5 Cuilibet Cõuentui dari debet ſuus Superior electiuus, 1647. 13. Septemb. 4.

Qui non remouetur à Generali, 1650. 30. Septembris 8.

Sed à S. C. ſi facit nouitates, 1601. Amelia 5. Februarij 39.

In Italia, & Inſulis adiacentibus in ſolo Capitulo Prouinciali eligi, ac deputari debet.

Diſtrictius inhibendo omnibus Fratribus localibus, ne de cætero audeant ſeu præſumant in proprio Cõuentu, vel alibi ad huiuſmodi electionem quouis prætextu deuenire ſub pœnis nullitatis omnium actorum, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad quæcumque munera, eo ipſo incurrendis: Sed Miniſtros à præfatis Capitulis Prouincialibus in poſterum eligendos humiliter recipere, eiſque debitam obedientiam præſtare teneantur. Conſtitutionibus d. Ordinis, &c. 1653. De mandato Sanctiſſimi Trinit. 23. Maij 113. Reg. Gouerno 4.

✝ Generalis, & Prouincialis poterunt intra vnum, & aliud Capitulum Superiores, vel Vicarios vacantibus Conuentibus deputare, qui poterunt habere vocem in futuro Capitulo, ſi id per conſtitutiones proprias permittatur:

tatur: quia Concilium circa hoc nihil innouauit. *lib.*131. *ad* 89. *& ſeqq.* v. Generalis.

Etiam paſſiuam, non obſtante vacatione neceſſaria inter vnum, & aliud officium, quia intelligitur de electiuis, non de caſualiter, & quaſi per modum prouiſionis vſque ad Capitulum deputatis. C.C. 23. Martij 1658. *

6 *Obedientia.* Superiores non poſſunt omnia licita, & honeſta præcipere, ſed ea tantum, quæ moderata ſunt: quæ enim ſunt maximè difficilia, vt quæ ſe habent velut actus heroici, puta grauiſſimos pati dolores, non cadunt ſub hominum obedientia. *Clau. Reg. lib.7.c.9. num.*38. *in fin.*

7 Superiori aliquid iuſtè etiam moderatum, præcipienti, non tenemur obedire cum animo, ideſt cum intellectu, & voluntate, ſed ſufficit ei obedire cum actu externo, niſi ſuperior Deus ſit: quia Deo etiam cum interiori mentis motu tenemur obedire. Ratio diuerſitatis eſt, quia mens noſtra ſoli Deo ſubiacet: corpus verò quo ad multa ſubiacet etiam ſuis Superioribus. Intantum verò tenemur alicui obedire, in quantum ei ſubſumus: ſicut etiam in naturalibus Aqua ſi in vaſe admoueatur paruo igni, non ſubeſt virtuti ignis quantum ad exiccari, vel conſumi; ſed fortaſſe ſolum quantum ad calefieri. Si verò proiicitur in fornacem ardentem, ſubeſt igni quantum ad vtrumque. Eſt tamen perfectionis obedire in omnibus licitis, non ſolum cum actu externo, ſed etiam cum interiori mentis affectu, & cum promptitudine intellectus, æſtimando ea; quæ præcipiuntur, optima. *S. Thom.*2.2. *quæſt.*104. *artic.*3.

8 *Admonitiones.* Superioris aliquid præcipientis eſt examinare præceptorum rationes, non ſubditorum, quibus eſt obediendi neceſſitas impoſita: nam ſi rationes non fuerint ſufficientes, præcipiens apud Deum, & homines reus erit, non obtemperans; dummodo id quod præcipitur, non ſit manifeſtè malũ, vt dixi in *Collect. ad Gen.*3.2.5. *& Luc.*9.62.1.

Id quod, & Plinius ſolo naturæ lumine cognouit. Ita namque reſcribit Cæreali præcipienti, vt orationem quamdam Amicis pluribus recitaret. *Sed planè adhuc, an ſit recitandũ, examina tecum; omneſque, quos ego moui, in vtramque partem, calculos pone, idque elige, in quo vicerit ratio: à Te enim ratio exigetur: Nos excuſabit obſequium.*

Ex quo etiam illud notandum, non eſſe ſuperbiæ actum in ſubdito, neque cõtra obedientiæ perfectionem, ſi rationes, & motiua in contrarium ſibi occurrentia ſuperiori proponat: dummodo in hoc faciendo duo diligenter obſeruet.

I. Vt antequam proponat, ſecum diligenter meditetur, & conſideret, an illud proponere conducat ad maiorem Diuini nominis gloriam: an vero proprium intereſſe tantũ modo, vel principaliter concernat. Nec proponat, antequam Deo re commendata, deliberet, eam propoſitionem ad maius Dei ſeruitium dirigi videri.

II. Vt poſtquam ſuperiori rationes propoſuerit verbo, vel breui ſcripto, ne memoria labantur, rogans eum, ne ſuæ inclinationi condeſcendat, ſed Diuinæ tantum gloriæ rationem habeat, tunc certo credat, quicquid ſuperior ſtatuerit, id fore ſecundum Diuinam voluntatem, ac proponenti pro eo tempore melius. Id quod fuſius ex regulis, & Conſtitutionibus Societatis Ieſu proſequitur. *Rodriq.* 3. *p. tr.*5. *c.*15. *exerc. ſpirit.*

9 Superior à ſubdito, quem duris verbis, corrigere volens, ac modum excedens, læſit, veniam petere non debet, ſed à Deo: ne dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangantur auctoritas. *S. P. Auguſt. in Regula circa fin. & refertur in c. quando* 4. *diſt.*86.

10 Superior, qui propalat ea, quæ ſibi ſecreto reuelantur, vel ſcribuntur, ita terret omnes, vt nemo quicquam ei manifeſtare amplius audeat, 1582. Crotone 19. Septemb. 125.

SVPPLICATIO.

Appellatio.

SVPPRESSIO.

Commendatarius. Conuentus. Monaſterium. Papa. Regularis.

† AD ſupprimendam Religionem vna ex tribus cauſis probari debet, vel quod illius Religioſi doceant falſa dogmata, vel quod ſint ſuperflui, vel quod pro maiori parte ſcandaloſè viuant, & nulla ſpes emendationis affulgeat, maximè ſi aliàs fuerunt auctoritate Apoſtolica reformati. P.F. Cong. t.4. ad 146. Dum tractaretur de ſupprimenda Religione Scholarum Piarum. *

1 Conuentualium Reformatorum, 1624. 5. Decembris.

Qui ſi non tranſeant ad Cappuccinos, Obſeruantes, vel Conuentuales, ſubſunt nihilominus Superioribus Minorum Conuentualium, retento tamen habitu proprio, & puritate Regulæ. *Romæ vlt. Febr.* 1625. *fol.*50.

2 *Scholarum Piarum* Religio reducitur in Congregationem ſæcularem ad inſtar Cong: Oratorij, ſeu S.Philippi Nerij, ab Innocentio Decimo 16. Martij 1646. cuius Breue retuli in meo Compendio Regularium.

3 *S. Baſilij de Armenis* Religio ſimiliter, cũ facultate tranſeundi ad aliam, & cum aſſignatione penſionis quadraginta ſcutorum monetæ Romanæ pro quolibet Clerico, addito onere ſatisfactionis Miſſarum, & viginti pro quolibet laico ſiue Conuerſo. Ab eodem Pontifice 29. Octobris 1650. vt ibidem retuli.

4 Breue ſupprimendi Dignitatem primo vacaturam non comprehendit vacaturam per liberam renunciationem, 1635. Ciſtercienſi di Toſcana 23. Martij 102.

SVPRANVMERARIA.

Conuerſa. Dos. Habitus. Nouitius.

1 EPiſcopus non poteſt ſupernumerarias recipere, 1578. Foligno 18. Nouemb. fol. 8. 1601. Brindiſi 12. Martij 47. Imola 5. Decembris 108.

Neque ſub conditione beneplaciti Sanctiſſimi, 1600. Palermo 12. Decemb. 14.

2 Sacra Congregatio concedit licentiam, modo deponatur antea duplicata dos, 1601. Terni 22. Ian. 33. Genoua 11. Aprilis 54. Perugia 25. Iunij 68.

Nec ſufficit, quod anteà ſoluerint ordinariam, ſi in Monaſterio erat numerus pręfixus, 1603. Meſſina 5. Nouemb. 73. 1604. Meſſina, e Perugia 3. Febr. 13.

3 Aliquando cum ſola dote ordinaria, vel minore quam duplicata, 1601. Imola 22. Ianuarij 34.

Maximè ſi Puella eſt virtuoſa, puta in cantu, 1617. Aſcoli 31. Ian. 24.

Vel ſi ſui ſunt Fundatores, aut Benefactores Monaſterij, vel alias perſonæ benemeritæ, 1602. Tortona 6. Auguſti 53. 1604. Meſſina 9. Martij 20. Palermo 24. Iulij 22. 1607. Lettere 25. Maij 50.

Vel quod ſit orbata vtroque parente, 1616. Camerino 29. Aprilis 65.

Vel quod ſit Hebræa nuper ad fidem conuerſa, 1597. Reggio 11. Iulij 81. Nullius Caſtel durante 21. Febr. 41.

Maximè ſi Monaſterium eſt commodum, 1604. Camerino 26. Octobris 65.

4 *Licentia* ſupernumerariæ impreſſæ expediuntur pro Choralibus, non autem pro Conuerſis, pro quibus ſunt neceſſariæ litteræ: ſicut etiam pro Choralibus, quando adeſt ſpecialis prohibitio, vel volunt ſoluere minus dote duplicata, 1599. Perugia 24. Mar. 27.

5 Non poteſt impediri, quæ vult ingredi ſupra numerum cum dote duplicata ac ſolita licentia, ſub prætextu, quod ſint multa loca numeraria vacantia, 1619. Piſtoia 12. Martij 94. 24. Maij 175.

SVSPENSIO.

Cenſura. Clericus. Epiſcopus. Matrimonium. Ordo. Presbyter. Reus.

1 CAuſa. Epiſcopus non poteſt ſuſpendere Presbyterũ ſub prætextu ignorantiæ, quando fuit approbatus Romæ, & ab ipſo quoque ad Ordines, & Canonicatum admiſſus, 1600. Terni 17. Ian. 4.

2 *Effect.* Suſpenſus à collatione Ordinum nullum poteſt conferre. Suſpenſus à collatione maiorum, poteſt conferre minores: ſed ſuſpenſus à collatione minorum non poteſt conferre maiores. *Tolet. lib. 1. c. 45. n. 2.*

Suſpenſus tamen à collatione clericalis tõſuræ non eſt ſuſpenſus à conferendis ordinibus, vel e contra. *Bonac. de Cenſur. diſp. 3. q. 6. pun. 2. num. 6.*

3 Suſpenſus à minori ordine ſecundum probabiliorem eſt etiam ſuſpenſus à maiori, ſed non e conuerſo. *Oſtien. C. Dilectus filius. De temp. ord.*

Saltem per conſequentiam, vel indirectè. *Diana 5. tr. 10. reſol. 5.*

Ita ſuſpenſus ab officio minori, eſt etiam ſuſpenſus à maiori, etiam eiuſdem ordinis, ſi officia ſint connexa: alias non. *Diana reſol. 9.*

Probabilius tamen eſt, quod ſi ſuſpenſus à minoribus ſe ingerat in maioribus, non fiat irregularis. Tum quia non eſt expreſſum in Iure. Tum quia hæc non videtur vera ſuſpenſio, ſed potius quædam tacita prohibitio reſultans ex indecentia, vt qui iudicatus eſt indignus minoribus, ſe ingerat in maioribus. *l. Relegatorum, §. fin. ff. n. de Interd. Sayr. lib. 4. c. 3. num. 10. & cap. 16. n. 22.*

4 Suſpenſus à minori ordine, non poteſt ad maiores aſcendere, quia videretur per ſaltũ promotus. *Abb. c. 1. de Simon. n. 3. Diana ibid.*

5 Omnis tam ab officio, quam à beneficio ſuſpenſus, eſt incapax beneficiorum, & prouiſio ei facta eſt nulla. *c. Cum dilectus 8. iuncta gloſ. v. Caſſauimus. De conſuet. Barboſa alleg. 8. num. 14. Nauar. c. 25. num. 133.*

Nec auditur, ſi opponat de iniuſtitia vel nullitate; cum alleget propriam turpitudinẽ, quod obtemperare noluerit. *c. Paſtoralis 7. cũ gloſ. fin. De Cler. exc. min.*

Quod ampliat Henriq. *in ſumma lib. 13. c. 32.* etiam ſi defectus eſſet occultus ſiue toleratus. *Barboſa 3. alleg. 72. n. 94.*

Quicquid dicat Bonacina *tom. 1. de cenſur. diſp. 3. pun. 2. n. 15.*

6 Suſpenſus etiam occultus cenſetur prohibitus ab exercitio iuriſdictionis; non autem excommunicatus, donec fuerit declaratus. *Nauar. c. 23. n. 1. & c. 27. n. 151. & 152.*

7 *Abſoluere* poteſt Epiſcopus à ſuſpenſione perpetua lata à Iure ob contumaciam vel delictum, non reſeruata; &, ſi proueniat ex delicto occulto, etiam reſeruata. *Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Tolet. lib. 1. cap. 47. per tot.*

SYMBOLVM. Fides.

SYNAGOGA. Iudæus.

SYNODVS.

Epiſcopus. Iudex. Magiſter. Vicarius.

1 FIeri debet ante Viſitationem, quando habita non fuit à multo tempore, 1586. Taranto 14. Octobris 778.

† Epiſcopus autem poteſt Synodum congregare ſine conſilio Capituli. 26. Febr. 1639. *Fulginaten. ad 2.*

Not. 1. quod die 12. Auguſti 1606. Sanctiſſimus conceſſit Congregationi Concilij facultatem, vt poſſit Epiſcopis pro ſuo arbitrio concedere, vt cum non extat congruus Examinatorum numerus in diœceſi, alios ipſi deligere extra Synodum poſſent, donec Synodus habeatur.

Not. 2.

Not. 2. quod in deputatione Iudicum, & Examinatorum Synodalium requiritur conſenſus Synodi. *lib.*108. 251. 323. 433.

Qui præſtari poterit tam per vota ſecreta, quam per aperta. *lib.*107. *Venetiarum* 181.

Not. 3. quod deputatio Examinatoris Synodalis ſub nomine Dignitatis eſt inualida. *Pennen.* 24. *Aug.* 1640.

Puta deputando Archidiaconum, Primicerium, & Pœnitentiarium, eos aliter non nominando, & ſic vt electio tranſeat ad ſucceſſores: quia cenſetur electa induſtria perſonæ. *Cremonen.* 20. *Iunij* 1609.

Not. 4. Canonicum Cathedralis Eccleſiæ poſt dimiſſum Canonicatum durare in Iudicem Synodalem quo ad cauſas cœptas, & cõmiſſas, dum erat Canonicus. *Interamnen. lib.* 160. 408.

Not. 5. quod ſi Vicarius Apoſtolicus vult celebrare Synodum, debet id exequi ſine interuentu Epiſcopi. 1628. *Lecce* 22. *Decemb.* 115.

Secus ſi Vicarius ſit Generalis, licet Roma miſſus, vt ſupra v. Concurſus. *

2 Ad Synodum admitti debent ſolum Curati, & Beneficiati, niſi eſſet conſuetudo, quod interueniret totus Clerus, 1589. Aquila 21. Maij 78. † Sed ſimplices Beneficiati non poſſunt cogi. *C. C. Tullen.* *

† Attamen Beneficiatus etiam beneficio ſimplici tenetur ad Synodum accedere, quando in ea agitur de reformatione morum, vel de re ad Clerum pertinente, vel de notificandis decretis in Synodo factis. *C. C. in vna Amalphitana* 24. *Aprilis* 1643.

Item in vna Sauonen. 19. *Febr.* 1628. cenſuit, ſimplices Sacerdotes, & Clericos Beneficiatos in Synodo interuenire poſſe, præſertim concurrente conſuetudine: non tamen eſſe admittendos ad vocem pro confirmatione Iudicum, & Examinatorum Synodaliũ. *

3 Prælatus loci exempti, ſiti intra fines diœceſis, tenetur interuenire, 1593. Giouenazzo 14. Iulij 176. & Curati nullius. *C. C.*

† Nam Sacra C.C. cenſuit, Rectores, qui Nullius diœceſis ſunt, teneri accedere ad Synodum diœceſanum illius Epiſcopi, qui tamquam proximior poteſt eas Eccleſias viſitare. *Ex c.* 9 *ſeſſ.*24. *lib.* 15. 679. *Foroſempronien. pro S. Laurentio in Campo.*

Alias fruſtra viſitarentur, niſi prius in Synodo monerentur, & de agendis inſtruerentur. 17. *Aug.* 1589. *lib.*82. 30. *

Niſi ipſe eſſet in quaſi poſſeſſione congregandi Synodum, 1620. Mileto 10. Nouembr. 172. 1645. Mileto 22. Septembris 115.

4 *Expenſis* propriis viuere debent Canonici euntes ad Synodum, non grauare Capitulum, 1595. Sarzana 16. Iunij 45.

5 Decreta, ſeu Conſtitutiones Synodales, antequam vſu recipiantur, debẽt oſtendi Capitulo, & alijs intereſſatis, eiſque duorum menſium præfigi terminus, vt ſi ſe ſenſerint grauatos, recurrere poſſint ad ipſum Epiſcopum, vel ad Sedem Apoſtolicam, 1592. Fondi 4. Decembris 224. 10. Febr. 34.

Non tamen tenetur Epiſcopus Synodum oſtendere Ciuitati, vel Laicis, antequam promulgetur, vel imprimatur, 1615. Città di Caſtello 14. Aprilis 39.

6 Si Epiſcopus nimium differt moderari decreta Synodi rigidiora, vel concedere petitam abſolutionem, S. C. dat eam facultatem Cardinali Legato, vel alijs, 1607. Ferrara 4. Aprilis 26.

7 Dum Romæ reuidentur decreta Synodalia, non conuenit, quod Epiſcopus procedat ad eorum executionem, 1606. Ventimiglia 21. Aug. 67.

† Quæritur, an liceat Epiſcopo ſingulos Presbyteros, & Clericos ad Synodum impreſſam retinendam etiam multis cogere?

C.C. reſpondit negatiuè. 14. Decemb. 1658.

Et in litteris Viſitationis liminum. Non probarunt Eminentiſſimi Patres, vt Clerici mulcta indicta, cogantur ad Synodalia decreta typis impreſſa ſibi comparanda.

Sicut à ſimili ſacra Regularium Congregatio non probauit, quod Epiſcopus imprimi feciſſet quaſdam Conſtitutiones pro Monialibus, quas poſtea cogere vellet ad ſoluẽdum pretium impreſſionis, præſertim ſi cum exceſſu. 1603. Arezzo 19. Aug. 64. *

T

TABERNACVLVM.

Euchariſtia.

1 SEu *Cuſtodia*, ſiue Pixis non poteſt vendi, vel pignorari, 1632. Santiſſima Trinità 27. Aug. 124.

2 Cappuccini retinere poſſunt Tabernaculum ligneum, affabre laboratum, 1646. 13. Iulij 5.

TALIA Dictio.

TAXA.

Cancellaria. Seminarium.

1 DEbet affixa teneri, vbi reſidet Magiſter Actorum, ita vt legi commodè poſſit, 1590. Gallipoli 26. Iunij 169. 1641. Catanzaro 16. Aug. §.3. 1643. 1. Aug. 87. §.3.

2 Taxa Epiſcopalis duplicari non debet, eo quod cauſa ſit commiſſaria, 1604. Veroli 12. Ian. 2.

3 Quãdo Curia Epiſcopalis Ciuitatis vnitæ non habet taxam propriam, vti debet alterius, 1617. Noli 5. Maij 75.

Vel Metropolitanæ, quamuis Eccleſia ſit exempta, 1613. Triuento 13. Decembris 107. 1596. Nicotera 11. Aug. 52. 1645. 12. Sept. 2.

TAXA.

FOri *Eccleſiarũ*. Ex decreto Congregationis Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium ſuper conſult. Epiſcoporũ. *Per me ex Originalibus decretis aucta, & emẽdata.*

Ad

Ad cuius intelligentiam prænotandũ, quod *libra* continet ſolidos viginti, & æquiualet Tareno Regni. *Solidus* verò hic idẽ eſt, quod *Obolus*, Romæ *Baiochus*, Neapoli *Granum*: omnes monetæ Imaginariæ. Conſtat autem ſolidus ex duodecim denarijs. Romanus ex quinque quatrinis.

CAP. I.

DE MERCEDE VICARII.

§. 1. In cauſis Beneficialibus.

1 PRo *ſententia* alienationis bonorum Eccleſiaſticorum, quæ *ſi in euidentem* dicitur, ſi fuerit Delegatus, vel Commiſſarius, habeat vſque ad ſummam aureorum centum rei controuerſæ, *aureum vnum auri*: abinde ſupra vſque ad quamcumque Summam, *aureos duos*, iuxta curſum communem Prouinciæ. *Nota tamen, quod quando licentia alienandi conceſſa fuit à Sac. Congr. Concilij, præſertim Regularibus, & Monialibus, eſt impertienda ſiue exequenda gratis*. v. ſupra Gratis.

2 Pro licentia verò alienandi *iuxta c. Terrulas 12. quæſt. 2.* bononenum vnum pro libra, dummodo non excedat *aureum vnum*.

3 Pro decreto de immittendo aliquem in poſſeſſionem alicuius beneficij virtute litterarum Apoſtolicarum, ſiue ſit Curatum, ſiue ſimplex, ſiue in forma *Dignum*, ſiue in forma gratioſa, *nihil* penitus accipiat; niſi interuenerit aliqua cauſæ cognitio: & tunc habeat *aureum vnum* tantum.

4 Nec poſſit ea de cauſa nouas Bullas Collationis, ſeu prouiſionis facere, ſed duntaxat pronunciare, litteras Apoſtolicas admittẽdas, & exequendas eſſe, vel non: & tunc pro decreto recipiat mercedem vt ſupra taxatam, & non vltra.

5 Si verò Vicarius vadat perſonaliter ad immittendum aliquem in poſſeſſionem, in Ciuitate, & ſuburbijs *aureum vnum*.

6 Extra verò Ciuitatem, & ſuburbia *aureos duos*.

7 Et ſi contingat morari extra Ciuitatem per plures dies, habeat *aureum vnum* pro quolibet die, vltra mercedem decreti.

8 In vnionibus beneficiorum ad inſtantiam Partium faciendis cum cauſæ cognitione, pro decreto *aureum vnum*.

9 In erectione alicuius Eccleſiæ, vel Cappellæ, pro decreto ſeu licentia, vel etiam pro ipſa benedictione, *Nihil*.

10 Sed ſi Vicario extra Ciuitatem ire pro viſitatione loci, vel etiam longe pro benedictione contigerit, habeat pro viatico *aureum vnum* pro quolibet die, vt ſupra num. 7.

11 Pro Collationibus, ſeu aliis Prouiſionibus Beneficiorum quorumcumque, etiam ratione ſigilli, & inſtitutionis in eis, *Nihil*.

§. 2. In cauſis Ciuilibus, & ſimilibus.

1 PRo *abſolutionibus*, vel habilitationibus à Iuramento ad effectum agendi, &c. *Nihil*.

2 Pro licentia laborandi diebus feſtis, vel faciendi parlamenta, vel quæſtuandi, vel confeſſiones audiendi, vel cibis vetitis in Quadrageſima veſcendi, *Nihil*.

3 Pro decretis Viſitationum, & prorogationibus adimplendi. *Nihil*.

4 Pro reuiſione rationum, ſiue computorum, *Nihil*.

5 Pro abſolutione à Cenſuris, & ſimilibus, ac qualibet re ſpirituali, *Nihil*.

6 A Monialibus pro ingreſſu, exploratione, traditione veli, vel etiam Conſecratione, *Nihil*.

7 Pro tranſmittendo ſtatu Monaſteriorũ Monialium ad S. C. *Nihil*.

8 Pro decreto, quod quis habeat Patrimonium ſufficiens *Iulios quinque*.

9 In executiuis ſententijs, vbi non interuenit cauſæ cognitio, & mandatum traditum non fuerit, *Nihil*.

10 Si verò interuenerit contradictio, & aliqualis cauſæ cognitio, ac mandatum traditum fuerit, habeat *Iulium vnum* pro ſubſcriptione mandati tantum. Et ſi contingat adhiberi plenam cauſæ cognitionem, ſoluatur dimidium eius, quod infra num. 12. ſtatutum eſt pro cauſis ordinarijs.

Sacra Congregatio 1628. Città di Caſtello 30. Iunij 74. & 14. Iuly 84. cenſuit, Curiam Epiſcopalem manutenendam eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi vnum obolum pro quolibet ſcuto in qualibet relaxatione Mandati executiui vſque in infinitum.

11 Si verò Mandatum traditum non fuerit, quia Debitor terminum petierit, vel alias concordatũ extiterit, *Nihil* accipiat, niſi Parte inſtante pronunciatum ſit, & Mandatum traditum: quo caſu habeat pro ſubſcriptione ad rationem prædictam num. 10.

12 In cauſis autem ordinarijs, non executiuis, vbi interuenerit cauſæ cognitio, & Partis contradictio, habeat in totum ad rationẽ vnius pro centenario; dummodo pro quacumque ſumma non excedat *aureos ſex*, ſupra num. 10.

13 In Commiſſarijs verò *aureos duos* pro centenario; dummodo pro quacumque ſumma non excedat *aureos decem*.

Alias hæc reduplicatio in cauſis commiſſarijs reprobata fuit à Sacra Congregatione 1604. Veroli 12. Ian. 2. ſupra in principio.

14 In Interlocutorijs autem habentibus vim diffinitiuæ, quæ poſt ſe aliam ſententiam non expectant, & per quas totum negotium de quo agitur, terminetur, habeat medietatem eius, quod haberet in ordinariis, vel executiuis reſpectiuè, ſi ſententiã in eius tuliſſet.

15 Si autem poſt ſe aliam ſententiam expectarent, vt quia ſuper aliquo emergenti latæ eſſent, à quinquaginta aureis ſupra cuiuſcumque valoris, vel quantitatis ſit ſors principalis, habeat; *aureum*; à quinquaginta infra *medietatem*.

16 Pro alijs verò Interlocutorijs vim diffinitiuæ non habentibus *Nihil*.

17 Si autem Partes venerint ad concordiam ante prolationem ſententiæ, ſiue cauſa fuerit executiua, ſiue ordinaria, ſiue inſtructa, ſiue non, etiam quod ſportulæ depoſitatæ fuerint, *Nihil* percipiat, niſi in cauſa ſententiam diffinitiuam protulerit; & tunc habeat quod ſupra taxatum fuit.

18 Pro executione verò ſententiæ iam latæ, & pro qua ſportulæ ſemel fuerunt ſolutæ, vel pro exactione expenſarum in eadem cauſa factarum, *Nihil* percipere poſſit, niſi nouus fieret proceſſus, & tunc percipiat *aureum vnum*, vel *dimidium*, prout ſupra n.15. dictum eſt de Interlocutorijs.

19 In cauſis poſſeſſorijs habeat prout in cauſis executiuis.

20 In cauſis autem Matrimonialibus, ſi de validitate, aut inualiditate Matrimonij aut ſponſaliorum agatur, vt in ordinarijs, habito reſpectu ad quantitatem dotis; ſi verò de diſpenſatione gradus prohibiti, ſcilicet de executione diſpenſationũ Matrimonialiũ, *Nihil*.

21 Similiter pro licentia contrahendi Matrimonium cum exteris, vel inter exteros, *Nihil*.

22 In cauſis verò commiſſarijs habeat *Bononenum vnum* pro qualibet libra, dummodo pro quacumque ſumma non excedat *aureos ſex*. Vide tamen quod notaui ſupra n.13.

23 Cæterum ſi in vno eodemque negotio plures extiterint perſonæ, vel quantitates petitæ, & ſententiâ plures quantitates ad diuerſas perſonas ſpectantes, quantumcumque ſeparatum, comprehenderet, ſiue cauſæ fuerint vniuerſitatum, corporum, Collegiorum, Societatum, aut ſimilium, Vicarius non poſſit percipere niſi vnicam mercedem ad rationem prædictam, omni, & quacumque multiplicatione reiecta, ac ſi eſſet vna quantitas tantum, & perſona.

24 Si verò contingat accedere ad loca differentiæ; in ciuitate vel ſuburbijs habeat *aureum vnum*.

25 Extra verò Ciuitatem, & ſuburbia *aureos duos*. Item expenſas pro ſe, equo, & famulo, dummodo non contingat morari foris vltra vnum diem: ſed ſi per plures dies, habeat *vnum aureum* pro qualibet die vltra primam diem.

§. 3. In Cauſis Criminalibus.

1 IN *cauſis* grauioribus ſeu de maioribus, vt puta hæreſis, ſodomiæ, ſacrilegij, ſtupri, inceſtus, adulterij, raptus Virginum, ſeu aliarum Mulierum, vſurpationis bonorũ Eccleſiaſticorum, aliorumue piorum locorũ, & ſimilium, ſi quæ ſunt, quibus de Iure pœna mortis, vel carceris perpetui imponatur, ſi aderunt inditia ſufficientia ad torturam, & Reus cum effectu fuerit tortus, pro abſolutoria habeat *aureos decem*.

2 Si verò non potuiſſet Reus de Iure torqueri, ſed tantum extabant indicia ad inquirendum, pro abſolutoria *nihil*, niſi eo inſtante ac petente lata fuerit; & tunc habeat medietatem eius, quod haberet, ſi Reus potuiſſet de Iure torqueri;

3 Si autem inditia non extabant, ſaltem ad inquirendum, tenetur Vicarius *gratis* Reũ inſtantem abſoluere ac dimittere.

4 In alijs verò caſibus, in quibus venit imponenda pœna corporis afflictiua, habeat dimidium eius, quod dictum eſt ſupra, ſeruata ſemper diſtinctione inditiorum in quolibet Capite vt ſupra; niſi pœna corporalis in aliquo delicto leui per edicta, vel aliter impoſita ſit; quo caſu pro abſolutoria habeat dimidium totius, quod ſupra proximè dictum eſt.

5 Et vbi venit imponenda pœna pecuniaria, ſeruata ſemper ſupradicta diſtinctione de inditijs, habet *Solidum vnum* pro qualibet libra; dummodo pro quacumque ſumma non excedat *decem aureos*.

6 In cauſis verò, in quibus pro vno eodemque delicto plures eſſent accuſati, vel inquiſiti, non poſſit percipere ſportulas, niſi pro tribus abſolutis tantum ad rationem ſupradictam, ſeruata ſemper diſtinctione inditiorum, & cauſarum vt ſupra:

7 Si Vicarius ad querelam Partis, vel ex officio contra aliquem pro rixa, & inſultu, ſiue armis, ſiue verbis iniurioſis, aut pro poſſeſſione ſine armis, & abſque violentia turbata, vel pro ſimilibus alijs leuibus delictis proceſſerit, quandocunque offenſus ante ſententiam offenſori reconciliatus fuerit, & ab vtroque Proceſſus abolitio petita, teneatur ſine mercede proceſſum abolere.

8 Si Reus de pluribus delictis inquiſitus, & proceſſatus fuerit; Vicarius non poſſit habere ſportulas pro numero delictorum duplicatas, vel triplicatas, ſed vnicam tantum mercedem ad rationem ſupradictam.

9 Pro præſentatione cuiuslibet gratiæ ſeu ſupplicationis, ab alio Superiore emanatæ, quam ab ipſo Ordinario, *Nihil*.

10 Pro ſententijs verò condemnatorijs, *Nihil*; etiam ſi pœna corporis afflictiua fuerit in pecuniariam commutata: ſed gratis Reũ expediat.

11 Sportulæ verò non ſoluantur Iudici, nec ab eo exigi poſſint, ſed deponantur apud Notarium cauſæ qui eas Iudici non relaxet, niſi

niſi poſt latam, & publicatam ſententiam realiter, & non prout in cedula: & depoſiti ac relaxationis ſcriptam in certo libro Notarius rationem teneat.

CAP. II.
DE MERCEDE, ET SALARIO NOTARIORVM.

§. 1. In Beneficialibus, cenſuris, abſolutionibus, diſpenſationibus, & ſimilibus.

1 PRo *actu* reſignationis alicuius beneficij ab eo, cui prouidebitur, *ſolidos ſeptem.*

2 Et ſi Inſtrumentum datum fuerit authenticum, merces ipſa duplicabitur.

3 Pro qualibet publicatione reſignationis Beneficij, cum duabus copijs litterarum prouiſionis, affigen. in valuis Eccleſiæ Cathedralis, & Eccleſiæ reſignatæ, cum releuatione Inſtrumenti in forma authentica, *libras quatuor.*

4 Pro rogitu examinis ad beneficium, *Nihil.*

5 Pro litteris approbationis alicuius Presbyteri ad obtinendum beneficium in publico examine, *Nihil.*

6 Pro fideiuſſione qualibet præſtanda per aliquem approbatum, & prouiſum de beneficio Curato, de reſidendo, vel reparando Eccleſiam, *ſolidos quinque.*

7 In præſentatione per Patronos facienda ad aliquod beneficium cum edictis, & relationibus, *ſolidos decem.*

8 Pro quolibet conſenſu præſtito priori præſentationi, & adhæſione Compatronorũ, etiam ſi danda ſit authentica, *ſolidos tres.*

9 Pro rogitu, ſcriptura, & regiſtro Bullarum in collatione Eccleſiæ Parochialis, computato Iure ſigilli, *libras quatuor.*

10 In collatione Cappellæ, vel alterius beneficij ſimplicis, *libras duas.*

11 In collatione duorum beneficiorum ſimplicium ſimul, *libras quatuor.*

12 In collatione Canonicatus cum Præbenda, *libras quatuor, & ſolidos quinque.*

13 In collatione Canonicatus ſine Præbenda, *libras quatuor.*

14 In collatione Dignitatum, *libras duas cum dimidia. Sacra tamen Congregatio alias, vt 1577 Piacenza 25. Ian. 20. 1594. Recanati 10. Ian. 20. 554. ex Sacra Congregatione Concilij permittit Notario recipere in collatione Beneficij pro quolibet ſuo Iure vnum ducatum de Camera, vt dixi v. Beneficium, n. 15.*

15 Pro qualibet tenuta, ſeu poſſeſſione alicuius beneficij ſimplicis, vel Curati, cui perſonaliter interfuerit Notarius rogatus, cũ rogitu à parte poſteriori, quarumcumque Bullarum in forma authentica, ſi in Ciuitate, *Solidos triginta*, in Suburbijs, *libras duas.*

16 Si verò extra Suburbia, vltra expenſas viatici, pro qualibet die, *libras duas.*

17 Pro quibuslibet litteris dimiſſorialibus ſiue commendatitijs ad ordinum ſuſceptionem in patenti ſcriptis, *Iulium vnum.*

18 Pro litteris collationis quorumcumque ordinum, *Iulium vnum.*

19 Pro ſuſpenſione à Diuinis, *Nihil.*

20 Pro licentia morandi extra diœceſim, *Nihil.*

21 Pro licentia veſcendi cibis vetitis in quadrageſima, vel laborandi in diebus feſtis, *Nihil.*

22 Pro licentia quæſtuandi, *Solidos quinque.*

23 Pro regiſtrandis memorialibus illorũ, qui petunt clericatũ, vel alios ordines, *Nihil.*

24 Pro quolibet Teſte examinato ad probandum patrimonium ſufficiens, *Iulium vnũ.*

25 Pro mercede laboris ſcripturæ in executione diſpenſationis matrimonialibus, *Iulios tres.*

26 Pro cedula excommunicationis cum pronuncia, *libram vnam.*

27 Pro rogitu ſententiæ diſpenſationis in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, & regiſtratione eiuſdem cum mandato Apoſtolico, vltra examen Teſtium, *libram vnam, & ſolidos duos.*

28 Pro rogitu ſententiæ ſuper nullitate ſponſalium ſine proceſſu, *ſolidos quindecim.*

29 Si verò fuerit aliquis proceſſus ſummarius, *libram vnam.*

30 Si voluerit authenticum dictæ ſententiæ, *libram vnam.*

31 Pro rogitu abſolutionis à ſuffocatione Pueri, *ſolidos decem.*

32 Pro rogitu ſententiæ ſi in euidentem, &c. *ſolidos quinque.*

§. 2. In Ciuilibus.

1 PRo *licentia* examinandi Clericum in foro Sæculari, *Nihil.*

2 Pro qualibet citatione cum relatione, *denarios ſex.*

3 Pro qualibet accuſatione contumaciæ, *denarios ſex.*

4 Pro qualibet comparitione, *Solidum vnũ.*

6 Pro qualibet monitione Partibus facta, in totum, *ſolidum vnum*, ab vtraque parte ſoluendum.

7 Pro productione cuiuslibet ſcripturæ, *Solidos duos.*

Sacra Congregatio 1605. Lecce 28. Febr. 18. §. 3. 1620. Otranto 15. Octobris 167. 1645. Oppido 6. Octobris 25. probauit conſuetudinem recipiendi vigeſimam partem in qualibet productione Inſtrumenti, non autem decimam, non obſtante pragmatica, quæ ſeruari non debet in foro Eccleſiaſtico.

8 Pro examine cuiuslibet Teſtis, quando ſit ſimplex ſine Interrogatorijs, & non ſit vl-

tra tria Capitula, in Palatio, *ſolidos quinque.*
9 Si verò extra Palatium, *ſolidos ſeptem.*
10 Pro Interrogatorijs Partis aduerſæ, *ſolidos ſeptem.*
11 Si verò fuerint vltra tria Capitula, Notarius habeat *ſolidum vnum* pro quolibet Capitulo vltra tria Capitula, vſque ad ſummam Capitulorum decem; ab inde vero ſupra vſque ad quamcumque ſummam *baiochos* 25. etiam cum Interrogatorijs.
12 Et idem ſeruetur quoad Interrogatoria Partis aduerſæ in Palatio.
13 Extra verò Palatium duplicentur:
14 Pro quolibet præcepto, & ſequeſtro cum relatione, *ſolidos duos.*
15 Pro reuocatione cuiuſuis præcepti, vel ſequeſtri, *ſolidos duos.*
16 Pro pronuncia liquidationis ſequeſtri, *ſolidos duos.*
17 Pro termino Confeſſionis ad ſoluendum, *ſolidum vnum.*
18 Pro qualibet proteſtatione folij vnius, *ſolidos tres,* ſimiliter pro proteſtatione cuiuslibet cautionis in Ciuilibus in Actis facta.
19 Si verò prolixior, pro quolibet folio, *ſolidos duos.*
20 Pro copia cuiuslibet ſcripturæ ſimplicis, pro quolibet folio continente lineas viginti, ſingula facie, *ſolidos duos.*
21 Si verò fuerit authenticũ, *ſolidos quinque.*
22 Et teneatur Notarius quandocumque Scripturas authenticas Parti producenti ac petenti reſtituere, retenta copia penes Acta, ac ſoluta mercede pro copia, vt ſupra n.20.
23 Pro accommodatione ſiue oſtenſione proceſſus, *Nihil.*
24 Verum quia in huiuſmodi accommodationibus ſæpe euenit, vt Notariorum negligentia, in graue litigantium damnum, Proceſſus, ſcripturæ, & acta perdantur: idcirco teneatur Notarius conficere librum ſeparatim, in quo deſcribat omnes proceſſus à principio cauſæ, & poſtea accommodationes illorum Partibus, Procuratoribus, ſeu Aduocatis factas, manu propria recipientis ſubſcriptas: alias Parti ad intereſſe ipſo facto teneatur, vltra alias pœnas arbitrio Epiſcopi eidẽ infligendas.
25 Pro grauamine quolibet perſonali, & reali, *ſolidos duos.*
26 Pro rogitu cuiuslibet ſententiæ diffinitiuæ, datæ, & ſubſcriptæ à Iudice in ordinarijs vſque ad ducentos, *ſolidos decem;* vſque ad trecentos, *ſolidos quindecim.* Et ab inde ſupra vſque ad quamcumque ſummam, *ſolidos viginti,* & non vltra.
27 In Summarijs verò, & executiuis habeat medietatem eius, quod ſupra dictum eſt, ad rationem prædictam.
28 Pro abſolutione Iuramenti ad effectũ agendi, vel excipiendi, *ſolidos quindecim.*
29 Pro reſponſione cuiuslibet poſitionis in Palatio in totum, *denarios quatuor.*
30 Extra Palatium vero dupliciter.
31 Pro pronuncia admiſſionis propoſitionum, & Capitulorũ, necnòn termini probatorij, ac aliarum quarumcumque probationum, *ſolidum vnum.*
32 Pro examine cuiuslibet Teſtis vigore litterarum Conſiſtorialium, ab Vrbe emanatarum; item Remiſſorialium, aut Compulſorialium, habeat mercedem arbitrio Epiſcopi, & eo abſente, Vicarij, pro labore Scripturæ; niſi adſit aliqua conſuetudo, vel certa merces ſignata: & dummodo pro quolibet Teſte nõ excedat ad ſummum *ſolidos triginta.*
33 Aliunde verò emanatarum, pro quolibet Capitulo cum Interrogatorijs Capitulum illud concernentibus, in totum, *ſolidos ſeptem.*
34 Pro quolibet Inuentario in Vrbe, & Suburbijs, *libram vnam.*
35 Si verò extra Suburbia ire contigerit, pro quolibet die vltra expenſas viatici, *libram vnam, & ſolidos decem.*
36 Pro relatione qualibet Medici, obſtetricis, vel alterius Periti, in actis facta, *ſolidos tres, & denarios ſex.*
37 Pro fide pendentiæ litis, *ſolidos quinque.*
38 Pro renunciatione cuiuslibet litis, in Actis facta, *ſolidos duos.*
39 Pro auſcultatione cuiuslibet Inſtrumenti, vel alterius ſcripturæ, *Nihil.*
40 Pro relatione cuiuslibet rei ſequeſtratæ, *denarios ſex.*
41 Pro quacumque fide in forma Patentis de ſuperuiuentia alicuius, & ſimilibus, *ſolidos ſeptem.*
42 Pro Monitorio in forma *ſignificauit,* cõtra habentes, & tenentes, ſeu ſcientes, & non reuelantes bona, in forma ſolita, *ſolidos octo.*
43 Pro licentia, & reſcripto Monitorij, *ſolidos octo.*
44 Et ſi contigerit plura ſimilia facere pro eodem facto, pro quolibet vltra primum, *ſolidos tres, & denarios ſex.*
45 Pro examine in forma conſtituti cuiuslibet, *ſolidos ſeptem.*
46 Pro ſententia diffinitiua in cauſa abſolutionis ab excommunicatione, ſuſpenſione, alijſue cenſuris, & ſuper contrauentione præcepti, vel ſimilium, *libram vnam.*
47 Pro decreto executionis litterarum Apoſtolicarum, vt ſunt ſtandi extra Clauſtra habitu dimiſſo, vel retento, ſuſceptionis habitus, creationis alicuius equitis cuiuſcumque Ordinis, præſtationis cuiuſcumque iuramenti ad effectum obtinendi aliquam Prælaturam ſeu dignitatem, conſecutionemue alicuius Epiſcopatus, & ſimilium, *libram vnam.*
48 Pro copia cuiuslibet ſententiæ diffinitiuæ

tiuæ manu Notarij de illa rogati, cum Teſtibus, & ſubſcriptione, *ſolidos ſeptem*.

49 Pro quolibet præcepto fulminatorio in membrana ſcripto, & habente litteras inſertas, omnibus computatis in totum, *libras quatuor*.

50 In cauſis communitatis gratis ſeruire teneatur.

§. 3. De Cauſis Criminalibus.

1 PRo *viſitatione* Offenſi cum eius relatione redacta in actis, ſiue in Ciuitate, ſiue in Suburbijs, aut comitatu, *Nihil*.

2 Pro examine Teſtium ad informationẽ Curiæ, vel inſtantiam Fiſci, vel etiam ad inſtantiam Partis, *Nihil*.

3 Pro conſtituto Rei Carcerati, etiam ad inſtantiam Partis, *Nihil*.

4 Pro decreto cum præcepto relaxationis alicuius Carcerati, *Solidos quinque*.

5 Pro quolibet præcepto ſequeſtrationis cum relatione, & pro quolibet alio præcepto in cauſa, *ſolidos duos*.

6 Pro præceptis viciſſitudinarijs, in faciẽ alicuius factis ad inſtantiam Partis, pro quolibet, *ſolidos ſeptem*.

7 Pro qualibet reſponſione cuiuſcumque querelæ, ſeu inquiſitionis aut denuntiæ, cum denuncia, & fideiuſſione, *ſolidos ſeptem*.

8 Pro qualibet fideiuſſione de ſe repræſentando, & qualibet alia fideiuſſione cum indemnitate, *ſolidos quinque*.

9 Pro caſſatione cuiuslibet fideiuſſionis, *ſolidos quinque*.

10 Pro conſtitutione Procuratoris, *ſolidos duos*.

11 Pro electione loci, *Nihil*.

12 Pro examine cuiuslibet Teſtis ad defenſam cum Interrogatorijs Fiſci, & Curiæ, *ſolidos quinque*. Et minus aut plus iuxta laborem ſcripturæ arbitrio Vicarij.

13 Pro receptione Teſtis cum Interrogatorijs, *ſolidos quatuor*. Et plus aut minus arbitrio Vicarij pro ratione laboris, vt ſupra.

14 Pro relatione Medici, Obſtetricis, vel Periti, *Nihil*.

15 Pro productione cuiuslibet ſcripturæ, *ſolidos duos*.

16 Pro quolibet actu cum decreto Iudicis ad inſtantiam Partis, *ſolidos duos*.

17 Pro qualibet replicatione, *ſolidum vnũ*.

18 Pro Teſtium publicatione, *ſolidos tres*.

19 Pro copijs proceſſuum linearum viginti in totum ab vtroque latere, & quod linea conſtet ex viginti litteris. Pro qualibet facie, *ſolidos duos cum dimidio*.

20 Pro Proceſſu authentico, pro quolibet folio continente lineas viginti vt ſupra, pro qualibet facie, *ſolidos tres*.

21 Non poſſit tamen Notarius inſerere in copijs Scripturas authenticas, niſi de conſenſu Partis: quas in fine cauſæ teneatur gratis reſtituere Parti producenti.

22 Pro qualibet renuncia, *ſolidos quinque*.

23 Pro præſentatione, & regiſtratione ſupplicationis cum decreto Iudicis, *ſolidos decẽ*.

24 Pro copia ſententiæ ſubſcripta manu Notarii, *ſolidos decem*.

25 Pro copia ſententiæ ſine ſubſcriptione Notarii, *ſolidos quinque*.

26 Pro fide ſimplici ſententiæ, *ſolidos duos*.

27 Pro fide præuentionis, vel pendentiæ litis, *ſolidos tres*.

28 Pro ſententia abſolutoria in cauſis leuioribus, *libram vnam*.

29 Pro ſententia abſolutoria, & liberatoria à querela, inquiſitione, & proceſſu ſuper dicto aut facto, in quo veniret imponenda pœna pecuniaria vltra ſcuta centum, ſiue exilij, vel Carceris, aut triremium ad tempus, *libras duas*.

30 Pro ſententia abſolutoria ſuper contrauentione præcepti, *ſolidos quindecim*.

31 Pro ſententia verò abſolutoria, vel liberatoria à querela, inquiſitione, & proceſſu, ſuper dicto vel facto, pro quo irrogaretur pœna priuationis beneficij, depoſitionis, degradationis, Carceris perpetui, vel perpetuæ relegationis, vel de remigando in perpetuũ, *libras quatuor, & ſolidos quinque*.

32 Pro ſententia in totum condemnatoria *nihil* ſoluatur, niſi pro circumductione, vel abolitione proceſſus ad ſummam *Bononenorum quindecim*.

33 Pro ſententia verò partim abſolutoria, & partim condemnatoria, attenta diſtinctione, de qua ſupra, ſoluatur ad rationem prædictam pro abſolutoria tantum.

34 Pro ſententia item condemnatoria in totum, ſi pœna corporis afflictiua fuerit in pecuniariam commutata, vel Reus compoſitionem fecerit, & pœnam ſoluerit, habeat vſque ad ſummam aureorum duodecim, *libram vnam*.

35 Vſque ad centum, *libras duas*.

36 Vſque ad ducentos, & ab inde ſupra vſque ad quamcumque ſummam, cum circumductione, & abolitione proceſſus, *libras quatuor*.

37 Pro quocumque Inſtrumento ſententiæ diffinitiuæ in authẽtica forma dando alicui non habenti intereſſe principale in cauſa (Quod tamen fieri non poſſit, niſi de licentia Epiſcopi) ſi pœna erit pecuniaria, *libram vnam*.

38 Si corporis afflictiua ad tempus tantũ, *libras duas*.

39 Si corporis afflictiua in perpetuum, *libras quatuor*.

40 Nec poſſit Notarius prætendere, vel recipere pro rogitu ſententiæ ſiue abſolutoriæ, ſiue condemnatoriæ, quartam, nec tertiam,

tiam, ſiue medietatem pro ſportulis ad rationem eius, quod habet Vicarius, ſed id duntaxat quod ſupra dictum, & taxatũ eſt: quod etiã locũ ſibi vendicet in cauſis ciuilibus,&c.

41 Pro pronuncia petitionũ *ſolidum vnũ.*

42 Pro reſponſione ad quamlibet petitionem, vel interrogationem. *Nihil*.

43 Pro quolibet Inuentario, ſeu deſcriptione bonorum in Ciuitate, vel Suburbijs aut extra, vel pro capienda informatione ad alicuius inquiſiti,ſeu carcerati inſtantiam,*Nihil*. Niſi pro ſcriptura aut viatico, ſi contingat accedere extra officium,vel extra Vrbem: & tunc vt ſupra. *Dummodo non expenſis præſentorum Reorum. v. Ordinarius*.

44 Pro regiſtro cuiuslibet gratiæ,ſeu ſupplicationis cum caſſatione Proceſſus in totũ, *libram vnam, & ſolidos decem*.

CAP. III.

DE MERCEDE PROCVRATORIS FISCALIS.

1 *Procurator Fiſcalis*, vbi actu inſeruit, & adeſt conſuetudo percipiendi quotã pro qualibet condemnatione; decimam partem eius ſummæ, in qua Reus cum camera ſiue Fiſco ſe compoſuerit, accipiat, ſed à Depoſitario Cameræ, non ab ipſo Reo.

2 Si contigerit accedere ad capiendam poſſeſſionem aliquorum bonorũ pro camera Epiſcopali, in Ciuitate, vel Suburbijs, *ſolidos quadraginta*.

3 Si extra Ciuitatem, & Suburbia, vltra expenſas viatici, *libras quatuor.*

CAP. IV.

DE MERCEDE EXECVTORIS CVRIAE.

§. 1. In Ciuilibus.

1 *Pro exetutione* reali,vel perſonali collectarum,ſeu quarumuis impoſitionũ, & ſimilium, pro quacumque ſumma, in Ciuitate, vel Suburbijs, *ſolidos duos cum dimidio*.

2 Si verò extra Ciuitatem, & Suburbia, merces duplicabitur, dummodo ſumma, pro qua quis grauatur, ſit librarum trium: alias habeat tantummodo, quod ſupra dictum eſt.

3 In reliquis verò executionibus realibus, vel perſonalibus, ex cauſa ciuili,criminali,vel mixta,ſi executio facta fuerit in Ciuitate,vel Suburbijs, habeat vſque ad ſummam viginti quinque librarum *ſolidos duodecim cum dimidio*: & ab inde ſupra pro qualibet libra *denarios ſex*: dummodo merces non excedat quantitatem *duorum aureorum* pro quacumque ſumma.

4 Si verò executio facta fuerit extra Ciuitatem, & Suburbia, merces duplicabitur.

5 Et prædicta locum ſibi vendicent,ſi cũ effectu dictus executor executionem ipſam conſummauerit, & pignora ſufficientia aſportauerit pro ſumma debita: nec poſſit ſuper vna executione plures accipere mercedes.

6 Si verò aliquem tamquam ſuſpectum de fuga in Ciuitate capi contigerit, à quinquaginta libris infra habeat pro captura, *ſolidos duodecim*.

7 A quinquaginta ſupra vſque ad quamcumque ſummam, *libram vnam, & ſolidos decem*.

8 Si autem ire contigerit extra Ciuitatẽ, & Suburbia, vel captus ſit forenſis, duplicetur merces.

9 Pro qualibet tenuta vel poſſeſſione bonorum, ſi in Ciuitate vel Suburbijs, habeat *denarios ſex* pro qualibet libra valoris rei, dũmodo non excedat ſummam *librarum trium.*

10 Si verò extra Ciuitatem, & Suburbia, habeat *ſolidum vnum* pro qualibet libra, dummodo non excedat ſummam *librarum ſex*.

§. 2. In Criminalibus.

1 *Pro executione* contra moroſum condẽnatum non ſoluentem,habeat prout ſupra in ciuilibus.

2 Pro captura cuiuſcũque in cauſis maioribus, irrogantibus pœnam mortis vel carceris perpetui vt ſupra, ſi executio fuerit facta in Ciuitate, vel Suburbijs cum mandato Iudicis, habeat libras quatuor exigendas in relatione.

3 Extra verò Ciuitatem, & Suburbia, *libras octo*.

4 Sed ſi executio facta fuerit ex induſtria executoris, habeat in Ciuitate, & Suburbijs, *libras ſex*.

5 Extra verò Ciuitatem, & Suburbia, *libras duodecim*.

6 Si verò ceperit aliquem condemnatũ, vel condemnandum in pœna corporis afflictiua ad tempus, habeat dimidium eius,quod haberet ex cauſis maioribus vt ſupra.

7 Pro qualibet detentione in palatio cũ cuſtodia, vel intruſione in carcerem, *ſolidos decem*.

8 Quod habeat locum etiam in his,qui ſe præſentauerunt coram Vicario, & eius mandato fuerunt carcerati.

9 Cum declaratione tamen, quod pro his, qui reuocati fuerint ad carceres, *nihil* habeat, ſi vna vice ſoluerint dictam mercedem.

10 Vbi autem Reus gratiabitur, ſi executio facta fuerit in Ciuitate, vel Suburbijs, habeat *ſolidos quindecim*.

11 Extra verò Ciuitatem, & Suburbia, *ſolidos triginta*.

12 Et ſupradictæ mercedes debeantur Executori, etiam quod capti pro ſupradictis del

delictis venerint abſoluendi, præterquam ſi capti fuerint ſine mandato, & tamquam innocentes eſſent relaxati: tunc enim *nihil* exigi poteſt.

13 Si inuenerit aliquem laborantem in diebus feſtiuis, habeat quartam partem pœnæ ab ipſo Reo, quæ deuenerit in manus Depoſitarij Cameræ.

14 Pro Inuentario bonorum Inquiſiti, ſi executor interuenerit cum Notario in Ciuitate, vel Suburbijs, *libram vnam*.

15 Extra Ciuitatē, & Suburbia, *libras duas*.

16 Si Executor de mandato Vicarij ceperit aliquem pro leuibus delictis, vt puta pro ludo illicito, pro inſultu, & rixa ſine armis, pro verbis iniurioſis, vel pro inceſſu de nocte ſine lumine, & ſimilibus, ſi in Ciuitate, *ſolidos quindecim*.

17 Si extra Ciuitatem, *ſolidos triginta*.

CAP. V.

PRO MERCEDE PLAZZARIOrum, ſiue Curſorum, ſiue Mandatariorum, ſiue Baiulorum.

1 PRo *citatione* verbotenus facta in Ciuitate, *denarios quatuor*.

2 In Suburbijs, *denarios octo*.

3 Extra Ciuitatem, & Suburbia pro quolibet milliario, *ſolidos duos*.

4 Pro citatione ad reſpondendum inquiſitioni, in Ciuitate, & Suburbijs, *ſolidum vnū*.

5 Extra Ciuitatē, & Suburbia, *ſolidos duos*.

6 Et ſi contigerit ire per ſpatium trium milliarium, habeat *ſolidos duos* pro milliario.

7 Pro præſentatione ſequeſtri, ſeu præcepti in Ciuitate, & Suburbijs, *ſolidum vnum*.

8 Extra Ciuitatē, & Suburbia, *ſolidos duos*.

9 Pro qualibet intimatione, ſeu proteſtatione, vt ſupra.

10 Pro qualibet inhibitione facta Parti, ſeu Notario, *ſolidos quinque*.

11 Facta verò Iudici cum relatione, *ſolidos decem*.

12 Pro poſſeſſione bonorum alicui data in Ciuitate, & Suburbijs, *ſolidos quindecim*.

13 Extra Ciuitatem, & Suburbia, *libram vnam, & ſolidos decem*.

14 Si verò contigerit, ire cum executore ad capiendam poſſeſſionem aliquorum bonorum; tunc executor teneatur idem ſoluere mercedem arbitrio Vicarij.

CAP. VI.

DE MERCEDE CVSTODIS CARCERVM.

1 CVſtos *carcerum* habeat à carcerato pro cauſa maiori, hoc eſt Capitali, vel carceris, vel relegationis perpetuæ, *libram vnā* in totum, quando relaxatur.

2 Pro pœna corporis afflictiua ad tempus *ſolidos quindecim*.

3 Pro pœna pecuniaria, *ſolidos decem*.

4 Pro debito ciuili à libris quinque infra *ſolidos tres*.

5 A libris quinque ſupra pro quacumque ſumma, *ſolidos quinque*.

6 A Pauperibus verò *Nihil*, ſed eos gratis relaxare teneatur, ſi gratis à Vicario fuerunt dimiſſi.

7 Si carceratus voluerit expenſas à ſeipſo facere, poſſit; tuncque teneatur ſoluere pro lecto, & ſuppellectili, alijſque obſequijs neceſſarijs, quod fuerit à Vicario taxatum, dummodo non excedat *Bononenos duos, vel tres* ad ſummum in Diuitibus pro quolibet die. Et ſi voluerit ſibi præſtari ab ipſo cuſtode, ſoluat eidem id, quod fuerit in concordia cum ipſo pro alimentis præſtandis, vel quod Vicarius taxabit, Si verò non fuerint in concordia; tunc Cuſtos teneatur dare ipſi carcerato id, quod ab eo fuerit poſtulatum, & notare id, quod dederit quolibet die, ad hoc, vt poſſit taxari merces eius condigna.

CAP. VII.

TAXA SIGILLI.

1 IN *monitorio* Apoſtolico, *ſolidos decem*.

2 In monitorio generali, *ſolidos quinque*.

3 In Inhibitione, *ſolidos quatuor*.

4 In intimatione ſententiæ, *ſolidos quatuor*.

5 In litteris remiſſorialibus ad Partes, *ſolidos tres*.

6 In licentia examinandi Clericum, *ſolidos tres*.

7 In quolibet præcepto, *ſolidos quinque*.

CAP. VIII.

DE PAVPERIBVS INNOCENTIBVS, &c.

1 PAuperes, & miſerabiles Perſonæ, quarum miſereri oportet, ne ob inopiam effectus Iuſtitiæ retardetur, vel in carceribus fame perire cogantur; *gratis* vbique à Vicario, Notario, Executore, alijſque officialibus, in his, quæ ad eorum officium ſpectarent, expediantur; & ab eis pro eorū laboribus, Scripturis, executionibus, vel alijs quibuſcumque negotijs, *nihil* penitus accipiatur; immo in alijs omnibus eos omni, qua poſſunt, caritate tractent, quantum ſine Iuſtitiæ offenſa fieri poterit. Quod ſi oriatur ſuper allegata paupertate, controuerſia, ſtetur in iudicio, ſeu arbitrio Epiſcopi.

2 Declaratur inſuper, quod à ſolutione dictarum mercedum exempti ſunt Rei penitus

tus innocentes, & Teſtes pro informatione Curiæ examinati; & ea, quæ ex mero Officio pro aliquo intereſſe publico, vel priuato, officium, & Curam reſpiciunt, & pro tempore facta fuerint, pro quibus officiales prædicti nihil exigere penitus aut ſperare poſſint, niſi id, quod forte ex aliqua cauſa iuſta, & rationabili, viſum fuerit Epiſcopo, ſiue eius in ſpiritualibus Vicario, arbitrari.

CAP. IX.

ALIA NOTANDA GENERALIA Circa præſentem Taxam.

1 SI *euenirent* aliqui caſus, præſentibus nõ expreſſi, tunc procedatur à ſimili, vel recurratur ad Taxam fori ſæcularis; & quoad Prouinciam Romandiolæ, ad Magalottam, quæ inuiolabiliter obſeruari debet, cum omnibus ſuis declarationibus, reformationibus, & moderationibus, à fel. rec. Sixto V. factis, & publicatis, reſpectu eorum, quæ in præſenti taxa comprehenſa non fuerint.

2 Præterea decernitur, ne Vicarii, alijque Iudices, aut Officiales vel Miniſtri, vllo quouis prætextu, participent de Notariorum, executorumue emolumentis, ſub pœna priuationis officij, ac inhabilitatis ad alia.

3 Nec Cancellariæ, & Notariorum, executorumue, & aliorum eiuſdem Miniſtrorũ emolumenta, cõcedi, vel locari vnquam poſſint aut valeant, ſub aliqua penſione, aut quauis alia præſtatione, eiſdem concedentibus, familiaribus ſuis, aut alijs fienda; ſed gratis omnino concedantur idoneis perſonis, quæ leges præſcriptas ſeruare velint, & poſſint, ſub pœna quadrupli, & maiori, arbitrio Sanctiſſimi. *v. Cancellaria.* 1.

4 Vt gratis expedienda, ſtatim & ſine cũctatione præ cæteris expediantur abſque aliqua mercede, etiam ſponte, vel vltro oblata, ſub pœna quadrupli, & priuationis officij.

5 Nec Vicarij, alijue Iudices, Notarij, & Scriptores, aut executores, quid minimum, etiam à ſponte dantibus, vel offerentibus, vltra taxam præfinitam, recipere audeant, vel præſumant, ſub pœna quadrupli, & priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad alia.

6 At vbi hactenus nihil, vel minus præſcripta taxa, Vicarijs, aut alijs Iudicibus, pro decretis, vel ſententijs, alijſue cauſarum expeditionibus; aut Notarijs, alijſque Miniſtris, pro eorum mercede, ſolui conſueuit, ſeruetur ſolitum ſub eadem pœna quadrupli, ac priuationis officiorum, & inhabilitatis ad alia vt ſupra, 1597. Gabriel Card. Paleottus. B. Morra Secretarius.

TEMPERANTIA.
Incontinentia.

TERRA. *Aqua.*

INtèr duos ſulcos elata dicitur *Porca*, quod ea ſeges frumentum porrigat. *Var. lib.* 1. *de re ruſtica c.*29. *l. Vicinus* 24. *ff.n. de aqua pluuia arc.*

TERTIARIAE.
Excommunicatio. Neceſſitas. Paſcha. Regularis. Velum.

1 TErtiarij, qui non ſunt ſolemniter profeſſi ſub tribus votis ſubſtantialibus in Congregatione viuentes, ſed extra Congregationem viuunt domi, non gaudent priuilegio, neque canonis, neque fori. *Pius V. conſt.* 63. *Ea eſt officij noſtri an.*1568. *Greg. XIII. conſt.*35. *Ex benigna an.*1575. *Rota ex Nauar.c.*27. *n.*79. *verſ.octauo. Sacra Epiſcopor. ac Reg.Congregatio* 1594. *Anagni* 4. *Iulij* 193. *Filiuc. quæſito* 4. *n.*14. *Suar. diſp.*22. *ſect.*1. *n.*20. *Alterius diſp.*16. *quæſito* 4. *vbi hoc multis rationibus probat Carolus de Graſſis de effect. Clericat. eff.*1. *n.*92. *& alij communiter teſte Bonac. tom.*3. *diſp.*1. *quæſt.*16. *ſect.*1. *pun.*4. *n.* 17. *& Cappuccino in adnotat. ad Sorbum in comp. Priuil. Reg. verſ. Fratres, & ſorrores tertij ordinis. quicquid ibi dicat Corduba.*

Et iudicantur, ſicut meri laici, niſi ſint oblati, qui gaudent, prout dixi in Can de ſent. excom. n.110. Bonac. l. c.

2 Et exceptis Feminis, quæ habent requiſita decreti Sacræ Congregationis Cõcilij tenoris ſubſeq. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, ſæpius cenſuit, minimè poſſe Sacerdotes Regulares, Mulierum tertij Ordinis, quas de Pænitentia, vel Bizochas vocant, confeſſiones ſacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones Perſonarum ſæcularium audiendas.*

3 *Quemadmodum nec poſſe illis ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentũ adminiſtrare in die Paſchatis Reſurrectionis Sanctiſſimi Domini noſtri* IESV CHRISTI.

4 *Quo vero ad ſepulturam, atque alia priuilegia, Frates Tertiarios, Mantellatos, corrigiatos, alioſque ſimiles, ita demum ordinis, cuius tertia Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarijs iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum clauſtralibus habitent; & Mulieres virginalem ſeu cœlibem; aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam traduxerint, quemadmodum cauetur conſt. Concilij Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ.*21. *in fine Hoc autem voto Mulierum alia duo, ſcilicet Paupertatis, & obedientiæ, nequaquam includi. Quinimmo huiuſmodi Mulieres, ſi vitam virginalem aut cœlibem ſimpliciter expreſſeque vouerint, etiam in conſanguineorũ, & Affinium ſuorum, àut proprijs domibus, vel ſeorſim habitantes, ſupradictis priuilegijs Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iuriſdictione, frui debere: vt idem Leo poſtea declarauit, conſtitutione edita die* 1. *Martij* 1518. *An autem prædictæ qualitates in huiuſmodi Tertiarijs concurrant, Ordinarij loci eſſe iudicium.*

5 *Præ-*

5 *Prætereà ſi contingat, aliquas ex ſupradictis Tertiarijs ſine ſepulturæ electione decedere; eas ſic decedentes ita demũ in Eccleſijs Ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatur; ſin minus, in Eccleſijs Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.*

6 *Superioribus autem Regularibus, ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis, (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad huiuſmodi habitum recipere, atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinere. Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatæ vitæ, & bonis moribus præditas, atque in ætate ſaltem quadraginta annorum conſtitutas: quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint; & non cum alijs viris, quam cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis prauio examine diligenti, ſibi conſtiterit.*

7 *Verum in huiuſmodi habitu concedendo, & reſpectiuè deferendo, omnino à velo ſupra caput, quod ſupra iectum vocant, à Pectorali, quod vulgo dicitur ſottogola; & à Patientia, abſtinendum eſſe: quinimmo eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquid ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ab Ordinarijs locorum compellendas eſſe decernit.*

8 *Supradictis uerò decretis Mulieres tertij Ordinis, quæ collegialiter uiuunt, non comprehendi; quinimmo eas diſpoſitioni conſtitutionis Pij Papæ V. editæ Romæ anno 1566. quarto Calendas Iulij, quæ incipit. Circa Paſtoralis, penitus ſubiacere, expreſsè declarat. Non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus.*

Hoc decretum confirmauit, & inuiolabiliter ſeruari mandauit Sacra Epiſcopor. & Reg. Congregatio 20. Decembris 1616.

9 Decretum eiuſdem S.C. Epiſcoporum, & Regularium, quod etiam Cappuccini de cætero vti poſſint priuilegio, ſi quod habent, dandi habitum huiuſmodi. *Cum alias à Sacra, &c. decretum ſuper habitu, & qualitatibus Tertiariarum emanauerit, in quo inter alia cauebatur, ut Superioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id ab hac ſancta Sede ſuffultis (Cappuccinis exceptis) Mulieres, alias iuxta idem decretum qualificatas, ad Tertiariarum habitum recipere liceret. Verum quia Cappuccini auctoritate ab hac Sancta Sede, eorũ Religioni conceſſa, priuari, ac propterea in inuidiam apud bonos trahi, conquerebantur, Illuſtriſſimi eiuſdem S.C. Patres, eiſdem Cappuccinis, priuilegijs circa præmiſſa eis quomodolibet competentibus, uti & frui licere, decreto huiuſmodi non obſtante, cenſuerunt. Dummodo Mulieres ad Tertiariarũ Cappuccinarum habitum admittendæ, ad formalem materialemque eiuſdem Religionis habitum, & ſeruato in reliquis omnibus eodem decreto, admittãtur*, 1620. 31. Ianuarij 23.

† Fuit tamen poſtea declaratum, nullum priuilegium Cappuccinis circa præmiſſa cõpetere, vtpote ſublata per Breue Pauli V. in quo fuit eis hoc ad inſtantiam Tertiariorum expreſsè prohibitum, 1655. Mazara 3. Decẽbris 1656. Cappucc. 9. Iunij 113. *

10 Tolerari non debet, quod Tertiariæ, licet domi viuentes, comam nutriant, cum habitus indecentia, & ſcandalo Populi, 1625. Otranto 4. Auguſti 196.

TESTAMENTVM.

Cæcus. Clauſura. Codicillus. Eccleſia. Falcidia. Fideicommiſſum. Hieroſolymitani. Legatũ. Notarius. Pater. Poſthumus. Spolium. Subſtitutio. Vſura.

1 Q*Val.* Verba enunciatiua in teſtamẽto non probant, vt dixi lib. 2. Ciuilium tit. 10. n. 16.

2 Teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas, ſcriptum, vel ſubſcriptum manu Teſtatoris, etiam ſine Teſtibus valet. Immo, & ſine ſcriptura; ſi Pars aduerſa cõfiteatur quidem teſtamentum, ſed dicat non valere defectu Teſtium, vel ſcripturæ. *Auth. ſi modo, C. fam. erciſc.*

3 *Inſtitutiones* Captatoriæ, vt quando Teſtator dicit, *Inſtituo hæredem, quem Titius voluerit*, non valent regulariter. *l. Captatorias 11. C. de teſtam. Mil.*

Fauore tamen piæ cauſæ valent. *c. Cum tibi 13. De teſtam. Diana 5. tr. 3. reſol. 127.*

4 Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione non valet, niſi ad pias cauſas. *Tiraq. priuil. 18.*

5 Teſtator plus relinquere poteſt filijs ſecundi Matrimonij, dummodo filij primi matrimonij non fraudentur legitima; & dummodo id fiat contemplatione ipſorum filiorum, non autem contemplatione ſecundi coniugis: In dubio verò præſumitur relictũ contemplatione filiorum. Hanc opinionem tamquam probabiliorem ſæpius eſt amplexa Rota apud Ludouiſ. deciſ. 173. & 443.

6 Teſtator adijcere poteſt pœnam hæredibus voluntati ſuæ non parentibus, niſi turpe, vel inhoneſtum ſit, quod præceperit. *gloſ. cap. Raynaldus 16. v. Adijciens vt Alterocha, de teſtam. §. fin. Inſt. de legatis.*

7 Vbi eſt vſus, vt pro quolibet mortuo ab inteſtato ſoluatur Parocho ſcutum vnum, tolerari poteſt, 1582. Ferentino 16. Maij 68.

De qua materia latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 10. de teſtam. num. 6.

Vbi inter cætera dixi, conſuetudinem, quæ viget in toto fere Regno Neapolitano, per quam morientibus ab inteſtato poteſt fieri teſtamentum ad pias cauſas à Rectoribus curatis, vel Vicarijs Foraneis, iuxta deuotionem, qualitatem, & quantitatẽ patrimonij ac perſonæ ipſius, Defuncti, quo relinquatur aliquid modicum ijs Eccleſijs, vel locis pijs, quibus Defunctus deuictus, vel affectus erat, eſſe laudabilem, & vbi viget, manuteneri debere etiam cum cenſuris, 1603. Tricarico 5. Septembris 45. 1614. Salerno 21. Martij 25. cũ

infraſcriptis tamen conditionibus.

I. Quod totum hoc fiat ab Ordinario cũ Paterna diſcretione, nec exigat, niſi modicũ quid, habita ratione qualitatis, & quantitatis bonorum, necnon hæredum, & ſucceſſorum. An ſint pauperes. An ſui. An facultas collecta ex mercimonijs, vel bonis Eccleſiaſticis, vel alijs modis conſiderabilibus, 1581. Montepeloſo 9. Maggio 72.

Et quando eſſet cõſuetudo exigendi quartam bonorum Defuncti, id fieri non debet ad rigorem, ſed ad arbitrium boni viri, habita ratione vt ſupra, 1591. 5. Februarij 226. *verſ. circa la conſuetudine.*

Et ſi fieri poterit, cum hæredum ſatisfactione, 1591. Vmbriatico 5. Febr. 229. 1655. 17. Decembris 343.

Et ſic Ordinarius pro hæreditate valente decem, vel etiam viginti millia ducatorum, quadringentis tantum ducatis poterit eſſe cõtentus, alijs locis pijs quam Cathedrali, applicandis, 1641. Crotone 24. Maij. Catanzaro 16. Auguſti §. 5.

Bene tamen verum eſt, quod iſta quarta prætendi non poteſt ab illis, qui nedum inteſtati, ſed & inteſtabiles moriuntur: cum hi regulariter, non habeant Patrimonium, 1591. Roſſano 6. Aug. 325.

II. Quod diſpoſitio curetur executioni mandari per hæredes cum charitate, abſtinẽdo à compulſione, niſi in caſu moræ culpabilis. Quare negari non poteſt ſepultura, quouſque ab hærede præſtetur cautio ſoluẽdi; quia id eſſet contra Sacros Canones, 1591. Roſſano 6. Agoſto 325.

III. Quod applicatio fieri debeat ab Ordinario locis pijs ſecundum veriſimilem coniecturam mentis Defuncti, attenta deuotione, & inclinatione, quam viuens oſtenderat, expendenda in Miſſas, & alia pia opera, 1581. Catanzaro 8. Agoſto 106. 1589. Caſtellaneta 13. Iunij 172. 1593. Cariati 11. Martij 71.

IV. Quod Ordinarius diſponat, & ordinet per ſcripturam ſua manu firmatam, quid fieri velit ab hæredibus in ſuffragium Defunctorum, 1594. Nocera de'Pagani 7. Iunij 158. 1600. Iſola 27. Iunij 58. *Vide Praxim Neap.* c. 9.

✝ Ordinarius autem, qui debet exequi ſupradicta, intelligitur ille, qui eſt Ordinarius eius loci, vbi quis ab inteſtato deceſſit, non ille, vbi ſita ſunt bona, vel habitant hæredes defuncti, 1656. Vmbriatico 28. Ian. 39. *

V. Quod ex hac diſtributione nihil participet Ordinarius, nec eius Curia, ſeu Officiales, 1582. Salerno 10. Iulij 89.

8 *Temporis* inſcriptio eſt de neceſſitate teſtamenti. *Auth. Quod ſiue, C. de teſtam.*

Niſi ſit teſtamentum ad pias cauſas. *Tiraq. priuil.* 11.

9. Cum apparent duo teſtamenta, & ignoratur, vtrum eorum ſit prius, poſteriuſue, illa ſeſe inuicem confundunt, & ſunt nulla. *l. vlt. C. de edicto D. Adr. toll. l. 1. §. Non antea, ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.*

Si tamen in altero eorum fuiſſet inſtituta pia cauſa, vel pia legata relicta, illud poſterius præſumeretur. *Tiraq. priuil.* 35.

10 *Executor* Teſtamentarius, qui officium illud acceptauit, exequi compellitur. *c. penult. de teſtam.*

11 Qui ſi in teſtamenti executionem res vendere debeat, non poteſt eas ſibi emere, niſi id faciat palam, & bona fide, vt dixi lib. 3. Ciuil. tit. 24. num. 17. §. 3.

✝ Quomodo verò Regulares poſſint eſſe executores teſtamenti, præter ea, quæ dixi in *tit. Quib. non eſt permiſſum facere teſtam. enim patet ex ſeqq.* Hauendo la S. C. hauuto notitia, che ſiano ſtati laſciati 25. ſcudi annui à Fr. Martino Diaz de'Minimi, con facoltà d'hauerli à diſtribuire ſecondo l'intention communicatagli dalla Teſtatrice, prima che moriſſe, e conditione che non ſia tenuto di renderne conto ad alcuno; m'hà ordinato di ſcriuer à V. P. che faccia riuelar con giuramento al detto Frate, in quali vſi pij habbia veramente da ſpenderſi il detto denaro. E quando ella ſtimi veriſimile la ſua depoſitione, permetta ch'egli eſſeguiſca la volontà della Teſtatrice: con queſto però, che ſia obligato renderne conto alla P. V. & alli altri Prouinciali, e Superiori, che ſaranno pro tempore. Ma ricuſando lui di riuelar il fatto, ò deponendo coſe inueriſimili; gli prohibiſca tal amminiſtratione, applicando la detta annua rendita in altre opere di pietà à ſuo arbitrio, 1628. 7. Ian. 2. 1657. Oſſeruanti . . . Auguſti.

Sacra quoque C. C. ad Archiepiſcopum Mediolanen. in ſimili caſu reſcripſit, ipſum Monachum teneri reuelare ſecretam mentẽ, ſibi à Teſtatrice extra Sacramentum Pœnitentiæ communicatam, atque Ordinario rationem reddere adminiſtrationis, ad idque Iuris remedijs adigi poſſe. Ac ſi quidem reuelauerit, eſſe illi adhibendam fidem, dummodo iuratus deponat, ſuamque depoſitionem probabilibus aliquot fulciat coniecturis: qua in re iudicantis religionem verſari. Sin minus, vel ſi rationem reddere noluerit, eſſe illi interdicendum executionis officio, actum per Superiorem ipſos redditus eſſe erogandos in pios vſus, qui quantum conijci coniectura poterit, intentioni Teſtatricis proximiores fuerint, ac pro loco & tempore vtiliores. Reſeruata tamen Superioribus Regularibus facultate eidem vt ſupra interdicendi, tametſi rationem reddiderit, atque Defunctæ voluntatem probe patefecerit. *lib.* 135. 133. *

13 *Reuocatio*. Primum teſtamentum ſolemniter factum, in quo inſtituti ſunt extranei, reuocatur per ſecundum non ſolemne, in quo inſtituti ſunt venientes ab inteſtato.

l. Hac conſultiſſima, §. Si quis, C. de teſtam.

Niſi in primo inſtituta fuiſſet pia cauſa. *Tiraq. priuil.* 52.

13 Teſtamentum, in quo filius ex legitima cauſa exhæredatus eſt, propoſita querela inofficioſi,& hærede ingratitudinem nõ probante, reſcinditur tantum quo ad hæredis inſtitutionem: legata verò,& cætera firma manent. *Auth. Ex cauſa, C. de lib. præter.*

14 *Rumpitur* Teſtamentum primum per ſecundum; vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 17. num.4.

15 Teſtamentum factum in fauorem piæ cauſæ coram duobus Teſtibus, infirmat prius Teſtamentum factum cum ſolemnitate corã ſeptem teſtibus. *Tiraq. priuil. 1. cum ampliationibus, & limitationibus, vt ibi per eum.*

16 Teſtamentum eius, qui aliquam, licet minimam, capitis diminutionem paſſus eſt, annullatur; excepto teſtamento, quod filiusfamilias fecit de ſuis bonis caſtrenſibus, vel quaſi: quod non irritatur, licet poſtea emancipetur, vel adoptetur. *Oinot. Inſtit. Quib. mod. teſtam. infirm. §. Alio autem modo, num.8.*

16 Teſtamentum rumpitur, ſi hæres, ſiue ſuus, ſiue extraneus, maior tamen octodecim annis, neglexerit Teſtatorem captiuum redimere: & bona applicantur, vel Eccleſiæ teſtatoris, vel pro redemptione Captiuorum: Legata tamen firma manent. Idem ſi negligit Teſtatorem furioſum cuſtodire. *Auth. ſi Captiui, C. de Epiſcopis, & Cler.*

TESTIMONIALES:

Dimiſſoriæ. Diœceſis. Exemptio. Fides. Ordo.

1 Prelati exempti de diœceſi, vel vicinioris, admitti debent ab Epiſcopo ordinante; & ſi eum non ita obligant, vt ſi velit, non poſſit etiam alias informationes capere, 1620. Nullius Altamura 13. Octob. 168.

2 Ordinum ſuſceptorum, & carentiæ legitimi impedimenti ad celebrandum extra diœceſim, negari non poſſunt ſub prætextu, quod quis ſuſtinuerit partes Fiſci in proceſſu contra Ordinarium fabricato, 1645. Lanciano 7. Aprilis 2.

TESTIS.

Aer. Aſſaſſinus. Clauſura. Clericus. Doctor. Filius. Homicidium. Infamis. Inſtrumentum. Laicus. Matrimonium. Mercator. Monitorium. Notarius. Probatio. Teſtamentum. Verecundia.

1 Recepti Teſtes, parte non citata, ſunt nulliter recepti. *c. 2. de teſtib. Vinc. de Franc. deciſ.* 668.

2 Sed in criminalibus teſtes recepti pro informatione Curiæ, examinantur abſque citatione Partis: poſtea tamen, parte citata, repetuntur, vel ad faciem Rei confrontantur. *Ambroſin. lib. 3. c. 1. num. 2.*

Niſi (vt fieri ſolet, cum quis renunciat defenſionibus, vel ſupplicat pro compoſitione) Reus ſponte declarauerit, ſe illos pro ritè repetitos, atque examinatos habere velle.

Item Teſtes non confrontantur cum Reo in crimine hæreſis. *Diana 4. tr. 8. reſol. 63.*

3 *Maiorem fidem* Teſtes in multis caſibus merentur, vt dixi in tit. de teſtib. n.51.

Puta cum deponit contra proprium intereſſe. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 351. num. 15.*

Nam enunciatio concernens præiudicium enunciantis eſt maximi momenti. *deciſ. 17. n. 5.*

4 Magis creditur duobus teſtibus affirmãtibus, quam decẽ aut mille negantibus. *Oinot. de Specieb. præſcrip. n.38.*

Vnde magis creditur duobus affirmantibus de metu, quam mille de ſpontanea voluntate. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 326. n 46.*

5 Teſtis deponens, non ſolum de ſcientia, & veritate, ſed etiam de fama, iunctus cũ alio Teſte, qui de fama tantum deponit, facit plenam probationem. *Rota apud Ludouiſ. deciſ. 373. c.2. 19. 25.*

Niſi agatur de crimine, vt dixi in d. tit. de Teſtibus, num.23.

6 Quando verò teſtis probet famam, dixi in d. tit. de teſtibus, num.24.

7 *Ad immemorabilem* verò probandam Teſtis debet eſſe 54. annorum, vt dixi lib. 2. Ciuilium tit 6. n.22. verſ. Tertia.

8 *Mulieres* in ciuilibus, & matrimonialibus cauſis poſſunt eſſe Teſtes, vt aſſerit *gloſſa v. fœmina. c. forus. De verb. ſign.*

Item in Codicillis, in teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas. *Tiraq. priuil. 5.*

Item in criminibus exceptis hæreſis, læſæ Maieſtatis, Simoniæ, &c. & quando non poſſunt alii teſtes inueniri, ne delicta remaneant impunita: Et ad detegendam Irregularitatẽ, quando ciuiliter agitur. *C. Tam litteris. De Teſtibus.*

9 *Domeſtici* teſtes regulariter reprobantur, vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 10. n.7. §.9.

10 *Non citatus* nec requiſitus Teſtis non probat: eſt enim ſuſpectus, qui ſe vltro ingerit. *l. Quæ omnia 25. §. 1. ff. n. de Procur. l. Iuſiurandi, & l. Si quando. C. de Teſtib. Vinc. de Franc. deciſ. 60. num. 11. Vide lib. 1. Ciuil. tit. 10. num. 2.*

11 *Inhabiles.* Simili morbo laborans, ideſt conſimilem litem habens, & à teſtificando, & à iudicando repellitur. *c. Perſonas, de teſtib. Oinot. de rer. diuiſ. §. Vniuerſitatis, n.3.*

Secus ſi intereſſe ſit leue arbitrio Iudicis. *Rota apud Ludouiſium deciſ. 340.*

12 Teſtes regulariter non admittuntur poſt didicita teſtificata, *vt dixi in d. tit. n.17.*

13 Teſtes à parte inſtructi non probant: ſecus ſi tantum in genere moniti, vt dicant veritatem. *vt dixi ibid. n.38.*

14 Teſtis, qui recordatur de antiquis, & non reminiſcitur de recentibus, ſuſpectus eſt, & non meretur fidem. *Rota apud Cenc. poſt addit. deciſ. 119. n.17.*

15 *Reuocans* ſuum dictum, deſinit eſſe Teſtis

ſtis omni exceptione maior, licet adhuc primæ depoſitioni ſtetur. *Card. C. Veniens. De teſtib. Nauar. c.25. n.40.*

16 Teſtis incontinenti, ideſt antequam alloquatur Partem, admittitur ad corrigendum dictum ſuum. *Clar. pract. Crim. quæſt.57. verſ. Quartus eſt caſus, n.35. c. Præterea 7. De teſtibus cogen.*

17 Quid quando Teſtis dicit, ſe non ita dixiſſe, ſicut ſcriptum eſt à Notario, dixi in d. tit. de Teſtib. n.34. & ſeqq.

18 *Vacillare*, non dicitur Teſtis, qui interrogatus, quibus præſentibus aliquid factū viderit, primum dicit de duobus, poſtea nominat tres. *Oinot. de hæred. qualit. §. In extraneis n. 5.*

19 *Diſcordia* Teſtium in aliquibus principalibus circumſtantijs, quæ variant ſubſtantiam facti, aufert efficaciam Teſtimonii: alias ſecus, vt latius explicaui in tit. de teſtib. n.13.

20 Dicta teſtium ſunt interpretanda, & conciliand, non autem cauillanda. *Bald. in cap. Cauſam. De reſcript. Oinot. de vſucap. in princip. num.60. Rota apud Ludouiſ. deciſ.304. n.27.*

Quando tamen Teſtes ſunt alias ſuſpecti, cauillari debent. *Ex Farin. Senſu. aphor. lib. 2. c.7. n. 6.*

21 Dictum Teſtis dubium, contra producentem eſt interpretandum. *Oinot. de oblig. De Pactis num.23.*

22 *Rationem* ſui dicti reddere debet Teſtis, *vt latius dixi in d. tit. de Teſtibus, n.27*

23 *Pecuniam* accipere non poſſunt Teſtes, *vt dixi ibid. n.44.*

24 *Peccat* Teſtis, qui alienum peccatum ſecretum detegit, cum illius cognitio non eſt neceſſaria ad aliquod notabile damnum impediendum, etiam ſi de eo particulariter interrogetur. *S. Thom. 2. 2. quæſt.70. 1,*

25 Qui non ſe offert in teſtem, ſciens id eſſe neceſſarium ad aliqua mala ſeu damna notabilia impedienda, etiam ſi promiſiſſet, ſeu etiam iuraſſet ſeruare ſecretum, peccat, ſed non tenetur aliquid reſtituere; niſi iuſſus teſtificari recuſauerit: quia primo caſu ſola lege charitatis, poſteriori etiam Iuſtitiæ tenetur. *Nau. cap.25. num.44.*

Et maximè tenetur ad reſtitutionem, quādo iuſſus cum iuramento, noluit reſpondere. Si tamen inaduertenter, & abſque peccato depoſuiſſet aliquid falſi contra aliquem, non tenetur ad reſtitutionem. *Bonac. de legib. diſp.10. quæſt.3. pun.3. num.14. & 15.*

26 Teſtis in iudicio legitimè interrogatus ſuper crimine, ſuper quo bona veniunt confiſcanda, ſi neget veritatem, & ob id Reus abſoluatur, non tenetur bona, quæ confiſcata fuiſſent, Fiſco reſtituere, licet alias ſit periurus: quia id eſt pœna, quæ in foro conſcientiæ non debetur ante condemnationem. *Silu. v. Reſtitutio. Supra v. cuſtos.*

27 *Singulares* Teſtes admittuntur ad probandum aliquid in genere, & in tempore, quando tempus non eſt de ſubſtantia facti, vt ad probandam electionem ſepulturæ. *Bonac. tom.2. de contr. diſp.3. quæſt.21. pun.3. n.9. & 10.*

28 *Pro informatione* Curiæ capti Teſtes nō ſunt in carceribus ponendi, ſed ſtatim examinandi. Inſuper habere debent alimenta à Fiſco, vel à parte. *Paulus III. conſt.44. l. Si quando 15. C. de teſtibus.*

Nec requiritur Partis citatio, *vt ſupra n.2.*

29 *Inter Aſcendentes*, & Deſcendentes teſtimonium regulariter non admittitur. *l. Parentes, C. de teſtibus.*

Conſanguinei verò, vel Affines tranſuerſales non coguntur inter ſe teſtificari. *l. Iuriſconſultus, & l. lege Iulia, ff. de teſtib.*

Prædicta tamen intelliguntur, quando alias idonei teſtes non deſunt. *gloſ. c. Quamquam 14. quæſt. 2. Oinot. de rer. diuiſ. §. Vniuerſitatis nu. 5. limit.2.*

Et ad compellendum Priuilegiatos ſufficeret iuramentum Partis, quod alios idoneos teſtes inuenire nequiuerit, etiam abſque alia coniectura. *Nau. arg. c. 2. §. fin. de iuram. Cal. in 6.*

30 *Commiſſarius* ad Teſtes examinandos exercere poteſt omnia, ſine quibus negotium explicari nequit. *Not. in Clem.1. de off. Deleg.* De quo vide, quæ latius dixi in Can. lib.1. tit. 29. num.1.

31 *Examinari* Teſtes ſecretò debent, abſentibus tam Reo, quam Actore. *cap. Venerabili 52. De teſtib. Oinot. de act. fin. reg. n.23.*

32 Et pro vtraque parte, 1601. Saſſari 27. Martij 108. 2. Aprilis 212.

33 Teſtes informiter ac nulliter examinati, cum formiter repetuntur, ſe remittere poſſunt ad prius examen, *vt dixi in Can. lib.5. tit. 39. num.26.*

34 Quibus Interrogatorijs Teſtes reſpondere non teneantur, *dixi in d. tit de teſtib. n.48.*

35 *Vnus* teſtis quando ſufficiat, *dixi ibidem num.29. & ſequent.*

36 In relictis ad pias cauſas duo Teſtes ſufficiunt. *Tiraq. priuil.1.*

37 Teſtium minus integrorum fides ſuppletur ex numero. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.348. num.7.* vt dixi latius ibid. num.50.

38 *De Iuramento* Teſtium dixi ibidem *num.25. & ſeqq.*

39 Teſtibus, ideſt dictis iuratis, non teſtimonijs, ideſt dictis non iuratis, iudicandum eſt. *c. Tua nos. De Cler. coniug. l. 3. §. Item Diuus, ff. u. l. Iuſiurandi 8. C. de teſtib.*

40 Teſtes vi Monitoriorum reuelantes iurare non compelluntur, niſi id expreſſe à Superiore præciperetur. *Barboſa alleg. 96. n.34.*

41 *Ante litem Conteſtatam* regulariter recipi non poſſunt teſtes, *vt latius dixi in Can. lib.2. tit.6. Vt lite non conteſtata.*

THEO-

THEOLOGUS.

Vide quæ dixi in Can. lib. 5. tit. 5. De Magiſtr. num. 2. & ſequent.

THESAURUS.

1 *Eſt pecunia* abſcondita, cuius domini, & occultationis memoria nō extat, *vt dixi lib. 2. Ciuilium tit. 1. n. 89.*

2 Theſaurum Magicis artibus, vel diuinationibus, aut aliis modis illicitis effodiens, nihil ſuum facit; ſed quicquid inuenit, fit Fiſci quoad illam partem, quæ pertinet ad culpabilem. *l. Vnic. C. de theſauris lib. 10.*

Poterit tamen retinere, quouſque condēnetur, quia id pœna eſt. *Hen. c. 17. num. 176. Bonac. de reſtit. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 6.*

3 Theſauri Dominus non fit, qui non apprehendit illum, licet videat; quia inuenire eſt apprehendere, vt dixi ibid. num. 57.

TIMOR. Metus.

TITULUS.

Crux. Edificium. Ordo. Poſſeſſio.

1 *Antiqua* Eccleſiæ mutari non poteſt à Confraternitate. *Regiſtr. Regul.* 1604. Oreſtano 26. Octobris 71.

2 Cardinalibus dari cœpit titulus *Eminentiſſimi* ab anno 1630. Can. Reg. del Salu. 21. Iunij. Ex Sacra Congr. Rituum, cuius decretum confirmauit Vrbanus VIII. in Conciſtorio ſecreto 10. Iunij 1630.

Quod poſtea Innocentius X. Sanctione firmauit, iubens omnes tali titulo contentos eſſe, quantumuis ſint magni Principes 24. Aprilis 1645.

3 Placet Sanctiſſimo, quod Generalis remoueat à ſua Religione abuſus titulorum Magiſtri, Doctoris, Graduati, Baccalaurei, vel ſimiles, 1599. Celeſtini 14. Iunii 58.

TORTURA.

Exilium. Fama. Opinio.

1 *In publico* non debet ad pœnam inferri per Iudicem Eccleſiaſticum, 1601. Bagnarea 14. Febr. 80.

2 Rei criminum, propter quæ non venit imponenda pœna maior relegatione, non debent in Regno torqueri. *Grammat. voto 15. num. 10.*

3 *Regularibus* inquiſitis de homicidio, &c. ad veritatē eruendam, infligi tortura poteſt, non ſolum funis, ſed etiam Vigiliæ, 1629. Oliuetani 16. Martij 82.

4 *Monialibus* regulariter non infligitur, ſed comminatur ſolum, 1620. Fiorenza 1. Auguſti 229.

TRADITIONES SENIORUM.

De his vide, quæ dixi in Collect. ad Matth. 15. 1.

TRANSACTIO.

Decimæ. Matrimonium. Pactum.

1 *Eſt de re* dubia, & lite incerta, pactio nō gratuita iuxta illud:

Incerta de re tranſactio dicitur eſſe.

Sed fiunt certæ pacta fauore rei. Not. in rubr. de tranſact.

2 Tranſactio alimentorum facta ſimpliciter non porrigitur ad habitationem, & veſtiarium. *l. Cum hi, 8. §. Qui tranſigit, ff. de tranſact.*

TRANSITUS.

Cappuccini. Hieroſolymitani. Miniſtri. Regularis. Tranſlatio. & quæ dixi in Can. lib. 3. tit. 31. De Regular.

1 *Auguſtiniani* petita, licet non obtenta, licentia, à Superioribus localibus, tranſire poſſunt ad Reformatos eiuſdem Ordinis, 1613. 3. Aprilis 52.

† Nam ad arctiorem tranſitus conceditur, dummodo id quis non petat ad aufugiēdam imminentem aliquorum admiſſorum criminum pœnam, 1600. Agoſt. 12. Decemb. 15. 1601. 8. Ian. 26. 20. Febr. 44. Capp. 2. Ian. 21. Cracouia 3. Iulij 75. S. Giorgio in Alga 7. Nouemb. 102. 20. Nouemb. 105. S. Agoſtino 29. Aprilis 34.

Et præmittat nouum probationis annum, licet tranſeat ad reformationem arctiorem eiuſdem Ordinis, 2. Aug. 1614. lib. 148. 779.

Superior tamen ſuo ſubdito præcipere nō poteſt, vt tranſeat ad aliam Religionem etiā arctiorem. 1603. S. Spirito 18. Martij 19. *

2 Ad Seruitas, vel de Mercede tranſire non poſſunt abſque ſuorum Superiorum expreſſa licentia, 1616. 23. Ian. 16. Al Nuntio di Spagna.

3 *S. Bernardi* Congregatio viuit in maiori obſeruantia quam Carmelitani. Quare Superiores S. Bernardi non poſſunt hodie concedere ſuis ſubditis tranſitum ad Carmelitanos: quia hoc caſu non conſideratur, quod Religio, ad quam fit tranſitus, ſit arctior ex ſua primæua inſtitutione, ſed obſeruantia præſens, 1588. Spagna 21. Iunii 50.

4 *Mendicantes* per extr. Martini V. *Viam ambitioſæ, de regular.* recipi non poſſunt in Religione non Mendicanti, niſi Carthuſianorū, in qua per Conſt. Clem. V. *Clem. 1. de Regular.* nequeunt habere Officia, vel miniſteria, nec vocem actiuam aut paſſiuam, niſi cum diſpēſatione Sedis Apoſtolicæ, vel eiuſdem Religionis per Priuilegium Iulij Secundi, 1596. Certoſini 6. Martii 28.

5 *Ad Carthuſianos* omnes tranſire poſſunt, *extr. Viam ambitioſæ. De Regular.* Conſtito tamen prius de licentia petita à Superioribus primæ Religionis. *cap. Statuimus 19. quæſt. 7. c. licet. De Regular.* Sub pœna nullitatis tranſitus, & aliis arbitrio, 1654. Regolari 18. Septēbris 124.

6 *Sub prohibitione* tranſeundi de vna Religione ad aliam, intelligitur etiam inhibitus tranſitus de vna Cōgregatione ad aliam eiuſdem ordinis, 1653. Cappuccin. 25. April. 78.

7 *Reditus*. Carmelitæ Diſcalceati,qui abſque peculiari Sedis Apoſtolicæ licētia ad Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum tranſierunt, cogi debent ad redeūdum, &c. 1608. 22. Iunij 65.

Similiter Cappuccini, vel alii, qui ſine debitis licentijs aſſumpſerunt habitum Religionis S. Spiritus, 1645. 17. Febr. 8. 1646. 15. Iunij 3. & 4. 27. Iulij 4. & 18.

8 *Effectus*. Regularis ex diſpenſatione Apoſtolica translatus de Religione incapaci bonorum immobilium ad capacem, recuperat ius ſuccedendi in bonis ſibi, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, poſt translationem delatis. 27. Ian. 1618.

Non tamen recuperat fructus bonorum expreſsè renunciatorum, neque poſt tranſlationem decurrendos. 10. Decemb. 1633.

Neque bona per primam profeſſionem acquiſita veniētibus ab inteſtato. 17. Iunii 1617.*

TRANSLATIO.

Alimenta. Inſtitutrix. Locus. Miſſa. Monialis. Pœna. Reformatio.

1 Monialium, Regularibus licet ſubiectarum, fieri non poteſt ſine Ordinario, 1647. 17. Decembris 1.

2 Moniales translatæ ad aliud Monaſterium eiuſdem Ordinis non emittunt nouam profeſſionem, 1645. Napoli 22. Septemb. 55. 1635. Carm. Scal. 3. Aug. 258.

3 Non transferantur inuitæ, 1601. Trani 5. Febr. 39.

4 Comitentur à Conſanguineis, vel aliis perſonis honeſtis, 1604. Todi 16. Aug. 37. Ieſi 26. Octobris 68. Chioggia 8. Nouembris 63. Mileto 15. Nouembris 68.

5 Apud ſimiles in itinere hoſpitentur, 1602. Gratis 1. Octobris 66.

Vel in aliquo Monaſterio dummodo ſolæ Moniales ingrediantur, de licentia, &c. & cōſenſu, &c. 1629. Auignone 21. Aug. 270.

6 Propter diſcordias, vel inimicitias non transferuntur Moniales magis diſcolæ, ſed tenentur ſub arcta cuſtodia, 1579. Troia 29. Auguſti 101.

7 Fabricæ occaſione non poteſt Epiſcopus transferre Moniales, 1599. Trani 26. Aprilis 37.

Sacra verò Congregatio ſic, donec durat, 1586. Napoli 10. Maij 14. 1603. Trani 10. Iunij 43.

8 Sicut etiam occaſione belli, 1628. Cremona 19. Maij 159. 1646. 23. Aug. 28. 13. Aprilis 22. 20. Aprilis 12. 1648. 7. Aug. 6.

9 Vel propter aeris intemperiem, abſque tamen redeundi ſpe, maximè ſi Monaſterium eſt eiuſdem Ordinis, & ſub obedientia eiuſdem Ordinarii, 1613. Angren. 20. Decemb. 140.

10 Vel propter infirmitatem ea durante, 1583. Vrbino 20. Ian. 13.

11 Si translata non habeat aliunde, permittitur Monialibus primi Monaſterij ſoluere ſecundo alimenta ſecundum quantitatem fructuum dotis, 1647. Trento 25. Ian. 42.

12 Ad transferendum inſtitutricem non requiritur ordinariè conſenſus Superiorum Regularium, ſed tantummodo Monialium transferendarum, 1628. Napoli 17. Martij 92.

Ac Sedis Apoſtolicæ, 1631. 30. Maij.

13 Moniales vnius ordinis non debent transferri pro inſtructione alterius, 1601. Trani 5. Febr. 39. 1602. Fermo 19. Octobris 69.

Niſi vrgente neceſſitate. Quo caſu Moniales translatæ recitando officium ſecundum ritum poſterioris Monaſterij ſatisfaciunt, licet eſſet à ritu primi diuerſum, 1604. Palermo 9. Auguſti 35.

14 Pro translatione Inſtitutricis non expeditur Breue, donec per decretum S.C. conſtet Secretario Breuium, quod Monaſterium habeat requiſita, 1645. 19. Maij 34.

15 Nec S.C. nec Papa concedere ſolet licentiam Monialibus tranſeundi de vno Monaſterio ad aliud, licet arctioris obſeruantiæ, 1610. Toloſa 27. Ian. 9. 1617. Cracouia 30. Septembris 255.

Præterquam à Monaſteriis apertis ad obſeruantia, 1620. Burdegalen. 16. Martij 86. 1622. Toledo 15. Febr. 22.

Vel à non reformatis ad reformata, 1622. Auerſa 10. Decembris 310. 1624. Napoli 16. Iulij 180. 1629. Toledo 16. Febr. 53.

16 Tranſitus etiam de vna Religione ad aliam raro conceditur Monialibus, 1603. Trēto 12. Ian. 3. 1595. Cremona 14. Iulii 91.

17 Non debent transferri ad locum diuerſi dominij, 1578. S. Carlo 2. Decemb. 15.

18 Moniales translatæ, & incorporatæ in aliis Monaſteriis, debent etiam habere ibi vocem, 1619. Burgen. 20. Aug. 293.

19 Dos, & alia bona Monialis translatæ remanent primo Monaſterio, niſi aliud Papa concedat de conſenſu, &c. 1583. Napoli 30. Iulij 188. &c. 1635. Carm. Scal. 3. Aug. 288.

20 Inſtitutrices remittuntur ad primum Monaſterium, quando deteguntur inhabiles, 1645. Meſſina 6. Octobris 83.

Vel quando non ſunt amplius neceſſariæ ſecundo Monaſterio, 1645. 9. Iunij 19.

TRANVM. *Nazareth*.

1 *Archiepiſcopus* Tranen. non poteſt facere proceſſionem Corporis Chriſti, nec Feria V. in Cœna Domini Olea conſecrare, in Oppido Baruli, ſed vtrumque facere debet in ſua Metropolitana, 1601. 2. Aprilis 116.

Ideſt non conuenit, congruum non eſt: quia cum hæc omnia fieri ſoleant in illo oppido ab Archiepiſcopo Nazareno; Tranen. non alia ductus, quam liuoris, & æmulationis cauſa Metropolitanam illis diebus contra monita Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 23. cap. 1. ſua præſentia priuare videretur.

TRE-

TREBELLIANICA.
Falcidia. Fidicommiſſum. Hæres. Legatum.

TVRBA. Grex.

TVRCA. *Conceptio. Crux. Deceptio.*

1 E*A dominatur* tyrannide, vt cunctas ſubditorum ſubſtantias tamquam proprias ſiç poſſideat, vt pro libito vniuerſa ſibi vt putat, poſſit vſurpare. *Verba Soti de iuſtitia, & iure lib. quæſt. 4. art. 1. concl. 1.*

2 Turcæ Campanarum vſum non admittunt, quod Chriſtiani primi cœperunt illis vti. Immo nec Chriſtianos ſub eorum ditione degentes, eis vti permittunt, præſertim in Ciuitatibus. *Coccius tom. 2. lib. 3. art. 6. gloſ. Clem. vnicæ, ver. zabazala. De Iudæis, & Sarac.*

TVRNVS. Prædicatio.

TVTOR.
Clericus. Epiſcopus. Hæres. Iudex. & lib. 1. ciuil.

S*Va induſtria* præſumitur factus dies, *vt latius dixi lib. 2. Ciuilium tit. 9. Per quas perſonas n. 3.*

TYRANNVS. Occiſio.

V

VANAGLORIA.

1 E*St vitium* inclinans ad appetitum gloriæ inordinatum, ſeptem habens filias.

I. Iactantia, inclinans ad inordinatè declaran. verbis excellentiam propriam.

II. Inuentio nouitatum, inclinans ad declaran. eam veris factis, laude, vera, vel falſa dignis.

III. Hypocriſis, ad idem falſis factis inducens.

IV. Pertinacia, ad inordinatè oſtentandũ iudicium inclinans.

V. Diſcordia, ad inordinatè oſtendendũ, voluntatem noſtram voluntati alterius præſtare.

VI. Contentio, ad inordinatè altercandũ.

VII. Inobedientia, ad inordinatè renuendum iuſſa ſuperioris, quatenus iuſſa ſũt. *Nau. cap. 13. n. 11. Rodriq. eſſerc. prima par. tr. 3.*

2 Habet item Vanagloria duas ſocias, Magnanimitati contrarias.

I. Præſumptio, quæ eſt vitium inclinans ad inordinatum appetitum eorum, quæ vires, vel merita excedunt.

II. Ambitio, quæ ad inordinatum honoris appetitum. *Nau. ibidem.*

3 Vanam gloriam, ſiue vanam laudem de peccatis mortalibus quærenti, cum confitetur, ſufficit dicere. *Toties peccaui, laudem, & gloriam quærendo de peccatis mortalibus*; licet ea mortalia non ſpecificet: vel quia fortè talia non commiſit, vel iam confeſſus eſt, vel proponit confiteri, cum venerit ad locum proprium eorum.

Sicut qui recordatur ſe omiſiſſe in alia cõfeſſione circumſtantiam, non tenetur peccatum denuo confiteri, ſi circumſtantia ſine eo commodè poſſit explicari. Exemplum de eo, qui confeſſus eſt fornicationem, oblitus circumſtantiam voti, vel iuramenti. *Nauar. prælud. quæſt. n. 4 Diana 3. tr. 4. reſol. 161. Bonac. tom. 1. de Sacram. diſp. 4. q. 5. ſect. 2. pun. 2. §. 3. Diffic. incid. n. 9.*

Nec eſt peccatum mortale laudare ſe modo, ingenio, vel dexteritate, qua peccatum commiſſum fuit.

Secus ſi qui eo modo ſe iactat, haberet expreſſum gaudium, vel complacentiã de peccato commiſſo; nam tunc teneretur etiam peccati ſpeciem, de quo complacuit, exprimere. *Diana 4. tr. 4. reſol. 44.*

† Suſpendi debet ab officio, & beneficio, qui de ſuo crimine publicè gloriatur. *c. Quam ſit graue 9. De exceſſ. Prælator.* *

VAS.

1 V*Aſa ſacra* contingi non poſſunt, niſi à conſtitutis in ſacris. *c. Non oportet, cum ſeq. diſt. 23. c. in ſancta, de conſecr. diſt. 1.*

Non tamen videtur eſſe pluſquam veniale, ſi ſine contemptu fiat. *Bonacin. de Sacram. diſp. 4. quæſt. vlt. pun. 9. num. 20.*

2 De modo mundandi ac conſeruandi ſacra vaſa, & ſuppellectilia, multa paucis tradit Gauantus. *Rubr. Miſſal. p. 5. & inter alia.*

Altaria bis ſingulis annis, cum ſudum eſt, à finitis officiis ad veſperum ſpoliata ſint; & ſuppedanea item amota, vt ſicci aëris ſentiãt beneficium; quo tempore cum altaria ipſa vndequaque mundentur, tum ſuppedaneorum pars, quæ ſubter eſt.

3 *Icones* cum ornamentis ſuis, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Tabernaculum, & quæcumque huiuſmodi picta, vel inaurata adiuncta ſunt Altaribus; item Vmbellæ ſuperimpendentes, ſingulis menſibus mundentur caudis vulpinis, aut arundinea ſcopa.

4 *Suppedaneum* Altaris quotidie mundetur arundinea ſcopa, ſi in eo facienda ſit Miſſa.

5 *Feneſtella* vrceolorum circumfricentur, & bene purgentur, octauo ſaltem quoque die.

6 *Candelabra, Cruces, Thuribula,* & reliqua ſeppellex argentea, quantum fieri poſſit, manibus nudis non contrectetur, ſed adhibito panno. Si verò aliqua pars argentea non ſit, per eam capiatur. Antequam reponatur, excutiendum, ſi quid pulueris, ceræ, aut maculæ adhæſerit, & extergendum leuiter adhibito lineo, & molli panno. Condita autem ſit vnaquæque res theca ſua, ne quid ſordium accipiat. Cum aliquid tamen purgatione egere viſum fuerit, panno lineo leniter præſtabitur. Quod ſi quid valde ſit denigratum, puta Thuribulum ab igne, aut etiam multa cera adhæſerit; in lixiuio, cui ſal ſit admixtũ, ebul-

ebulliente, detergendum erit,adhibito pennicillo, ex ſetis ſuillis confecto. Caueatur tamen, ne ſi quæ pars aurata ſit, aurum vi ſalis deteratur, ſed conſulantur periti.

7 *Calices* bini, & *Patenæ* binæ, vbi duodecim Sacerdotes Miſſam faciunt, quintodecimo quoque die leui manu, aqua tepida lauẽtur: ſexto quoque menſe ſapone molliori. Tumque poſt quartam horæ partẽ, qua maneant in Sole, calida lixiuia bene abluantur, adhibendo pennicillum aliquem ad ſaponem bene abluendum, præſertim vbi fuerit cælatura. Poterit etiam id fieri furfure cocto: & tunc ſtatim bis aut ter eſſent abluendi aqua munda, & ablutio in ſacrarium proiicienda. Vbi vero minor ſit numerus Sacerdotum, rarius id fieri poterit ex proportione numeri Sacerdotum, & dierum.

8 *Suppellex* inaurata, aut inargentata eadem cautione tractetur, qua argentea. Si eſt ſemper expoſita, octauo quoque die panno lineo tergatur molliter; ſi recondita ſit, tergatur tunc, cum reconditur, & iterum cum profertur. Poterunt etiam inaurata ſapone, aut furfure purgari, vt dictum eſt de calicibus n.7.

9 Candelabra,& cætera ex *auri chalcho* tractentur adhibito panno,vel per ferream ſummitatem capiantur. Si perpetuo vſu adhibeantur,tertio quoque die à puluere,& cera, ſi forte defluxerit, mundentur. Si reponenda ſint; tunc etiam id fiat, & iterum cum proferuntur. Præterea quarto quoque menſe,ſi aliquando fuerunt expoſita, abſtergantur diligenter puluere pumiceo, aut eo, quem dicunt *tripoli*, quem æſtiuæ muſcæ fugiunt, adhibito corio Bubalino: aut ſi vtrumque deſit, latere in tenuiſſimum puluerem redacto, & loco corij, panno aſperiore, quem dicunt *ſaia*: nullo vero modo adhibenda erit aqua. Nitidiora quoque fiunt, licet non diu duret nitor, ſi fricentur malo medico, vulgo *arancio*, ſeu *limone*, & marmore trito, ſeu vice malorum vuis agreſtibus, vel herba acida: deinde aqua bene abluantur; tum vt ſiccentur, exponantur ſoli. Aceto numquam abſtergantur. Recondita verò habeantur huiuſmodi tubulis craſſioris cartæ, aut ſaccis lineis amicta, qui puluerem arceant, ac nitida ſemper & lucida ſeruent.

10 *Lampades* vitreæ, quæ ſunt quotidiani vſus, quintodecimo quoque die furfure, & aqua calida abſtergantur.

11 *Vrceoli* præter id, quod quotidie fit, ſingulis menſibus diligenter purgentur,adhibito ouorum cortice bene contrito, cum ligneo aliquo inſtrumentulo,ad ſordiculas bene eluendas. Vel potius ponantur intus aliquod vas, puta ollam, vel Cacabum, lixiuio frigido plenum, & admoueantur lento igni: & quando lixiuium incipit caleſieri,amoueãtur Vrceoli, & aqua ordinaria bene abluantur. Opercula vrceolorum, ſi madent, cum reponuntur, quotidie bene ſiccentur.

12 *Peluicuæ* Vrceolorum quotidie abſtergantur, & ſiccentur. Si ſtamneæ fuerint,tertio quoque menſe lixiuio feruenti lauentur, necnon auena, vel farre veſtito, ſeu ouorum cortice bene contrito fricentur. Poſt iterum aqua lotæ in Sole ſiccentur, & panno lineo mundo abſtergantur.

13 *Aenea* Vaſa ante, & poſt vſum bene abluantur. Bis ſingulis annis,vti conca baptiſmi, accuratè abſtergantur, ſi opus eſt, latere contrito,vel arena,& aqua. Si ſtamno ſint illita, adhibeantur furfur, & aqua.

14 Inſtrumentum ad conficiendas *Hoſtias* poſt vſum Oleo perfundatur,& vtraque pars, Charta interpoſita, ſimul iungatur; quæ in exteriori parte fuligo inhæſerit, abradatur: poſt ea eadem pars craſſiori panno tegatur,& in loco decenti reponatur.

Si forte fuerit vſtum, ita vt Hoſtiæ non poſſint integræ confici, ſed vel rumpantur, vel adhæreant Inſtrumento; accipiatur Vitellus oui, & cum modica ipſius *Hoſtiæ* paſta colliquefiat; ac bis vel ter fiant hoſtiæ cum ipſa paſta de vitello: mirum enim in modum eo ferrum refrigeratur,ac in ſuum priſtinum ſtatum reducitur.

V E L V M.

Conuerſæ. Prædicator. Vidua.

1 I*Ntra Clauſuram* Moniales amplius velari, ita vt tradens velum ingrediatur, Gregorius XIV. prohibuit, 1591. Corduba 2. Septembris 139.

2 Epiſcopus debet velum nigrum propria manu tradere, 1603. Città di Caſtello 28. Aprilis 33.

3 Litteræ Sacræ Congregationis immo etiam Breuia Sanctiſſimi de dando velo nigro conuerſis, exiſtimantur falſa: quare non debent exequi, donec, miſſis Romam Originalibus, aliter ordinetur, 1604. Coimbra 16. Februarii 16.

4 Fuit conceſſum velum nigrum pro albo Monialibus S.Crucis de Valderno, Lucen. diœc. 1601. 20. Aug. 86. 1631. 1. Martij 20.

5 Item Monialibus exiſtentibus ſub regimine Minorum de obſeruantia, modo illud recipiant priuatim à ſuis Superioribus abſque vlla impenſa, 1624. Fiorenza 9. Febr. 32.

6 Item Monialibus Tertiarijs, 1629. Tiuoli 14. Septembris 291.

Modo ad illud deferendum non cogantur, 1636. Foligno 25. Iulij 296.

V E N D I T I O.

Aduocatus. Alienatio. Cella. Emptio. Epiſcopus. Tabernaculum.

1 C*Oact.* Vænalia exponens compellitur illa vendere. *Abb. in c.1. de empt.*

2 Dominus ſoli, vel Domus; ædificare vo-

volens, cogi non poteſt ad vendendum vigore Bullæ Iuris Congrui diſponentis cogi poſſe ad vendendum domum, vel ſolum continuum, quando Vicinus ædificare vult ad ornatum Vrbis. Nam licet Bulla, vel Ius Congrui corrigat Regulam Iuris cōmunis; quod *nemo inuitus vendere cogitur*: non tamen corrigit aliam Regulam, quod in pari caſu Dominus idem facere volens in re ſua, præfertur omnibus aliis. *l. Si cum dotem, §. fin. ff. ſ. ſol. matr. l. Ex facto, ff. ſ. de pecul. Caputaquen. deciſ.* 49.

Ad hoc tamen, vt ius congrui, vbi adeſt, non reddatur eluſorium præfigendus eſt terminus Domino: quo elapſo, ſi non ædificet; ſolum, vel domus eſt adiudicanda ſecundum formam Iuris congrui. *Rota apud Coccin. dec.* 2.

3 *Subhaſtatio* facta non præſente pecunia, nulla eſt, niſi de cōſenſu creditoris. *Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 23.

† Item non liquidato valore ſeu intereſſe, quando non fit executio ſuper ipſa ſpecie quæ debetur. *Othob. deciſ. 7. n. 2. & ſeqq.* *

4 Si promitto tibi vendere rem pro eo pretio, quod inuenietur; & quidam Nobilis, vel potens vult emere minoris, quam valeat, cuius timore nemo plus offert: hoc non debet attendi, nec promittenti præiudicat. Ita ex Bartolo notabiliter ſummatur, & notatur *l. Si Pater* 12. *iuncta l. ſeq. ff. v. de pact. dotal.*

Immo offerens plus iuſto pretio in præiudicium tertii, tenetur crimine ſtellionatus; Text. ſecundum Bart. in *l. 3. §. Item ſi quis, ff. n. de crimin. ſtellion. Oinot. Inſt. de his qui ſunt ſui; §. fin. num* 1.

5 Licet Venditor in emptorem rei venditæ dominium transferre non teneatur. *l. Si ita, §. 1. ff. v. de contrah. empt.*

Emptor tamen dominium pretij pecuniarii in Venditorem transferre tenetur. *l. Ex empto, ff. v. de act. empt.*

6 Doctioribus operam ſuam carius vendere licet. *Emanuel Sà, v. venditio, num.* 2.

7 Is, cui datum fuit aliquid ad vendendum, non poteſt ſibi exceſſum retinere, ſi pluris vendidit, *vt dixi lib. 3. Ciuilium tit. 27. n.* 5.

8 Qui ſciens, & volens rem vendit pretio viliſſimo, donare præſumitur, quod deeſt iuſto pretio. *Nau. c. 23. num. 85. Emanuel Sà. v. emptio, n.* 3.

9 Vendens rem pro nummis furtiuis, tenetur nummos reſtituere, ſi nummos eſſe furtiuos cognoſcat, antequam eos ita miſceat cum propriis, vt diſcerni nequeant: alioquin minimè. Non ratione rei acceptæ, cum nihil retineat alienum: acquiſiuit enim dominium nummorum poſt commixtionem. Non ratione iniuſtæ acceptionis; cum accipiendo bona fide nummos furtiuos non peccauerit. Non denique ratione contractus; quia nullum contractum Venditor iniit cum illo, à quo fuerunt nummi ſubtracti. *Bonac. de contr. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 1. num. 4. Leſſ. lib. 2. c. 14. n.* 22. *Ex l. Si alieni.* 78. *ff. n. de ſolut.* Vbi dicitur, quod ſi alieni nummi inſcio, vel inuito Domino, ita mixti eſſent, vt diſcerni non poſſent, eius fierent, qui accepit.

Alij *Ex §. Quod ſi frumentum. Inſt. de rerum diuiſione.* per quod tamquam poſterius, dicunt eſſe correctam ſupradictam legem tamquam priorem, vbi habetur, per commixtionem non acquiri dominium, ſed per confuſionem tantum, contrarium tenent.

Vide Dian. 4. tr. 4. reſol. 67. vbi vtramque harum opinionum probabilem vocat: *& quod ego dixi lib. 2. Ciuilium tit. 1. num.* 70.

10 Venditor, niſi ab Emptore acceperit pretium rei venditæ, vel habuerit fidem de pretio ſoluendo, vel acceperit pignora, ſeu fideiuſſores pro illo, non transfert dominium rei venditæ in emptorem. Vnde fructus percepti, antequam pretium ſoluatur, pertinent ad Venditorem, cum res Domino fructificet. *Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 2. pun. 7. §. 1. num* 4.

Venditor verò, qui rem emptori tradidit, habita fide de pretio, non habet vllam actionem cōtra tertios poſſeſſores, quibus emptor iterum rem vendidit, etiam ſi ipſe emptor incipiat vergere ad inopiam. Non perſonalem, cum non adſit inter eos Contractus aliquis, vel quaſi, delictum, vel quaſi: non realem, quia dominium earum rerum ſibi non reſeruauit, vt ſuppono, ſed in emptorem transtulit. *Bald. in l. penult. C. de oblig. & act. Oinot. de act. §. Omnium num.* 14.

11 Adminiſtratores Eccleſiæ non poſſunt vendere, neque permutare bona eius, habita fide de pretio, vel futura permutatione, ad hoc, vt transferatur dominium in accipientem. *Rota in vna Lucana Terrarum Veneris 16. Maij 1603. coram Ludouiſio, & eſt in ordine* 113.

VENENVM. Excommunicatio.

VERBVM.

Prædicator. Regula. Teſtamentum.

1 Verba laſciua, turpiaque canens, dicens, vel audiens, peccat mortaliter, ſi in eis cum affectu ad res ſignificatas deliberatè delectetur. *Nau. c. 16. n.* 14.

2 Verba ad extraneum ſenſum trahenda ſunt, cum res, de qua agitur, aliter ſalua eſſe non poteſt. *l. 4. C. de lib. præter.*

3 Verba in dubio in potentiori ſignificatu ſunt intelligenda. *l. Bones, §. Hoc ſermone, ff. n. de verb. ſign.*

4 Verba ſtatutorum ſtrictè, & propriè debent intelligi. *Vt not. in l. 3. §. Hæc verba, ff. n. de neg. geſt.*

Niſi ſtatuta ſint fauorabilia, *vt dixi libro 1. Ciuilium tit. 2. num.* 43.

5 Verba enunciatiua abſque cauſæ cognitione, & eorum, quæ non ſunt in poteſtate proferentium, non præiudicant. *Rota apud Farin. p. 1. t. 1. deciſ. 53. n.* 7.

6 Verborum geminatio denotat ſpecialem animaduerſionem loquentis, & animum deliberatum. *Rota deciſ.453. n.3.*

VERECVNDIA.

QVanto teſtimonium alicuius reputatur maioris pōderis, tanto ab eo magis quis verecundatur.

Poteſt autem teſtimonium aliquod maioris ponderis reputari, vel propter certitudinem veritatis, vel propter effectum: Certitudo autē adeſt teſtimonio alicuius propter duo.

Vno quidem modo propter rectitudinem iudicij: ſicut patet de ſapientibus, & virtuoſis, à quibus homo, & magis deſiderat honorari, & magis verecundatur. Vnde à Pueris, & beſtijs nullus verecundatur propter defectum recti iudicij, quod eſt in eis.

Alio modo propter certitudinem eorum, de quibus eſt teſtimonium; quia vnuſquiſque bene iudicat, quæ cognoſcit. Et ſic magis verecundamur à perſonis coniunctis: quæ facta noſtra magis conſiderant: à Peregrinis autem, & ignotis, ad quos facta noſtra non perueniunt, nullo modo, vel ſaltem minus, verecundamur.

Ex effectu autem eſt aliquod teſtimonium magni ponderis propter iuuamentū, vel nocumentum ab eo proueniens. Et ideo homines magis honorari deſiderāt ab his, qui poſſunt eos iuuare; & magis verecundantur ab his, qui poſſunt nocere. Et inde etiam eſt quod quantum ad aliquid, magis verecundamur à Perſonis coniunctis, cum quibus ſemper ſumus conuerſaturi; quaſi ex hoc nobis perpetuum proueniat nocumentum. Quod autem prouenit à peregrinis, & tranſeuntibus, cito pertranſit. *D.Thom.2.2.quaeſt.144.3.c.*

VESPERAE.

NOn poteſt prohiberi ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, ne in ieiunijs quadrageſimalibus cantentur Veſperæ poſt prandium, 1603. Crema 18. Nouemb. 142.

VESTIS.

Maria. Miſſa. Penſio.

1 A *Sartore* retineri poteſt, donec merces ſibi ſoluatur. *Oinot. De rer. diuiſ. §. Si tamen, n.4.*

2 Veſtimenta ſacra ad obuoluenda cadauera ſeu feretrum, vel loculum exornandū, adhiberi non debent. *c. Nemo per ignorantiam, de conſec. diſt.1. Iul. Lauor. tit.2. c.2. n.40.*

Nec ad quaſcumque res profanas. *Bonac. t.2. de legib. diſp.3. quaeſt.2. n.14.*

Probabile tamen, eum, qui non in eadem, ſed mutata forma, vtitur re ſacra ad profanos vſus, non peccare mortaliter. *Diana 5. tr. 13. reſol. 76.*

3 De prohibitione vſus Rocchetti, ijs quibus de Iure non competit, nec non Coctæ habentis manicas ſtrictas ad inſtar Rocchetti, habetur decretum Sacræ Rituum Congregationis in principio Miſſalis.

VEXATIO. Simonia.

VIATICVM.

Euchariſtia. Infirmus. Regularis.

VICARIVS.

Abbas. Abbatiſſa. Canonicus. Capitulum. Clauſura. Conſeruatorium. Delegatus. Epiſcopus. Gubernator. Locatio. Monitorium: Neceſſitas. Parochus. Scriptura. Taxa. Et in Can. lib.1.tit.28.

1 VIcariorum genera multa ſunt. 1. Vicarius Papæ ſiue Apoſtolicus. 2. Epiſcopi præſertim generalis. 3. Capitularis. 4. Foranei. 5. Parochorum, & aliorum Rectorum. 6. Regularium. 7. Monialium. *De quibus quicquid huc vſque decreuit, vel declarauit ſacra Epiſcoporum, & Reg. Congregatio, retuli in meis Compendijs.* Sed hic etiam aliqua per ordinem apponere nō grauabor: & primis de Vicario.

IN GENERE.

1 NVmerus. Non debent dari plures Vicarij ſiue tribunalia iuxta dominia, ad quæ ſe diœceſis extendit, 1604. Aiqui 16. Februarij 25.

Sed bene quælibet Ciuitas, vel diœceſis habere debet ſuum Vicarium. *Supra Epiſcopus 11. & infra num.40.*

2 *Iuriſdictio.* Vicarius quocumque habitu, & loco Diuinis interſit, iuriſdictionem ſibi competentem exercere valet; modo permittat, vt quiſque ſuo fungatur officio, 1621. *Caſtellaneta 20. Iulij* 202. §.2. Debet enim Chorum frequentare, 1596. Gaeta 22. Ian.7.

3 *Officium, &c.* Non debet Romam ſcribere pro re leui, 1601. Theano 14. Nou.235.

Sed bene pro graui, puta pro delicto commiſſo contra Epiſcopum, 1602. Theano 1. Octobris 105.

Et alijs occurrentijs grauioris momenti in defectum Epiſcopi, 1602. Caſtro 26. Nouembris 134.

4 Non debet inſtigatorem agere contra carceratos in foro Laicali, 1601. Rieti 19. Iunij 155.

5 *In functionibus*, abſente Epiſcopo: ſubintrat prima Dignitas, & cæteri per ordinē. Nec Vicarius vti Vicarius poteſt Miſſas ſolemnes cantare; Sanctiſſimum Sacramentum, aut Sacras Reliquias paratus deferre, nec alijs Eccleſiaſticis functionibus ſe miſcere: ſed tātum præeſſe, vt omnia ſuo ordine fiant, 1592. Saſſari 14. Aprilis 48. 1600. Biſignano 16. Maij 53. 1611. Spoleti 22. Decemb. 119. 1627. Ortona 19. Septembris 137.

6 *Pro exercitio Pontificalium*, præſertim pro degradatione, debet abſente, vel deficiente Epiſcopo proprio, aliquem Epiſcopum vicinum aduocare, 1601. Parma 2. Ian. 41. *Infra num. 68.*

† Non

† Non poteſt tamen dare licentiam exercendi Pontificalia ſine ſpeciali mandato. C.C. 25. Iunii 1608. *

7 *Præcedentia*. Vicarius in Choro, ſi non ſit Canonicus, debet in digniori Sede, vel loco ſedere, nõ tamen in ſolio Epiſcopali, 1596. Gaeta 22. Ian. 7.

Et ſi dignior Sedes eſſet occupata, Dignitates, & Canonici deſcendere debent inferius vno gradu, 1589. 28. Aug. fol. 268. §. 8. 1590. Lecce 14. Aug. 189.

8 *Incenſum* dari non debet ter Vicario licet Apoſtolico, nempe in principio Miſſæ, poſt Euangelium, & in Offertorio, ſed in offertorio tantum; abſente quidem Epiſcopo ter, præſente verò bis ducto thuribulo; neque ei deferri debet Euangelij liber oſculandus: quia hæc ſunt Epiſcopi priuilegia, 1589. 28. Aug. fol. 268. §. 9. 1595. Gaeta 14. Ian. 40.

9 *Canonici* compelli non debent ad deducendum Vicarium à Palatio ad Eccleſiam, & e conuerſo; quia hoc eſt proprium priuilegium Epiſcopi, 1589. 28. Aug. fol. 268. §. 10. *v. Canonicus. Epiſcopus.*

10 *Salarium, & Emolumenta* ſolita, præſertim de fructibus menſæ, Vicarius habere debet, 1606. Ventimiglia 8. Martij 28.

Non tamen de funeralibus, quibus non interfuit, 1601. Aliffe 20. Febr. 87. §. 17. 1627. Ortona 17. Septembris 137.

11 *Pœna*. Vicarius, qui ſcienter præſtat auctoritatem depoſitis fictis Monialium, tenetur de proprio, 1604. Rieti 26. Ian. 9.

12 *Remouendus* moneri ſolet, vt ſponte licentiam petat, 1601. Città di Caſtello 20. Auguſti 197.

Sed non ideo priuatur alijs officijs, 1601. Matera 17. Septembris 208.

13 Remouetur autem, qui pecuniam accipit pro eo, quod non debet. Qui non defendit libertatem, & iura Eccleſiaſtica: Publicè tortus. Bannitorum cauſa damnatus. Qui filios baſtardos habet. Qui negotia gerit illicita. Qui Clero, & Populo non eſt acceptus, 1601. Otranto 6. Aug. 181. 1602. Matera 22. Ian. 12. Ferentino 17. Septembris 100. 1603. Faenza 23. April. 50. Manfredonia. Loreto 28. Iunij 11. 1604. Aſſiſi 3. Febr. 18.

Item propter intereſſe Camerale; vel quia Prælatus non poteſt ſoluere tantum ſalarium 1602. Nullius Altamura 19. Nouembris 127. 1650. Aleria 10. Iunij 1. & 2.

Item is, cui à S. C. fuit prohibitus acceſſus ad Monaſteria Monialium, 1645. Terracina 10. Nouembris 42.

Multo minus debet talis de nouo deputari, neque Vicarius foraneus 6. Octobris 113.

Vicarius autem quilibet poſt finitum, vel renunciatum Officium, non poteſt cognoſcere de cauſa, quæ ſibi delegata fuerat ſub nomine Vicariatus: licet ſecus ſit de Canonico, vel alio Prælato, 1604. Oſſeruanti 4. Maij 36. Barboſ. alleg. 54. num 155. & ſeqq.

§. 2. DE VICARIO Apoſtolico.

14 *Papæ* Vicarius in Vrbe deputari ſolet aliquis Cardinalis ad vitam, qui iuriſdictionẽ habet in Vrbe, non autem extra Vrbem, præſertim vltra diſtrictum, niſi ei ſpecialiter cõmiſſa fuerit. *C. ſua Nobis* 5. *De Off. Vic.* Extra Curiam verò ſiue Vrbem.

15 *Apoſtolicus* Vicarius dicitur, qui mittitur à Papa, vel à Sac. Epiſcoporum Congregatione cum Breui, vel litteris, ad regendam aliquam diœceſim, ſiue Sede plena; ſiue vacante, cum tota iuriſdictione Epiſcopali.

16 *Cauſæ* mittendi Vicarium Apoſtolicũ multæ ſolent eſſe.

I. Quando Epiſcopus non expediuit Bullas poſt multos annos; ex quibus fuit prouiſus, & percepit fructus, 1645. Oſſero 9. Septembris 11.

II. Quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus à iuriſdictione, 1645. Trani 19. Maij 10. Biſignano 9. Iunij 6. Lanciano 23. Iunij 3. 1650. Trani 8. Febr. 11. Lanciano 10. Martij 7. 30. Septembris 10. 1651. Alatri 5. Maij 10. 1653. Melfi 2. Maij 58.

III. Vel propter ætatem grauem impeditus, & fere penitus inhabilis, 1582. S. Agata 7. Decembris 17.

IV. Vel alias male regit ſeu gubernat, 1604. Volturara 22. Nouemb. 66. 1601. Saſſari 6. Auguſti 187.

Puta ſi eſt ſordidus, & committit extorſiones, 1602. Theano 15. Ian. 8.

Maximè quando ſubditi hoc petunt, 1602. Trani 23. Iulij 78.

V. Quando eſt moroſus in ſoluenda penſione, 1646. 17. Auguſti.

VI. Vel formandus eſt proceſſus contra ipſum Epiſcopum, 1642. Anglona 17. Maij 2.

Maximè ſi Romam euocatur, 1653. Crotone 2. Maij 58.

VII. Quando Epiſcopus non vult reſidere, 1619. Caſſano 23. Martij 47.

VIII. In executionem decretorum viſitationis Apoſtolicæ, cum Ordinarius admonitus in id inuigilare non curat, 1580. Soana 8. Martij 58.

IX. Quando Epiſcopus non vult recipere Vicarium ſibi miſſum ab Vrbe, vel impedit ei iuriſdictionis exercitium, 1614. Theano 8. Nouemb. 103. 21. Nouemb. 111.

X. Cum Eccleſia vacat per mortem violentam, 1645. Ariano 8. Decemb. 2.

XI. Quando inſurgunt multa inconuenientia propter imperitiam Vicarij Capitularis, vel adſunt plures Vicarij Capitulares, 1646. Triuento 2. Martij 10. Tropea 13. Iulij 26. 1647.

1617. Motola 8. Nouembris 10.

XII. Cum Eccleſia diu vacat, 1649. Aleria 28. Iunij 7.

Maximè ſi adſunt inconuenientia, præſertim in adminiſtranda Iuſtitia, 1655. Vgento 17. Septemb. 283.

XIII. Quando Theſaurarius Generalis ita cenſet expediens propter intereſſe Cameræ Apoſtolicæ, 1650. Aleria 10. Iunij 9.

XIV. Quando Vicarius Capitularis remouendus eſt, vel vocatur ad Vrbem pro ſua iuſtificatione, 1600. Spoleti 13. Nouemb. 3. 1650. Aſti 30. Septemb. 1. 1653. Monopoli 2. Maij 59.

XV. Quo magis Diuino ſeruitio, quieti Animarum, regimini Eccleſiæ Clerique proſpectum ſit, 1650. Coſenza 10. Iunij 2.

XVI. Propter alios grauiſſimos reſpectus, 1645. Ariano 8. Decembris 2.

17 *Sede Vacante*. Vicarius Apoſtolicus deputatus à Papa durat etiam Sede Apoſtolica Vacante, 1590. Lecce 17. Nouemb. 187. Caſtellaneta 198.

18 Capitulum non poteſt deputare nouũ Vicarium, quando Vicarius Epiſcopi mortui fuerat miſſus à Papa, vel à Sac. Congreg. 1578. Aquila 4. Agoſto 112.

19 Ex abundanti tamen Sacra Congreg. ſolet, occurrente caſu, prohibere Capitulis electionem Vicarij Capitularis, 591. Spoleto 2. April. 256. 1628. Lecce 22. Decembris 152. 1647. Biſignano 2. Auguſti 5.

20 Vicarius Apoſtolicus Sede Vacante poteſt expedire litteras, quæ dirigi ſolent Vicariis Epiſcopalibus, ac dare dimiſſorias poſt annum, & infra annum arctatis, ac ſi eſſet Vicarius Capitularis, 1628. Aquila 22. Sept. 116. *Intellige, niſi hoc ei ſpecialiter prohibeatur.*

21 *Iuriſdictionem* eamdem habet Vicarius Apoſtolicus, quam habebat Epiſcopus. Vnde Appellationes à ſententijs ipſius deferuntur ad Metropolitanum, non ad Papam, vt declarauit S. M. Gregorius XIII. 1580. Salerno 7. Iunij 106. 1586. Capaccio 22. April. 328. 329.

Item debet exequi litteras, vel Bullas, vel diſpenſationes, directas Epiſcopo vel eius Vicario, ac ſi dirigerentur ipſi Vicario Apoſtolico, 1583. Aſſiſi 10. Maggio 118. 1632. Biſignano 18. Martij 25.

Item viſitare diœceſim. Et ſi viſitet cum ipſo etiam Epiſcopus, non poteſt Epiſcopus ſe ingerere in viſitatione, ſed ſolum in exercitio Pontificalium, confirmando, vel quid ſimile, quod occurreret. Et ne Clerus eo caſu grauetur duplicibus expenſis, Epiſcopus, & Vicarius ſimul non poſſunt ducere ſecum pluſquam quinque perſonas, 1601. Caiazzo 20. April. 191. 1632. Coſenza 19. Nouemb. 78. 1652. Biſignano 23. Aug. 22. 23.

Si verò velit Synodum celebrare, ſine interuentu Epiſcopi id facere debet, 1628. Lecce 22. Septembris 115.

Non tamen ſumere poteſt informationes contra Vicarium ſuum anteceſſorem, neque ſequeſtrare bona, vel iura ipſius ad inſtantiam cuiuſcumque ſine licentia Sac. Congreg. quia par in parem non habet imperium, 1587. Larino 15. Decemb. 286. 1588. Aſſiſi 21. Iunij 110.

Multo minus ſe intromittere in cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus, perſonam Epiſcopi concernentibus: niſi ſuper his à Curia Romana mandatum acceperit, 1640. Caiazzo 20. Aprilis 40.

Neque in redditibus Menſæ, niſi quantum ſibi debetur pro ſuis prouiſionibus, 1585. Capaccio 8. Octobris 206. 20. Octob. 221. 1646. Lanciano 17. Nouemb. 6.

Ad ipſum tamen ſpectat inuigilare ſuper manutentione introituum Menſæ, 1652. Trani 7. Iunij 2.

Nec prætendere poteſt Canonicorum aſſiſtentiam; quia hoc eſt proprium priuilegium Epiſcopi. *ſupra num.* 9.

22 *Dimiſſorias* de iure concedere poteſt Vicarius Apoſtolicus. *cap. Is cui. iuncta gloſ. de elect. in 6. Et Sacra Congregatio* 1580. *ſæpius reſcripſit Vicario Apoſtolico Soanen. vt* 26. *Aprilis fol.* 88.

Hodie tamen illis hæc facultas auferri ſolet in Breui, 1641. Trani 9. Iunij 22.

In Statu Eccleſiaſtico ſolent prohiberi ſolum dimiſſoriæ pro ſacris ordinibus, 1648. Terracina 26. Iunij 13.

Et hac prohibitione ſtante, non poteſt cõcedere dimiſſorias neque illis, qui obtinuerunt reſcriptum à Sacra Congr. *expectent ætatem*: ſed adueniente ætate, debent ſupplicare de nouo, 1650. Trani 30. Decemb. 22.

Hæc tamen facultas ſolet à Sac. Congreg. concedi, ſaltem ad tempus limitatum, puta ad annum, illis, qui multum diſtant ab Vrbe, 1622. Larino 3. Aug. 88. 1629. Coſenza 14. Septembris 118. 1645. Nullius Pinarolo 11. Auguſti 13.

23 *Beneficia*. Dum mittitur Vicarius Apoſtolicus ad regendum aliquem Epiſcopatũ, nõ ſolet Epiſcopo auferri collatio beneficiorum, niſi in breui Apoſtolico expreſsè caueatur, in quo aliquando Vicario Apoſtolico datur Collatio Eccleſiarum Parochialium in menſibus Ordinarij; Beneficiorum ſimpliciũ ex ſententia Sacræ Congregationis nunquã; niſi id per Papam alicui extra ordinem concedatur. Quod vero expreſſum non inuenitur, ad collationem Ordinarij in ſuis menſibus pertinere, & remanere cenſetur. Et ita obſeruatur, 1586. Taranto 3. Decemb. 926.

Ad Vicarium tamen Apoſtolicum ſpectat facere concurſum, eligere magis idoneum, ac fidem mittere ad Datariam, vel ad Epiſcopũ, reſpectiuè, 1628. Lecce 9. Iunij 63. *ſupra v. Concurſus*.

24 *Epiſcopus* verò nullam habet iuriſdi-ctionem in Vicarium Apoſtolicum, adeo, vt nec informationes capere poſſit cõtra ipſum, neque officio finito; multo minus edictis honorem illius deturpare, 1612. Theano 30. Martij 32. 1627. Monopoli 16. Octob. 129.

Nec dum adeſt Vicarius Apoſtolicus tenere poteſt Vicarium generalem, nec alio modo ſeſe in iuriſdictionem ingerere; adeo vt nec litteras Apoſtolicas ſibi ſub nomine Dignitatis directas exequi poſſit, 1641. Nolj 27. Sept.

25 *Reſidere* tenetur, nec poteſt ad longum tempus diſcedere, aliumue ſubſtituere, ſine licentia S. C. 1601. Spoleti 19. Iunij 153. 1647. Lanciano 7. Iunij 10.

Neque vocatus à Principibus, 1603. Meſſina 27. Maij 57. 28. Nouemb. 140.

Neque acceſſurus ad Vrbem, 1600. Rieti 12. Decembris 28.

26 *Salarium, & Emolumenta.* Habere debet ducenta ſcuta annua monetæ Romanæ, niſi in Breui aliter exprimeretur, & quindecim ſcuta ſimilia pro acceſſu, & totidem pro receſſu, plus minus ſecundum diſtantiam locorum, 1580. Capaccio 30. Septembris 155. 1603. Caiazzo 17. Febr. 19.

Quæ prouiſio non incipit currere à data Breuis, ſed ab ingreſſu Ciuitatis, ex quo cœpit iuriſdictionem exercere; quia pro viatico dantur ſibi expenſæ acceſſus, 1611. Brindiſi 10. Iunij 61. 1640. Caiazzo 23. Nouemb. 129.

Si tamen deputaretur Vicarius reſidens in eadem Ciuitate, non poſſet prætendere expenſas acceſſus, ſicut nec receſſus, ſi ab ea nõ recederet, 1645. Biſignano 9. Iunij 6. 1646. Triuento 2. Martij 10.

Vnde non poteſt prætendere receſſum, vſquequo diſcedat, 1640. Caiazzo 23. Nou. 129.

Si tamen Epiſcopus cum reſiduo decenter ſuſtentari non poſſet hoc ſalarium eſſet diminuendum, 1604. Nullius Altamura 7. Decembris 73. 1647. 2. Aug. 20.

Puta ad ſcuta 150. 1653. Ferentino 22. Augusti 146. Cotrone 3. Octobris 179.

Præterea debet habere ſolita honoraria pro decretis, non tamen emolumenta ſigilli, 1585. Aquila 24. Octobris 220. 1615. Theano 21. Auguſti 80.

Datur verò facultas in ipſo Breui Vicario Apoſtolico ſumendi ſuam prouiſionem ex redditibus Menſæ, eiuſque fructus ſequeſtrãdi, 1600. Caiazzo 29. Nouembris 17. 1602. Theano 17. Septembris 100.

27 *Remouetur* Vicarius Apoſtolicus, quando Prælatus non eſt potens ad ſoluendum tantum ſalarium, 1602. Nullius Altamura 19. Nouembris 127.

Et quando Eccleſiæ fuit prouiſum de Paſtore, 1653. Ciuita Caſtellana 7. Nouembris 190. num. 15.

Et quando Epiſcopo reſtituitur regimen, 1653. Beneuento 14. Febr. 5. n. 2.

Et in alijs caſibus ſupra relatis n. 13.

DE VICARIO EPISCOPI Generali.

28 *Quid.* Licet reuera inter Vicarium, & Officialem, quando ſunt generales, nulla ſit differentia; Romanæ tamen Curiæ ſtylus habet, vt in delegationibus ad Italiam, Vngariã, Dalmatiam, Epirum, Cretam, Siciliam, Corſicam, & Partes Orientales, Verbo Vicarij ſẽper vtatur: vltra Alpes verò, vt in Hiſpania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, Affrica, & vltramarinis, verbo *Officialis.* Sbroz. *lib. 1. quæſt. 2. n.* 10.

29 *Qualis* n. 47. & 48. Debet eſſe ætatis 25. ſaltem annorum. *Azor. p. 2. c. 43. quæſt. 2. num.* 65.

30 Item Doctor, vel Licentiatus in Iure Canonico, 1582. Putignano 28. Auguſti 115. 1635. Triuento 6. Octobris 33. 34. *& alibi ſæpiſſime.*

Immo, & Vicarij Abbatum debẽt eſſe idonei Doctores, ſi iuriſdictionem exerceant extra Monaſterium, 1603. Calaritan. 23. Dec. 151.

Et hoc in Vicario Epiſcopi præcipuè locũ habet: quando Epiſcopus ipſe Theologus eſt, & non iuriſta, 1591. Arbe 23. Aprilis 263.

Ne ſemper indigeat Aſſeſſore, 1594. Caiazzo 11. Maij 140. §. 3. 1650. Monteſiaſcone 12. Auguſti 7.

Nec ſufficit eſſe Theologum, 1605. Sorrento 15. Nouembris 81.

Et interim dum prouidetur, datur Doctor pro conſultore. *Ibidem.*

Aliquando tamen conceſſit Sacra Congregatio poſſe tenere Vicarium non Doctorem, alias tamen idoneum, præſertum dum Epiſcopus Iuriſta reſidet, 1590. Trahu 15. Iunij 154. 1593. Oria 29. Martij 85.

Poteſt autem eſſe de gremio Capituli, modo ſit exterus, 1601. Trahu 3. Septemb. 202. 1603. Meſſina 23. Iulij 83.

31 *Laicus* non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. *c. 22. In nona 16. q. 7. c. Decernimus. De iudic.*

Si tamen Epiſcopus, vt in Germania, & aliquibus locis Regni Neapolitani, feudum ſeu iuriſdictionem ſæcularem haberet; pro ea Vicarium laicum deputare poſſet.

Non expedit tamen deputare in huiuſmodi feudis Eccleſiaſticis Iudices perpetuos, maximè laicos; & quandoque debet Epiſcopus aliquas cauſas per ſe, vel per ſuum Vicarium cognoſcere, vel alijs Clericis aut Laicis delegare: nam alias Eccleſia curreret periculum amittendi iuriſdictionem illam per vſurpationem Laicorum. *Sac. Epiſcoporum Congreg.* 1581. *Mantoua à S. Carlo* 16. *Maggio* 34. *&* 1582. 3. *Iulij* 86.

Et ſi Epiſcopus fuit ſolitus deputare Clericos

cos pro adminiſtratione baroniæ ſuæ Eccleſiæ, manuteneri debet in ea quaſi poſſeſſione, non obſtante contraria pragm. quæ eſt prima. *in tit. de Eccleſ. perſon. Sac. Epiſcoporum Congr.* 1607. *S. Marco* 23. *Aprilis* 28.

32 *Clericus Coniugatus*, licet cum vnica & Virgine, non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. *Ex d. c. In nona* 16.*quæſt.*7. *Lambertin. p.*1. *quæſt.* 1. *art.*3. *num.*3. *Sanchez de Matrim. lib.*7.*diſp.*46. *num.*14. *Sac. Epiſcoporum Congregatio* 1612. *Trahu.* 11. *Septembris* 84.

33 *Bigamus* multo minus. *C. Vnic. de Cler. Coniug. in* 6.

34 *Nec Monachus* Religionis Mendicātis, ſeu ſtrictioris non Mendicantis. Alij vero ſecundum aliquos poſſunt creari Vicarij: dummodo adſit conſenſus ſuorum Superiorum, natalium defectu non laborent, & habeant cætera requiſita. Sed Sacra Congregatio non probat, quod Regulares ſint Vicarij Epiſcopi: tum quia non decet eos extra clauſtra degere; nec poſſunt *Ex Clem. VIII. conſt.*60. §.19. Tum quia Iuſtitiam à Iuriſconſultis potius quam à Theologis adminiſtrari conuenit, 1591. Capaccio 17. Decembris 390.

Niſi cum alijs requiſitis habeant etiam licentiam Apoſtolicā degendi extra Clauſtra, 1593. Capaccio 17. Nouembris 294.

Vel niſi ſit Abbas, qui habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in perſonas ſæculares: nam hic poteſt deputare Vicarium Monachum Iuriſperitum. Quod ſi talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum Sæcularem Doctorem: Et ſi id minus fieri poſſit, poterit facere Vicarium Monachum non Doctorem, aſſignando ei Doctorem pro Aſſeſſore, ſine cuius conſilio nihil facere poſſit, quod requirat altiorem indaginem, 1603. 23. Decembris fol.151. 1605. Nullius Tramutola 21. Nouembris 83.

Sacra Congregatio quoque conceſſit aliquando licentiam aſſumendi Regulares in Vicarios Epiſcopales, Cæleſtinos, & etiam Dominicanos, &c. 1593. Pozzuolo 3. Febr. 29. 1606. Trahu. 15. Iulij 56. Veſte 15. Nou. 87.

Vicarius quoque Patriarchæ Latini Conſtantinopolitani ſolet eſſe de Minoribus Obſeruantibus, 1618. 22. Decembris 411.

† Poſtea circa 1622. Vicariatus ſupradictus translatus fuit ad Minores Conuentuales, apud quos permanſit vſque ad annum 1651. quo ſuppreſſus fuit, & vnitus cum Suffraganeatu. *

35 *Nepos*, vel filius fratris Epiſcopi non poteſt eſſe Vicarius eius, 1577. Oſtuni 19. Septembris 16. 1611. Muro 4. Febr. 12. 1622. Trani 17. Iunij 64. 19. Auguſti 95. 1614. Mileto 18. Iunij 81. 1646. 8. Iunij 1. 1647. 11. Octobris 2. 1648. 2. Octobris 11.

Nec Frater, præſertim ſi non eſt Doctor, 1578. Como 2. Decembris 15. 1579. 20. Gennaro 37. 1600. Meſſina 11. Ianuarij 2.

Immo laudatur, qui nec Patruelem vult habere Vicarium, 1611. Taranto 6. April. 15.

Nec alium conſanguineum, 1656. Ariano 56. §. 10.

Niſi hoc S.C. ad aliquod tempus concedat propter bonas qualitates ſubiecti, ac aliorum idoneorum penuriam, 1655. Nullius Peſcia 1. Octobris 272.

36 *Originarius* Ciuitatis, vel diœceſis non poteſt eſſe Vicarius: nam propter conſanguinitates, affinitates, familiaritates, & alias attinentias, poteſt deuiare à recto tramite Iuſtitiæ, vel certè ſe reddere Partibus ſuſpectum, 1587. Oſtuni 28. Luglio 168. 1593. Spalatro 9. Martii 58. 1598. Senegaglia 10. Februarij 6. 1640. Sutri 16. Nouemb. 124. *& alibi ſæpiſſimè.*

Solet tamen quandoque S. C. diſpenſare, vt Epiſcopus, præſertim reſidens, tenere poſſit Vicarium diœceſanum, dummodo non det occaſionem querelarum: idque multis de cauſis.

I. Quod Epiſcopus adhuc extraneum idoneum inuenire nequiuerit, 1645. Molfetta 11. Aug. 10. 1646. Fondi 25. Maij 5. Oppido 24. Aug. 8. 1647. Città della Pieue 23. Aug. 4. 1650. Tropea 29. Ian 4. Narni 18. Febr 7. Vel quod Vicarius exterus nō tam cito poſſit tam accedere, 1645. Molfetta 6. Octob. 20.

II. Propter tenuitatem fructuum Eccleſiæ, 1640. Sutri 7. Decemb. 137. 1645. Fondi 29. Septembris 7.

III. Propter aeris intemperiem, 1645. Fondi 29. Septembris 7.

IV. Propter notitiam bonarum qualitatum talis Vicarii diœceſani, qui ſit eximius in regimine, 1648. Monte fiaſcone 4. Septembris 4. 1649. Città della Pieue 4. Martij 4.

37 *Reſidentiam*, quod requirat beneficium obtinens, præſertim cum Animarum cura, & maximè ſi extra Ciuitatem, & multo magis ſi extra diœceſim, non poteſt eſſe Vicarius. *Sacra Congregatio ſæpiſſimè. Loca congeſſi in Compendio Epiſcoporum v. Vicario* 7.

Nam generaliter eſſe Parochum, & Vicarium ſunt officia malè compatibilia in eadem perſona, 1603. Maſſa 19. Ian. 9.

Ex eo quod, vt quis benè exerceat alterum ex dictis officijs, alteri neceſſariò deeſſe cogitur, 1640. Sutri 16. Nouemb. 124.

Et ſi habet inimicitias, debet renunciare beneficium, 1611. Ruuo. Bari 9. Septemb. 83.

Neque poteſt Vicariatum retinere ex eo, quod habeat Coadiutorem in Parochia, 1621. Albenga 8. Iunij 74.

Fallit hoc in Archidiacono, qui licet habeat curam Animarum; tamen Epiſcopo, & eius Officialibus abſentibus, abſque alia commiſſione exercet Vicariam, etiam dando dimiſſorias, ac monitoria concedendo: nam eſt Vicarius natus. *Sbroz. lib.*1. *quæſt.*2. *num.*10.

† Archi-

† Archipresbyter Terræ Capranicæ conſtitutus Vicarius Generalis Sutrinus, ita demum permittendus in eo munere perſeuerare, ſibi reſideat in Oppido Capranicæ, & non euocet ad illud oppidum Sutrinos inuitos. Ita die 22. Aug. 1607. fuit reſponſum Canonicis Sutrinis petentibus ipſum ab officio remoueri. *

38 *Pænitentiarius* non poteſt eſſe Vicarius, ne ſuſpicionem ingerat, quod in adminiſtratione Iuſtitiæ vtatur ſcientia Confeſſionis; niſi tantæ apud omnes eſſet opinionis, vt excluderetur huiuſmodi ſuſpicio, 1611. Rimini 28. Ian. 11. 13. Maij 50. 15. Iulij 67.

39 *Creare* Vicarium nõ poteſt Epiſcopus, antequam poſſeſſionem apprehendat Eccleſiæ: poſtea vero ſic, licet nondum fuerit cõſecratus, & etiam ſine conſenſu Capituli. *Sbroz. de Vicario Epiſcopi, quaſt. 46. num. 15. Azor. par. 2. lib. 3. c. 43. quaſt. 2.*

Sed an Epiſcopus teneatur, & cõpelli poſſit ad Vicarium conſtituendum? *Barboſa de pot. Epiſcopi alleg. 14. num. 125. Contra Azor. loco cit.* aſſerit Rotam in multis deciſionibus tenere negatiuam.

Si tamen Epiſcopus negligat expeditionẽ Cauſarum, præſertim ſi ſit Theologus non juriſta, Sacra Congratio ei præcipere ſolet, vt Vicarium conſtituat: alioquin illi aliquẽ mittit ab Vrbe, vel aliunde pro tali officio exercendo, vel cum Breui Vicarii Apoſtolici, vel cum patente Vicarij Epiſcopalis, nomine tamen tenus. Nam reuera talis Vicarius miſſus ab Vrbe eſt Vicarius Apoſtolicus, & iuriſdictionem habet priuatiuè quo ad Epiſcopũ, nec Epiſcopus illum remouere poteſt, 1605. Sauona 17. Septemb. 1650. Motola 5. Agoſto 1. 1591. Città di Caſtello 2. April. 256. 1594. Milano 8. Febr. 38. 1632. Biſignano 18. Martij 35. Caſtro 26. Martij 38.

Item quando Vicarius Archiepiſcopi eſt alicui diœceſi ſuſpectus, deputatur alius appellationum Iudex pro illa diœceſi, 1601. Bertinoro 9. Ian. 49.

40 *Numerus*. Non poteſt Epiſcopus conſtituere plures Vicarios generales, ſed vnum tantum, niſi ſecus habeatur de conſuetudine. *Sbroz. lib. 1. quaſt. 50. Quaranta verbo Capitulum Sede Vacante. Sac. Epiſcoporum Congr.* 1599. *Lanciano 24. Martij 21.* 1614. 21. *Febr. 8.*

Si tamen habeat plures Ciuitates, & diœceſes, debet pro vnaquaque tenere ſuum Vicarium generalem, 1594. Sutri 7. Iunij 161.

Sed non debet habere plures Vicarios, vel Tribunalia iuxta numerum dominiorum, ad quæ ſe diœceſis extendit, 1604. Aiqui 16. Februarij 25. *Supra num. 1.*

41 *Priuilegia*. Poteſt eſſe Delegatus Papæ; quia in Dignitate conſtitutus eſt. *gloſ. v. Delegatus. Clem. 2. De reſcriptis.*

(Et percutiens Vicarium Epiſcopi poteſt per Epiſcopum ſaltem per triennium ad triremes damnari. *Riccius reſol. 132.*)

42 Et gratiarum, quæ in Romana Curia conceduntur, executor. *Barboſa alleg. 54. n. 136.*

Quod Amplia, vt habeat locum etiam in Vicario Epiſcopi nondum conſecrati. *nu. 138. arg. c. 2. De translat. Epiſcopi.*

Et in Vicario Capituli Sede Vacante, *n. 137.*

Limita verò non habere locum in Vicario foraneo, *num. 139.*

43 Vicario generali celebranti; licet ſit Protonotarius, nõ debent inſeruire duo Cappellani ſicut Epiſcopo; neque accendi quatuor candelæ, *niſi id propter ſolemnitatem diei. Sac. Rit. Congreg. 7. Aug. 1627. Gauant. in rubr. Miſſali par. 1. tit. 20. verſ. Ant vero.*

Neque accipere paramenta de altari. *ead. 7. Iulij 1607.*

Niſi propter neceſſitatem, cum alius locus congruus ad accipienda paramenta non adeſt: Et tunc non in medio Altaris; ſed in cornu Euangelij, ſicut alij Sacerdotes faciunt in caſu ſimili, debet accipere paramenta. *Gauant. par. 1. tit. 2. §. 2. In princip.*

44 *Præcedentia*. Vicarius generalis in Choro, in Eccleſia, & vbique, præcedit omnibus Canonicis, & Dignitatibus, etiam primæ poſt Pontificalem, ſiue Archidiaconus, ſiue quomodocumque vocetur, 1586. Mondoui 20. Aug. 669. Leſina 3. Octobris 826, 1604. Vicenza 16. Martij 34.

Etiam Epiſcopo præſente; maximè ſi talem illi locum aſſignauerit. *Barboſa alleg. 54. num. 144. & de Can. c. 5. n. 55.*

Vnde Vicario debent dari Candelæ, palmæ, & thus ante Canonicos, & Dignitates, exceptis iis, qui cum Paramentis aſſiſtunt, 1600. Biſignano 16. Maij 53.

Et debet præcedere etiam Gubernatori Ciuitatis, ſi eſt Laicus, 1591. Città di Caſtello 2. Aprilis 256. *ſupra v. Gubernator.*

Limita tamen primo, quando adeſſet aliquis Canonicus Epiſcopus, nam tali ex Sac. Rit. Congreg. aſſignatur locus ſuper omnes Canonicos, & Dignitates.

Limita 2. quando Canonici incedunt parati. *Barboſa Collect. Bullar. v. Vicarius 3. ſupra verſ. Vnde.*

Limita 3. ſi Vicarius eſſet Canonicus, quia tunc ſedere, & incedere deberet in loco ſuo, & cum habitu Canonicali, ſi diſtributiones lucrari vellet, 1594. Sutri 24. Agoſto 237. verſ. Nell'officio. 1599. Lanciano 24. Martij 21. Barboſa alleg. 54. num. 144.

Limita 4. quia ſedere non debet in Sede Epiſcopali, 1600. Biſignano 16. Maij 53. *Supra num. 7.*

Limita 5. in Vicario Capitulari, quem præcedit Archidiaconus, vt infra num. 67.

Limita 6. in Vicario foraneo, qui nullam præeminentiam ex hoc ſuper alios Presbyteros,

ros, vel Clericos habet. Barboſa alleg.54.num. 139. Vide infra num.82.

Limita 7. in Archidiacono Spoletano, qui communiter nuncupatur Prior: nam is intra Eccleſiam de Conſuetudine præcedit Vicarium Generalem.

† In Synodo verò indiſtinctè debet habere locum ante Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, 19. Septemb.1637. ad 6. *

45 Iuriſdictio Vicarij generalis non eſt delegata, ſed Ordinaria; quia eſt eadem cum iuriſdictione Epiſcopi, cum quo facit idem conſiſtorium. Vnde ſi ſit ſuſpectus Epiſcopus, ex hoc ſolo Vicarius vt ſuſpectus recuſari poteſt. Barboſa alleg.54. n.149.

46 Hinc eſt, quod à Vicario ad Epiſcopum non datur appellatio, nec valet contraria conſuetudo. c.2. de conſuet. lib.6. c. Romana. De appell. eod. Innoc. c. Quanto 3. de translat. Epiſcopi.

Amplia, vt à Vicario generali nec ſupplicatio dari poſſit ad Epiſcopum, niſi pro reſtitutione in integrum aduerſus ſententiam. Maranta par.6. tit. Et quandoque appellatur n.382.

Limita tamen I. quod appellatio ab Interlocutoria, quæ non ſit mandata executioni, nec cauſæ finem imponat, nec ſit geminata, nec tranſierint decem dies, à Vicario ad Epiſcopum admittitur: nam, & ipſe Vicarius eam reuocare poſſet. Cald. de poteſt. nom. c.2. num.38.

Limita II. vt admittatur appellatio à Vicario ad Epiſcopum de cauſis ei ſpecialiter delegatis, quæ non veniunt ſub generali commiſſione Vicariatus, nec ei cum ipſo Vicariatu demandatæ ſunt: Sanch. lib.3.diſp.29. n.6.

Limita III. vt ab Archidiaconis, & Vicarijs foraneis admittatur ad Epiſcopum appellatio. c. Romana, §. Ab Archidiaconis. De appell. lib.6.

Limita IV. quia Epiſcopus poteſt eſſe teſtis coram ſuo Vicario, & cognoſcere de cauſa ſuſpicionis ipſius Vicarij. Tuſcus tom.8. Cōcluſ. 186. num.2.

Limita V. vt admittatur appellatio à Vicario ad Epiſcopum, quando Vicarius non eſt generalis in ſpiritualibus, & temporalibus: nam talis non facit idem conſiſtorium cum Epiſcopo. Tuſcus n.4.

47 Sed hinc exoriuntur duo dubia. Primum, eſt quando an Vicarius dicatur Generalis in ſpiritualibus, & temporalibus?

Reſp. quod quando habet commiſſionem, non ſpecialem tantum ad hanc, vel illam cauſam, ſed generalem ad omnes cauſas concernentes vtramque adminiſtrationem, tam ſpiritualem, quam temporalem; licet forſaſſe nihil poſſit in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum.

Ad ſpiritualem adminiſtrationem ſpectat excommunicare, ſuſpendere, interdicere, ſacramenta conferre, vel conferendi facultatē concedere, conferre beneficia, viſitare, inquirere, inſtituere, eligere, confirmare electos, corrigere, punire, votum, vel iuramentum commutare aut relaxare.

Temporalis autem adminiſtratio, vel eſt in iudicio, vel extra iudicium.

Temporalem adminiſtrationem generaliter in Iudicio Vicarius habere dicitur, cum habet iuriſdictionem temporalem pleno iure quo ad merum, & mixtum imperium. c. Conqueſtus. c. Cum contingat. De foro compet. c. Dilectus De off. Oler. c. fin. Ne cler. vel Mon. in 6.

Extra vero iudicium adminiſtratio temporalis conſiſtit, vt poſſit Eccleſiæ bona locare, alienare, permutare, cenſus, redditus, & penſiones colligere. Azor. t.2. Inſt. mor. lib.3. c.41. verſ. Si quæras.

48 Secundum dubium eſt, an Vicarius conſtitutus in loco, vel parte diœceſis cum facultate generali pro omnibus cauſis eiuſdem loci, vel partis; intelligatur Delegatus? an vero Vicarius generalis Epiſcopi, & per conſequens an exequi poſſit litteras Apoſtolicas directas Vicario generali, pro ſubditis tamen eiuſdem loci, vel partis?

Sacra, &c. cenſuit, Vicarium, vt præfertur, deputatum, eſſe Delegatum, non autem Vicarium Epiſcopalem generalem: ideoque litteras Apoſtolicas exequi non poſſe, 1628. Nullius 22. Decembris 150.

Et per cōſequens à tali Vicario ad Epiſcopum admittitur appellatio, iuxta ſupradicta n. 46. limit.5.

49 Multa ſunt, quæ Vicarius ex ſola cōmiſſione generali ſine mandato ſpeciali, exequi non poteſt, ex quibus 47. ex Barboſa, alleg.54. ſacris canonibus, Sacræ Congregationis decretis, & alijs auctoritatibus, exemplificans in can. lib.1. tit.28. De off. Vic. n.11.

Non eſt tamen neceſſarium, quod in commiſſione ſpeciali facienda Vicario, ſpecificētur omnes illi 47. caſus; ſed ſufficit aliquos exprimere, cum clauſula generali ad omnia alia, quæ requirunt ſpeciale mandatum. Barboſa alleg.54. n.124.

Maximè ſi excipiantur aliqui, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. l. Quæſitum, §. Denique. l. Nam quod liquidæ, §. ff. i. de penu leg. gloſ in l. His verbis, ff. i. de legat.3. Rota apud Seraphin. deciſ.718. n.7.

50 Item Vicarius Epiſcopi de cauſis menſæ Epiſcopalis poterit cognoſcere, & iudicare, prout iuſtum fuerit: in alijs verò cauſis Epiſcopus coram Iudice competente procedat contra ſuos ſubditos, 1586. Leſina 7. Octobris 825.

51 Poteſt item Vicarius Epiſcopi exequi commiſſiones, & litteras Apoſtolicas, quæ prius directæ fuerāt Vicario Capitulari, 1614. Parma 6. Auguſti 98.

52 Sa-

52 *Salarium*, ſeu prouiſionem Vicarius ab Epiſcopo debet habere, ſed non horum loco emolumenta Cancellariæ, 1603. Senegaglia 16. Octobris 117.

Nec minus quinquagenis aureis in ſingulos annos, 1606. Ventimiglia 8. Martij 20.

Vel centenis monetæ, 1616. Gaeta 5. Febr. 22

Vnde reputatur abuſus intolerabilis, quod Vicarius ſoluat reſponſionem Epiſcopo. *c.* 1. 2. *& 3. Ne Prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant*, 1616. Montalto 1. Octob. 125. 1617. 1. Ian. 6. 14. Martij 49.

Vicarius tamen Epiſcopi defuncti non poteſt petere ſalarium ab Epiſcopo ſucceſſore pro ſeruitio Prædeceſſori præſtito. *Barboſa num.* 179.

53 *Expirat*, ſeu finitur iuriſdictio Vicarij duobus modis I. Reuocatione Epiſcopi; niſi ita ignoretur à Populo, vt faciat errorem communem.

Eſt tamen notandum, quod in remotione Vicarij, debet haberi ratio honoris ipſius, nec fieri ſine graui cauſa: alias redintegrari mandatur, 1601. Spalatro 3. Iulij 161. 164. Trahu 3. Septemb. 202. 1649. 8. Octobris 6. 7. 13.

Eſt autem vna ex iuſtis cauſis, ſi de Vicario audiuntur multæ querelæ, 1601. Spalatro 5. Februarii 74.

Item cum non bene gubernat, nec certiorem facit Sacram Congregationem de cauſis grauioris momenti in defectu, vel abſentia Epiſcopi, 1603. Giorgento 27. Octobris 125. Trani 3. Decembris 144.

Item ſi ſcribit irreuerenter ad S. C. 1601. Rieti 3. Septembris 203.

Et ſi irreuerenter tractat aliquem S. R. E. Cardinalem, 1655. Sauona 19. Nouemb. 311.

Vel ſi caret circumſpectione, & prudentia, licet in reliquis idoneus eſſet, 1601. Piacenza 11. Septembris 240.

Vel ſi eſt excommunicatus, 1649. 18. Iun. 3.

Vel ſi mandatis S. C. obedire renuit, 1645. Parma 17. Aug. 18. 1649. Aſcoli 23. April. 1.

Vel ſi eſt oriundus ex Ciuitate, vel diœceſi, 1625. Piſtoia 19. Octobris 132. 1640. Sutri 16. Nouemb. 124. *ſupra num.* 36.

Vel ſi eſt Regularis, 1615. Iſtria 16. Octob. 102. 1619. Spalatro 12. April. 56.

II. Expirat iuriſdictio Vicarij per mortē Epiſcopi, quando ita notificata eſt, vt non ſit de ea communis error, licet à Vicario ignoretur. Eadem ratio eſt de translatione.

III. Si verò Epiſcopus ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, & denunciatus talis, vel publicus percuſſor Clerici, vel ſi captiuus in manus Hoſtiſi deuenerit: tunc iuriſdictio Vicarij non expirat ſimpliciter, ſed ſuſpenditur, quia eſt acceſſoria iuriſdictioni Epiſcopi, ſed tunc verus Vicarius manet, ac iuriſdictionem habitualem in animo retinet. Vnde ſi aliqua cauſa committatur Vicario talis Epiſcopi à iuriſdictione ſuſpenſi, ipſe poterit eam expedire: cum ex vna parte verus Vicarius ſit, & ex altera iuriſdictio non dimanet ab Epiſcopo. gloſ. *v.* Officialem, cap. 2. De Off. Vic. lib. 6. Barboſa 3. p. alleg. 54. num. 154. & ſeqq. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. diſp. 30.

Quæ tamen dicta ſunt, non procedunt in Vicarijs, ſeu Commiſſarijs Inquiſitorum: quorum poteſtas, fauore fidei, non finitur per mortem ipſorum Officialium, etiam ſi conceſſa fuiſſet ad beneplacitum. *Diana* 4. *tr.* 8. *reſol.* 19. *ex c. Ne aliqui*, 10. *de hæret. in* 6.

Vicarius Epiſcopi non tenetur ſtare Sindicatui. In ſeq. §. III.

DE VICARIO Capituli.

54 *Quis*. Vicarius Capituli in multis differt à Vicario Epiſcopi.

I. Vicarius Capituli non habet facultatē exequendi litteras Apoſtolicas, directas Epiſcopo, quando viuebat, vel eius Vicario, 1577. Motola 17. Decembris 41.

Poterit tamen exequi Breuia benedictionū generalium, vel alia mandata ſiue litteras directas Epiſcopo defuncto, vel eius Vicario ſub nomine Officij, niſi talis poteſtas ei auferatur, vel limitetur à S. C. 1604. Trani 26. Ianuarij 11.

Et ad ſcrupulos auferendos, quia decreta pro temporum diuerſitate non nihil pugnare videntur, Sacra Congregatio facillimè dat eis facultatem, 1604. Acerra 6. Septemb. 36. 1610. Acerenza 24. Octob. 170. 1624. Campli 6. Martij 36. *Barboſa de Can. c.* 42. *num.* 60. *Diana* 5. *tr.* 14. *reſol.* 29.

II. Vicarius Capituli non poteſt concedere licentiam erigendi noua Regularium Monaſteria in vim. *c.* 3. *ſeſſ.* 25. *Conc. Trid. de Regular. Sacra Congregatio* 19. *Febr.* 1633. *Lezana v. Monaſteria Regularium, num.* 3.

III. Vicarius Capituli tenetur ſtare ſindicatui, vt diſponit *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 16.

Et reddere rationem adminiſtrationis, non quidem Capitulo, ſed Epiſcopo futuro. *Trid. ibi.* 1600. Catania 31. Ian. 13. 1623. Hydruntin. 19. Maij 64.

Licet eſſet remotus de licentia S. C. 1601. Matera 16. Iulij 178.

Non autem Vicarius Epiſcopi, vt reſcripſit Gregorius XIII. ad Clerum, & Populum Tarentinum. *Barboſa alleg.* 54.

Et ſi errauerit, Epiſcopus prouidebit, prout iuſtum fuerit, 1601. Taranto 20. Aug. 197.

Deputando Delegatum non ſuſpectum, ſi ipſe cauſam cognoſcere non vult, vel non poteſt, quia ipſe quoque ſit ſuſpectus; & dimittendo ipſi Delegato liberam Iuſtitiæ adminiſtrationem, 1592. Brindiſi 13. Nou. 211.

IV. Capitulum non poteſt Vicarium ad libitum reuocare ſine cauſa per S. C. approbanda. *Sac. Epiſcoporum Congregatio* 1603. 1. *Septemb. Meſſina* 6. *Martij* 1613. *& alia,quæ pleniſſimè congeſſi in meo Compendio num.*223. Vicarius verò generalis remoueri poteſt ad arbitrium Epiſcopi, *vt dictum eſt num.*53. Sicut etiam Vicarius deputatus à Metropolitano in *vim cap.* 16. *ſeſſ.*24. Concilij Tridentini, quando Capitulum infra octo dies Vicarium non creauit, remoueri poteſt ad nutum ipſius Metropolitani, vt cenſuit *Sacra Congregatio in vna Liman. die* 29. *Septembris* 1625.

Vna de cauſis remouendi Vicarium Capitularem vt indignum, eſt, ſi patitur aliquid fieri contra libertatem Eccleſiaſticam. *Sacra Congreg. Epiſcoporum Capitulo Materano* 17. *Iulij* 1601.

Item ſi ſine cauſa inhibet Suffraganeo, vel eius Vicario exercitium ſui Officij, 1600. Taranto 17. Ian. 3. 1604. Matera 8. Maij 54.

Item ſi Vicarius Capitularis non reſideat, 1622. Triuento 7. Iunij 61.

Item ſi eſt debitor Capituli, 1646. Nullius Altamura 13. Iulij 12.

Si accipit pecuniam pro dimiſſorijs, quam iuſſus non ſtatim reſtituit, 1604. Trani 17. Maij 59.

Denique ſi patitur multas exceptiones, Cleroque, & Populo eſt inuiſus, 1604. Napoli 26. Ian. 12.

V. Vicarius Capituli poteſt exercere totam iuriſdictionem Capitulo competentem, etiam in illis caſibus, in quibus Vicarius Epiſcopi non poſſet ſine ſpeciali mandato. Nam cum Concilium *ſeſſ.*24. *cap.*16. arctet Capitulum ad eligendum Vicarium, qui totam iuriſdictionem exerceat, non videtur neceſſaria alia ſpecialis commiſſio. *Diana* 6. *tr.*7. *reſ.*41. Maximè cum priuatiuè, non cumulatiuè, quoad Capitulum iuriſdictionem obtineat, 1655. Otranto 1. Octobris 250. Nardò 17. Septembris 244.

55 *Electio* Vicarij Capitularis fieri debet capitulariter,& per ſecreta ſuffragia; alioquin, nulla eſt, 1625. Sicilia 18. Nouemb. 134.

Intra octo dies à die mortis, vel translationis Epiſcopi, vel eius notitia, 1601. Taranto 27. Nouemb. 240. 1604. Ruuo 1. Iunij 65.

Et à Capitulo Cathedralis,non Collegiatæ, Cathedrali ſubiectæ, 1647. 13. Septemb. 14.

Foraneus verò,à Capitulari confirmandus, eligi poteſt à Collegiata, ſi ſit conſuetudo, 1604. Brindiſi 16. Ian. 28. 1605. 10. Ian. 4.

56 Electio Vicarij Capitularis facta ante veriſimilem notitiam vacationis eſt nulla, licet Capitulum eſſet certum de imminenti morte, vel translatione Epiſcopi, 1652. Nardò 24. Maij 1. & 2. *Ex c. Bona* 36. *il ſecondo de elect.*

57 Propter ſolam abſentiam Epiſcopi,dūmodo non deuenerit Captiuus in manus Hoſtium, non poteſt Capitulum deputare Vicarium Capitularem; licet moreretur, vel alias deficeret Epiſcopalis: ſed recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicā pro prouiſione, 1616. Meſſina 11. Ian. 65. *ex c. penult. iuncta gloſſa v. Mortem. De ſupplen. neglig. Prælat. in* 6.

Et interim adminiſtrabit Archidiaconus, qui eſt Vicarius natus, *vt ſupra num.*37.

58 Capitulum non poteſt eligere Vicariū, quando Vicarius Epiſcopi defuncti miſſus fuerat à Sede Apoſtolica, vel à S.C. 1578. Aquila 4. Aug. 112. *Arg. d. c. penult.*

59 Capitulum Sede Vacante debet eligere Vicarium iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.*24. *c.* 16. ſimpliciter, abſque Aſſeſſore (niſi tamen ipſe in caſibus particularibus aduocare vellet Aſſeſſorem ſibi bene viſum) & abſque reſtrictione vel clauſula aliqua mutationis, vel reuocationis ad beneplacitum; vt is à ſeipſo, ſine alio Aſſeſſore eiuſdē Capituli, poſſit tamquam Ordinarius, libere Iuſtitiam adminiſtrare, 1587. Gaeta 20. Octobris 229.

Adeo vt deputatio Aſſeſſoris facta à Capitulo ſit nulla, 1604. Acerra 22. Nouemb. 67.

Neque apponere reſtrictiuam, vt Vicarius Capitularis non poſſit procedere contra aliquem Capitularem abſque conſenſu Capituli, 1593. Reggio 26. Iulij 192.

Vel ſine Adiunctis, 1628. Salerno 16. Iunij 69.

Neque cum pacto, & conditione participandi de emolumētis,1606.Brindiſi 8.Maij 37

Neque reſeruare ſibi facultatem ſignandi ſupplicationes, diſtribuendi Conciones, vel ſuperintendentiam Seminarij, 1654. Todi 11. Decembris 252.

Vel faciendi gratiam condemnatis ab ipſo Vicario, vel cognoſcendi de cauſis ſuſpicionis ipſius Vicarij, ac Iudicem non ſuſpectum Partibus deputandi, vel alia reſtrictiua inſolita: ſed Vicarius electus liberè vti poterit ſuā iuriſdictione abſque vllo reſpectu ſupradictarum conditionum, 1628. Salerno 16. Iunij 69.

Neque ad certum tempus, puta tres menſes; ſed pro toto tempore vacationis Eccleſiæ, 1604. Potenza 7. Maij 60. 1641. 30. Aug. 1647. 3. Maij 14. 15. Nouemb. 2. 1648. 14. Feb. 6. 1653. Sutri 21. Nouemb. 203. n.23.

60 Vicarius Capitularis eligi debet de gremio, ſi adſit idoneus, 1593. Trani 22. Febr. 51. 1602. Nepi 10. Iunij 62.

61 Debet eligi Doctor, ſi adſit: alioquin electo eſt nulla, 1598. Trani 25. Febr. 18. 1653. Pozzuolo 27. Martij 32.

Et deuoluitur ad Metropolitanum, 1603. Mazara 23. Decemb. 155. 156. 157. *Ex Trid. ſeſſ.*24. *cap.*16.

Prout ſæpius declaratum fuit à Sac. Congregatione Concilij, & etiam Epiſcoporum, 1629.

1629. Oſtuni 10. Nouembris 98.

Nec ſufficit, quod ſit Magiſter in ſacra Theologia. *Sacra Congr.* 28. *Aug.* 1621. *Et* 9. *Ian.* 1601. *Bouino*, iuſſit remoueri Decanum non doctorem, & eligi Archidiaconum Doctorem.

Habilis tamen non Doctor tolerari poteſt, cum Doctor nequit haberi, 1603. Pozzuolo 23. Iulij 81.

Sed in caſibus, in quibus opus erit conſilio, Vicarius non Doctor eliget Conſultorem ſibi bene viſum. *Barboſa de Can. cap.*42. *n.*52.

62 Capitulum, poſtquam Metropolitanus ob eorum negligentiam deputauit Vicarium; non poteſt amplius purgare moram, 1603. Mazara 27. Octobris 123.

63 Quando Capitulum non eligit Vicarium in tempore, nec Metropolitanus negligentiam ſuppleuit, deputatur à Sacra Congregatione, 1603. Sutri 10. Iunij 62.

Quæ aliquando id commiſit Epiſcopo viciniori, 1654. Sagona 18. Decemb. 275.

Sicut etiam quando Capitulum *cõtra c.Omnipotens Deus 4. de accuſat.* elegit inquiſitum ante abſolutionem: eo tamen pacto, vt eligat idoneum de gremio eiuſdem Capituli, 1656. Montepeloſo. Al Veſcouo di Grauina 21. Maij 73.

64 Capitulum non poteſt eligere, niſi vnũ ſolum Vicariũ Capitularem: & ſi eligat plures, electio deuoluitur ad Metropolitanũ, &c. 1596. Caſſano 6. Auguſti 67. 1607. Bobio 12. Martij 17. 1641. Potenza 30. Aug.

Si vero ſucceſſiuè plures elegit, primo electus debet continuare, modo habeat requiſita, 1623. Velletri 11. Septemb. 91.

Papa tamen in caſu difficultatis commercij deputauit duos Vicarios Capitulares in vna diœceſi: & Sac. Congregatio declarauit, vnũquemque in ſuo repartimento habere iuriſdictionem independentem ab altero, 1654. Vercelli 6. Nouemb. 167.

Verum quia poſtmodum ad Ciuitatẽ Vercellenſem miſſus fuit Vicarius Apoſtolicus cum mandatis faciendi patentẽ Vicario Biellæ, ſecundus declaratus fuit dependens à primo, 1655. 20. Aug. 199.

65 *Aetas* tam Vicarij Capitularis, quam Epiſcopalis, debet eſſe ſaltem 25. annorum. Aetas tamen 23. annorũm permitti poteſt in Vicario Capitulari, ſi alias eſt idoneus, licet non ſemper expediat. *Sac. Congreg.* 11. *Auguſti* 1614. *num.*29.

66 *Formula* commiſſionis faciendæ Vicario capitulari, ad præſcriptum ſupradictorum Decretorum reformatæ. *Nos Archidiaconus, Canonici, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ N. Sede vacante per mortem b. m. N. Epiſcopi R. D. N. I. V. D. ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ex ſacrorum Canonum diſpoſitione Cathedraliũ Eccleſiarum capitula in deficientium Epiſcoporũ (præſertim ſi ex humanis eximi contigerit) locum ſubrogentur, eiſque in ſpiritualibus, & temporalibus ſuccedant; eorum munus erit viduatis Eccleſijs ita conſulere, vt Miniſtrorum ſolertia atque diligentia viduitatis incommoda minimè ſentiri permittant. Ne igitur ſupradicta Eccleſia noſtri culpa aliquid detrimenti in ſpiritualibus, vel temporalibus patiatur; Non dictis ſacris Canonibus, & ſacri Concilij Tridentini decretis, vt par eſt, obtemperare volentes: vocatis omnibus, & ſingulis Canonicis intra tempus octo dierum à dicto Concilio ſtatutum ad Vicarium, qui vices noſtras ſuſtinere debeat, deputandum; congregatiſque ijs, qui debuerunt, potuerunt & voluerunt intereſſe, qui duas ipſius Capituli partes excedebant, ſiue complebant: habitis capitulariter ſecretiſque ſuffragijs ſiue votis omnium, ſeu maioris partis intereſſentium, & vt præmittitur, congregatorũ: Te R. D. N. I. V. D. ſupradictum, de cuius probitate, ſcientia, & ſolicitudine, plurimum in Domino confidimus, Generalem in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarium noſtrum, in prædicta Eccleſia Cathedrali, Ciuitate, & diœceſi, tenore præſentium deputamus, facimus, creamus, & conſtituimus Epiſcopali Sede vacante. Cum omnibus, & ſingulis facultatibus, priuilegijs, honoribus, oneribus, præeminentijs, & prærogatiuis, ad huiuſmodi munus exercendum neceſſarijs, & opportunis. Dantes Tibi plenam, & liberam poteſtatem omnia, & ſingula exercendi, quæ Capitulo Sede vacante in vtroque foro à Iure permittuntur: & proinde cauſas omnes tam ciuiles, quam criminales, & mixtas, etiam hæreſis, & matrimoniales, audiendi, cognoſcendi, prouidendi, & terminandi ac decidendi; cum facultate excommunicationem aliaſque Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas ferendi, & infligendi. Nec non ea omnia faciendi, mandandi, & exequendi, quæ nos facere, mandare, vel exequi poſſumus, etiam ſi requirant ſpeciale mãdatum.* Si Vicarius non ſit Doctor, addatur. *Cum voto tamen idonei Conſultoris I. V. D. tibi bene viſi in ſententiando, & procedendo ad actus quoſcumque irretractabiles, & qui conſilio videbuntur indigere. Præcipimus itaque vniuerſo Clero huius Ciuitatis, & diœceſis alijſque huius Eccleſiæ iuriſdictioni ſubiectis, quatenus Te in Vicarium, Officialemque noſtrum generalem vt præmittitur, recipiant, Tibique tamquam tali in omnibus præmiſſis pareãt, & obediant. Dantes Tibi voces, & vices noſtras, &c. Contradictores etiam, & rebelles pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis compeſcendi. In quorum fidem præſentes ſcribi iuſſimus per infraſcriptũ noſtræ Curiæ Notarium, manu propria ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri Capitularis fecimus impreſſione muniri. Datum, &c.*

67 *Præcedentia* competit Vicario Capitulari ſuper omnes Canonicos, & Dignitates, excepta prima poſt Pontificalem. *Barboſa alleg.*54. *num.* 167. *Et dum eſſem Aſſiſij, reſcriptum fuit à Sacra Congregatione de Menſe Auguſti* 1630.

68 *Iuriſdictio* Vicarij Capitularis eadem eſt, quæ fuit Epiſcopi, 1603. *Rieti* 21. *Nouembris* 134. *Barboſa alleg.*72. *num.*182. *Vide in Can. lib.*1.

lib. 1. tit.28. De off. Vic. num. 21. vbi exemplificaui 22. caſus. Ex quibus nonnullos magis notabiles non piget huc transferre. &

I. Poteſt Vicarius Capitularis diœceſim viſitare, vel viſitatorem deputare, & in Viſitatione decreta facere, dummodo ſit lapſus annus à poſtrema viſitatione, nec faciat nouitates, 1529. Lanciano 10. Iunij 87. 1629. Pampilonen. 3. Febr. & 10. Decembris 1604. Matera 12. Ian. 5. *Extra. Ne Sede Vacante aliquid innouetur.*

II. Similiter diœceſanam Synodum congregare, elapſo ab altera anno. *Gauant. prax. c.2. annot. num.3.*

Extra quam non poterit examinatores eligere, ſed vtetur exiſtentibus, 1604. Napoli 12. Ian. 4. 26. Ian. 10.

III. Dare Epiſcopo licentiam exercendi Pontificalia, puta confirmandi, Eccleſias reconciliandi, &c. in ſua iuriſdictione, 1603. Nepi 15. Decembris 151. *ſupra num.6.*

IV. Poteſt facere concurſum, & mittere electionem ad Datarium, 1604. Rauenna 3. Febr. 18. *Cuius formam retuli in Can. lib.3. tit.5. De praben. num.17.*

69 Limita verò ſupradicta primo, vt non poſſit conferre beneficia ſpectantia ad collationem ſolius Epiſcopi. *c.1. de inſtit. in 6.*

Maximè Pœnitentiariam, licet Collatio ſit communis. *Garzias par.5. c.4. num.*1545.

70 Limita 2. vt non poſſit concedere dimiſſorias intra annum non arctatis occaſione beneficij recepti, vel recipiendi. *Conc. Trident. ſeſſ.7. c.10.*

† Nec vllus Vicarius Sede Vacante, licet Apoſtolicus ſit. C.C. Smyrn. 16. Martij 1641. c.5. 39. 217. §. 17. *

Præſentati verò ad beneficia dicuntur arctati. *Ex Congr. Conc.* 1594. *Squillace 3. Ian.* 7.

† Non autem occaſione recipiendæ penſionis. *C. C. lib.*15. *Burgen.* 262. *

Vicarius tamen Capitularis dat dimiſſorias poſt annum, & infra annum arctatis, non Capitulum, 1604. Napoli 12. Ian. 4. 1653. Aleria 24. Ian. 21.

Dummodo ſint ſubditi diœceſis, 1602. *Nullius S. Ilaro, & Iſola, 2. Iulij* 69.

† Non arctatis verò Vicarius Capitularis dimiſſorias intra annum dare non poteſt neque in Regno Boëmiæ, vbi Concilium non eſt publicatum, *lib.*18. 406.

Quia ſufficit publicatio facta Romæ. *lib.*78. 182. v. Concilium. Præterquam quo ad decretum Matrimonij. *v. Matrimonium.* *

71 Nec donationem Iuriſpatronatus confirmare. *Barboſa alleg.*71. *num.*24.

72 Nec Præbendas ſeu portiones ſupprimere. *Barboſa de Can. c.*42. *num.*112.

73 Nec Monaſteria exempta, etiam Monialium, viſitare, niſi adſit alicubi contraria conſuetudo. *Barboſa alleg.* 73. *num.*25. *Rationem habes infra num.* 75.

74 Non poteſt Regulares ab Epiſcopo defuncto examinatos, & ſimpliciter approbatos, vel ad tempus nondum elapſum, iterum examinare. *Supra v. Confeſſarius.*

75 Secundum aliquos exequi non poteſt ea, quæ competunt Epiſcopo iure delegationis: vnde de cauſa hæreſis contra Exemptos cognoſcere non poteſt; quia hoc non competebat Epiſcopo iure ordinario, ſed tamquā Apoſtolico Delegato, *Diana* 4. *tr.8. reſol.*33.

Nec abſoluere à caſibus ſeu cēſuris occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vel diſpenſare in irregularitatibus *in vim Conc. c. Liceat, Bonac. tom.*1. *de cenſur. diſp.*4. *quæſt.*5. *pun.*1. *n.*7.

76 Non ſuccedit Epiſcopo in poteſtate iuriſdictionis extraordinariæ, ſaltem in iis, quæ ſunt reſeruata dignitati Epiſcopali, qualis videtur eſſe conceſſio Indulgentiarum ſecundum *Bonac. tom.*1. *de Sacram. diſp.*6. *quæſt.*1. *pun.*3. *num.*23.

Sed quo ad Indulgentias non deſunt tenētes affirmatiuam.

77 Nec prohibere, ne quis Sede vacante, promoueatur ad ordines, 1604. Siracuſa 16. Martij 38.

78 Imminente prouiſione Eccleſiæ, non debet expedire cauſas, quæ patiuntur dilationem, niſi fuerint ſibi ſpecialiter delegatæ, ſed derelinquere prouiſionem nouo Epiſcopo, 1601. Narni 15. Maij 135. 21. Maij 143. 1604. Napoli 17. Maij 58.

Præſertim abſtineat à dandis dimiſſorijs, vel teſtimonialibus ad ordines, 1654. Breſcia 20. Nouembris 210.

79 *Salarium* competentem habere debet Vicarius Capituli, 1601. Ventimiglia 15. Octobris 220.

Puta quatuor ſcuta ſingulis mēſibus, 1654. Caſale 21. Auguſti 103.

Non tamen maius eo, quod habebat Vicarius Epiſcopi defuncti, 1602. Ventimiglia 15. Ianuarij 8.

80 *Remotio. ſupra num.*54. §.4.

DE VICARIO Foraneo.

81 *Locus.* In oppido numeroſo, à Ciuitate remoto, teneri debet Vicarius foraneus ſecundum ſolitum, 1605. Marſi 8. Febr. 12.

82 *Præcedentiam* ſuper alios Presbyteros non habet ex hoc ſolo, quod eſt Vicarius foraneus, niſi contrarium haberetur de conſuetudine; neque ſuper hoc innouatio fieri debet, præſertim Sede vacante, 1587. Oria 9. Ian. 15. Noli 15. Septemb. 205. 1600. 16. Maggio 46. 1601. Trani 2. April. 117.

83 *Emolum.* Tertiam pœnarum partem à feſtorum Violatoribus exactam, ſibi, & executoribus applicare poteſt, *Sacra Congreg. Epiſcopo*

ſcopo Theanen. 5. *Februarij* 1591.

84 *Oblig.* Vicarius foraneus, vel alii Rectores, non tenentur Curſoribus, vel alijs Epiſcopi Miniſtris, per diœceſim diſcurrentibus, miniſtrare, niſi cubile,& lumen: & ſi victum eis præbeant,ab Epiſcopo repetere poſſunt. *Sacra Congregatio Vicario Apoſtolico Licien.* 5. *Februarij* 1591.

Si à principio habuerunt animum repetendi, 1602. Bagnarea 6. Aug. 80.

85 *Reſidere* debet in eodem loco, vel alio non multum diſtanti, 1646. Troia 22. Decẽbris 22.

86 *Iuriſdictio* Vicario foraneo concedi debet ad cognoſcendum cauſas ciuiles vſque ad ſummam ſex ducatorum; ne Partes pro qualibet re leui cogantur adire Ciuitatem, 1590. Troia 27. Martij 78.

In criminalibus verò capiendi ſolum informationes, & referendi, 1592. Motola 9. Iunij 92.

Immo vbi eſt conſuetudo,vt cauſæ omnes Cleri alicuius oppidi, ciuiles, criminales, & mixtæ (exceptis iis,pro quibus imponi debet pœna corporis afflictiua) cognoſci debeant per Vicarium foraneum illius oppidi, datur mandatum de manutenendo in ea poſſeſſione,vel quaſi, 1597. Taranto pro oppido Martinæ 7. Iulij 58.

DE ALIIS VICARIIS.

87 *Parochorum*, Vicarius ad curam Animarum debet in Parochijs per Epiſcopum deputari, quando Parochus habet temporale indultum, vel impedimentum non reſidendi. *Trid ſeſſ.*6. *c.*2.

88 Vbi Rector ex diſpenſatione Papæ retinet plura Curata, deputatur Vicarius cum congrua portionis aſſignatione illis, quibus Rector ſupereſſe non poteſt. *ſeſſ.*7. *c.*5.

89 In beneficijs Curatis,quæ Monaſterijs, Capitulis, vel alijs quomodocumque ſunt vnita. *ſeſſ.*7. *c.*7.

Vbi videtur moderari. *c. Extirpandæ*, §. *Qui vero. De Præben.* quod requirit Vicarium perpetuum: & Concilium permittit etiam temporalem.

† Monachus Vicarius non niſi amouibilis ad nutum ſuorum Superiorum conſtituitur. C. C. ex Breui 47. Pij V. *Ad exequendum.*

In Eccleſijs vnitis alicui Monaſterio, cum examen per concurſum minimè conſtituendum ſit, eos oportere Vicarios conſtitui, qui à Præfectis Monaſteriorum nominati ſint, & ab Ordinario approbati, non obſtante quod iiſdem fortaſſe in locis nonnulli magis idonei reperiri poſſint. *lib.*17. 66.

† Nam nominatio Vicarii perpetui ad Rectorem, amouibilis ad Epiſcopum ſpectat ex Pio V. conſt.47. *Ad exequendum.* C.C. 8. Aug. 1615.

Quæ tamen Bulla loquitur de Parochialibus vnitis: vnde Vicarius perpetuus Parochialis nulli vnitæ non præſentatur à Rectore. *lib.*50. 483. *Patauina.*

Nominationem tamen Vicarii perpetui, *Rota in vna Tiraſonen.* 19. *Ian.*1583. cenſuit nõ habere locum, quando vacatio contingit in menſe reſeruato. Et in hanc opinionem inclinauit Sacra C. C. *lib.* 18. *n.* 92. *&* 93. Vbi habes etiam aliquot Rotæ deciſiones. Poſtea tamen eadem S. C. C. cenſuit, habere locum nominationem, ſed deputatum teneri litteras Apoſtolicas obtinere. *lib.*18. 119. *

90 Parochis illitteratis,& imperitis,ſi alias honeſtæ vitæ ſint, Vicarij, vel Coadiutores dantur, *ſeſſ.*21. *c.*6.

91 Parochiali vacanti,donec ei de Rectore prouideatur,qui communi vocabulo dicitur Oeconomus. *ſeſſ.*24. *c.*18.

92 *Regularium* Superiorum quoque ſunt qui vices gerunt. Vbi ſolum occurrit notandum, reprobari abuſum, vt,abſente Priore, ſuppleat vices, & faciat officium ſuperioris ille Religioſus, cui per turnum continget eſſe Hebdomadarium in Choro,& in cantanda Miſſa, 1627. 7. Maij 212. *Arg. l. Tutor.* 20. *ff. de teſtam. tutel.*

93 *Monialium*, Si electio Vicariæ per ordinationes Monaſterijs ſpectat ad Abbatiſsã, & Diſcretas, ad Ordinarium verò confirmatio, ita ſeruari debet, nec Epiſcopus amplius prætendere poteſt, 1604. Lamacen. 26. Octobris 61.

94 Non prohibetur per Conſtitutionem Gregorii XIII. vel aliam Pontificiam,ne poſſit eligi Vicaria, quæ triẽnio immediatè præcedenti fuit Abbatiſſa; dum eadem Vicaria non ſit prima Superiorifſa Monaſterij, ſed ſubſit Abbatiſſæ, vel alteri Superioriſſæ,1628. Cremona 28. Iulij 235. 22. Septemb. 298.

Niſi in aliquo Monaſterio adeſſet ordinatio in contrarium. *v. Abbatiſſa num.*6.

95 Quando in Monaſterio ſuccedũt multa inconuenientia ex malo Abbatiſſæ regimine, deputatur in Vicariam aliqua ex Monialibus ſenioribus,Monaſticæque diſciplinæ zelantioribus, ſine cuius participatione,& conſenſu nihil exequendũ decernere poſſit Abbatiſſa, 1629. Monreale 9. Nouemb. 335.

VICINVS. *Mulier.*

1 Propriè dicitur vſque ad eum locum, ad quem communis vox clamantis poteſt exaudiri. *Oinot. de act. fin. regun. n.*14.

2 Vicinus, inuita vicina, domi Meretricem habere non poteſt. *Oinot. de vſu,& habit. in princip. num.* 12.

3 Vicinus præſumitur ſcire facta vicini. *cap. Quanta, de præſumpt.*

VIDVA.

Clauſura. Irregularitas. Iudex.

Pro-

1 P*Rohibitio* admittendi Viduas in clauſuram ad degendũ ibi in habitu ſæculari, 1649. Modena 14. Maii 29.

Sine licentia Sanctæ Sedis, 1647. 19. Iulij 3.

Quæ non datur, niſi pro Monaſterijs numeroſis, 1603. Breſcia 15. Iulij 52.

2 *Si donatiuum* non poteſt ſolui totũ vnica vice, datur licentia ſoluendi dimidium in ingreſſu, & reliquum in fine anni, 1604. Napoli 27. Aprilis 33.

3 *Sola* debet ingredi Vidua, niſi aliud concedat Sacra Congregatio, 1602. Genoua 25. Octobris 69. 1604. Nouara 12. Maij 37. 1614. Cæſarauguſtana 17. Ian. 1.

4 *Moniales* fieri non prohibetur Viduis, 1593. Faenza 8. Februarij 6.

Et in locis numerarijs vacantibus Monaſteriorum, quæ huiuſmodi Mulieres recipere conſueuerunt, non eſt neceſſaria licentia Sacræ Cõgregationis, 1621. Foligno 30. Mar. 48.

5 *In profeſſione* recipere poteſt velum Profeſſarum, ſed non Virginum: neque in hoc S. C. diſpenſat, 1604. Fieſole 20. Decemb. 89.

6 *In Abbatiſſam* eligi non poteſt ſine licẽtia eiuſdem S. C. præterquam inter Conuertitas. *cap. 12. Iuuenculas 20. quæſt. 1.* 1611. Forli 4. Nouemb. 124. 1614. Ripatranſona 28. Februarij 17.

Licet Matrimonium fuiſſet ſolum ratum, non conſummatum, 1619. Spoleto 12. Aprilis 122.

VIGILIA.

Miſſa. Officium.

VINDICTA.

Confeſſarius 10. *Domus. Odium. Pax.*

1 V*Indictam* moderatè ſumere poſſumus; præciſo ſcandalo, & rixa, de Puero, dum ab eo paſſi ſumus aliquam offenſam: ſi Superiores, qui curam eius gerunt, commodè admoneri non poſſunt; vel ſciatur fore, vt vel admoniti nullam pœnam inferant. Ratio eſt, quia cum leuia iuuenum delicta non deferantur in iudicium, non videtur alienum à ratione, ſi is, qui offenſam paſſus eſt, priuatam aliquam vindictã ſumat. *Bonac. de legib. diſp. 6. quæſt. 1. pun 8. num. 11.*

2 Non ſe vindicare, præſertim per viam Iuſtitiæ; quando id recta ratio dictat, eſt peccatum: vnde dicit Chryſoſt. in Matth. *Qui cum cauſa non iraſcitur, peccat: Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit; & non ſolum malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum.* S. Thom. 2. 2. quæſt. 158. 8. ad 6.

Recta verò ratio dictabit vindicandam iniuriam, quando redundat in Dei dedecus; vel damnum proximorum.

VINVM.

D*E Vuis* recens expreſſum, ingruente neceſſitate, poteſt conſecrari mixtum aqua. *cap. Cum omne crimen 7. de conſecr. diſt. 2.*

Si tamen id fieret extra neceſſitatem, peccatum eſſet graue; cum hoc non deceat propter impuritatem muſti. *S. Thom. 3. q. 74. 5. 3. Rubrica Miſſalis. De Defectibus c. 4. num. 2.*

Neceſſitas autem celebrandi cum muſto, non eſt ſolum, quando nõ poteſt haberi aliud vinum: Sed bene quando neceſſe eſſet celebrare ad communicandum Infirmum, vel ad euitandum ſcandalum. Alias ſi Populus non ſcandalizaretur, melius eſſet non celebrare, quam irreuerenter muſtum adhibere. *Rubrica l. c.* Vbi abſolutè dicitur, quod conficiens in muſto tunc de vuis expreſſo grauiter peccat.

VIOLENTIA. *Vis.*

VIRGO.

Clauſura. Conuertita. Mulier. Vidua.

1 V*Ouens* ſimpliciter Virginitatem, cenſetur vouere duo, nempe Virginitatem, & Caſtitatem: vnde licet poſtea ſe corrumpi patiatur, tenetur tamen ſeruare reliquum caſtè viuendo, licet amplius nõ poſſit integrè. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. 3. 2. Nau. c. 12. num. 41. & 43.*

2 *Amittitur* Virginitas Pollutione voluntaria etiam in cauſa, vt cum quis nocturnam optat aut procurat concubitu apto eam facere, vel alio modo voluntariè, etiam ſi per accidens non ſequatur. Quidam tamen dicunt ſine pollutione non amitti. Aiunt, & quidam, Feminam recipientem ſemen, etiam ſine ſignaculi fractione, Virginitatem amittere. *Emanuel Sâ, verbo Virginitas.*

Vnde Virginitatis Aureolam non habebit illa Puella, quæ contactu aliquo externo, vel alia ratione, pollutionem, aut aliam venereã delectationem admiſit, quia talis non eſt vera Virgo coram Deo: Aureola vero debetur illis, qui Virginitatis virtute fulgent, non vero illis, qui Virginitatem tantum naturalem poſſident. *Azor. 3. p. lib. 3. cap. 2. Bonac. de legib. diſp. 8. quæſt. 1. pun. 1. num. 5.*

Vnde qui volunt matrimonium contrahere, vel alias coitum experiri, non habent aureolam, licet per accidens moriãtur Virgines.

3 Si aliqua Virgo per vim corrumpatur, non amittit Virginitatem, niſi illi actui aliquo modo conſentiat: nec etiam Virginitatis meritum perdet, licet taliter oppreſſa concipiat. Nullo tamen modo poterit æquari Matri Dei, in qua fuit cum integritate mentis etiam perfecta integritas carnis. *S. Thom. ibidem ad 4.*

4 *Recuperari* poteſt per pœnitentiam virginitas mentis, corporis autem minimè. *S. Th. ſuppl. quæſt. 96. 3. corp. Azor. 3. lib. 3. cap. 3.*

5 *Dotes*. Commiſſarij, quibus Teſtator demandauit electionem Puellarum pro dote, debent etiã eas proponere ex veriſimili mente teſtatoris, 1601. Reggio 9. Ian. 50.

6 Puella Carcerata, ſed poſtea virgo reperta, non eſt incapax eleemoſynarum dotalium, 1603. Recanati 19. Aug. 96.

7 Vir-

7 Virgo, deficiente Patre, debet habere alimenta, & dotem à Patruo, 1603. Reggio 15. Decembris 148.

8 *In Clauſuram* degere volentes in habitu ſæculari, donec deliberent de ſtatu, non debent admitti; niſi cum circumſpectione: quia maius vtilitate detrimentum afferre ſolent, 1604. Genoua 4. Maij 35.

9 Niſi ſint orphanæ, quæ ſequeſtrari debent in Monaſterijs Monialium, 1604. Bologna 9. Martij 31.

10 Vel niſi velint introduci ad probandũ inſtitutum, 1600. Parma 18. Decembris 19. 1601. 16. Martij 31. &c.

Sed in vno Monaſterio ſolo, 1601. Siena 29. Ianuarij 36.

Requiritur tamen licentia Sacræ Congregationis, niſi ad veſtiendum ſtatim in locis vacantibus intra numerum, 1603. Volterra 1. Septemb. 68. Lucca 16. Octobris 78.

12 Expleto vero tempore conceſſo, ſi habitum non ſuſceperint, dimitti debent, rediturae, ſi voluerint, ad illum ſuſcipiendum, 1604. Volterra 12. Ian. 1.

13 Virgines recipi non debent in Monaſterijs Conuertitarum, 1602. Mazara 23. Aprilis 24. &c. 1604. Turino 1. Iunij 47.

Licet filiæ ſint alicuius Conuertitæ, 1602. Parma 4. Septembris 57.

14 *Exitus num.* 12. Virgines inquietæ debent ea cautela domum dimitti, vt non incidant in honeſtatis periculum, 1601. Monte-fiaſcone 21. Octobris 100.

15 Virgo, etiam pro habitu ſuſcipiendo, ſine licentia Monaſterium ingreſſa, non prius abſoluitur, quam dimiſſa exierit, 1603. Arezzo 13. Maij 36.

Niſi S. C. diſpenſet, 1604. Milano 20. Decembris 89.

16 Virgines è Monaſterijs extrahi nõ debent inuitæ, 1601. Reggio 22. Ian. 33.

Vnde fuit diſpenſatum, vt remaneret in Monaſterio virgo ſex annorum, quæ nolebat exire, 1604. Como 30. Iunij 5.

17 Virgines egreſſas è Monaſterio vltra quatuor dies redire differentes, Moniales amplius recipere non tenentur, licet prius acceptaſſent, 1601. Napoli 25. Octobris 69.

18 Virgo, quæ ſibi ipſi crines abſcindit, ſatis declarat deliberatum propoſitum habitus ſuſcipiendi: vnde non eſt exire cogenda, 1604. Napoli 17. Martij 41. 27. Iulij 22.

V I S. *Auaritia. Metus.*

1 Eſt rei maioris impetus, cui reſiſti non poteſt, *l.* 1. *& fin. & l.* 2. *ff. n. Quod vi. gloſ. c.* 1. *verb. vim. De his quæ vi, lib.* 6.

2 Violentia probata, res amiſſæ probantur per Iuramentum iniuriam paſſi. Et ſuper valore rerum amiſſarum, taxatione Iudicis præmiſſa, & ſecuto petentis Iuramento, poteſt fieri condemnatio. Immo, & quodcumque Intereſſe, violentiæ cauſa paſſum, probatur per Iuramentum iniuriam paſſi, violentia probata. *c. In primis, verſ. Glorioſius vero* 2. 2. *quæſt.* 1. *gloſ. c. fin. de his quæ vi. l. Si quando* 9. *C. Vnde vi.*

3 Vis priuata dicitur, quæ fit ſine armis: & eius pœna eſt confiſcatio tertiæ partis bonorum, infamia, ac priuatio omnium officiorum, & Dignitatum. Vis vero publica, quæ fit cum armis, cuius pœna eſt confiſcatio omnium bonorum ac deportatio. *Oinot. de interd. §. Recuperandæ, num.* 8.

V I S I T A T I O.

Capitulum. Confraternitas. Diſtributiones. Epiſcopus. Hieroſolymitani. Legatum. Præſcriptio. Prouincialis. Roſarium.

O R D I N A R I A.

1 Qvæ latius de hac materia *dixi lib.* 3. *Can. tit.* 39. *de cenſibus num.* 2. *& ſeqq.* hic in Compendium contrahens dico, quod primi, qui viſitandi ius habent, ſunt

Epiſcopi, & Superiores in propria diœceſi. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3.

Quod Amplia I. vt viſitare poſſint, non ſolum per ſe, ſed etiam per alium. *Trid. ibidem.*

Etiam per Regulares in locis non multum inſignibus, 1580. Gaeta 10. Maij 94.

Quando tamen viſitant per aliũ, non poſſunt exigere integram procurationẽ, ac ſi ipſi Ordinarij per ſe viſitarent, ſed aliquid minus dimidia, & reſiduum viſitatis ipſis remanere debet, 1642. Catanzaro 1. Aug. 88. §. 5. 1652. Napoli per Catanzaro 14. Iunii 3. 3. Octob. 11. Biſignano 23. Aug. 22. *infra num.* 10. *limit.* 9.

Amplia II. vt totam diœceſim ſingulis annis, vel ſaltem biennio, viſitare teneantur. *Conc. Ibid.*

Amplia III. vt viſitare teneantur quælibet beneficia curata, licet Monaſterijs, vel alijs locis exemptis ſint vnita. *Trid. ſeſſ.* 7. *c.* 7.

Etiam Parochias ſubiectas Religioni Hieroſolymitanæ: ſed has abſque vlla viſitatorum impenſa, niſi Ordinarius, quando conceſſit Eccleſiam illi Religioni, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis ius procurationis expreſsè reſeruaſſet. Pius V. conſt. 136. *Expoſcit.* 1578. Perugia 11. Ian. 48. Siena 8. Martij 62. 1604. Elnen. 27. Iulij 18.

† Etiam Parochiales vnitas Monaſterio alterius diœceſis, ſed vti Delegatus Apoſtolicus, & cumulatiuè non priuatiuè quo ad Prælatum Regularem, qui in ſua viſitatione poterit & ipſe facere decreta, etiam circa adminiſtratione Sacramentorum, modo non ſint contraria decretis Epiſcopi. 29. *Iulij* 1628. *Veronen.*

An autem etiam Abbas Regularis viſitare poſſit Eccleſiam curatam vnitam ſuo Monaſterio, in qua exercetur cura per Monachũ,

& hoc

& hoc etiam in concernentibus curam Animarum?

C. C. ad 3. reſpondit, & ſi decreto Concilij *c.11. ſeſſ.25. de Regular.* tributa ſit Epiſcopo facultas dictam Eccleſiam viſitandi quo ad curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem: non tamen idem decretum obſtare Abbati, quominus & ipſe poſſit illam viſitare in his quoque, quæ eamdem curam, & adminiſtrationem concernunt. *Brixien. 8. Auguſti* 1620.

Epiſcopus autem viſitans Parochialē quomodocumque Monaſterio vnitam, poteſt inquirere, an Sacramenta ſufficienter adminiſtrentur, & an Eccleſia ſit decenter ornata, neceſſarijſq; rebus inſtructa. *Oxomen. lib.* 15.72.*

Amplia IV. vt omnes Eccleſias, etiam exēptas, viſitare teneantur. *Trid. ibidem.*

Non tamen Conuentus, & Monaſteria Religioſorum virorum, niſi ratione curæ Animarum. *Trid. ſeſſ.24. c. 9.*

† Sacra quoque C. C. declarauit die 6. Febr. 1616. non licere Ordinarijs locorum Monaſteria Regularium eo prætextu viſitare, quod illorum Superiores admoniti intra ſex menſes illa non viſitauerint vel correxerint: niſi eadem Monaſteria, vel ſub commoda exiſtant *ex decr. c. 8. ſeſſ.21.* Vel ſuorum ordinum capitibus non ſubſint, ac ſeſe in Congregationem redigere neglexerint *iuxta c.8. ſeſſ.25. de Regular.*

Eadem die 8. Aug. 1602. declarauit, quod Epiſcopus viſitare non poteſt beneficia ſimplicia Regularia, quibus ipſi Regulares deſeruiunt, niſi probet præſcriptionem.

Poſſe verò Ordinarium viſitare Oratoria, in quibus Miſſæ celebrantur, modo ſint extra clauſtra; & Eccleſias vnitas, ſeu quouis modo dependentes à Regularibus exemptis, ſi ſint curatæ, vel ſi eis à ſæcularibus deſeruiatur: commendatas verò tam curatas, quam ſimplices. *lib.7.* 320. *Peruſina* 383. *Nouarien.*

Item Tabernaculum, & baptiſterium exiſtentia in Eccleſia Regulari non curata, ſi deſeruiant Parochiali annexæ. *Curien. 5. Aprilis 1631. ad* 1.

Abbatiſſam verò Regularem, licet ſæcularibus commendari ſolitam, Epiſcopus vicinior viſitare non poteſt. *Nullius Caſtri Durantis, lib.*37. 440. *

Amplia V. etiam ſi Eccleſiæ ſint nullius diœceſis: quia tunc ab Epiſcopo viciniori viſitari debent. *Trid. ibid.*

† Vicarius tamen hoc non poteſt ſine ſpeciali mandato. *C. C. Lucana* 1. *Febr.* 1631.

Item niſi exemptio fuiſſet conceſſa poſt Concilium. Vnde eiuſdem Concilij Sacra Congregatio cenſuit, non licere Epiſcopo Polycaſtrenſi viſitare quaſdam Parochiales Eccleſias Capitulo S. Petri de Vrbe à Pio IV. poſt Concilium vnitas. *lib.*18. 54. *

Amplia VI. etiam in Abbatijs, Monaſterijs, Prioratibus, ac Præpoſituris commendatis, in quibus non viget Regularis obſeruantia, nec ordinum ſuorum capitibus ſubſunt. *Trid. ſeſſ.21. c.8. & ſeſſ.25. de Regul. c.20.*

Amplia VII. in beneficijs quibuslibet, tam ſæcularibus, quam Regularibus, tam Curatis, quam non Curatis, etiam commendatis, & exemptis. *ibidem.*

Amplia VIII. in Hoſpitalibus, & quibuſcūque locis pijs, niſi ſub Regum immediata protectione ſint. *Trid. ſeſſ.22. c.8.*

Vel ſi non habeant formam Eccleſiæ, nec ſint fundata auctoritate Epiſcopi: quia tunc tale Hoſpitale potius humana, quam Diuina Domus dicitur, quam is, qui conſtruxit, deſtruere poteſt, & alienare. Vnde viuo adhuc Fundatore, Epiſcopus talia loca viſitare non poteſt: mortuo vero poteſt ad finem, vt videat, an omnia fiant ſecundum voluntatem Fundatoris, & vt hæredes ad illam adimplendam cogat: *vt multis allegatis latè proſequitur Barboſa 3. parte, alleg.75. nu.3. & ſeqq. ex c. Tua nobis 17. de Teſtam.*

Niſi in fundatione, maximè cum conſenſu Epiſcopi facta, prohibitum fuiſſet expreſsè, ne etiam poſt mortem Fundatoris Ordinarius poſſet illud viſitare. *Vt ex Sacra Congr. Concilij latè Diana 1. tr.2. reſol.83. vt dixi in tit. decreſib. n.4. §. 8.*

Amplia IX. in Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, vel etiam maiorum, illorumque Perſonis. *Trid. ſeſſ.6. c.4.*

Si tamen Capitula ſint exempta, debet ſeruari forma eiuſdem Sacri Concilij *ſeſſ.25. c.6.* procedendi cum adiunctis. *Sac. Epiſcoporum Congregatio* 12. *Maij* 1574. *Epiſcopo Veronen.*

Amplia X. In Confraternitatibus, & earum Altaribus, intra Regularium Eccleſias vel clauſtra ſitis, ſi per laicos adminiſtratores regantur. *Arg. c. Ex ore 17. de priuileg. Trident. ſeſſ.22. c.8.* 1604. Tortona 22. Martij 35. 1642. Leopoli 31. Ian. 39.

† Sacra quoque C. C. cenſuit, Confraternitates laicorum in Eccleſijs Regularium exemptorum inſtitutas, ſubeſſe iuriſdictioni, & Viſitationi Epiſcopi; atque ab eo viſitari poſſe, nedum ipſas Confraternitates, ſed etiā Cappellas ipſarum, in eiſdem Eccleſijs Regularium exiſtentes, in his tamen, quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciunt, 20. Iunij 1622. *Nuceria Paganorum c.* 1. 29.9. §. 30. *

Quo tamen ad bona, & obligationes, non autem quo ad ipſa Altaria, Imagines, & alia, 1637. Aliffe 31. Iulij.

Amplia XI. vt Epiſcopus ad beneplacitum viſitare poſſit clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum, 1602. Tortona 17. Decembris 90.

Nec Regulares poſſunt eum impedire ſub

præ-

prætextu, quod nunquam viſitata fuerit ab Anteceſſoribus, 1617. Saſſari 24. Nouem. 102.

† Et die 7. Maij 1645. Sacra C. C. reſpondit, Vicarios Generales ſede plena, & Vicarios Capitulares ſede Epiſcopali vacante, poſſe Clauſuram Monialium Regularibus ſubiectarum viſitare.

Item poſſe Epiſcopum, vbi officij ſui ratio poſtulauerit, ingredi clauſuram Monialium Regularibus ſubiectarum, ſaltem duobus honeſtis, & grauibus viris comitatum, & ſingulas alloqui Moniales, & etiam eas examinare in his, quæ clauſuram reſpiciunt. *lib.* 135. 576. *Regien. ad* 6.

Item Epiſcopum Monaſteria Monialium Regularibus ſubiectarum viſitantem poſſe vti opera exemplarium aliquot Sacerdotum etiã Regularium. *Vercellen.* 15. *Sept.* 1615. *ad* 6.

Sed etiam Superiores Regularium, quibus Moniales ſubſunt, poſſe quæ opportuna fuerint, decernere circa clauſuram ipſarum: ita vt Iuriſdictio illis hac in re competat cumulatiuè cum Epiſcopis. *Regien. lib.* 135. 576. *ad* 1. *

Amplia XII. vt quotieſcumque licet Epiſcopis viſitare Monaſteria Regularium, vel Monialium, vel alia exempta, ſi ipſis reſiſtatur, & fores claudantur, poſſint vim inferre, & oſtia frangere, ac impedientes pro defenſione ſuorum iurium etiam ſine monitione excommunicare. *Barboſa alleg.* 74. *num.* 22. & *ſeqq. Arg. c. Dilecto* 6. *De ſent. exc. in* 6.

Dummodo tamen ſint in quaſi poſſeſſione illius Iuris: alioquin non debent viſitare, & multo minus oſtia frangere, ſed ſuorum momenta iurium in S. C. deducere, 1601. Marſi 3. Iulij 158. 1604. Nullius 17. Maij 59.

Sed verius videtur, quod teneantur vnam ſaltem monitionem præmittere. *Sayr. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 20.

Amplia XIII. vt viſitandi ius ſemper conceſſum cenſeatur cumulatiuè, non autem priuatiuè quo ad Epiſcopum, niſi in inſtitutione Epiſcopus excluderetur expreſsè. *Rota coram Ludouiſio in vna Abulen.* 10. *Nouemb.* 1600. *infra num.* 3.

Vel niſi viſitator ſpecialis datus eſſet fauore viſitandorum: quia tunc cenſetur datus priuatiuè, & excluſiuè quo ad Epiſcopum. *Rota apud eumdem deciſ.* 4.

Item e conuerſo facultas viſitandi loca exempta cõceſſa Epiſcopo vt Delegato Apoſtolico, cumulatiuè tantum conceſſa cenſetur, non etiam priuatiuè quo ad eorum locorum Prælatos, ſeu Superiores, 1591. Mirinden. 17. Decembris 387.

† Sacra quoque C. C. cenſuit, Eccleſiam ſeu Capitulum, quatenus in Nullius diœceſi exiſtat, viſitari poſſe, tam à Priore, ſi modo ei tamquam Ordinario inferiori legitimè huiuſmodi Viſitatio competit, quam ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia proximior eſt ex c. 9. ſeſſ. 24. *Salernitana lib.* 50. 266.

Sed non e contra, quia Abbas Nullius non poteſt viſitare, vel aliquam iuriſdictionem exercere in beneficijs, quæ ſunt extra ſuum Territorium, licet eorum collatio, vel Inſtitutio ſpectaret ad ipſum Abbatem, 14. Martij 1585. *Nullius S. Lorenzo in Campo lib.* 50. 223. *

Limita tamen, quia Epiſcopus non debet viſitare Eccleſias, & loca exempta, etiam tamquam Delegatus Apoſtolicus, niſi prius viſitauerit ſua; & tunc intimet viſitationẽ omnibus indifferenter abſque partialitate, 1599. Genoua 6. Septembris 111.

† Sacra quoque C. C. in vna Tornacen. 1. Febr. 1607. mandauit, quod Epiſcopus prius viſitet Eccleſiam ſuam, poſtea indifferenter omnes exemptas.

Et dum viſitat Eccleſias Exemptas, debet declarare ſe id facere tamquam Delegatum Apoſtolicum. *C. C. lib.* 15. 33. v. Hieroſolymitani n.

Eadem Sacra C. C. cenſuit, Epiſcopum poſſe proponere Edicta: ſed non poſſe in eis, vel alio modo præcipere Populo, vt denunciet delicta, multo minus ſub pœna excommunicationis. *lib.* 15. 468. *Aſtoricen.* 31. *Martij* 1588.

Limita ſecundò, quia eadem cenſuit, Pœnas in viſitatione imponendas non debere eſſe ordinarias ſed extraordinarias, & quæ magis morum emendationem, quam correctionem reſpiciant. *lib.* 131. 810. *ad* 4.

Non prohibetur tamen Epiſcopus facere proceſſum in Viſitatione, ſed datur Appellatio. Niſi quando viſitaret loca exempta vel Nullius, in quibus non poteſt facere proceſſum, nec egredi limites viſitationis, 8. Iunij 1619.

Et generaliter à decretis in Viſitatione factis, quæ non concernunt correctionem, vel emendationem morum ſeu reformationem, ſed intereſſe alicuius Capituli vel Perſonæ Particularis, admittitur appellatio etiam quo ad effectum ſuſpenſiuum, 1595. *Virdunen.* 16. *Ianuarij* 5. *

2 *Archiepiſcopi*, & Superiores olim poſt plene viſitatam propriam diœceſim poterant etiam viſitare diœceſes ſuorum Suffraganeorum: ſed hodie hoc amplius non poſſunt, niſi ex cauſa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, vel à S. C. Et tunc idem prorſus de eis dicendum eſt, quod de Epiſcopis. *c.* 1. §. *Deinde. De cenſib. in* 6. *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3. 1603. *Caiazzo, & Theano* 22. *April.* 47.

† Vnde Archiepiſcopi viſitare volentes diœceſes Suffraganeorum, vbi cogi non poteſt Concilium Prouinciale, debent à Romana Curia approbationem obtinere. P. F. 1637. 322. 11. *

3 *Capitula* Cathedralium, & Superiorum

Eccleſiarum Sede vacante, viſitant per ſuum Vicarium ſeu viſitatorem generalem, ſicut Epiſcopi. *Supra Vicarius* 68.

Immo, & Capitulum Collegiatæ, Sede Abbatiali vacante, ſi habet proprium, & ſeparatum territorium. *Rota recentior. apud Farinac. par.* 1. *deciſ.* 346.

Quod tamen limitari debet non procedere in Monaſterijs, & locis exemptis, quæ viſitabat Epiſcopus tamquam Delegatus Apoſtolicus. Nam Summus Pontifex non ita confidit de viſitatore Capituli, ſicut de Epiſcopo, vel eius Vicario ſeu Viſitatore: & ideo viſitationem locorum exemptorum ei delegaſſe non cenſetur; niſi alicubi aliter ſe habeat cōſuetudo. *Barboſa alleg.* 73. *num.* 25.

Vnde licet Vicarius Capitularis poſſit concedere dimiſſorias omnibus poſt annum, vel etiam intra annum arctatis, non tamen hoc poteſt exemptis, quibus eas tamquam Delegatus Apoſtolicus cōcedebat Epiſcopus, 1602 S. Ilaro, & Iſola 2. Iulij 69.

At Epiſcopo viuente, vbi Capitulum, vel Archidiaconi, Decani, & alij inferiores, habuerint ius viſitandi, Capitulum debet deputare Viſitatorem ab Epiſcopo approbandum; alij vero per ſe ipſos aſſumpto Notario viſitare. Sed non ideo Epiſcopus, vel eo impedito, eius viſitator, eaſdem Eccleſias, ſeorſim ab his viſitare prohibeatur: cui ipſi Archidiaconi vel alij inferiores, viſitationis factæ intra menſem rationem reddere, ac depoſitiones Teſtium, & integra acta ei exhibere tenentur. *Triden. ſeſſ.* 24. *cap.* 3.

Poteſt etiam Epiſcopus punire exceſſus cōmiſſos à Viſitatoribus inferioribus, eoſque ad reſtituendum cogere, ſi quid acceperunt vltra victualia, 1612. Lamego 17. April. 36.

† Archidiaconus autem viſitans ratione ſuæ dignitatis, abeſſe poteſt vltra tres menſes. Palentin. 18. *Iulij* 1585. *lib.* 50. 188. *ad* 1.

Et lucrari omnia, exceptis diſtributionibus mere quotidianis. *ad* 2.

Niſi in ea Eccleſia adeſſet conſuetudo in contrarium. *ad* 2.

Non tamen fructus alterius Canonicatus, quam ex diſpenſatione vel conſuetudine obtineret, niſi pro tribus menſibus. *ad* 3.

Qui tamen Archidiaconus neque in Viſitatione poteſt concedere dimiſſorias ad ordines, neque licentias audiendi confeſſiones, aut non reſidendi. *ad* 5.

Epiſcopus autem poteſt præſtituere terminum Archidiacono ad expediendam viſitationem, nec non præſcribere comitatum, & equitatum, ne grauis ſit Eccleſijs viſitatis. *ad* 4. *

4 *Regulares*, puta Generales, & cæteri ordinum Superiores non locales, Epiſcopo non ſubiecti, quibus eſt in alia Monaſteria, Prioratuſue legitima iuriſdictio, debent ea ſuo quiſque loco atque ordine ex officio viſitare etiam ſi commendata exiſtant. Neque in iſtis, quæ ſuorum ordinum Capitibus ſubſunt, ſe intromittere poteſt Epiſcopus. *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 20. Niſi prout dictum eſt ſupra *v. Conuentus, n.* 17.

Sed Commendatarius quoque poteſt viſitare Monaſterium ſibi commendatum in ijs, quæ pertinent ad curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, 1601. Senogallien. ſeu Nullius, 6. Aug. 83. Ciſtercienſi 17. Septembris 92.

Non tamen quo ad diſciplinam Regularē, 1647. 2. Aug. 2. *v. Commendatarius*.

Attamen Superiores Regulares ordinarie non ſolent viſitare Eccleſias ſui Ordinis cōmendatas Sæcularibus, niſi ibi habeant Conuentum formatum, 1620. Ventimiglia 1. Septembris 257.

5 Prouincialis in actu non poteſt eſſe Viſitator extra ſuam Prouinciam, 1645. 28. Iulij 16. 17. 22, Septemb. 12.

6 Viſitator Prouinciæ à Generali deputatus non poteſt ſubſtituere ſine licentia Sacræ Congreg. 1646. 1. Septemb. 10. 1649. 8. Octobris 21. *v. Delegatus*.

7 Superiores cuiuſque Monaſterij viſitationem biduo expleant, 1604. Genoua 22. Nouembris 79.

8 *Patroni* verò in ijs, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, nullatenus ſe præſumant ingerere; neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, vel bonorum ſtabiliū, ſeu fabricarum prouentibus ſe immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, aut fundatione competeret: ſed ipſi Epiſcopi hæc faciant, & fabricarum redditus in vſus Eccleſiæ neceſſarios & vtiles, prout ſibi magis expedire viſum fuerit, expendi curent. *Trid. ſeſſ.* 24 *cap.* 3.

9 *Laici* nullo modo interuenire debent in viſitationibus Monaſteriorum, 1601. Treuiſo 20. Nouembris 105.

Licet ſint Officiales, ſeu Sanctesij eiuſdem Monaſterij, 1607. Genoua 16. Ianuarij 2. & 3. 1618. 22. Febr. 53. 1616. Lucca 22. Ian. 15.

Niſi haberent id ex priuilegio Apoſtolico, ſicut habent Officiales, & Sanctesij Monaſteriorum Ianuæ, 1607. 5. Febr. 9.

10 *Procuratio*, ſcilicet victualium ſubminiſtratio debetur Epiſcopo ſeu Viſitatori per Clericos, & Eccleſias viſitatas. *c. Venerabili* 24. *& fere per tot. tit. de Cenſib. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3.

Quod Amplia I. Ad Cathedralem, & Eccleſias Ciuitatis. *d. cap. Venerabili*.

Sacra tamen Congreg. cenſuit, & antiquos Canones, & quamlibet conſuetudinem in contrarium, fuiſſe abolita per d. ſacrum Concilium, in quantum ſtatuit procurationem deberi pro viſitatione diœceſis, *non Ciuitatis*, & in quantum voluit, victualia pro temporis tan-

tantum neceſſitate miniſtranda. At nulla talium neceſſitas occurrit, quando Epiſcopus viſitat in Ciuitate vel loco, vbi reſidere vel tenetur, vel ſolet, 1590. Teleſi 26. Iunij 162. 1595. Aliffe 15. Nouemb. 95. 1603. Nardò 27. Aug. 74. §. 2. 1592. Venetia 26. Maij 80.

Si tamen olim reſidere ſolebat in aliquo diœceſis oppido, in quo hodie non reſidet amplius, poteſt cogere Clerum illius ad ſubminiſtrandam procurationem, non obſtante, quod in præteritum non ſoluerit, 1599. Aliffe 8. Iunij 61.

† Idem ſæpius decreuit Sacra C.C. vt refert Fagnanus *d.c. Venerabili, de cenſib. n.* 14. *ſeqq.* *

Amplia II. vt Epiſcopus remittens Eccleſiæ ſeruitia, quæ ſibi debebat, & ſtatuēs, quod nullum aliud ſeruitium imponatur eidem, procurationem non intelligatur remiſiſſe. *c. Cum venerabilis* 21. *de cenſib.*

Amplia III. ad Eccleſias de nouo conſtructas. *c. Super eo* 22. *eod.*

Amplia IV. vt Viſitator poſſit cenſuras aliaſque ſententias ferre contra denegantem procurationem. *c. Cum nuper* 25. *eod.*

Amplia V. vt poſſit cogere Clerum ad deputandum aliquem, qui curam habeat prouidendi de victualibus, durante viſitatione, 1646. Gubbio 22. Iunij 9.

Amplia VI. vt Rector etiam beneficij ſimplicis contribuere teneatur, licet eſſet membrum dependens ab Abbatia exempta, 1600. Spoleto 12. Decemb. 32. 1601. Campli 7. Nouembris 233.

Sed ſupradicta limitate primo, vt Viſitatores quicumque modeſto contenti equitatu famulatuque, ſtudeant quam celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem ipſam abſoluere. *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3. *ſupra n.* 7.

Vnde non debet Epiſcopus ſecum ducere pluſquam ad ſummum octo perſonas: vt obſeruabat S. Carolus, qui etiam pro ſua menſa vno ſolo ferculo contentus erat, 1575. Camerino 26. Agoſto 613.

† Et ſi numerum famulorum in viſitatione Concilium non ſtatuit, ſed Epiſcopi iudicio, ac modeſtiæ dereliquit. *lib.* 15. 858. *Foroſempronien.* *

Limitate ſecundò, vt Viſitatores cauere debeant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſiue ſint; ſed victualibus ſibi modeſtè oblatis pro temporis neceſſitate, & non vltra ſint contenti: ne longi temporis victum breuis hora conſumat. *c. Cum Apoſtolus* 6. *De Cenſib. Trid. ibidem.*

Limitate tertiò, vt nec Viſitatores, nec quiſquam ſuorum aliquid procurationis gratia, pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniā, nec munus quodcumque ſit, etiam qualitercumque oblatum, accipiant, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili. *Ibidem.*

Neque pro præſentatione Bullarum beneficij, vel teſtimonialium de ſuſceptis ordinibus, 1613. Brindiſi 30. Maij 48.

† Sacra tamen C. C. cenſuit, licitè accipi poſſe, quod ratione decimarum perſoluitur Epiſcopo viſitanti. *Cæſaranguſtana. lib.* 43. 387. *

Limitate 4. vt ſi aliqua conuentio antiqua ſuper viſitatione Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum, & Eccleſiarum non Parochialium, inita fuerit, ipſa ſeruanda ſit. *Ibidem.*

Abſolutè tamen loquendo tranſigi poteſt ſuper procurationibus futuris, licet non expediat, 1583. Nardò 24. Maggio 136.

Limitate 5. vt in ijs locis ſeu Prouincijs, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecuniam, nec quicquam aliud viſitatores à viſitatis accipiant, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſeruetur. *Trid. ibidem.*

Limitate 6. vt non poſſit Viſitator petere victualia in pecunia præciſè, & ſi antea ſolitum fuiſſet ſoluere tantam pecuniæ ſummā loco victualium: ſed eſt in optione eorum, qui viſitantur, an malint ſoluere id, quod erat ab ipſis antea ſolui certa pecunia taxatā conſuetum, an vero prædicta victualia ſubminiſtrare. *Trid. ibidem.*

† Nec è conuerſo: quia procuratio ſolita ſolui poſt Concilium in victualibus, non poteſt inuito Epiſcopo reduci ad pecuniariā. *Tiraſonen. lib.* 15. 468.

Nec pro parte: quia viſitati eligere non poſſunt, vt ſoluant partem in pecunia, partem in victualibus. 13. Aug. 1591. *lib.* 32. 105. *

Limitate 7. vt propter Oratorium priuatum procuratio ratione viſitationis non debeatur. *c. fin. de cenſib.*

Limitate 8. vt non ſit licitum accipere procurationem, non impenſo viſitationis officio, vel plures procurationes pro vna die. *c.* 2. *eod. in* 6. *Clem.* 2. *eod.*

Limitate 9. vt quando Vicarius Generalis, vel alius ſubſtitutus, qui non ſit Epiſcopus, viſitat, non poſſit exigere integram taxam dari ſolitam Ordinario viſitanti, ſed ſolum dimidiam, vel etiam minus: nec reſiduum dari debet Epiſcopo, ſed cedere in beneficiū viſitatorum, 1641. Catanzaro 16. Aug. §. 1. 1642. 1. Aug. 88. §. 5. 1652. Napoli per Catanzaro 14 Iunij 3. 3. Octobris 11. Biſignano 23. Aug. 22. *ſupra num.* 1. *Ampl.* 1.

Limitate 10. vt Ordinarius nullam Procurationem exigere poſſit pro viſitatione Parochialium vnitarum Religioni Hieroſolymitanæ. Pius V. Conſt. 136. *Expoſcit. ſupra n.* 1. *Ampl.* 3.

Limitate 11. vt Epiſcopus non poſſit exigere procurationem pro Equitaturis, & ve-

ſturis, neque pro earum penſione, ſed pro ſolo victu: quia ad alia tenetur de ſuo, 1606. Ventimiglia 21, Aug. 67. 1615. Caiazzo 20. Martij 27. 1581. Aiaccio 14. Nouemb. 1. 1650, 9. Septembris 12.

† Non obſtante contraria conſuetudine. *Nullius Caſtridurantis* 10. *Nouemb.* 1618. *

Niſi in viſitatione Apoſtolica, de qua eſt diuerſa ratio. *Vide infra num.* 15.

Limitate 12. vt quando Ordinarius vadit per diœceſim extra viſitationis occaſionem, licet ad conſecrandam, vel reconciliandam Eccleſiam, vel Sacramentum confirmationis adminiſtrandum, neminem cogere poſſit ad ſubminiſtrandas expenſas, neque pro Equis, neque pro victualibus, 1581. Aiaccio 14. Nouembris 1. 1627. Albenga 18. Ian. 83. Fiorenza 25. Iunij 90.

† Limita 13. quia Sacra C. C. 13. Nouẽbris 1638. cenſuit, Epiſcopo viſitanti Eccleſiam Monialium, ſi in ea non adſit beneficiũ, non deberi procurationes, ſeu expenſas victualium. *Voluterrana.* *

11 Pœna verò Tranſgreſſorum eſt, quod ſi quis aliquid amplius in ſupradictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, etiam munera qualitercumque oblata, etiam quouis prætextu ſeu quæſito colore, puta pro equitaturis ferrandis, ſeu pro xenijs famulorum, ſeu qualitercumque; & duplum intra menſem non reſtituerit; ſi ſit Epiſcopus, vel Superior, eſt ipſo facto interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ. Si vero ſit inferior, ipſo facto eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio, quouſque de duplo huiuſmodi grauatis Eccleſijs plenariam ſatisfactionem impendat, nulla ei in hoc dantium remiſſione, liberalitate, ſeu gratia valitura. Et præterea alijs pœnis abſque vlla ſpe veniæ, arbitrio Synodi Prouincialis puniri debet. *c. Exigit.* 2. *de cenſib. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3.

Sayr. lib. 4. *c.* 12. *num.* 41. dicit, hanc cenſuram non incurri ab iis, qui accipiunt liberaliter donata. *Arg. c.* 101. *Quicquid,* 1. *quæſt.* 1.

Sed obſtare videtur Concilium ibi. *Munus quodcumque ſit, etiam qualitercumque offeratur.* Et infra. *Nulla dantium liberalitate, vel gratia valitura.*

12 *Executio.* Expedit quotidie decreta facere, viſitatiſque tradere, potius quam in finem vſque viſitationis differre, 1582. Nouara 21. Auguſti 112.

Nam ſi viſitatis non tradatur decretorum copia, non tenentur illa exequi, 1578. Roſſano 24. Febr. 59. Taranto 6. Maij 78.

Licet recurrere vellent cõtra prætenſa grauamina, 1592. Aſſiſi 26. Aug. 156. 1603. Matera 28. Ianuarij 13.

13 *Cauſa*, & delicta, quæ ſummariè non poſſunt expediri, & propter quæ deueniendum eſſet ad pœnas ordinarias cenſurarum, priuationis beneficiorum, vel fructuum, aut alias corporales, vel pecuniarias, non cognoſcuntur in viſitatione, 1588. Montepeloſo 4. Octobris 28. 1589. Caſtellaneta 13. Iunij 177. verſ. Si ricorda.

Et ſi ſuper iſtis fiant in viſitatione decreta, admittitur appellatio, 1595. Virdunen. 16. Ian. 5

14 Epiſcopus de conſenſu Partium poteſt in viſitatione reuocare vnionem, & ſuppreſſionem Canonicatuum, factas à ſeipſo ſimiliter in viſitatione, 1612. Marſi 20. Ian. 6.

DE VISITATIONE Apoſtolica.

15 *Commiſſio.* Quæ ſtatuit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *c.* 3. nõ intelliguntur niſi de viſitatione Ordinarij, non autem de Apoſtolica, quæ ad relationem S. C. deſtinari ſolet à Summo Pontifice ſub ſequenti, vel ſimili forma.

Sacra, &c. Si Sanctiſſimo, &c. cenſuit committendum Andreæ Epiſcopo Venuſino, vt Apoſtolica auctoritate viſitet Ciuitatem, & diœceſim Licien. illarumque Eccleſias, Monaſteria, Loca pia, & perſonas, tam laicas, quam Eccleſiaſticas, tam Sæculares, quam vtriuſque ſexus Regulares, etiam quomodolibet exemptas, cuiuſcumque ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, cuiuſuis gradus, & conditionis exiſtant, tam in capite, quam in membris, cum poteſtate, illas puniendi, corrigendi, & reformandi. Ad hæc Pontificalia in eadem Ciuitate, & diœceſi exercendi, atque eiſdem perſonis Sacramenta diminiſtrandi. Et præterea exigendi Procurationem ad Sacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridentini præſcriptum, itemque vecturas Equorum, tam ab Epiſcopo Licien. quam à Clerũ, & in pecunijs. Et circa ea quæcumque decreta neceſſaria, & opportuna faciendi, illaque debitæ executioni demandandi, etiam inuocato, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio. Et cum alijs facultatibus, quæ alijs Epiſcopis Viſitatoribus Apoſtolicis attribui conſueuerunt. Eo tamen adiecto, vt peractam viſitationem Sacræ Congregationi referat: actaque omnia originalia probe obſignata, viaque ſecura, tranſmittat, 1627. 10. Iunij 264. 265.

16 *Facultas* inſuper concedi ſolet Viſitatori Apoſtolico, condonandi Parochis, & Canonicis fructus male perceptos ex eo, quod non emiſerunt profeſſionem fidei, ac commutandi pœnitentias matrimoniales: dummodo in omnibus caſibus faciat expeditiones gratis. Et gratis etiam diſpenſandi cum Pauperibus in matrimonijs ignoranter contractis, maximè ſi non habent média ſufficientia ad obtinendam diſpenſationem à Sede Apoſtolica, 1602. Dalmatia 9. Iulij 73. 6. Aug. 81. 85. 1. Octobris 106. 9. Nouembris 125, 1603. 4. Martij 26.

17 Poteſt itẽ examinare Regulares, 1620. Lubiana 20. Iunij 116. 117.

18 In facultate data Viſitatori Apoſtolico, ter-

terminandi differentias vertentes inter Epiſcopum ex vna, & Capitulum ex altera, non intendit S. C. comprehendere cauſas vertentes coram alijs Iudicibus in Romana Curia, ſed ſolum pendentes in eadem Congregatione: Et multo minus vult comprehendere cauſas particularium Canonicorum, ſed tantum totius Capituli, 1604. Leſina 9. Aug. 24.

19 Simplices enunciatiuæ, quæ inueniũtur in viſitationibus Apoſtolicis in præiudicium Eccleſiarum, ſi non reddunt ſufficientem rationem, habentur pro non ſcriptis, 1582. Bertinoro 24. Aprilis 58.

20 Solet mitti Viſitator Apoſtolicus, quãdo vertunt lites inter Epiſcopum, & Capitulum. 1601. Spalatro 5. Febr. 74. 75. 3. Iul. 164. 167. 6. Auguſti 186.

21 *Interrogationes*, quæ à Viſitatore Apoſtolico fieri debent, poſſunt, vel ſolent, Epiſcopo, vel eo abſente Vicario generali, Capitulo, & Canonicis, Parochis, & ſenioribus de Parochia, abundè congeſſi in d. tit. de cenſibus, num. 29. & ſeqq.

22 *Executioni* mandare debet Epiſcopus decreta viſitationis Apoſtolicæ, non obſtante non vſu, 1604. Segni 12. Ian. 5. §. 6.

23 Dilatio danda illis, qui aliquid ſunt executi, præſertim pauperibus, pro expenſis non leuis momenti, 1579. Alba 11. Martij 58. 1577. Piſa 25. Ian. 21. 1602. Sarzana 4. Iunij 54. 1646. 15. Nouemb. 8.

24 *A procuratione* reſpectu viſitationis Apoſtolicæ nemo eſt exemptus, licet in ſpecie contribuere teneatur is, qui eſt in culpa, 1601. Spalatro 3. Iulij 164. 1575. Famagoſta 17. Decembris 716. 1576. Rimini 26. Iulij 851.

Amplia I. etiam ad Epiſcopum pro ſua rata, 1581. Ferentino 8. Nouembris 139.

Amplia II. ad Commendatarios, etiam Cardinales, 1582. Genoua 21. Aug. 112.

Amplia III. licet non eſſet expreſſum in Breui, 1627. Lecce 13. Aug. 105.

Amplia IV. etiam ad Regulares poſſidentes ſtabilia in communi. *Ibidem*.

Maximè ratione Parochiarum vnitarum, 1579. Rimini 11. Martij 58. Piacenza 26. Maij 76. 1580. Cremona 1. Martij 56.

Limita, niſi haberent priuilegium in ſpecie pro hoc caſu, *Ibidem*.

25 Si Viſitator ſit Epiſcopus, debet habere decẽ ſcuta monetæ pro qualibet die, 1627. Lecce 13. Aug. 105.

VITA.

1 C*ommunis* introduci debet in omninibus, non in victu ſolum, 1603. Palermo 5. Nouembris 72.

Nempe quod non ſolum dotes, Canones, & eleemoſynæ cuiuſcumque particularis Monialis; ſed etiam opera, & omnia alia acquiſita, ponantur in communi, 1628. Parma 11. Auguſti 250.

2 Promoueri debet mulctis Tribunalis, ſubſidijs Confraternitatum, & locorum piorum, & contributione conſanguineorum, præſertim in principio, 1608. Nola 28. Septembris 127.

3 Paupertas non eſt excuſatio ſufficiens, 1614. Piacenza 6. Iunij 73.

4 Non debet permitti repartimentum tritici, olei, & pecuniæ inter Moniales, vti vitæ Communi de directo repugnans, 1616. Brindiſi 21. Octobris 156.

Multo minus conſignari Monialibus particularibus fructus prædiorum, 1651. Lecce 1. Septembris 54.

5 Vbi non obſeruatur, non debent recipi Puellæ neque ad habitum, neque ad educationem, licet haberent licentiam Sacræ Congregationis, quæ non deroget in ſpecie decreto generali, 1603. Piacenza 4. Septemb. 58. Piſa 16. Octobris 78. 1616. Vercelli 18. Maij 70. Meſſina 15. Nouemb. 166. 1628. Capaccio 2. Iunij 279.

Sed ſi iam ſit aliqua veſtita, datur licentia profitendi, 1618. Vercelli 19. Ian. 23.

VIVAE VOCIS ORACVLA.

Gratia humana. Priuilegium.

1 G*ratia* viuæ vocis oraculo conceſſæ, ante Conſtitutionem Gregorij XV. effectum ſortitæ, licet effectus habeat tractũ ſucceſſiuum, vel alias reſpiciat particulares perſonas, vt ſunt præſentatiuæ, & Magiſteria, non comprehenduntur in dicta reuocatoria conſtitutione, 1625. Regolari 11. April. 86.

Neque in Conſtitutione reuocatoria Vrbani Octaui, 1648. Serui 4. Decemb. 7. *v. Gratia humana*.

2 Cenſentur tamen reuocatæ Patentes, à Generali conceſſæ, cum Clauſulis Oraculum ſapientibus, 1630. S. Agoſt. 1. Martij.

VNIO.

Beneficium. Parochus. Seminarium. Viſitatio.

1 C*onfraternitates* non debent ab Epiſcopo ad vnionem compelli, 1612. Narni 13. Nouembris 104.

2 Potius prohiberi debet ad habitum receptio, quouſque Moniales reducantur ad numerum præfixum, quam vnire Monaſterio beneficia ſimplicia, 1601. Parma 25. Octobris 99.

† 3 Canonicatus quoque curam habẽs Animarum annexam vniri poteſt cum Parochiali, 9. April. 1587. *Mediolanen. lib. 27.* 276.

4 Epiſcopus tamen non poteſt Parochiali licet teneri vnire Hoſpitale. *lib. 27. Lucana* 367.

5 Sacra C.C. cenſuit, vniones de Beneficij liberis ad beneficia Iuriſpatronatus, etiam ante annos quadraginta ante Concilij confirmationẽ ab Ordinarijs obtentas, nullas prorſus atque inanes exiſtere, & beneficia ita de facto vnita tamquam libera eſſe conferenda. *lib.* 33. 70. *Lebdien.*

6 Vnio-

6 Vniones factæ Pœnitentiario dicuntur factæ auctoritate Concilij Tridentini: vnde non comprehenduntur ſub regula reuocatoria vnionum. *lib.*15. 486. 11. *Febr.* 1588.

7 Vniones perpetuæ, quæ tempore publicationis Concilij fuerant in parte effectuatæ, non comprehenduntur *c.*6. ſeſſ.7. eiuſdē Concilij, quod examinari poſſint ab Ordinarijs, & reuocari, &c. *Burgen. lib.*18. 20.

8 Concilium non ſuſtulit facultatem reuocandi vniones vltra 40. annos, ſi competat de Iure communi. *lib.*17. 58.

9 Ex communi ſententia decretum fuit in Congr. Concilij, Epiſcopum non poſſe inire beneficia ſimplicia Capitulo vel Capitulari Menſæ, ſed tantum ipſis Præbendis: idque ſi fecerit, nullam eſſe vnionem. Quam Congregationis ſententiam die 19. Decemb. 1601. ad ſe relatam S. D. N. probauit. *Fagnan. c.Expoſuiſti. De praben. n.*27.

Quam deciſionem eadem S. C. die 5. Febr. 1611. cenſuit habere locum, etiam cum nullæ adſunt Præbendæ diſtinctæ, ſed ſola Maſſa communis, *n.*32.

10 Hinc ante aliquot annos Sereniſſimus Leopoldus Archidux Auſtriæ Monaſterium pro Patribus Seruorum B.M.V. extruxit; cui Monaſterio meus Prædeceſſor Io. Epiſcopus Brixinen. fructus ſimplicis Beneficij exiſtētis in Valdrat applicauit ordinaria auctoritate.

G.C. 15. Nouemb. 1659. cenſuit licuiſſe. *

VNIVERSITAS.

Baro. Communitas. Creditor. Debitor. Lis. Prædicator. Patronus.

VOLVNTAS.

Clauſura. Exploratio. Iuramentum.

1 De *Deo* dicitur dupliciter. Vno modo propriè: & vocatur voluntas beneplaciti, quæ ſemper impletur. Alio modo metaphoricè, quæ vocatur ſigni; & hæc non ſemper impletur. Signa vero Diuinæ voluntatis ſunt, præceptum, Prohibitio, conſiliū, operatio, & Permiſſio. *S.Thom.* 1. *quæſt.*19. *artic.*11. 12.

2 Voluntatis ſuæ nemo eſt ſe aptior teſtis. *Caiet. v. Reſtitutio. Nau. c.*17. *num.*45. v. Conſcientia 3.

3 Voluntatis declaratio ſumitur etiam ex actu nullo. *Rota apud Farin. par.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 714. *num.*6.

4 Voluntatis exploratio ex iuſta cauſa fieri poteſt abſque eo, quod Monaſterio puella egrediatur, non obſtantibus decretis Concilij Prouincialis, 1602. Napoli 5. Martij 10.

5 Epiſcopus, cui fuit commiſſa exploratio voluntatis Puellæ, exiſtentis in Monaſterio Regularibus ſubiecto, nō poteſt hoc exequi ſine interuentu vel conſenſu Superiorū eiuſdem Monaſterij, 1602. Peſaro 28. Nouēbris 92. *v. Clauſura* 16.

6 Pro exploratione voluntatis nō ſolum ipſa Puella, ſeu Nouitia, quæ aſſeritur ſeducta, ſed etiam ſingulæ Moniales debent ſeparatim interrogari, 1604. Rimini 6. Septembris 44. Feltre 46.

VOTVM.

Clauſura. Debitum. Dubius. Epiſcopus. Grati. Hæreſis. Ieiunium. Ignorantia. Iuramentum. Metus. Miſſa. Ordo. Regularis. Virgo. Vox.

Congregatio poſt diſputatum articulum, an votum Monachorū Schiſmaticorum eſſet ſolemne, cenſuit votum eſſe ſimplex: quia Superiores Schiſmatici carent omni iuriſdictione, & conſequenter nequeunt recipere ad profeſſionem. Extr. verò Martini V. *Ad euitanda*, edita eſt pro Catholicis, non autem pro Hæreticis aut Schiſmaticis, & conſequenter pro excommunicatis, vt ipſa cōſtitutio expreſsè teſtatur 4. *Iulij* 1634 *Acta P. F. n.* 69. *

1 Religionis ingreſſum vouens, ſi puellam ſub ſpe coniugij decipiat, non poteſt ingredi, ſed eam ducere debet. Probabilius, licet votum ſimplex præceſſerit, arbitrantur. *Leſſius lib.*2. *c.* 19. *dub.* 14. *Addit. Toleti lib.* 5. *cap.* 11. *verſ. Qui vocauit.*

2 Votum emittens intrandi Religionem arctiorem, ſi poſtea ingrediatur, & profiteatur laxiorem, votum ſolemne præiudicat ſimplici, & licitè remanere poteſt in laxiori, impoſita tamen ei, pro non impleto voto pœnitentia. *cap. Qui poſt votum. De Regular. lib.* 6.

3 Votum Regularis ad arctiorē tranſeundi abſoluitur, ſi infra duos menſes non inuenerit beneuolos receptores, 1602. Domenicani 15. Ian. 4. 26. Martij 18.

4 *Obligatio.* Votum metu graui emiſſum, & iuramento firmatum, nec ratione iuramēti obligat. *Bonac. de legib. diſp.*4. *q.* 2. *pun.*7. §. 1. *num.*12.

5 Vota, quæ ſunt de rebus vanis, & inutilibus, puta non tranſeundi per talem viam, non ingrediendi in aliquam domum, &c. ſunt magis deridenda, quam ſeruanda, niſi ex aliqua circūmſtantia res deſineret eſſe vana: puta quia tranſeundo per illam viam, vel ingrediendo in illam domum, in peccatum ſoleret incidere. *S.Thom.* 2.2. *quæſt.*88. 2.3.

6 Votum de non committendo aliquo veniali valet, ſed eius tranſgreſſio non videtur amplius quam venialis, licet intendiſſet ſe obligare ſub mortali: quia materia parua non eſt capax tantæ obligationis. *Nauar. cap.*12. *num.*65. *Bonac. de legib. diſp.*4. *quæſt.*2. *pun.*5. §.4. *nu.*3. *& diſp.*2. *quæſt.*3. *pun.*5. *nu.*14. *Io. Sanch. diſp.*15. *num.*15.

7 Vota plura ſeu præcepta violans in parua quantitate, peccat mortaliter, ſi quantitas illa ſimul ſumpta ſit notabilis: dummodo adimplenda cadant in aliquo die ſeu tempore determinato, & ſint vota eiuſdem rationis. Secus ſi eſſent diuerſæ rationis: quia tunc

tunc illa materia non poſſet coaleſcere in vnum. *Sanch. in Summa lib.* 1. *c.*4. *n.*12. *Bonac. de legib. diſp.*4. *quaſt.* 1. *pun.* 3. *n.* 5.

8 Votum habens ſimplex Caſtitatis, &c. ſi poſtea per profeſſionem, vel ſuſceptionem ſacri Ordinis emittat votum ſolemne, peccat duo peccata, & tenetur vtriuſque voti circũſtantiam in confeſſione exprimere: quia votum ſimplex & ſolemne, ſunt diuerſæ rationis, & vnumquodque ſeparatim habet ſuam obligationem. Secus ſi vota ſint eiuſdem rationis, ſcilicet vel omnia ſolemnia, vel omnia ſimplicia; nam per multiplicationem votorum de eadem re non multiplicatur obligatio voti, ſed eadem confirmatur. *Bonac. de legib. diſp.*2. *q.*3. *pun.*5. *n.*14.

Et licet, quod votum ſolemne Caſtitatis Religioſæ, ſpecie differat à voto Caſtitatis ſolemni, ſacris ordinibus per Eccleſiæ ſtatutum accidentaliter annexo, tutius ſit tenere: non tamen eſt improbabilis opinio, quod Sacerdos Religioſus teneatur ſolum dicere, ſi fregiſſe toties votum ſolemne caſtitatis, immo ſimpliciter votum caſtitatis; quia votum ſolemne ſpecie non differre à ſimplici probabile videtur. *Diana* 1. *tr.*7. *de circumſt. reſol.*3. *&* 4. *&* 9.

9 *Satisfactio*. Vouens viſitare aliquam Eccleſiam, ſatisfacit, eam per tranſitum deuotè viſitando, licet domo non diſceſſerit intentione viſitandi illam, vel licet directo ad eam non acceſſerit. Hic enim implet ſubſtantiam voti, & id quod eſt principale in voto nempe viſitationem: iter enim ad alium finem ſuſceptum erat acceſſorium in voto. Sicut qui vouet eleemoſynam dare pro Miſſis celebrandis, ſatisfacit voto, ſi Sacerdotem inueniat, qui gratis illas celebrare velit, ea ratione, quia eleemoſyna non principaliter, ſed acceſſoriè promiſſa videtur ad effectum, vt celebrentur Miſſæ. *Bonac. de legib. diſp.* 4. *q.* 2. *pun.*6. *n.*5.

Immo talis ſatisfaceret voto, etiam ſi dum Eccleſiam deuotè viſitat, voti facti non eſſet memor: nam obligationi tam voti, quam præcepti ſatisfieri poteſt præſtando votum ſeu præceptum opus, etiam cum intentione non ſatisfaciendi voto ſeu præcepto, dummodo intentionẽ habeat faciendi illud opus, quod ex alio præcepto, vel voto non tenebatur facere. Ita enim etiam apud homines cenſeretur legalibus debitis ſatisfieri. Deus autem in moralibus, vt plurimum non exigit ſtrictiorem adimpletionem ea, quæ ab hominibus exigitur, iuxta illud Apoſtoli Rom. 6. 19. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*. Bonac. de Sacram. diſp.1. q. 1. pun.10. n.9. & diſp.4. q 2. §.4. n.13. Diana 5. tr. 13. reſol. 94. *ſupra v. Præceptum, n.*4.

10 *Moniales* cogi compellique poſſunt, & debent ad ſeruandam Clauſuram, ſed non ad eam expreſsè vouendam, 1579. Camerino 1. Decembris 11. *v. Clauſura* 1.

11 *Irritare* poterunt Parentes, & Tutores vota facta à Pueris ante 14. à Puellis ante 12. etiam Caſtitatis, &c. non ſolemnia, etiam poſt pubertatem, niſi vouentes in ea ætate votum ratum habuerint. *S. Thom.* 2.2. *quaſt.*88. 8. *per tot. Nau. cap.*12. *num.*71. *Tolet. lib.*4. *c.*18. *n.*7.

12 Rationem, cur Profeſſio ceſſare faciat omnia alia vota. *c. Scripturæ de voto*, ponit S. Thomas 2.2. *quaſt.* 88. 12. 1. ſcilicet, quia omnia alia vota ſunt quorumdam particularium operum: ſed per Religionem homo totam vitam ſuam Dei obſequio dedicat. Particulare autem in vniuerſali includitur, & ideo reus fracti voti non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam Religionis obſeruantiam commutat. Nec tamen Religionem ingrediens tenetur implere vota, vel ieiuniorum, vel orationum, vel aliorum huiuſmodi, quæ exiſtens in ſæculo fecit: quia Religionem ingrediens moritur priori vitæ. Et etiam ſingulares obſeruantiæ Religioni non competunt: Cum Religionis ſtatus ſatis hominem oneret abſque eo, quod oporteat alia ſuperaddere.

13 *Commutare* voti materiam in meliorem poteſt ipſe vouens ſine alia licentia, vel diſpẽſatione. *Tolet. lib.*4. *c.*8. *num.*10. *Em. Sà v. Voti diſpenſatio, & irritatio, num.*20.

14 Voti commutatione obtenta, liberum nihilominus eſt vouenti ſeruare prius votũ; quia commutatio fit in fauorem eius, & obligatio prioris voti non abſolutè, ſed ſub conditione tantum extinguitur. *Bonac. de legib. diſp.*4. *pun.*7. §.2. *num.*20.

15 Si votum Apoſtolicæ Sedi reſeruatum communiter à Papa in aliud non reſeruatũ, poteſt Epiſcopus in ſecundo non reſeruato diſpenſare. *Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *quaſt.* 5. *ſect.*3. *pun.*3. *n.* 6. *verſ. Multis rationibus*.

Sed hoc non eſt certum: quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.

16 Vota per Iubilæum, vel Bullam Cruciatæ commutari poſſunt etiam ſine cauſa; quia adimpletio operum Iubilæi, vel impenſio ſubſidij, ſeruit loco cauſæ. *Diana* 2. *tr.*11. *reſol.* 39.

Alias requiritur cauſa, ſed ſufficit leuiſſima. Sacerdos autem qui commutat votum abſque iuſta, & legitima cauſa, non peccat mortaliter, ſed venialiter tantum. *Idem* 2. *tr.*16. *reſol.*10.

17 Votum factum à Monialibus recipiẽdi puellam ſine dote, commutatur in tot ieiunia: non enim probantur à S. C. talia Monialium vota, 1633. Città di Caſtello 9. Decembris 48.

V O X.

Habitus. Reformatio. Soror. Translatio.

1 R*Euocatio* gratiæ habendi votum in Capitulo generali, vel Prouinciali, comprehendit gratias, non ſolum factas ſub aliquorum particulari nomine, ſed etiam ſub nomine officii, puta Vicarij Monialium, Procuratoris in Curia, vel ſimilium, dum in vim conſtitutionum non competit tali officio habere votum, 1630. S. Agoſtino 25. Ianuarij.

2 Amouendus retinet votum, donec amoueatur, 1646. 12. Ian. 8.

3 Votum dicitur ſecretum, licet nomen votantis propaletur à ſcrutatore poſt Capitulum, 1650. 18. Febr. 4.

4 Non competere Prædicatoribus generalibus, & Nouitiorum Magiſtris ius ſuffragandi in Capitulo generali, niſi de conſenſu, & voluntate eiuſdem Capituli inter vocales fuerint adſcripti, 1646. S. Benedetto di Portogallo 12. Ianuarij 13. 27. Aprilis.

5 Vocales cogi debent ad interueniendũ, & votandum, 1649. 12. Nouemb. 6.

6 Si in ſcrutinio plura ſuffragia inueniãtur, quam ſint vocales, & remotis ſuperfluis, adhuc remaneat maior pars, electio eſt valida, 1628. Forlì 17. Nouembris 347.

Excepta electione Summi Pontificis, vt patet ex conſt.13. Greg.XV. quæ incipit. Aeterni Patris Filius, & eiuſdem Cæremoniali, quod habetur in conſt. 19. quæ incipit. Decet Romanum.

† 7 Si alicui Dignitati, quæ vocem in Capitulo non habet, ſit danda vox, id fieri non poterit de conſenſu maioris tam partis Capituli; ſed requiritur, quod omnes omnino Capitulariter conſentiant, ita vt vel vno ſolo diſſentiente nihil agatur. *lib.35. 390.*

8 Sacra C. C. 14. Maij 1639. cenſuit, Patrum & duos nepotes habentes Canonicatus in eadem Eccleſia, poſſe votum habere in actibus Capitularibus. *Fæſulina lib.42. 261.*

9 Eadem 2. Aprilis 1640. conſuetudine non promoto ad ordines ſacros non ſuffragari ad effectum habendi vocem in Capitulo etiam Collegiatæ. *lib.42. Patauina 275.*

10 Eadem circa annum 1574. in ipſo libro decretorum in vna Iadren. ſeu Taſen. cenſuit, Epiſcopum non habere vocem in Capitulo: alias enim poſſet agere de contemptu multo magis quã quilibet Canonicus. *

V S V S F R V C T V S.

Hæres. Patronus. Paupertas.

1 A*Licui* Eccleſiæ, Monaſterio, vel Communitati relictus, durat centum annus. *l. An Vſusfructus 56. ff. v. de vſufr. Bonac. de Clauſura quæſt.2. pun.9. §.4.* diff. 2.

2 Vſufructus Regulari relictus, exigitur à Monaſterio, nec impediri poteſt ab hæredibus proprietarijs, 1664. Matera 20. April. 51.

3 Vſufructuarius in locum demortuorũ, & inutilium corporum alia ſubſtituere, & in vinearum, vel arborum demortuarum alia ſubmittere tenetur; rectè enim colere, & vt bonus Paterfamilias vti debet. §. *Sed, & ſi gregis. Inſt. de Rer. diuiſ. Oinot. de vſufr. in princ. num.7.*

4 Vſufructuarius, qui fructus immaturos collegit in fraudem proprietarij, ad intereſſe tenetur: *Bald. in l. Si Pater, verſ. Sed hic ponamus, C. de vſufr.* ſupra v. Locatio, n.5.

V S V R A.

Donatio. Iuramentum. Mons. Notarius.

1 Q*Vid.* Vſura directè committitur in mutuo, indirectè in alijs contractibus. *Baiard. ad Clar. lib.5. §. Vſura.*

2 Lucrum ceſſans, in Mutuo anticipatè acceptum in pecunia numerata, præſumitur vſura, non autem in alia re, quæ mutuata pecunia non ſit empta. *Azor.3. lib.5. in fin.*

Bonacina tamen tom.2. diſp.3. quæſt.3. pun.4. n. 13. verſ.3. Addit. putat in vtroque caſu contineri labem vſuræ.

3 Si Titius mutuos det Caio centum aureos cum pacto, vt ipſe Caius remutuet ſibi, vel pecuniam, vel frumentum, ſiue tunc ſiue cum indiguerit, eſt vſura, ſi obligatio ſit Ciuilis. *Azor. l. c. verſ. Quæres an ſit vſura.*

4 Vſura eſt, ſi Titius mutuet Regi, vel Principi cum pacto, vt concedatur ſibi aliqua Immunitas, vel aliquod officium, aut ius ad aliquid: vel ſi Curiali mutuet, vt pro ſe deprecetur Regem, vel ſi mulieri, quo ſuæ libidini ſatisfaciat. *Azor. l. c. Bonac. de contr. diſp.3. quæſt.2. pun.3. num.14.*

5 Vſura crimen eſt mixti fori, quando certum eſt, contractum eſſe vſurariũ: quando verò veſtitur in dubium, pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè. *Diana 1. reſol. 77.*

Non tamen ideo Princeps Laicus poteſt erigere ſpeciale tribunal ad cognoſcendum de vſuræ crimine, etiam in caſibus licitis, ſed cognoſci debet in Tribunali ordinario, vt dixi in Can. lib.5. tit. 39. de ſent. excom. num. 114. §.4.

6 *Bona* Vſurarij non ſunt obligata pro vſuris extortis: ſed quando bona deſunt, competet contra eos, qui acceperunt ea bona ab Vſurario, maximè titulo gratuito, actio perſonalis. *c. Tua, & ibi Panorm. contra gloſ. De vſur. Nau. c.17. num.265.*

Reſtitutio, & Pœna. Vſurarius non acquirit dominium rei per vſuram acceptæ: vnde ſi res apud ipſum creuit, tenetur augmentum Domino reſtituere. *Vide S. Thom.2.2. q.78. 3. per tot. Bonac. de contr. diſp. 3. quæſt. 3. pun. 14. num.1. & 2. & quæſt. 2. pun. 2. num. 22. Contra Nau. c.17. num.265.*

8 Vſurarij manifeſti non poſſunt abſolui, niſi præſtita idonea cautione de vſuris reſtituendis, ſine qua nec teſtamentum facere, nec in loco Sacro ſepeliri poſſunt: & eos in

Sacro ſepelientes ſunt ipſo facto excommunicati. *c. Quamquam de Vſur. lib.* 6. *Clem. Eos qui. De Sepult.*

Immo nec ſunt baptizandi. *gloſ. c. Iudæi, verſ. Et ſi pura, de conſecr. diſt.*4.

VTILITAS.

Neceſſitas.

VXOR.

Adulterium. Coniux. Debitum. Donatio. Matrimonium. Metus. Regula. Sepultura.

1 S*Ecundò nubens* tenetur ſeruare proprietatem eorum, quæ accepit à primo Marito titulo lucratiuo, filijs prioris matrimonii pro virili portione, vſufructu tantum apud ipſam remanente. *l. Feminæ* 3. *C. de ſec. nupt. Auth. Ex teſtamento, & Auth. In donatione, C. eod. Quas refert Bonac. de legib. diſp.*6.*quæſt.*1. *pun.*7. *num.*15.

2 Similiter vxor relicta Domina, & Patrona, filio Inſtituto hærede, alimenta tantum conſequitur. *Boer. deciſ.*61. *num.* 3. *par.*1. *Vinc. de Franc. deciſ.* 58. *num.*1.

† Ab hac tamen concluſione de facili receditur, quoties conſtat ex coniecturis, Teſtatorem ſenſiſſe de integro vſufructu, & nõ tantum de alimentis. *Otbob. deciſ.*145. *n.*20. *

3 *Plures vxores* ſi non cauſa libidinis, ſed amore prolis, habeat infidelis, probabiliter ſuſtineri poteſt, quod non peccet mortaliter. Problema tamen eſt. *Abulen. quæſt.*35. *in Matth. cap.*19.

4 *Si Religionem* ingrediatur vxor ſiue ſpõſa duodecim annorum poſt Matrimonium ratum non conſummatum, ſponſus cogendus eſt expectare per quatuor annos, vſque dum illa profiteatur. *Barboſa alleg.*101. *n.*11.

5 *Verberans* vxorem ſine cauſa, tertiam partem ſponſalitiæ largitatis eidem dare cogitur. *l. Conſenſu cum Auth. ſeq. C. de Repud.*

6 *Bona*. Vxor, etiam ſine licentia Mariti, diſponere poteſt ad vſus licitos, & honeſtos de vigeſima parte reddituum, non ſolum dotis, quam Marito tradidit, ſed etiam propriorum Mariti bonorum. *Henriq. apud Diana* 5. *tr* 5. *reſol.*34.

7 Vxor, cui relictum fuit Legatum ſub conditione, ſi caſtè, & honeſtè vixerit, non perdit illud ſecundum aliquos, ſi caſtè vixit per tempus ſufficiens arbitrio boni, & prudentis viri, quale eſt decem annorum, licet non perſeuerauerit toto vitæ curſu. *Diana* 5. *tract.* 14. *reſol.*84.

FINIS.

INDEX.

A

ABBAS. pag. 1
Abbatiſſa. 4
Abigeus. 5
Abortus. 5
Abſens. 5
Abſolutio. 6
Abuſus. 8
Acceptatio. 8
Acceſſus. 8
Accidens. 9
Accuſatio. 9
Actio. 9
Actor. 10
Actus. 10
Adam. 10
Adminiſtrator. 10
Adoptio. 11
Adoratio. 11
Adrianus. 11
Adulterium. 11
Aduocatus. 12
Aegyptus. 12
Aer. 12
Aetas. 12
Agnus Dei. 13
Alienatio. 14
Alimenta. 14
Allegatio. 15
Altare. 15
Alternatiua. 16
Ambitio. 17
Anathema. 17
Ancilla. 17
Anima. 17
Animal. 18
Anna. 18
Anniuerſarium. 19
Annulus. 19
Antichriſtus. 19
Antiphona. 19
Apocha. 19
Apoſtata. 19
Appellatio. 19
Aqua. 21
Ara. 21
Arbitrium. 21
Archidiaconus. 22
Archiepiſcopus. 23
Archipresbyter. 23
Archiuium. 23
Argumentum. 24
Ariani. 24
Ariſtoteles. 24
Arma. 24
Aromatarius. 25
Ars. 25
Aſcenſio Eliæ. 26
Aſſaſſinus. 26
Aſſecuratio. 26
Aſſenſus Regius. 26
Aſſignatio. 26
Aſſiſtens. 26
Aſtrologus. 26
Attentio. 26
Auaritia. 26
Auditor. 27
Auguſtiniani. 28
Auis. 28
Auxilium. 28

B

BACVLVS. 29
Baldachinum. 29
Balneum. 29
Bannitus. 29
Baptiſmus. 30
Barba. 32
Bariſellus. 32
Baro. 32
Baſilides. 33
Bellum. 33
Benedictio. 34
S. Benedictus. 34
Beneficium. 34
Bernardinus Ochinus. 43
Blaſphemia. 44
Bona. 44
Boni Mores. 45
Bulla. 45

C

CADAVER. 45
Caducitas. 45
Cæcus. 46
Cæremoniæ. 46
Calculus. 46
Calix. 46
Caluinus. 46
Campana. 46
Cancellaria. 47
Candelæ. 48
Canis. 48
Canon. 48
Canonica Portio. 48
Canonicus. 49
Canonizare. 52
Cantor. 53
Cantus. 53
Capella. 53
Cappellanus. 53
Capitaneus. 54
Capitulum. 55
Cappuccini. 56
Captatoria Inſtitutio. 56
Carcer. 56
Cardinalis. 57
Caritas. 59
Caritatiuum ſubſidium. 59
Caro. 59
Caſtaldus. 59
Caſus reſeruati. 59
Cato. 62
Cauſa. 62
Cella. 63
Cenſura. 64
Cenſus. 64
Ceſſatio. 64
Ceſſio. 64
Character. 65
Charitas. 65
Chirographum Decreti. 65
Chirurgus. 65
Chorus. 65
Chriſma. 65
Chriſtus. 65
Cibus. 66
Cinculum. 66
Circumciſio. 66
Circumſtantia. 66
Citatio. 67
Ciuitas. 67
Circa præſentem Taxam. 352
Claudus. 68
Clauis. 68
Clauſtrum. 68
Clauſula. 68
Clauſura. 70
Clericus. 74
Coadiutor. 78
Codicillus. 78
Cœmeterium. 78
Cogere. 79
Cogitatio. 79
Cognatio. 79
Collatio. 79
Collectæ. 79
Collector. 79
Collegiata. 79
Collegium. 79
Collocutorium. 80
Colluſio. 81
Commendator. 81
Commiſſarius. 81
Commiſſoria lex. 81
Commodatum. 81
Communitas. 82
Compenſatio. 82
Compoſitio. 82
Compromiſſum. 82
Conceptio B. Mariæ. 82
Concilium. 82
Concubina. 84
Concurſus. 84
Conceſſio. 85

Conditio. 85
Confeſſarius. 85
Confeſſio. 89. 90
Confirmatio. 90. 91
Confiſcatio. 91
Confraternitas; 91
Congregatio. 93
Coniux. 94
Conſanguineus. 95
Conſcientia. 95
Conſecratio Monialium, 96
Conſenſus. 96
Conſeruatorium. 96. 97
Conſilium. 97
Conſtantinus. 97
Conſtitutio. 97
Conſuetudo. 97
Contentio. 98
Continentia. 98
Contractus. 98
Contributio. 98
Contumacia. 98
Conuentus. 98
Conuerſatio. 100
Conuerſus. 100
Conuertitæ. 102
Conuiuium. 103
Copia. 103
Corona. 103
Corpus. 103
Correctio. 104
Crates. 104
Creditor. 104
Credo. 104
Cruciata. 104
Crux. 105
Culpa. 105
Cura. 105
Curator. 108
Cuſtos. 108

D

DAEMON. 108
Damnatus. 109
Damnum. 109
Dare Datum. Datarius. 109
Debitor. 110
Debitum coniugale. 111
Deceptio. 112
Decimæ. 112
Declaratio. 112
Decretalis. 112
Decretum. 112
Dedicatio. 112
Defenſio. 112
Degradatio. 113
Delectatio. 113
Delegatus. 113
Delictum. 114
Denunciatio. 114
Depoſitum. 114
Deſcendens. 115
Detractio. 115
Deuotio. 115
Deus. 115
Diæta. 115
Dictio. 115
Digitus. 115
Dignitas. 115
Diminutio. 116
Dimiſſoriæ. 116
Diœceſis. 116
Diſcalceati. 117
Diſcordia. 117
Diſcreti. 117
Diſpenſatio. 117
Diſtributiones. 118
Diues. 121
Diuinatio. 121
Diuiſio. 121
Doctor. 121
Doctrina. 126
Dogma. 126
Dohana. 126
Dolus. 126
Dominica. 126
Dominus. 126
Domus. 126
Donatio. 127
Dormitorium. 128
Dos. 128
Dubium. 130
Ducatum. 130
Duritia Cordis. 130

E

ECCLESIA. 131
Edictum. 132
Educandæ. 132
Electio. 134
Eleemoſyna. 135
Elias. 137
Eliſabeth. 137
Emendatio. 137
Emphyteuſis. 137
Emptio. 138
Energumena. 138
Enoch. 138
Enſalmi. 138
Epiſcopus. 138
Epiſtola. 146
Epitaphium. 147
Eremita. 148
Errones. 148
Error. 148
Etiam. 148
Eucharistia. 148
Euangelium. 148
Euictio. 152
Examen. 152
Exceptio. 153
Excommunicatio. 154
Executio. 156
Exemplum. 157
Exemptio. 158
Exheredatio. 160
Exilium. 160
Exorciſmus. 161
Expectatiuæ. 161
Expenſæ. 161
Exploratio. 161
Exteri. 161
Extorſio. 162
Extrema Vnctio. 162

F

FABRICA. 162
Facere. 162
Facies. 162
Falcidia. 162
Fallacia. 163
Falſum. 163
Fama. 163
Familiaris. 164
Famulus. 164
Faſcinatio. 164
Femininum. 164
Feneſtræ. 164
Feſtum. 164
Feudum. 166
Fideicommiſſum. 167
Fideiuſſor. 167
Fides. 167
Figura. 168
Filius. 168
Fiſcus. 170
Fraus. 170
Fructus. 170
Frumenta. 170
Fuga. 170
Fundator. 170
Furioſus. 170
Furtum. 170

G

GABELLA. 171
Galli. 171
Gazophilacium. 172
Generalis. 172
Genuflexio. 172
Gerundium. 172
Gloria. 172
Gloſſa. 172
Graduati. 172
Græci. 172
Gratia Diuina. 174
Gratia humana. 174
Gratis. 174
Grex. 175
Gubernator. 175
Gula. 176

H

HABILITATIO — 176
Habitatio. 176
Habitus. 176
Hæreſis. 178
Hebdommadarius. 184
Hebræus. 184
Henoch. 185
Henricus. 185
Herus. 185
Hieroſolymitani. 186
Hilarius. 187
Hiſpani. 187
Hiſtoria. 187
Homicidium. 187
Honor. 188
Horæ Canonicæ. 189
Hortus. 191
Hoſpes. 191
Hoſpitale. 191
Hoſpitium. 192
Hypocriſis. 192
Hypotheca. 192

I

IACTANTIA. 192
Iapones. 192
Ieiunium. 192
Ignorantia. 194
Illegitimus. 194
Imago. 195
Immunitas. 195
Impedimentum. 195
Imperium. 196
Impuber. 196
Impuritas. 196
Incendium. 196
Incenſum. 196
Inceſtus. 196
Incirca. 197
Incontinenti. 197
Incontinentia. 197
Inditium. 197
Indiuiduum. 197
Indulgentia. 197
Infamis. 198
Infidelis. 198
Infirmus. 200
Informatio. 200
Inhibitio. 200
Iniuria. 201
Inobedientia. 201
Inquietudo mentis. 201
Inquiſitor. 201
Inſtitutio. 202
Inſtitutrix. 202
Inſtrumentum. 202
Intellectus. 202
Intemperantia. 203
Intentio. 203
Interdictum. 203
Intereſſe. 203
Interrogatio. 203
Inuentarium. 203
Inuentio Nouitatum. 203
Ioachim. 203
Iocus. 203
Irregularitas. 203
Iſaac. 206
Iſmael. 206
Italia. 206
Iubilæum. 206
Iudæus. 207
Iudex. 208
Iudicium. 209
Iuramentum. 210
Iuramentum Calumniæ. 211
Iuriſdictio. 211
Ius. 212
Ius congrui. 212
Iuſpatronatus. 213

L

LAICVS. 212
Lamech. 212
Latria. 212
Latro. 212
Laus. 212
Lector. 212
Legatum. 212
Legatus. 215
Legitima. 215
Lex. 215
Libellus. 216
Liber. 216
Libertas. 217
Licentia. 217
Licentiati. 218
Liparis. 218
Lis. 218
Litaniæ. 218
Litteræ. 218
Locatio. 219
Locus. 219
Luctus. 219
Ludus. 219
Lupus. 220
Lutherus. 220
Luxuria. 220

M

MAGISTER. 220
Magiſtratus. 221
Mahomettus. 221
Maleficium. 221
Mandatum. 221
Manichæi. 221
Manſionarij. 221
Manzer. 221
Maria. 221
Maritus. 221
Martinus Lutherus. 221
Martyr. 221
Mater. 222
Materfamilias. 222
Materia. 222
Matrimonium. 222
Matutinum. 224
Medicina. 224
Melioratio. 225
Membrum. 225
Memoria. 225
Mercede Vicarij in cauſis Beneficialibus. 345
Mercede, & ſalario Notariorum. 347
Mercede Procuratoris fiſcalis. 350
Mercede executoris Curiæ. 350
Mercede Curſorum. 351
Mercede Cuſtodis Carcerum. 351
Memoriale. 225
Mendacium. 225
Mendicatio. 225
Mercatura. 225
Mercatus. 225
Merces. 225
Meretrix. 226
Metaphora. 226
Metropolitanus. 226
Metus. 226
Miles. 227
Miniſter. 227
Minor. 227
Miſſa. 228
Mitra. 228
Modus. 232
Mola. 232
Monaſterium. 232
Moneta. 234
Monialis. 235
Monitorium. 237
Monopolium. 238
Mons. 238
Monſtrum. 238
Mora. 238
Mors. 238
Mulier. 239
Mundus. 239
Munus. 240
Muſica. 240
Mutuum. 240

N

NANVS. 240
Narratiua. 240
Naturalis. 240
Naufragium. 241
Nazareth. 241
Neceſſitas. 241
Negatio. 242
Negligentia. 243

Negotium. 243
Nepos. 243
Nicolaus Diaconus. 243
Nomen. 243
Notarius. 243
Nothus. 245
Notorium. 245
Nouitas. 245
Nouitius. 245
Nullitas. 148
Nullius. 148
Numerus. 248
Nuncius. 249
Nundinæ. 250
Nutrices. 250

O

OBEDIENTIA. 250
Oblati. 250
Oblatio. 250
Obligatio. 251
Obreptio. 251
Obſeruantia. 251
Obſeruantes. 251
Occaſio. 253
Occiſio. 253
Ocularia. 253
Odium. 253
Oeconomus. 253
Officialis. 254
Officium Diuinum. 254
Oleum. 257
Operarius. 257
Opinio. 257
Oratio. 258
Oratorium. 259
Ordinarius. 259
Ordo. 259
Organum. 262
Origenes. 262
Origo. 262
Ouis. 262
Oza. 262

P

PAVPERIBVS innocentibus. 351
Pactum. 262
Pallium. 262
Papa. 163
Par. 168
Paramenta. 268
Parens. 268
Parochus. 268
Paſcha. 273
Pater. 273
Patrimonium. 274
Patrinus. 274
Patronus. 274
Pauper. 278
Pax. 278
Peccatum. 278
Pecunia. 280
Penſio. 280
Peregrinus. 282
Peritus. 282
Periurium. 282
Permutatio. 282
Perſonatus. 282
Pertinacia. 282
Peſtis. 282
Pignus. 283
Pilatus. 283
Pileolus. 283
Pileus. 284
Pæna. 284
Pænitentia. 285
Pollutio. 286
Pontifex. 286
Populus. 286
Porcus. 286
Porta. 287
Poſſeſſio. 287
Poſtulare. 287
Poſthumus. 287
Præbenda. 288
Præcedentia. 288
Præceptum. 289
Prædicator. 289
Præfectus. 291
Prælatio. 292
Prælatus. 292
Præſcriptio. 292
Præſens. 293
Præſidens. 293
Præſumptio. 293
Precarium. 293
Presbyter. 293
Pretium. 293
Primogenitus. 293
Princeps. 293
Prior. 293
Priuatio. 293
Priuilegium. 293
Probatio. 294
Proceſſio. 294
Proceſſus. 295
Procurator. 296
Proditio. 296
Profeſſio. 296
Promiſſio. 297
Proprietas. 297
Proſpectus. 298
Protector. 298
Proteſtatio. 298
Protonotarius. 298
Prouincia. 298
Prouiſio. 298
Prudentia. 298
Puella. 298
Puer. 298
Punctator. 298
Pupillus. 299
Purgatorium. 299

Q

QVADRAGESIMA. 299
Quadraginta horæ. 299
Quæſtores. 299
Quarta. 300
Quintenium. 300

R

RATIO. 300
Recurſus. 301
Reformatio. 301
Regalia. 301
Regula. 301
Regularium. 302
Regularis. 316
Relictum. 320
Religio. 320
Reliquiæ. 320
Remiſſio. 320
Reſcriptum. 321
Reſidentia. 321
Reſtitutio. 321
Reuelatio. 321
Reuerentia. 321
Reus. 321
Rex. 321
Roccbettum. 323
Roma. 323
Roſarium. 323
Rota. 323
Rubrica. 323
Ruſticus. 323

S

SABBATVM. 323
Sacerdos. 323
Sacramentum. 324
Sacrificium. 325
Sacrilegium. 325
Sanctio. 325
Sanctitas. 325
Sapientia. 325
Saponaria. 325
Satisfactio. 326
Saul. 326
Scandalum. 326
Schola. 327
Scientia. 327
Scotus. 327
Scriptura. 327
Scutum. 328
Secretum. 328
Sedes. 328
Seminarium. 328

Senſus.

INDEX.

Senſus. 332
Sententia. 332
Sepultura. 333
Sequeſtrum. 334
Seruitus. 334
Sibylla. 335
Sigillum. 336
Signatura. 336
Simonia. 336
Sindicus. 337
Societas. 337
Sodomia. 337
Sol. 338
Solidus. 338
Solus. 338
Soror. 338
Sortilegium. 338
Spolium. 338
Sponſalia. 339
Sponſio. 339
Sponſus. 339
Spurius. 339
Status. 339
Statutum. 339
Sterilitas. 339
Stipulatio. 339
Studium. 339
Stuprum. 340
Stylus. 340
Subcollector. 340
Subditus. 340
Subhaſtatio. 340
Subreptio. 340
Subſcriptio. 340
Subſtitutio. 341
Succeſſio. 341
Superior. 341
Supplicatio. 342
Suppreſſio. 342
Supranumeraria. 343
Suſpenſio. 343
Symbolum. 343
Synagoga. 343
Synodus. 343

T

TABERNACVLVM. pag. 344
Talia. 344
Taxa. 344
Temperantia. 352
Taxa ſigilli. 351
Terra. 352
Tertiaria. 352
Teſtamentum. 353
Teſtimoniales. 355
Teſtis. 355
Theologus. 357
Theſaurus. 357
Timor. 357
Titulus. 357
Tortura. 357
Traditiones Seniorum. 357
Tranſactio. 357.
Tranſitus. 357
Translatio. 358
Tranum. 358
Trebellianica. 359
Turba. 359
Turca. 359
Turnus. 359
Tutor. 359
Tyrannus. 359

V

VANAGLORIA. 359
Vaſa Sacra. Vas. 359
Velum. 360
Venditio. 360
Venenum. 361
Verbum. 361
Verecundia. 362
Veſpera. 362
Veſtis. 362
Vexatio. 362
Viaticum. 362
Vicarius. 362
Vicarius in Genere. 362
Vicario Apoſtolico. 363
Vicario Epiſcopi Generali. 365
Vicario Capituli. 369
Vicario Foraneo. 372
Vicarijs de Alijs. 373
Vicinus. 373
Vidua. 373
Vigilia. 374
Vindicta. 374
Vinum. 374
Violentia. 374
Virgo. 374
Vis. 375
Viſitatio. 375. 380
Vita. 381
Viuæ vocis Oracula. 381
Vnio. 381
Vniuerſitas. 382
Voluntas. 382
Votum. 382
Vox. 384
Vſusfructus. 384
Vſura. 384
Vtilitas. 385
Vxor. 385

ROMAE,
Typis, & Sumptibus IOSEPHI CORVI Bibliopholæ.

In totum ſunt folia 100. *Superiorum permiſſu* 1672.